


SE

YLV

ULOR

UM, CONTI

eorum Dearum

um, urbium, reg

ſylvarum, & fl

prim

N USUM ET

ventutis ex

M. HENRI

GIFF

UCTA EST H

is, Hebraicis, Gallici

dis diligen

Additus etiam



16

Cum Ga

LIPSIÆ, Typis & I

SECUNDA PARS
SYLVÆ VOCABULORUM ET PHRASIUM,
CONTINENS NOMINA PROPRIA Deorum Dearumque gentilium, virorum & mulierum, urbium, regionum, insularum, provinciarum, sylvarum, & fluviorum, atq; id genus alia, quæ primæ adhuc parti defuêre.

IN USUM ET GRATIAM STUDIOSÆ JUventutis ex optimis & probatis Autoribus hinc inde collecta.

A
M. HENRICO DECIMATORE GIFFHORNENSI, P. L.

AUCTA EST HÆC PARS VOCABULIS, GRÆcis, Hebraicis, Gallicis & Italicis, recognita, atq; ab omnibus mendis diligentissimè repurgata ab ipso Autore.


Additus etiam in fine est Cisiojanus in Scholis aliquandiu neglectus.

16  17.

Cum Cæsareæ Majest. Privilegio.

LIPSIÆ, Typis & Impensis HENNINGI GROSII Sen. &c.

Eremi Camaldul[...]
prope Varsaviam



ILLU

PRINC

NI, Dn. JO

chiepiscopatus

Primatis Germ

ac Dominis, Dn

JOHANNI G

FRIDERICO

Dn. ERNEST

bus, Borussiæ, St

Henetorum &

riberge

&




vocabulorum

ham Reipubl

quo unâ qua

quæ apud m



ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, Dn. JOACHIMI FRIDERICI Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtratoris, Primatis Germaniæ, &c. filiis, Illuſtriſs. Principibus ac Dominis, Dn. JOHANNI SIGISMUNDO, Dn. JOHANNI GEORGIO, Dn. AUGUSTO, & Dn. FRIDERICO ALBERTO, Dn. JOACHIMO, & Dn. ERNESTO, Marchionibus Brandeburgenſibus, Boruſſiæ, Stedinorum, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Henetorum & Sileſiæ Ducibus, Burggraviis Noribergenſibus, & Principibus Rugiæ, &c. Dominis ſuis clementiſſimis.

S. D.



ANTE quadriennium Illuſtriß. Principes, Doctorum quorundam inſtinctu & ſuaſu, libellum, qui inſcribitur, Sylva vocabulorum & phraſium, in uſum & gratiam Reipubl. literariæ in lucem editi, in quo unâ quaſi συνόψει comprehenſa ſunt, quæ apud multos & diverſos habentur,

quem in discentium etiam manibus passim versari jam videmus. Cùm autem libellus iste ejusmodi sit, ut qui vocabula & phrases non prosæ tantùm, verùm etiam ligatæ orationis, ex optimis quibusq; cùm Græcæ tùm Latinæ linguæ Autoribus deprompta & collectas habeat, ex re studiosæ juventutis futurum existimârunt viri literati & φιλόμουσοι, in quorum numero est doctissimus vir D. Matthias Grosius, si alter adhuc isti meæ Sylvæ adderetur tomus, qui historiarum lectioni, & poetarum explicationi inserviret. Ego quamvis provinciæ fidei meæ commissæ (taceo interim rei familiaris curam; & alias præterea causas) administratio non parum mihi facessat negotii: tamen cùm non solum nobis nati simus, verùm ortus nostri partem alii atq; alii sibi vendicent; facilimè sum passus, me doctorum instinctu & suasu ad secundæ Sylvæ meæ partis concinnationem adduci. Ea verò talis est, ut quæ nomina propria urbium, regionum, Deorum, Dearumq; gentilium, montium, insularum, & fluviorum contineat & explicet:
addit

addito etiam (quatenus fieri potuit) vernaculæ linguæ idiomate. Inserui insuper passim adagia cum eorundem explicatione. Taceo alia quæ diligens lector ipse deprehendet, ubi qualescunq; hosce labores meos inspexerit. Neq; etiam hoc me fugit, campum hîc tàm verborum, quàm rerum longè ampliorem, & illustriorem haberi & institui potuisse: tamen ne in nimiam hicce liber excresceret magnitudinem, vela me contrahere necesse fuit. Etsi verò Momus etiam sua facilè invenerit, in quibus ille sugillandis & taxandis antiquum obtineat: tamen non est, quòd frangar animo, cùm sciam, neminem unquam, licet optima etjam sive scripserit, sive dixerit, cavillatori isti satisfecisse, neque jam satisfacere, neq; satisfacturum. Habuit enim (ut parva magnis conferamus) Homerus poeta apud Græcos omnium excellentißimus suum etjam Aristarchum, qui & ὁμηρομάστιγος inde nomen adeptus est. Ita Virgilius, quamvis apud Latinos poetas facilimè primas teneat: tamen censoris sui castigationes effu-

gere non potuit. Idem etjam Ovidio accidit, qui & ipse suum alicubi invenit sugillatorem. Neque hoc tantùm de ejusdem artis professoribus verum est, sed etjam interdum usu venit, ut eò vel impudentiæ, vel incogitantiæ, aliqui delabantur, ut de arte etjam aliena judicium sibi sumere non dubitent. Unde enim locus factus esset proverbio: Ne sutor ultra crepidam, nisi de re minus nota judicatum fuisset? Apelli enim pictori omnium excellentissimo moris fuit, ut in pergula tabulas suas proponeret, postque eas latitaret, quid prætereuntes reprehenderent auscultans. Id cum aliquandò faceret, sutor quidam reprehendit, quod in crepidis pauciores una intus fecisset ausas: Ibi Apelles tacitus hoc tulit, & domi correxit: ubi verò postridiè idem circa crus aliquid notaret, Apelles indignatus prosiliit denuncians illi, ne sutor ultra crepidam judicaret. Cum igitur hisce, & aliis viris præstantissimis tale quid contigerit, non est, quod ego, & alii tantis viris longè inferiores extra omnem censuræ acerbitatem nos positos

autu-

autumare velimus, aut debeamus. Sed quid? Eò etiam non respiciendum, quid Momus garriat, sed quid dextrè judicantes statuant. Quibus si qualescunq; meæ lucubrationes & conatus (quod omninò spero) placuerint, acquiescendum mihi arbitror. Atq; illa etiam spe fretus eò facilius in me aliàs satis occupatũ hosce labores devolvi sum passus. Nec tamen est, quod gloriosi militis instar memetipsum (tenuitatem enim meam, cùm quoad ingenium, tùm quoad eruditionem agnosco) prædicem & extollam, Zoili tantum causâ hæc afferuntur, cujus iniquissimas censuras, cum omnibus aliis sanioris judicii aspernandas omninò suspicor, in quem & poetæ illud commodè dicere poterimus: Carpere vel noli nostra, vel ede tua. Sed ne diutiùs justo hisce inhæreamus, ad illud jam devenio, quod cum primis mihi succurrit, cujus nimirum auspiciis parentelaq; libellus hicce in medium lucemq; prodiret. In illa verò consideratione mihi versanti non tantùm unà cum aliis, sed præ illis C.V. in mentem venêre, quibus dedicare &

consecrare hujusmodi libellum visum fuit cùm plurimas alias ob causas, tùm præcipuè quia & ætati Illustriss. Cels. Vest. convenit, & Illustrißimo Principi ac Domino Dn. JOACHIMO FRIDERICO, Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratori, & c Domino meo Clementißimo vicißim aliquam gratitudinis significationem declararem, cujus illustrißima Celsitudo ante septennium, ex pulvere, in quo per aliquot annos desudáram, scholastico emerso sub Illust. C. ipsius diœcesi Ecclesiasticam provinciam administrandam clementißimè mihi concessit, & demandavit. Ut enim gratitudine (de qua rectè Sophocles: χάρις χάριν γάρ ἐστὶν ἡ τίκτουσ' ἀεὶ, hoc est, Gratia enim semper gratiam parit) nihil est pulcrius, nihil neq; Deo, neq; mortalibus carius: Ita econtra ingratitudine nihil est turpius, nihil magis detestandum, de qua verum illud: Ingratum si dixeris omnia vitia dixeris. Nec vero est, quod C. V. deterreantur fabulis, rebusq;, ut initio apparet, satis frivolis, quæ hoc libro inter cætera tractantur, sed potius

tius C. V. attentius perpendant neminem absque horum cognitione in poetarum scriptis feliciter versari posse. Toto etjam animo C. V. cogitent, fictiones hujusmodi plenas sapientiæ & eruditionis plus in recessu habere quàm in fronte promittunt, neq; in id à poetis excogitatas & propositas, ut ad vitam hominum deteriorē atq; turpiorem, sed ut ad bonos mores vitamq́; honestiorem facerent, neq; ad id etiam ut scurrili quadam vanitate & lusu, anilium fabularum sive ænigmatum instar, animos suspensos detinerent, sed ut certas inde doctrinas & paræneses, quibusdam quasi involucris tectas legentes elicerent magisq́; ad discendum invitarentur, imò excitarentur. Intellexerunt enim res veras plus admirationis habere, si ingenioso figmento, tanquam gemmæ auro includerentur. Nam, ut exemplis hoc explanem: Quid sibi aliud vult figmentum de Amphione ad cujus cantum dulcissimum (quemadmodum poetæ fabulantur) lapides in muros Thebanos ultrò coierunt, quam homines, licet agrestes & incultos, elo-

quii suavitate ad mores revocari mitiores. Atq; idem vult figmentum de Orpheo quem iidem poetæ scribunt à Mercurio, vel ut alii habent à patre Apolline lyram accepisse, eaq; tantùm valuisse, ut & illius cantu sylvas & saxa moverit, fluviorum cursum probibuerit, feras mitiores reddiderit, Euridicenq; uxorem à serpente occisam ab inferis dulcedine cantus mota Proserpina revocârit. Ita figmentum de Phaethontis voto ac instituto nihil aliud vult, quàm ut suo se quisq; modulo ac pede metiri discat, nec humeris onus impar committat, ne stultis suis cupiditatibus exitium sibi accersat. Ita quid sibi aliud vult fictio illa Homerica de Ulysse, quàm principem, virumq; consularem calliditate fortitudine, sapientiâ, rerumq; experientiâ cæteris præstare debere? Quid aliud Polyphemi atq; Gigantum fabulæ quàm homines ἀθέους καὶ θεομάχους gravissimis pœnis obrui? Quid quæso Penelope? Quid Biblis? nonne hæc amoris vim atq; impatientiam, illa verò castitatis & pudicitiæ exemplar præ se fert? Valeant

igitur,

igitur, qui vanis ineptiis poetas ludere dicunt: Valeant, qui eorundem fabulas instar corruptelæ & perniciei juventutis improbant & explodunt. Nihil enim tàm malum, quin aliquid boni inde excerpi, nihilq; tàm bonum, quin à malevolis & sinistrè judicantibus in deteriorem partem rapi poßit. Quare ut Illustriß. Princip. eò, quo quævis optima animo V. C. complecti solent, hæc etiam accipiant, measq; lucubrationes qualescunq; grato & clementi animo accipiant, qua par est animi submißione precor. Benè ac feliciter valeant C. V. in Christo Salvatore & Emanuele nostro unico. Datum ex Museo nostro 25. Martii, Anno salutis restitutæ per Filium Dei Dominum ac liberatorem æternum Jesum Christum 1587.

Cels. V.

subjectißimus


M. Henricus Decimator Giffhornensis P. L.


Ad Le-

Ad Lectorem.

HAnc alteram hujus operis noſtri partem jam denuò ad typos revocatam, & in lu- cem editam, tibi, candidiſſime Lector, com- mendatam eſſe velim. Ipſemet enim diligen- tiam meam ſingularem deprehendes, quam adhibui, ut hæc editio plenior & perfectior eſſe poſſet. Adjeci huic librum Nomenclatu- ræ, qui ſeorſim antea editus fuit. Nec conceſſi quicquam ſi opus fuerit, in hoc libro inemen- datum relinqui. Doleo verò hos meos libros quoſdam, neſcio ubi, & à quo editos, ita depra- vatos & corruptos circumferri. Quidam enim dum corrigere illos voluerunt quàm mendo- ſiſſimos reddiderunt. Quorum audacia & im- pudentia hac in parte valdè mihi improbatur, & mallem potius eos nunquam meos libros attigiſſe, quàm ita temerè manus ſuas in alie- nam, ut dicitur, meſſem mittere, meoſq; libros depravare & corrumpere. Horum igitur libro- rum me authorem nullo modo profitebor. Agnoſcam autem eos, qui opera & ſtudio HENNINGI GROSII edentur. Hujus e- nim fidem imprimendis libris optimè perſpe- ctam habeo, & Privilegia novi quæ in edendis hiſce meis libris ab Imperatore ipſi communi- cata fuerunt, Horum igitur, Candide lector te admonitum eſſe cupio. Vale, ex Muſæo Anno 1616.

I





IN SYLVÆ VOCABULORUM M. HENRICI DECIMATORIS P.L. partem alteram.

NOMINA qui posuit, rebus sine nomine natis,
Voce sua mutis contulit ille sonum.
Namq; velut tacitum fertur pictura poema,
Sic res orba suo nomine quæq; silet.
At si non minus est quàm quærere parta tueri,
Artis opus, Naso quod gravis auctor ait:
Quæ te quæ tali DECIMATOR digna labore,
Quo sua Diis servas, nomina, dona manent?
Quoq; Deas, gentes, regiones, flumina, sylvas,
Cumq; viris urbes asseris interitu.
Nomen nempe tuum tam multos vivet in annos,
Quot tua utroq; gerit nomina sylva libro.

Gregorius Bersmannus.

ALIUD.

ANTE hâc doctrinæ præclara laude celebris
Edidit egregium qui DECIMATOR opus,
Quo dites linguæ campos utriusq; pererrans
Ingentes pueris ille recludit opes:
Suppetat ingeniis doctarum ut copia vocum,
Et solidæ pateat cognitionis Iter:

Conge-

Congestum idem alium nunc publicat arte libellum
Qui gratâ non est utilitate minor.
Nomina clara virũ, Populos, vaga flumina, montes,
Astra, Deos, Ventos, Oppida, Stagna, Lacus:
Cæteraq; illustres quorum meminêre poëtæ,
Omnia quærenti plana videre licet.
Ne sit opus mentes per plurima scripta vagari,
Sed teneat simplex obvia cuncta liber.
Quæ benè de docili est meriti tribuenda juventa
Et tibi perpetuo laus DECIMATOR *erit.*

M. Johannes Albinus, Poetices in Academia Lipsensi Professor.

ALIUD.

ÆDificare domum qui vult, petit ille frequẽtem
Arboribus sylvam, roboraq; inde legit,
Quæ sint apta operi, quæ non sunt, ista relinquit:
Non etenim cunctis omnia conveniunt.
Sic formare stylum si vis, hanc perlege sylvam,
Ex qua cæde trabes, aptaq; digna tibi.
Obvia sed non mox, habito discrimine nullo,
Excinde, & scriptis insere cuncta tuis.
Elige, quæ rebus sunt cõmoda, & utere: ineptum est,
Quod non cunq; loco conveniente datur.

Jacobus Furmannus, Rector Illust. ad Muldam Scholæ F.

NUME-

NUMINA ET DUCES STUDIORUM.

Veteres tria numina studiorum finxerunt.

1. Herculem, quia ad studia labor indefessus requiritur.
2. Apollinem, per quem intelligunt Solem, qui omnia collustrat.
3. Bacchum, non illum ebrium Bacchum, sed qui adhuc puer contra Centauros pro cœlo pugnavit.

DUCES STUDIORUM alias 9. ponuntur.

Tres in cœlo.

1. Mercurius, cui attribuitur inquisitio. Hinc Horatius à Mercurio petit, ne sibi faciat pingue ingenium, id est, minus aptum studio.
2. Phœbus, cui attribuitur perspicuitas. Ut enim vel dicta vel scripta intelligi possint, perspicua & dilucida ea sint necesse est. Hinc est, quod Heraclitus ob stylum obscurum reprehenditur, & σκοτεινὸς etiam cognominatur.
3. Venus, cui attribuitur forma orationis. Non enim perspicuè tantùm animi sensa exprimenda sunt, sed etiam suaviter, ut ita animi magis alliciantur & afficiantur. Atq; hinc est, quod Plato scribit, Xenocratem Venere dicendi, id est, suavitate carere.

Tres in animo.

1. Voluntas ardens discendi. Rectè enim Isocrates inquit: κἂν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθὴς, id est, si fueris cupidus discendi, multum disces. Et Plin. lib. 4. epist. Non artifice docente, sed amore, qui Magister est optimus. Germani ita: Lust zum dinge/ machet alle Arbeit geringe.
2. Acumen ingenii Græci φύσιν vocant. Ingenium enim planè obtusum qui docet, asinum volare docet. Nec tamen est, quod mediocriter ingeniosi animum planè despondeant. In illis enim industria multum sæpè valet, juxta illud: μελέτη πάντα δύναται. Et huc apologus de certamine aquilæ & testudinis facit.
3. Tenax seu fidelis memoria, Atque hinc est, quod Poetæ Musas & Jovis & μνημοσύνης, id est, memoriæ filias esse fingunt, quòd studiosum literarum oporteat νοητικὸν esse, & μνημονικὸν, id

est

est intelligendi & retinendi potestate præditum, quorum illud Jupiter, hoc verò Mnemosine contribuere credebatur.

Tres in terra.

1. Bonus paterfamilias. Non enim in scholis tantùm literis incumbendum, verùm etiam domi in scholis tradita quàm diligentissimè evolvenda, repetenta, & memoriæ mandanda sunt. Quod ut fiat, accurata inspectione opus est. Cessante enim inspectione, plerorumque etiam cessat studium, juxta Horatianum illud:

Imberbis juvenis tandem custode remoto
Gaudet equis canibusq; & aprici gramine campis.

2. Bonus præceptor. Græcis Μάθησις est, id est, institutio. Sine institutione enim non usque adeò facilè quis proficit, & aliàs etiam viva vox singularem suam ἐνέργειαν habet. Id quod in illis videre est, qui ex mutis Magistris venari quid conantur.

3. Bonus medicus, qui moneat, quæ prosint valetudini, non tantùm quoad corpus, verùm etiam quo ad animum. Ad discendas enim literas non tantùm diœtâ, & corporis curatione, ita ut neque in excessu, neque defectu peccetur, sed etiam animo vegeto, curarumq; experte, opus est.



Aar,

A.

Aar/die Aar.

ARula, amnis Helvetiorum, qui Bernam & Salodorum præterfluens, Rheno miſcetur. Ab hoc vicinus tractus, Argovia. das Aergow.

Abenſperg.

Abuſina urbs in Bavaria.

Ache/oder Jach.

Aquiſgranum, penult. longa, civitas Germaniæ nobiliſſima, olim Vegerra dicta, Caroli Magni ſepulchro, & coronatione Imperatorum celebris.

Aegeiſche Meer.

Ægæum mare, αἰγαῖον πέλαγος, & αἰγαῖος πόντος, maximum eſt mare vicinum Gręcię, circa Cyclades inſulas, Quoad originem hujus vocis, autores variant, alii aliter derivant. Vide Stephan. Hodiè vulgò Archipelago dicitur. Eſt & proverbium, τὸν αἰγαῖον πλεῖ, id eſt, Ægæum navigat, quod de avaro dicitur, qui ſpe lucri pericula quantumvis etiam maxima adire non renuit. Obſervetur etiam interdum Ægon, pro Ægæo apud Poetas uſurpatum inveniri, ut Stat. lib. 5. Thebaid.

Quas ſpumifer aſſilit Ægon.

Aegyptenland.

Ægyptus, gener. fœmin. αἴγυπτος, מִעְרִים Aſiæ eſt regio fertiliſſima, unde etiam de fœcunditate ejus ortum & adagium ex Antiphili Epigrammate depromtum.

Ægypti ſulcus Libyæ non curat arenas.

Fœcundatur autem & quaſi ſtercoratur illo limo, quem extra alveum ſuum 100. diebus effundit Nilus. Alias enim hæc regio pluviam non habet. Hinc Ægyptiacus, a, um, ſpectans ad Ægyptum, & Ægyptius, αἰγύπτιος, ut Ægyptia regna, Ægyptia conjunx, id eſt, Cleopatra Virg. lib. 8. Vide Juſtin. lib. 2. ubi Ægyptum, & incolas ejus deſcribit.

POETICE.

Pharia quondam tellus, humus. Ditia rura Ægypti. Regna Phari. Ægypti arva.

Arva pingvia Pharii quondam ſoli. Ægyptia tellus.

Ægyptus.

Fertilis, Fœcunda, Dives, Sagax, Hiulca, Trigonalis, horrida, demens.

Memphitis, Felix tellus.

Dives variarum opum, & pingui alveo fluminis, pluviæ inſcia, Carens imbribus.

Mater artium, Cœli ſtudioſa. Terrarum parens.

Expectans undoſi patris ſonitus, portentia colens.

Crocodilon adorans. Quam Nilus ſemel anno irrigat.

Cujus agros Nilus inundat.

Quæ vario proventu longè eminet reliquis oris.

Aegypter.

AEgyptius, αἰγύπτιος, מִצְרִי.
Aegyptii, qui Philœni φιλοινοι à Dione dicti fuere, quod vini cupidi fuerint. Legitur autem ab Aegyptiis universis animalia quædam coli, quemadmodũ ex terrestribus tria, bovem, canem & felem: ex volatilibus, accipitrem atq; Ibin. ex aquatilibus duo, Lepidotum piscem & Oxyrynchum. Meminit Strabo lib. 17. Artes etiam liberales licet à patribus originem habeant: inventionem tamen earum Aegyptii sibi tribuerunt. Neque etiam negari potest, ab Aegyptiis primum illas declaratas & postea aliis communicatas esse populis. Miro præterea artificio opera ex variis lignorum frustulis iidem connexere: Vnde & proverbio locus factus est. Admirabiles in nectendis machinis Aegyptii, de versutè consutis dolis vel perplexis Sophistarum argutiis. Ita αἰγυπτιάζειν de astutis & impostoribus proverbialiter dicebatur. Et illud, Aegyptii nuptiæ αἰγύπτιος γάμος de nuptiis inauspicatis & infelicibus, sumptum à fabula Aegypti, qui filios quinquaginta totidem fratris filiabus maritos dedit. At hi excepto vno, omnes à sponsis interemti sunt. In conviviis porrò, Herodoto teste, iidem circumgestare soliti sunt σκελετὸν his additis verbis: πῖνε καὶ τέρπου, τοιοῦτος ἔσῃ ἀποθανὼν, id est, Bibe & delectare, post mortem talis eris. Id verò factũ est malo fine, vt nimirum commonefacti de fugacitate & fragalitate huius vitæ, eò magis, dum in vivis essent, genio indulgerent. Longè humanior est & laude dignior fletus & oratio Xerxis, de quo inferius videatur in dictione Xerxis. Deniq; & hoc notetur, quod Plutarchus scribit, apud Egyptios nimirum nefas fuisse sacerdotibus gustare vinum. Id quod in tanta hac Evangelii luce verbi ministris observandum.
AEgyptia, מִצְרִית αἰγυπτία.
AEgyptiaco ritu, & habitu, vafrè & versutè.

POETICE.

AEgyptii.

Sapientes, Docti, Fallaces, Versuti, Arguti, Fusci, Calvi, Ventosi, Linigeri, Sistrati, Lagidæ, Pharaonidæ.
Artium inventores.
Gens accola Pharii Nili.
Linigera turba.

Aglar in Friaul.

Aquileia sive Aquilegia, ἀκυληία, oppidum in Carnorum regione, iuxta quod defluit Timavus, à legendis aquis sic dictum Martial.

Et tu Lædeo felix Aquileia Timavo.

Al/die Al.

Gutalus, quidam eundem esse

esse putant cum Viadro , die Ader.

Altenburg/oder Preßburg.

Flexum, urbs est Pannoniæ.

Amberg

Cantiabis , vrbs Germaniæ Ptolem. hodiè Amberga dicitur.

Andernach am Rhein.

Antenacum, oppidum inter Confluentes & Agrippinam.

Andorff.

Antuerpia, vrbs est Europæ celebris, aliâs Atuacutum dicitur, Gall. Anuers.

Ankom.

Ancon, Plin. lib 3. & Ancona Pomponio, vrbs est Italiæ vicina Ravennæ. Lucan.

Illic Dalmaticis obnoxia
fluctibus Ancon.

Dicunt in cubiti morem vrbem hanc conditam, vnde & nomen adepta. ἄγκων enim cubitus est.

POETICE.

Ancon:

Spissi littoris.
Quassa, concussa fluctibus.

Araber/ einer aus Arabia.

Arabs, abis, brevi penult. ἄραψ עַרְבִי Sunt autem Arabibus communes uxores, quemadmodum omnia alia etiam ipsis sunt communia.

POETICE.

Arabes:

Panchæi, Nigri, Divites, Eoi, Thurilegi, Thuriferi, Teneri, Molles, Odorati. Opulenti, AEstuosi, Palmiferi, Picti, Longinqui, Atri, Extremi, Mitrati, Odorum divites, Mittentes odores, Abrasis barbis, Divites innumeri odoris, Multi odoris.

Arabien.

Arabia, ἀραβία עֲרָב alia nomine קֵדָר regio est Asiæ maioris inter Iudæam & Ægyptum, Est autem triplex, vna felix ἀρωματοφόρος, εὐδαίμων, λιβανωφόρος, Reich Arabien/ altera petræa, πετρώδης, vel Nabathea, das steinichte Arabien / cuius metropolis est Petra, vnde regio hæc nomen sortita est, tertia deserta ἔρημος, das öde Arabien/ In ea mons Sina, qui etiam Oreb dicitur, in quo Moyses Legem accepit. Hinc Arabius, Arabicus, pro eo, quod est ex Arabia. Item Arabus, ut Stozius:

Et lecta hinc Araba cinnama
odora manu.

POETICE.

Arabia:

Odorifera, Felix, Dives, Opima, sterilis, Terra dives, Thurea grana proferens, vbi Phœnix avis nascitur, & Sardonia gemma, vbi bombyces texunt sua fila, vbi uruntur odores, cinnama odora ferens.

Arben am Bodensee.

Arbor felix, oppidum cum arce, in Rhetia prima.

Arles.

* Arelate, Ἀρελάτη pen. long. & Arelas, atis, bre. pen. Urbs est Gallię Narbonensis, juxta Rhodanum, amplissimo emporio insignis. Strab. Auson.

Prode duplex Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpianis opulenta Vienna colonis.

Arnheim.

Arenacum, urbs in Geldria.

Artester / die im Bisthumb Arras.

Atrebates, qui hodiè Artesii dicuntur, vulgo Arras vel Artois.

Asia.

Asia ἀσία, tertia pars terræ: Duplex est, major & minor; quæ posterior modò Natolia dicitur, priores duas syllabas habet correptas, Ovidius tamen primam produxit, lib. 9.

Et in Aside terra Mœnia constituis, &c.

Hinc Asianus, & Asiaticus, a, um, das daraus ist.

POETICE.

Asia.

Opima, Fertilis, Potens, Dives, Magna, Amœna, Frugifera.

Athene.

Athenæ, arum ἀθῆναι, prim brev. Urbs celeberrima totiu Græciæ, & propter doctrin studia, & Philosophorum a Oratorum illustrium frequentiam, & propter res gestas in bello adversus Persas, Nomen suum Athenę acceperunt à De conditrice, seu patrona urbis quæ sapientiæ & virtutis bellicæ domicilium fuit, à Pallade sive Minerva, id est ἀπὸ τῆς ἀθήνης, cum antea Posidonium à Posidone Neptuno dicerentur Ex qua mutatione nominis & fabula nata est, de certamine, quod inter Neptunum & Minervam extitit, propter urbis appellationem. Habet autem figmentum commendationem pacis, quæ per Minervæ oleam intelligitur, quemadmodum turbæ rerumque perturbatio per aquas Neptuni. Ut enim oleum tranquillum: ita econtra mare inquietum est turbulentum. A Demosthene ψυχὴ καὶ ἥλιος Ἑλλάδος à Thucydide παίδευσις Ἑλλάδος, id est, schola Græciæ, à Diodoro Siculo πάντων ἀνθρώπων κοινὸν παιδευτήριον, id est, schola generis humani, Athenę appellantur. Illuc enim Romani primum suos liberos miserunt ut in Academiam. Hodiè etiam celebris urbs est, & Turcarum imperio paret occupata à Mahomete. Vide Vadian. Cic. in principio lib. 1. de

Oratore, Plutarchum, Athenęum; Pausaniam & Plinium, Eusebium item, qui Athenas conditas esse scribit anno mundi 2431. Observetur & proverbium, γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, id est, Noctuas Athenas, scil. portas sive mittis, de stolidis negociatoribus.

POETICE.

Arx Minervæ.
Grata humus Minervæ.
Cecropia arx, urbs.
Muri Cecropii.
Cecropidis tellus.
Arx Tritonidis.
Urbs Tritonidis sacra.
Erechtheæ arces. Erethea domus. Pandioniæ. Terra Attica. Actæa arva. Pyreæa littora. Thesea urbs. Cecropii portus. Urbs Mopsopia.

Athenæ.

Doctæ, illustres, claræ, celebres, florentes, altiloquæ, veteres, antiquę, sublimes, Palladię, bonæ, Cecropiæ, Erechtheæ, Atticæ, Pandioniæ, Actææ, Roma altera, Artium inventrix, poetarum alumna, Græcorum gloria, fama laudatæ, quæ gaudent Minerva.

Hinc Atheniensis, oriundus ex Athenis. De Atheniensibus Cicero pro Flacco. De eorum origine Justinus lib. 2. tradit. De his & locutio proverbialis ἡ τῶν ἀθηναίων δυσβουλία, id est,

Atheniensium inconsulta temeritas, quę in eos dicitur, quibus malè consulta benè vertunt. Athenienses enim antiquitus hoc nomine malè audiêre, quod ipsi oscitanter consultarent, parumq; prospicerent. Minervæ autem urbis præside solertia omnia sunt correcta, quæ oscitantia ipsorum sunt neglecta. Simile est huic: Est fortunatior, quam prudentior. Tres autem, ut Varro de lingua Latina adstruit, fuere Athenæi, ab altera Athenienses, à tertia Atheneopolitæ. Horat. in epist. adjecere bonæ paulò plus artis Athenæ. Et ibidem: Ingenium sibi quod vacuas desumsit Athenas, id est, otio literario deditas. Dicti porrò sunt (ut hoc obiter adjiciamus) Athenienses ab aliquibus Cranai, à Cranao rege, qui Cecropi in regno successit, & Tettigophori, à cicadis aureis, quas capillis implicabant, τέττιξ enim cicada est, inde τεττιγοφόροι, q. Cicadiferi.

POETICE.

Athenienses.

Mopsopii Erechtidæ, Cecropidæ.

Avignon ein Provintz/ vide Avenio.

B.

Babylon.

Babylon, vel etiam Babel, בָּבֶל, urbs amplissima & potentissima fuit, Chaldaicarum gentium caput, condita, ut Hebræi volunt, à posteris Nohæ, à Semiramide regina instaurata, munita atque hortis pensilibus, templo & area ad admirationem usque ornata fuit: adeò ut inter mundi seu miracula sive spectacula numerata fuerit. Sunt qui non instauratam, sed conditam hanc vrbem à Semiramide dicant. Inter quos est Iustinus, qui lib. 1. ita scribit: Hæc scil. Semiramis, Babyloniam condidit, murumque vrbis, cocto latere circumdedit, arena, pice, bitumine interstrato, quæ materia in illis locis passim è terra exæstuat. Huic astipulatur Propertius, qui lib. 1. ita inquit: Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem. Expugnata & capta est à Cyro & Dario regno ad Medos prius, mox ad Persas translato. De qua expugnatione Lucanus lib. 1. ita: Cumque superba foret Babylon spolianda tropheis Ausonijs, &c. Tanta autem, Aristotele in Policiris teste, Babylonis amplitudo fuit, ut vrbem captam esse, tertia die primum pars quædam vrbis senserit. Ambitus enim eius trecentorum & octoginta quinque stadiorum fuit. Dicta est, ut ex sacris literis

videre est, à confusione, propter linguarum confusionem eorum, qui turrim ędificabant. בָּבֶל (Babel) enim confusio est, Verwirrung. Ideoque cognitione respicit ad verbum בָּלַל cõfudit, commiscuit. Vnde & Germanicum Babbeln. Vide de hac Strabon. libr. 1. 6. Plin. lib. 5. cap. 26. Iohan. Funcium. Sebastian. Munster. Et Petr. Apian. Vaticinatus est & Esaias capite 13. de huius eversione. Hieronymus item alicubi scripsit, sua ætate, h. e. imperante Honorio, vix è ruderibus loci deserti incultique vestigia extitisse, quæ urbis situm indicarent. Hinc Babylonicus, a, um, ut Babylonica meretrix, Babylonici muri, de quibus in fine huius libri inter miracula mundi.

POETICE.

Babylon:

Fructifera, Impia, Alta, Proterva, Potens, Celsa, Rebellis, Magna, Antiqua, Eximia, Ferax, Semiramia, Superba, Persęa, Truculenta, mollis, magnifica, Portentosa, purpurata meretrix, quam altus Euphrates secat medijs aquis, quæ cum deceptore Dracone æternum luit pœnas sub Phlegetonte, Meretrix illa superba, spurca, ferox, & petulans. Quam portabat bestia insignis rubro cocco, Cui septem Guttura, & decem cornua fronte. Parens stuprorum, nequitiæ, & spurciciæ.

Lupa

Lupa quondam dedita fœdis ſtupris. Cui omne decus corruit. Quam habitant iam raucæ ſtriges, & dinæ volucres. Quę jacet jam alto in cinere, & immundis pulveribus, Gemmis quondam inſignis & auro. Cui una dies ſuſtulit omne decus, quod fuit. Cui una dies omnes hauſit opes & divitias. Cui turris opus diſſona lingua vetabat. Quæ eduxit turrim ſuperas ſub auras. Quæ ad aſtra tentavit vias turre ſub auras educta. Habitata quondam populo feroci. Elata olim faſtu ſuperbo. Quæ ubi inſida populum fidelem riſit, acta in ſævas Perſarum manus tradita eſt.

A Babylon fiunt Babylonius, a, um, & Babylonicus, a, um, ut antea infrà oſtenſum. Ut Lucan. lib. 6.

Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Hinc Babylonios dicimus ex Babylone oriundos. Horum inſigne fuit columba, quemadmodum Romanorum aquila. Sed ſicut aquila ſævior eſt columba, ita Romanorum imperium longè aſperius eſt, quàm fuit Babylonicum, quod à Daniele aureo capiti & leoni comparatur. Babylonicus porrò Tertulliano Genethliacus eſt, ſeu Mathematicus. Chaldæi enim in excolendis ſtudiis Mathematicis omnium diligentiſſimi fuêre. Hinc Hor. li. 1. carm. ode. 11. Tu ne quæſieris (ſcire nefas) quem mihi quem tibi finem Dii dederint, nec Babylonios Tentâris numeros. Ubi per Babylonios numeros intelligit χυέσδς. Eſt & in AEgypto hodiè Babylon, urbs maxima, à Turcis appellata Alcairus.

Bacharach.

Aræ Bacchi, urbs eſt ad Rhenum ſita.

Baſel.

Baſilea, βασιλεία, nobilis urbs Germaniæ, ad Rhenum flumen ſita, vulgò Basle.

Belgrad / vide Griechiſch Weiſſenburg.

Bern.

Berna, urbs in Helvetia.

Beyerland.

Vindelicia, ὀυινδελικία, provincia Europæ inter Rhætiam & Noricum.

Beyern / Völcker aus Beyerlandt.

Vindelici, ὀυινδελικοὶ, Bavari, populi Rhætis vicini inter Alpinas gentes à Druſo victi, cujus meminit Hor. lib. 4. Carm.

Bingen.

Bingium, oppidum infrà Moguntiacum in ripa Rheni.

Bodenhauſen.

Aſtuſa, German. urbs eſt Ptol.

Bodenſee / oder Conſtenzerſee.

Acronius lacus, ἀκρωνία λίμνη, aliâs & Podamicus & Brigantinus eſt in Alpibus, quē deſcendens à fonte Rheni facit, hunc noſtrì lacum Conſtantienſem vocant.

Bonn bey Cöln.

Bonno Ubiorum eſt oppidum ſupra Agrippinam.

Boppart bey Cobolentz.

Bodabiga, oppidum est Trevirorum, non procul à Confluentibus.

Boßnaw.

Posnonia emporium est Poloniæ, in finibus Silesiæ & Poloniæ.

Brabant.

Brabantia, Brabanti regionis hujus populi sunt, qui exclusa severitate, hilaritate animos hominum conciliant, quanquam illi facilitate sermonis ac verborum lenocinio gravitatem condire soleant. Hinc Brabantiacus, a, um, ut Brabantiacæ urbes.

Brandenburg.

Brandeburgum vulgò, quæ aliàs Brennibergum à veteribus appellatur, Germaniæ inferioris celebris urbs est. Hinc Brandeburgensis, & Brandeburgicus.

Bremen.

Brema, olim Fabiranum, urbs Dauchorum ad Visurgim. Inde Bremensis, e, adject.

Brißgaw.

Brisgavia, regio Germaniæ, ab Alemannis ita vocata.

Brunschweig.

Brunsuigum vel Brunsuiga, item Brunopolis, olim Tulli surgium Ptolem. lib. 2. cap. 11. Hinc Brunsuicensis, urbs Germaniæ.

POETICE.

Brunonis urbs, mœnia.

Urbs, quæ vetus habet nomen de Brunone.

Burdeaux.

Burdegalia, pri. bre. βυρδίγαλα Suidæ, Burdigala Straboni civitas est Galliæ, patria Ausonii poetæ, Aquitanorum emporium nobilissimum.

Burgund.

Burgundia, regio est Galliæ Celticæ.

Burgunder.

Burgundi & Burgundiones natio Vandalorum, Hedui alias, ἔδυοι, vulgò Bourgongne.

C.

Cales.

Cressoriacum, ut Iccius portus, hodiè Caletum.

Calitz / die Insel Calitz.

Gades, ium, fœmin. pri. lon. quæ & Gadir, & Erythrea, insula est Oceani ultra Hispaniam Bæticam, Herculis columnis vicina, vulgò Gadizo Galitz.

POETICE.

Gades.

Remotę, Herculeę, Occiduę, Vadosæ, Hesperiæ, Tyriæ, Jocosæ, Tinnulæ, Agiles, ad saltationem aptæ.

Habitatores hujus insulæ Gaditani dicuntur, quorum viri quidem excellentes, puellæ verò lascivæ licentiæ, & impudici motus fuêre. Hinc Martialis de Thessalina.

Et Gaditanis ludere docta modis.

Et Juvenal. Satyr. 11.

Forſitan expectes, ut Gaditana canore.

Incipias prurire choro, &c.

Hinc Gaditanus, a, um, γαδειρικὸς pen. long. Ut mare Gaditanum, vulgò Eſtrecho de Sibaltar. & puellæ Gaditanæ.

Camin.

Rugium, Camin, Pomeraniæ urbs eſt, juxta Viadri oſtium.

Cana.

Cana Straboni lib. 13. promontorium, quod contra Lectum conſurgens Adramyttenum ſinum efficit cujus pars eſt Elaiticus. Proinde duo ſunt hinc nomine oppida, quorum in ſacris fit mentio. Cana major, quæ in tribu Aſer fuit, ad Sidonem & Tyrum ſita, unde mulier Cananæa, ſeu Syrophœniſſa, quæ à Chriſto petit & impetrat liberationem filiæ à Dæmonio, Matth. 15. Et Cana minor, in Galilæa inferiori duo diſtans miliaria à Nazareth, ubi Chriſtus in nuptiis aquam in vinum convertit. Significat autem קָנָה (Cana) arundinem, ſive Cannam, vel naturalem vel aromaticam. Quia Eccleſia cum Chriſto ſponſo nuptias celebrat in arundineto, id eſt, in miſerrimis & ruinoſis hoſpitiis, Et tamen ad aquas, id eſt, habet tamen recreationem ſuam & aromata vires debiles reficientia. Hinc Cananæus, a, um.

POETICE.

Cana:

Vetuſta, Galilæa, parva, ſed fama tamen notiſſima, quam circum plurima arundo ſurgit. Quæ bibit quondam vinum verſum de flumine. Quæ Chriſto hoſpite felix fuit. Quæ dulce Falernum è fontanis verſum aquis bibebat, Pauperis Canæ vicus.

Candelberg.

Cantuaria, Britanniæ eſt metropolis.

Carlburg.

Chertobalus, Auſtriæ urbs eſt.

Chum, eine Stadt in Italien am See gelegen. Vide Comum.

Choburg.

Melocabus, urbs Germaniæ, Ptolem. lib 2. cap. 11.

Chur.

Curia, Rhetiæ eſt oppidum primarium.

Clauſenburg.

Zeugma, ζεῦγμα, Daciæ urbs, Ptol. lib. 3. cap. 8. & Stat. lib. 3. Syl.

Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma latinè.

Pacis iter.

Cloſternewburg.

Claudia urbs eſt in Norico vide Plin. lib. 3. cap. 24. à Ptol. Claudinium appellatur.

Cobolentz.

Confluentia, ubi Rheno miſcetur Moſella.

Cöln am Rhein.

Colonia, inferioris Germaniæ urbs celebris, quæ alio nomine Agrippina vocatur, dicta ita ab Agrippina Neronis matre, quæ ædificaſſe eam dicitur.

Comerſee.

Larius, lacus Italiæ, à folicarum multitudine ſic dictus, quas λάρυς, Græci nominant, vulgò Lago de commo.

POETICE.

Larius { Herbifer.
Ingens.
Arctans aquas incluſas altis montibus. }

Compoſtel / S. Jacob in Gallicia.

Flavium, Brigantium, vulgò Compoſtella dicitur, urbs eſt Hiſpaniæ, oppidum S. Jacobi.

Conſtantinopel.

Byzantium βυζάντιον, urbs Thraciæ quondam clariſſima, à Pauſania Spartanorum duce condita, poſt à Conſtantino Imperatore magnificè extructa & munita, & Conſtantinopolis dicta, vulgò Conſtantinopoli, Turcis Cezaroudum. Erat autem hæc urbs tum omnium in Europa regina & florentiſſima, & arx ac ſedes imperii præcipua, & longo tempore domicilium fuit mediocre Eccleſiæ, literarum, & artium omnis generis, capta poſtea & expugnata eſt à Mahomete Turcarum principe Anno Chriſti 1453. non ſine magna Chriſtianæ pietatis jactura. In qua clade multa acciderunt cogitatu horrenda. Non enim ſolùm urbs occupata & direpta eſt miſerabiliter & facta cædes promiſcua militum & civium, qui in urbe fuerant, ſed ipſe etiam Imperator interfectus ac truncatus eſt Regina coniunx Imperatoris, & aliæ matronæ, & virgines nobiliſſimæ, in convivia latronum Turcicorum adductæ. Et poſtquam ad libidinem illorum ſtupratæ eſſent, in fruſta diſſectæ ſunt, Quæ omnia & de fragilitate generis humani, & rerum humanarum inconſtantia, de judicio & ira Dei adverſus peccata nos admonent. Numerus porrò annorum huiuſmodi cladis qualicunque hoc diſticho eſt comprehenſus:

ContVrbantVr ConſtantInopoLItanI.
InnVMerabILIbVs ſoLICItVdINIbVs.

Hinc Byzantius & Byzantiacus adject. Ovi. 1. triſt. eleg. 3.

Quaq; tenent ponti Byzantia littora fauces.

Vide de hac urbe Quintum Curtium lib. 1.

Cor-

Corfun.

Corcyra, κόρκυρα, pen. long. insula maris Adriatici Epyro adjacens, quæ Venetis paret. Lucan lib. 9.

Corcyræ secreta petit, ac mille
carnis Abstulit, &c.

Achilles Pyrminius in Chron. annotat Corcyram conditam esse anno Mundi 4493. ante Christum natum 702. annos, eodem ferè anno, quo Capitolium Romæ in monte Tarpeio extructum est. Hinc Corcyræus, a, um, adject. Cicero ad Atticum lib. 6. Cognovi ex epistola Corcyræa.

Coßnitz/ oder Constantz.

Cannodurum, Helvetiorum civitas ad Rhenum, hodie vulgò Constantia dicitur.

Cracaw in Polen.

Cracovia, urbs est in Sarmatia Europæa, regum Poloniæ sedes ad Istulam.

Cron.

Zarmizegetusa, urbs Daciæ regia, dicta postea Ulpia Trojana, vulgò Corona, sive corone, es, penul long, κορώνη. Vide de ea Ptol. lib. 3. cap. 8.

D.

Dalmacey.

Dalmatia, antepen. brev. Δαλματία, regio est Illyrica ad mare Adriaticum, Liburniæ occasum versus contermina, multum proferens auri, à qua Dalmata pen. correp. Et Dalmaticus, a, um, ut Dalmaticum frigus, bellum, &c. In Dalmatia Evangelij doctrinam propagavit Titus. 2. Timoth. 4.

POETICE.

Dalmatia:

Aurifera, Montana, Frondens, mille pondera auri ferens, Aurum generans, proferens fulvum Metallum aurifera homo.

Dalmatier/ Sclaven.

Dalmatæ, Δαλμάται, populi Dalmatiæ ad latrocinia promti in sylvis, ubi ut plurimum vivunt, Cicero ad Vatin. libr. 5. Famil. Dalmatis Dij malè faciant, qui tibi molesti sunt.

Dantzig.

Dantiscum, est urbs Germaniæ in ostio Visulæ fluminis, olim Gedanum dixerunt.

Dennemarck.

Dania, Cymbrica Chersonesus, Hinc Danicus, a, um, ut Danica regna, sceptra.

Dennemärcker.

Dani, orum, Septentrionales Germaniæ populi Cymbrorum regionem invaserunt, quos Marius acie profligavit.

POETICE.

Dani { Efferi. In procelloso mare more agentes.

Der Heckelberg in Jßland.

Hecla, nomen montis, cuius cacumen perpetua nive tegi, radices verò flammas eijcere dicuntur.

Der Tessin fleust für Pavey.

Ticinus, τίκινος, pri. long. fluvius Insubriæ, Ticino oppido vicinus, qui in eridanum delabitur. Ital. Tesino. Serenus penultimam hujus nominis corripuit, quemadmodum & Philel.

POETICE.

Vada Ticini.

Liquidissimus amnis Ticini,

Ticinus { Lucidus. / Amœnus. / Vitreo amne perterrans feraces agros,

Dessaw.

Dessavia, Germanię urbs est, unde est Dessaviensis.

Deuren vnter Cöln.

Marcodurum, vicus est Ubiorum, vulgò Dura.

Deutscher vnnd Deutschland/ in prima parte invenies.

Die Don/ oder Altan.

Tanais, τάναϊς, penult. corrept. fluvius ingens Scithiæ, Asiam ab Europa dividens, diffunditur in Mœotim. Scythæ Tanain Silin vocant.

POETICE.

Paludes Tanais.

Tanais,

Gelidus, Frigidus, Hybernus, Nivosus, Nivalis, Rigens, Superbus, Bicornis, Distermi-nans Europam atque Asiam, Labens vertice Ryphæo, Dirimens confinia Asiæ atq; Europæ.

Dieterichsbern/ vide **Veron.**

Die Langenbarter.

Longobardi vel Langobardi, Germaniæ populi, quos longis bardis cognominatos volunt. Hi quōdam ad fluvium Visurgim, in ducatu Brunsuicensi sedem habuerunt, postea verò in Italiam profecti deletis Gotthis locum ipsorum occupârunt. Ibi cum annis 200. regnassent, à Carolo Magno superati fuerunt.

Die Nab oder Nahe bey Bingen.

Nava vel Naus, amnis est qui juxta Bingium Rheno miscetur.

Die Teiß oder Tyssa/ Ein Fluß in Vngern.

Tibiscus, Τίβισκος, fluvius ingens Daciæ, inter Dacos & septem castra, Barbaris Tissa appellatur.

Die weissen Moren.

Massagetæ, pen. bre. Μασσαγέται, populi Scythiæ Asiaticæ orientem versus, qui cum per deserta discurrunt equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti in frusta ceduntur, admistisque ovillis carnibus à suis eduntur, qui verò morbo intereunt, feris devorandi objiciuntur in prædam, uxores communes ipsis sunt, cum quibus in publi-

co coire non erubeſcunt. Solem præcipuè colunt, cui & equum immolant. Claudianus Maſſagetes in ſingulari dixit.

POETICE.

Maſſagetæ:

Truces, audaces, Feri, Impudici, incurſantes, Bellicoſi.

Gens aſpera duro bello.

Die Wixel in Polen.

Viſtula vel Iſtula, fluvius Sarmatiæ in Europa Danti ſcum attingens. Dicitur etiam Viſula, item Juſtula & Juſtilla.

POETICE.

Iſtulæ fluentum, flumen.

Iſtula celer.

Iſtula { Volvens flaventes arenas. / Rector tumidarum aquarum. / Sulcator fulvæ arenæ. / Volvens labentes arenas. }

Dol in Lothringen.

Tullum & Tullium, Leucrorum eſt oppidum.

Dortricht.

Dorderacum, Batavorum portus.

Dreßden.

Dreſda, Germaniæ urbs, unde eſt Dreſdenſis.

POETICE.

Dreſda.

Splendida, Regia, Clara, Magnificis ædibus ſuperba, Dives opum.

Dürrſtet.

Batavodurum, βαταβόδουρον, Ptolem. Germaniæ urbs eſt in Batavià.

Dub/die Dub/ein Fluß in Burgund.

Dubis vel Dubius, pri. brev. Galliæ fluvius, aliàs Aldualdubis. Gall. Le Doux.

POETICE.

Lenta fluenta Dubis.

Lata fluenta Dubis.

Dubis.

Piſcoſus, Celer, Flavus, Secans arva, Rotans flumina tumido amne.

Durlach.

Durlacum, quidam Heidelbergam eſſe exiſtimant.

Durmegen.

Duromagus, oppidum Ubiorum.

E.

Egeiſche Meer/ vide **Aegeiſche Meer.**

Eger.

Monoſgada, hodiè Egra, ἔγρα, Germaniæ urbs apud Ptolom.

Ehingen.

Dracunia, oppidum Rhetiæ ad Danubium eſſe dicitur.

Eißland.

Iſlandia, unde Iſlandus, ex Iſlandia oriundus, **ein Eißländer.**

Ell.

Hellum Tribunorũ Vicus eſt.

Emerich.

Aſciburgum, Ptolem. Ger-

maniæ urbs est.

Engelland.

Britannia, Βρεττανία, olim Albion, nunc Anglia, à novis colonis dicta, orbi terrarum olim juncta fuit, sed postea diluvio insula facta proprio mari circundatur; Hinc Virgilius Britannos toto orbe sive à toto divisos dicit. Gall. Anglotene. Vide plura in prima parte Engelland/ post Engelschar. A Britannia (ut & hoc addamus) est Britannicus, a, um, ut Britannica Balæna apud Iuven. Satyr. 10. &c.

Engelländer.

Britanni prim. bre. Angli. Vide in prima parte Engelländer.

Ens/die Ens.

Anisus, fluvius est Austriæ, qui in Danubium delabitur.

Erfurt.

Erphordia olim Biturdium dicta, dicitur & Hercinophordia, Hinc Erphordensis.

POETICE.

Tyrigetum urbs.

Erphordia { populosa,
ampla.
pingua habens rura. }

Euxinische Meer.

Euxinus, εὔξεινος, pen. long. pontus Euxinus, qui contiguus est mari mediterraneo, Thraciam attingit & Mæsiam inferiorem, die Bulgarey/ Est ab εὖ, id est, bene, & ξεῖνος, id est, hospes, quod faciles sint incolæ

istius ponti in recipiendis hospitibus. Olim ab inhospitali feritate dictus est Græcis pontus iste Axenos, ἄξενος, Incolæ enim eius usq; adeò inhospitales erant & feri, ut hospites advenientes interimerent & devorarent, & ex craneis eorum pocula sibi conficerent. Postea verò ubi Græci & Jones in minori etiam Asia habitare inciperent, & populum hunc ferum & inhospitalem devictũ mansuetiorem & humaniorem redderent, mare aliud nomen sortitum est, ut πόντος εὔξεινος, id est, mare hospitale diceretur. Meminit Strabo lib. 7. Cosmographiæ, & Ovid. libr. 4. trist. eleg. 4. Ad huius maris littus Cete, Josepho teste, prophetam Jonam absorptum ante expuit.

POETICE.

Euxinæ undæ, aqua.
Euxinum fretum, littus.
Euxina vada.

Euxinus. { gelidus
rapidus
tumidus
vastus. } { mendaci cognomine dictus ab antiquis Axenus. in quem Danubij amnis fertur aquis. }

F.

Flandern.

Flandria, Germaniæ regio, ad littora Oceani septentrionalis posita, varios habens populos, qui prisco nomine Cymbri dicti sunt, aliàs Flandri,

dri, quos gravitate dicendi, atq; inventionis subtilitate pollere ajunt.

Fleminger/oder Flanderer.

Morini, Μόρινοι, sunt populi extremi Galliæ versus occidentem, à quibus brevissimus est in Angliam trajectus, de quibus Virgil. lib. 8.

Extremiq; hominum Morini.

Et Syl.

Et Morinum pugnas æris stridere cientem.

Vide & Pompon. Mel. lib. 3.

Florentz in Italia, vide Florentia.

Forcheim.

Locoritum, autore Ptolem. urbs Germaniæ in Franconia hodiè Trutonia.

Forlt.

Forum Livium, Galliæ togatæ urbs, Ptol.

Francken.

Franci, quos vulgò Francones appellant. Strabo Βρέγχες videtur gentem illam appellasse.

POETICE.

Franci:

Acres, Rigidi, Fortes, Horridi, Sævi, Potantes aquas irriguas Mœni, Nati ab origine Hectorea.

Franckenland.

Francia, regio est Germaniæ inter Hassiam & Sueviam. Hinc Francicus, a, um, ut Francica cura.

POETICE.

Francia:

Dives, Tribuens nomina devictis Gallis.

Franckfurt.

Francofordia, Francofurtum, dicitur & Helenopolis, Hinc Francofurdensis & Francofurdianus, a, um, ut pictura Francofurdiana

POETICE.

Urbs adepta nomen à Francorum vado.

Francofurdia:

Dives opum, potens viris & opibus. Abundans omnibus rebus. Cuius mœnia posuerunt Hectorei Franci. Quæ à Francis adepta clarum nomen tenet. In quam advena varias merces vehit sulcato amne æratis puppibus. Cuius ædium summa fastigia tales gerunt pinnas, quales prisca theatra magnorum ducum.

Franckreich.

Gallia, Γαλλία, צָרְפַת Chald. גַּלְיָא vulgò France. Maxima Europæ regio inter Hispaniam & Oceanum. De ratione appellationis alij aliter censuerunt. Alij enim Galliam à γάλα, id est, lactis candore (montes enim & cœli rigor solis ardorem excludunt ne corpora eorum colorentur) dictam prodiderunt, alij verò à Galata Polyphæmi filio in Sicilia appellatam volunt.

POE-

POETICE.

Arva Gallica.
Gallica tellus.

Gallia.

Fertilis, Fortis, Sæva, Flava, Animosa, Dives, Armipotens, Fœcunda, Ferax, Frugum altrix, Vinifera. Fœcunda virorum, Linguæ cultum habens, Repexo crine ferox, Urbibus insignis & clara viris. Amans lilia.

Franckfretcher/ vide in prima parte **Frantzose**.

Freisingen.

Fruxinum, Vindeliciæ sive Rhetiæ secundæ est oppidum.

Fridecf.

Parienna, παρίεννα, Germaniæ urbs est Ptol. lib. 2. cap. 11.

Frießland.

Frisia, quæ vel est orientalis, **Ostfrießland** / vel Occidentalis, **Westfrießland.**

Frießländer.

Frisii, vel etiam Phrisii, populi sunt protinus ultra Rhenum, Oceano oppositi, qui Chaucis successêre.

Freiberg.

Friberga urbs Misniæ, unde Fribergensis.

POETICE.

Friberga { dives. opulenta. Scatens ditibus venis argenti & æris.

Füssen.

Abudiacum, primæ Rhetiæ oppidum.

Friaul/der Venediger Land.

Forum Julii sive Forum Julium φόρον ἰούλιον, Carinthia Ptolemæo pars Italiæ Noricæ finitima. Est & Forum Julii vel Forojulium Galliæ Narbonensis civitas non procul à Massilia. Sunt & Forojulienses & Foroflaminienses Italiæ populi, quorum Plinius meminit lib. 3. cap. 14.

G.

Gardelebe.

Gardelebia, Germaniæ urbs. Hinc Gardelebiensis, Γαρδελεβιεύς.

Gasconier.

Vascones, βάσκονες, vulgò Gasconi, Hispaniæ populi ulterioris, quæ in Gallicum, & Italicum vergit Oceanum, ad Pyrenæum siti, obsidione aliquandò cincti à Metello Romanorum duce, in summas angustias redacti, & in tantam famem compulsi sunt, ut cadaveribus sive humana carne vescerētur, ad quod allusit, Juven. Sat. 15.

Vascones, ut fama est, alimentis talibus usi.

POETICE.

Atroces, Immanes, Leves, Truculenti.

Geister der verstorbenen Seelen.

Manes, ium, plural. animæ è cor-

è corporibus egressæ, quæ in corpore dicuntur Genij. Intelligunt etiam per manes Deos inferos. Propert. lib. 4.

Sunt aliquid manes, letum non
omnia finit,
Lucidaq; evictos effugit umbra
rogos.

Virg. lib. 6.

Quisque suos patimur manes, id est, suas pœnas. Manes enim non tantùm pro animabus mortuorum, sed etiam pro pœnis animarum ponuntur. **Ein jeder hat seinen Teuffel/seine plage.** Sententia est de varijs & maximis, quibus natura humana exposita est, miserijs. Quisque experitur aliquas miserias secundum maius & minus, Nemo est ex omni parte beatus. Vide etiam **verstorbene Seelen** in prima parte.

Gellerland.

Geldria, aliàs Sycambria dicitur.

POETICE.

Geldria Martia.
Geldria vulgatum nomen habens.

Gellerer.

Geldrus, aliàs Sycambrus.

Genff in Saffoy.

Geneva, Emporium Allobrogum in ripa Lemani. Ital. Geneura.

POETICE.

Geneva prisca.
Geneva pulcra situ.

Gent.

Gessoriacum navale, teste Ptol. Morinorum emporium, vulgò Gandanum dicitur.

Goßlar.

Goslaria, urbs Germaniæ, Hinc Goslariensis.

Göttin der billigkeit.

Themis, pri. bre. genit. is, idos & mistos. Dea docens petere licita, quæ templum habuit in Bœotia iuxta Cephysum amnem. Fingitur oraculorum, id est, religionis præses. Ratio enim naturæ insita, & Deum esse, & pietatem erga eum colendam statuit: hancque sententiam animo q. insculptam omnium gentium consensio, quæ Cicerone teste, lex naturæ putanda est, tuetur. Ad huius oraculum Deucalion cum Pyrrha profectus est pro consilio reparandi humani generis. Ovid. lib. 1. fatidicam etiam vocat. Themimista sapientior apud Cicer. in Pisonem habetur, ut & Nominativus sit Themista, æ. Ita enim quædam ex accusativis Græcis mutata declinatione formantur, ut τὸν κρατῆρα Cratera, æ.

POETICE.

Themis:

Parnasia, Fatidica, 'Alma,' Sancta, veneranda.

Göttingen.

Gottingia, urbs Europæ, Thuliphurdum. Ptol. li. 2. cap. 11. Hinc Gottingensis.

Gott der Vntermarcken.

Terminus, τέρμων, Deus tutelaris finium agrorum, cui sacrificârunt olim mense Februario in æde, qua super eum foramen in tecto patebat, quòd nefas esse existimarent, Terminum intra tecta consistere. Vide de eo Livium lib. 1. ab urbe condita. Ovid. lib. 2. Fastor. & Gellium lib. 2. cap. 6. Cuius pulcrum de hoc Deo ænigma extat, quòd Iovi solus omnium Deorum credere noluerit, cuius etiam Ovidius meminit loco iam antè citato. Terminalia, orum, τερμιναλία, dies festi in honorem Termini Dei celebrati. Instituta autem fuerunt Terminalia ad excludenda iurgia & lites de finibus agrorum aut ut Terminus cæsis agni placatus fines agrorum constitutos conservaret.

POETICE.

Terminus:

Sanctus, verendus, Regens arva certis finibus. Separans arva indicio suo. In agris regnans, stipes desertus in agris, Lapis qui regit arva certis finibus.

Gotten die Gotten.

Gotti, sive Goti, Γότθοι, immanes fuêre Scythiæ populi, qui Italiam armis subegerunt, & linguam Latinam barbarie sua corruperunt. Inde Gotticus, a, um, hodiè Sueci & Rusci appellantur.

POETICE.

Gotti, pri. brev. si alterum t, omittitur.

Immanes, Sævi, Iufrenis, Feri Armipotentes, Barbara gens.

Ostrogothi, Gotti, orientales, die Ostergothen. apud Claud.

Gran.

Strigonum, urbs Vngariæ.

Griechischweissenburg.

Taurunum Plinio vel Taurunum, Ταύρουνον, Ptole. urbs est Vngariæ, à Turca nuper expugnata, aliàs, Alba Græca, hodie Belgradum.

Griessmager.

Viritium Germaniæ urbs Ptolem. lib. 2. cap. 11.

Greneningen.

Phileum, Germaniæ urbs in Frisia, vide Ptolem. libro. 2. cap. 11.

Guntzburg.

Guntia, Rhetiæ primæ oppidum, ubi traiectus olim fuit Danubij, nunc pons.

H.

Halberstadt.

Halberstadium, Hemipolis Ἡμίπολις, unde Halberstadensis.

POETICE.

ALBERTI urbs.

Alboræ stadium.

Inclyta urbs nomen tenens clarum dimidia ab urbe.

Vrbs, cui felix dedit nomen ALBIS & ORA.

Hemipolis:
Clarissima.
Gratissima Musis.
Vberrima lætis campis.
Dives soli fertilitate.
Quam gelidus HOLTEMA amne suo perfluit.
Quam Holthemia rigat flumine suo.

Halle.

Hala, Halla, vel Hallis Germaniæ urbs est, Vnde Hallensis.

POETICE.

Halla:

Clara, Præclara, Dives, Fumigans cocto sale, cultrix virtutis, Frequens civibus bonis, Culta honestis moribus, quæ iacet prope vada cærula undantis Salæ, Fumantibus Salinis, Cuius amœna pascua vi-rent ut tempe. Cuius ager fœtus multis seminibus abundat. Ministrans aquas durandas sale. Eximia salsis fontibus.

Hamburg.

Hamburgum, aliàs Treva, item Hamnopolis, urbs est Germaniæ. Inde Hamburgensis.

POETICE.

Vrbs Hamnonia.

Hamnonia {
clara.
celebre nomen habens.
dives variis mercibus.
quam Albis cœrulus vitrea aqua perfluit.
abundans innumeris opibus.
}

Hannover.

Leuphana, urbs Saxoniæ, Ptolem.

Haunbürgerberg.

Comagenus, mons est Austriæ.

Haußgötter/ Haußgötzen.

Penates, prim. breu. mascul. plural. tantùm תְּרָפִים nonnulli Deos putârunt esse illos per quos spiramus, cognoscimus, vivimus, solem intuemur, Iovem scil. Iunonem, Minervam, Vestam, quos & patrios Deos & familiares, & civitatum præsides, & privatarum domorum custodes nominârunt, & crediderunt, qui statim natos infantes suscipiebant, ubi Lucina suum munus explevisset. Dicti sunt penates, quòd penes eos nos nati simus, non illi penes nos nascantur. Iovis autem, Iunonis & Minervæ appellationibus tres aëris partes intelligi volunt: Vestam terram esse dicunt. Alij Neptunum & Apollinem penates dixerunt, quòd humor materia sit, calor artifex rerum nascentium. A poëtis Penetrales etiam vocantur, quòd penitus insideant. Extat carmen quoddam, quod Q. Ennio vulgò tribuitur, continens Penatium nomina: Iuno, Vesta, Minerva, Ceresque, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Macrob. libro 3.

Saturn. cap. 3. Dicuntur aliàs etiam Lares, Dij patrij, ἐφέστιοι θεοί. Terent. in Phor. At ego Deos penates hinc salutatum domum diuortat.

POETICE.

Dij patrij.
Dij veteris Troiæ.

Penates:

Nitidi, Casti, Patrij. Vrbium & ædium fidi custodes.

Æneæ comites, Ignibus erepti, vel elapsi. **Heckelberg.** Vide. **Der Heckelberg.**

Heidelberg.

Budoris, vulgò Heidelberga urbs Germaniæ sub ditione Comitis Palatini. Ab Heidelberga est Heidelbergensis.

POETICE.

Edelberga, pri. long.

Celebris, Hospita Musis, Fovens Aonias Camœnas. Præbens dulcia ocia Clarijs choris. Inclyta doctis Camœnis.

Hennegover.

Advatici, qui nunc Hannonij dicuntur.

Heunen.

Gigantes, prim. breu. Titanis & terræ fuerunt filij, qui tanta superbia elati, ut altiss: congestis montibus Dijs bellum inferre, eosq; cœlo deturbare conati sint. Unde Dij territi omnes mutatis figuris in Ægypto delituerunt. Tandem à Iove fulmine partim sub Ætnam, aliasq; insulas, partim ad inferos detrusi sunt. Sed hęc de Gigantomachia

omnia fabulosa sunt. sacræ enim literæ testantur, Gigantes fuisse homines ἀθέους planè, & iniustos. Intelliguntur igitur per illos homines factiosi, alieni à vera pietate, & iniusti, qui vel adversus leges, &c, qui à Deo constitutus est, magistratum, arma sumunt, vel qui etiam hostes Ecclesiæ, veram de Deo doctrinam, aut erroneis dogmatibus aut manifesta vi labefactare conantur. Ostendit autem fabula omnes cives seditiosos, vel hæreticos, vel tyrannos tristes habere exitus, & divinitus puniri, id quod fulmine Iovis innuitur. Quod verò pedes anguinos Gigantibus affinxerunt Poetæ, eo immanem atque detestabilem illam vel rempubl. vel Ecclesiam infestantium & oppugnantium monstrositatem ob oculos ponere voluerunt. Vide de Gigantibus Iul. Cæsar. Scal. exerc. 263. Vide etiam plura in prima parte, **Riese.**

Hesse.

Hasso, ex Hassia oriundus.

Hessen/Hessenlandt.

Hassia, vel Hessia regio est Germaniæ.

POETICE.

Hessia:

Alta, Iactans se proceris sylvis. Vix adeunda montanis iugis. Fluminibus & virentibus umbris nemorum insignis. Quæ non caret agrorum fertilitate.

litate. Quæ tota madet uda amnibus paludosis.

Hildeßheim.

Hildesia, Asca lingium, urbs Germaniæ, hinc Hildesiensis.

Hildesheimia. { celebris, magnifica, irriguis campis.

Hierusalem.

Hierosolyma, ἱεροσόλυμα, plural. & Hierosolyma, æ, singul. & Hierosolymæ, arum, plur. item Hierusalem, ἄκλιτον & Solyme vel Solyma apud poëtas, cuius Cicero pro Flacco etiam meminit, urbs Iudeæ siue Palestinæ clarissima, & florentissima urbium orientis, quę in medio Iudææ, vel ut scriptura testatur, in medio gentium sita fuit. Appellata hæc urbs Abrahæ tempore fuit Salem & Solyma vel Solxmæ plur. Iosepho teste, postea à Davide expugnata, Hierosolymæ nomen accepit; Postremò à Tito euersa, & ab Adriano Imper. instaurata rursus, & ampliata, ita ut loca passionis & resurrectionis Christi quæ extra urbem prius fuissent, intra murum septentrionalem inclusa fuerint. Ælia dicta est. Hodiè à Turcis vocatur Cuzumóbaroch, Ebraicè יְרוּשָׁלַיִם (Ierusalaim) id est, doctrina pacis, à radice יָרָה (Iarah) id est, docuit. Fuit enim sedes veræ de Deo doctrinæ, vel visio pacis, à radiee רָאָה (Raah) id est, vidit, & שָׁלוֹם (Schalom) id est, pax. Sita autem hæc urbs in monte duos colles editiores habuit, ut montem Moriam, templo Salomonis insignem in media urbis parte, & summo urbis loco meridiem versus montem Siona. Hinc Hierosolymitanus, Vt. Vrbs Hierosolymitana, & Solymæus, a, um, ut gens Solymæa apud poetas, Solymeius item apud eosdem ut Solymeia pubes, præterea & Solymus, a, um, ut urbs Solyma etiam apud poetas.

POETICE.

Mœnia Solymææ gentis.
Vrbs Solymorum, vel urbs Solyma.
Vrbs Sionia.
Celsa Sion.
Inclyta tecta Sionææ rupis.
Inclyta urbs Solymorum.
Præclara Sion.
Sedes Solymæ urbis.
Mœnia præclara celsæ Sionis,

Solyma.

Magnifica, Opulenta, Præclara, Insignis, Sacra, Beata, Pulcra, Nobilis, Libera, Diues, Populosa, Firma, sacra Deo, pulcerrima templo, quo orbis non habet ullum decus maius, Gentium domina, Grata cœlituum quondam regi. Dicta olim totius orbis decus. Omnibus jā gentibus fabula, risus & iocus. In quam Deus olim effudit bilem suā. Quæ prostrata nunc cinis iacet. Quę ob delicta populi al-

to culmine lapsa in cineres ruit. Quæ Babylonica face cremanda funditus cecidit. Qua olim nihil clarius fuit toto orbe. Sacra quondam mœnia Deo. Vrbs quondam Dei. Vrbs religiosa quondam excelsi Dei. Vrbs quondam præclara loci positu, summisque molibus sub auras educta, & fama cœlo propè consita. Quæ hominum splendore celebrata fuit. Quæ legum præsidijs, & concordi fœdere olim floruit. Divûm quondam domus, & spes unica regni. In qua fixa tentoria sancti regni sui Deus olim tenuit. In qua Deus suetus est præsens afferre optatam salutem. Cuius sancta mœnia Deus texit forti manu. Cui latè incubuit collis olivifer.

Hollandt.

Batavia, Germaniæ provincia, nunc Bavaria, vel certè Hollandia dicitur.

Hollender.

Batavi, Germaniæ populi sunt, Rhenum accolentes, aliàs Hollandi.

Holsten.

Holsatia, unde Holsatus, ex Holsatia oriundus, **ein Holste.**

Hysterreich / vide **Isterreich.**

J.

Jene.

Iena, prim. lon. Germaniæ urbs, hinc Ienensis, e, ut Academia Ienensis, quam Salanam vocat Stigelius.

POETICE.

Iena:

Vetusta, Vetus, Clara, Musis grata, quæ ad Salæ fluenta iacet. Hospita Aoniis choris. Tractans studia, quæ â Musis grave nomen habet. Colens antra spumantis Lyæi, Iacens valle humili. Colens vineta per rupes altas. Fœcunda donis optati Iacchi. Ferax uvæ & florida fœcundis pratis. Non ultima custos Aonij fontis. Recolens commertia cum sacris Musis. Hospitium atque ocia præbens Musis. Gaudens Charites coniungere doctis Musis. Commercia sua habens cum sacris Musis.

Iler.

Hera, nomen fluvij, qui in Danubium delabitur.

Ill/die Ill.

Ellus, est amnis per Tribonos & urbem Argentoratum in Rhenum defluens.

POETICE.

Ellus:

Gelidus, Argentoratum rigans vel humectans. Coniungens aquas cum Rheno. Aquas suas in Rhenum exonerans. In Rhenum defluens. Rheni aquas petens.

Indianer.

Indus, ἰνδὸς, oriundus ex India. Observetur autem hîc, Indis & Parthis magnam fuisse circa capillorum cultũ curam,

ram, quos odoriferis perfundebant unguentis, ut & Græci: Vnde Horatius: Cum quo morantem sæpè diem mero, Fregi coronatus nitentes malobathro Syrio capillos. Idem: Puer quis ex aula capillis ad Cyathum statuetur unctis.

Philippus verò Macedo hoc non probavit. Is enim cum aliquando iudicem quendam barbas & capillos inficientem vidisset, confestim amovit hominem dicens: Qui in pilis infidus est, qualem in negocijs re mur futurum?

POETICE.

Viri, quos India nigra sole colorat.

Indi:

Odorati, Depexi, Olentes, Odoriferi, Dites, Colorati, Sitientes, Decolores, Nudi, Nigri, Eoi, Rubri, Longævi, Memnonij, Fluxi, Fusci, Extremi, Thuriferi, Picti, Vsti, Ardentes. Obscuri, Graciles, Longinqui, Gemmiferi, Nabathæi, Subditi Phœbo, positi sub ignibus, Mauris obscuriores, Quos Phœbi ignis inficit. Bibentes aquas.

Indien.

India, ἰνδία, הודו Chald. הינדיא amplissima Asiæ regio, abundans frugibus, gemmis, unguentis pretiosissimis auro item & argento. Tellurem habet adeò fœcundam, ut bis in anno fruges ad maturitatem perducat. Binæ enim ibi sunt æstates. Arbores, quæ ob pingue solum in immensum ibi crescunt, semper frondentes habet. Dicta est ab Indo flumine. Vide descriptionem eius luculentissimā apud Quintum Curtium lib. 8. de rebus Alexandri. Hinc Indicus, a, um, ἰνδικός.

POETICE.

India:

Decolor, Discolor, Nigra, Tosta, Picta, Prodiga, Ardens, Dives, Thyrsigera, Cincta Gange, Calido sole perusta, Præbens odoratas messes, Mittens gemmas, Colens racemiferum Bacchum, Mittens Ebur. Quæ sola fert nigrum Hebenum. præbens deliciis sectile Ebur. Terra ferax, quæ iacet extra nostra sidera. Alens semiferos Gryphas. Vestiens & tegens membra perusta sole levibus exuvijs omnium. Mittens aurum. Quæ cingitur extremo Gange.

Ingolstadt.

Ingolstadium, Auriapolis, Norici urbs ad Danubium sita, Hinc Ingolstadiensis.

POETICE.

Ingolstadium {
celebre.
cui mœnia sunt latis fossis.
cui sunt mœnia tuta opibus, & tuta situ.
}

Joppen.

Ioppe, es, ἰόππη, hodiè Iaf-

sa' dicta יפו urbs Palæstinæ maritima, antiquissima ante diluvium universale, Plin. lib. 5. teste, condita id quod etiam ostendit saxum vinculorum Andromadę ceto marino monstro expositæ vestigia adhuc retinens. In veteri testamento Iapho appellatur, id quod pulcrum est ac illustre. Mentio eius fit etiam Act. 9. & 10. Alij Indiæ Vrbem fuisse dicunt, ubi Andromeda beluæ marinæ exposita fuit.

POETICE.

Ioppe:

Palæstina, Illustris, quæ tunditur æquoreis undis. Statio gratissima Hadriacis nautis, quæ fluentisonis undis profunditur.

Jorck/oder Forck.

Eboracum, ἐβόρακον, Britanniæ ciuitas, quam illi sua lingua vocant Iortz.

Jordan.

Iordanis, penult. bevi, vel ancipiti potius, nam & longa reperitur, ἰορδάνης, fluvius irrigans Palæstinam ad radices Libani, nomen habet à duobus fontibus ex quibus oritur, quorum alteri nomen est Ior, alteri Dan Efficit duos lacus Samachonitem & mare Galilææ, seu Tyberialis. Tandem in mare mortuum influens ab eo absorbetur. Exundat autem tempore messis, sicut Nilus Ebraicè ירדן (Iarden) rivus iudicij, componitur enim à ירד descendit, defluit, & דן judex. Fit huius fluuij mentio sæpè in sacris, ut Gen. 13. Matth. 4. 19. & alibi.

POETICE.

Iordania lympha.

Iordanis aquæ flumina.

Iordanes,

Rapidæ undæ Iordanis.

Vitrea / Placida / Suauis } Iordanis unda.

Purissimus Iordanis gurges.

Iordanis:

Magnus, Turbidus, Cæruleus, Refugus. Gelidus, Revolubilis, Liquidus, Rapidus, Altus, Odorifluus, Explirans se fluuio amœno & arua sua riguo prœteriens meatu, Sulcator diversæ arenæ Syriæ. Convestiens ripas virides multa oliva, Evolvens se in pigras undas Gennesaræ. Ctui frondentes ripæ. Cuius orus geminis è fontibus Syriæ regnator aquarum. Fluviorum rex & amnis Syriæ gratissimus. Ortus Libani de saltibus. Ambiens amœna Syriæ loca placidis vadis. Nascens gemino fonte. Habens ripas læta arbore frondentes.

Jrrlandt/oder Jßlandt.

Hybernia, insula in mari Atlandico inter Angliam & Hispaniam, dimidio minor, quàm Britannia, quemadmodum Cæsar scripsit lib. 5. bell. Gall. Dicta est ab Hibero quodam duce.

Dici-

Dicitur autem & Iuernia, ἰέρνια Stephano, vel Ierna Straboni vel Iuerna Melæ. Incolæ huius longè magis, quàm Britanni, sylueſtres ſunt. Vide Strab. lib. 4.

Jßbruck.

Inutrium, Oenipos, vrbs Vindeliciæ. Ptolem. lib. 2. cap. 13.

Jſach.

Æſacus, fluuius Troianus ad Idam montem.

Jſterreich.

Iſtria, ἰστρία, aliâs Hiſtria, regio eſt Italiam attingens ad mare Adriaticum. Iſtri, die Jſterreicher.

Jülicherlandt.

Iulia, vnde Iuliacus, ex regione iſta oriundus. Vide etiam infrà.

K.

Kalenberg / oder Hertzberg.

Cetius, mons eſt inter Noricum & Pannoniam, Vide Ptolemæum.

Keyſers Stuel am Rhein.

Forum Tyberii, Helveticorum oppidum ad Rhenum.

Kaſſel.

Caſſilium, quod & Stere nontium, vrbs eſt Haſſiæ, quæ Câſſella etiam dicitur.

Kempten.

Campodunum, oppidum eſt Rhetiæ.

Kernthen.

Carnithia, vel Carnia. Hinc Carni, vel per Merathesin Crani, die Krant / bey Kernten.

Keſſel.

Caſtellum, oppidum quondam Menappiorum iuxta Moſam, nunc pagus.

Kreinburg / vide infra.

Canodunum.

L.

Lauffen.

Laviacum, vrbs in Auſtria.

Lauffenburg.

Gannodurum, γαννόδουρον, oppidum ad Cataractas Rheni inferioris in Helvetiis. Quidam Conſtantiam eſſe putant.

Laußnitz.

Luſatia.

Leiffland.

Livonia, Germaniæ regio, vnde Livonius, ex Livonia oriundus, Ein Leifflender.

Leon.

Lugdunum, λούγδουνα, Stephan. civitas Galliæ inſignis. Hinc eſt Lugdunenſis, e, item Lugdunenſis tota illa regio eſt dicta, Iuvenal. Lugdunenſem Rhetor dicturus ad Aram. Item, Lugdunum Colonia, Ptolem vulgò Lion.

POETICE.

Lugdunũ, { nobile. / dives. / Repletũ populis, / geminoq́; flumine invectis / mercibus. }

Leiptzig.

Lipſia, vrbs Germaniæ ceeber-

leberrima, Hinc Lipſenſis, e, & Lipſiacus, a, um, vt urbs Lipſiaca, item Lipſicus, vt Lycæa Lipſica.

POETICE.

Lipſis.
Vrbs Phylira.
Vrbs Phyliræ.
Excelſa vrbs Phylires.
Celſa Phylira, vel Phylire, Eſt autem à Phylira, Phyliræus, a, um, vt Phyliræus, Eliſter. Phyliræa academia, vrbs, Muſa, Et Phylliris, idis, vt Phyllirides Deæ, id eſt, Muſæ apud Poëtas paſſim.

Lipſia:

Clara, præclara, inſignis, Inclyta, Docta, Splendidiſſima, Dives, Miſnica, Miſnidos oræ caput. Muſis ſacra, Dans ſedem Muſis. Sacra Aonio choro, Populoſa doctis viris, Lux terræ, Celeberrima inter vrbes Myſas. Domib. ſuperbis decorata. Habitata præclaris civibus. Plena honoratis viris, quæ claret Pierio choro. Fœta eximiis viris. Pierium fovens gregem. Cuius incola Plutus eſt. In qua Clarus Eliſter fundit Clarias aquas. In qua Eliſter manat Lybethræa aqua. Cuius agros lubricus Eliſter humectat. Quam Eliſter formoſus ripis amœnis perfluit, Quam liquidæ vndæ Eliſtri perlabuntur. Quam Albis ad Eurum, Sala ad Zephyrum adit. Quam Mulda flumine ſecat. Opibus magnificis florens, Dives opum. Potens merci procul invecta. Quam Eliſtri amnis humectat. Sacra Aonidum ſedes, Cuius rura cœrulus, & leni decurrens agmine Eliſter pererrat. Dedit Muſis.

Lybien.

Libya, æ, & Libye, es, λιβύη פוט לובים in prophetis Hieronymo. Africæ regio eſt, quæ ab Atlante monte Mauritaniæ incipit, & ad Canopum vſq; Nili oſtium panditur, in qua Libya Epaphi filia, & coniunx Caſſiopiæ habitavit, à qua hoc nominis accepit. Interdum pro tota Aphrica ponitur, ut Lucan. lib. 1.

Dic age per Scythiæ populos, per inhoſpita Syrtis.
Litora per calidas Libyes ſitientis arenas.

Ita Actor. 2. vocatur pars Lybiæ circa Cyrenem, Habentur & de hac regione proverbia: Ἀεὶ φέρει τι λιβύη κακὸν, id eſt, ſemper affert Libya aliquid mali. Cui locum fecere & monſtra, quæ Romam inde deportata ſunt, & monſtroſa ac peſtilentia gentis iſtius ingenia. Et Libyca fera, λιβυκὸν θηρίον, de homine verſuto, moribus variis, ingenioq; ancipiti. In Libya enim variæ ferarum ſpecies ſæpius miſcentur. Hinc Libys, λίβυς, aliquis ex Libya, ein Libyer / & Libyſſa λιβύσσα, mulier ex Lybia,

bia, λίβυ, neutrum. Vnde Libyssinus, vt montes Lybissini, & Libystis, stidis patronymic. λιβυστίς, & pelle Libystidis vrsæ. Virgil. Libycus, aliud adiect. Est etiam fluvius huius nominis in Mauritania.

POETICE.

Ora Libyca.

Nasamontacus ager:

Libya.

Arida, Arens, Sterilis, Arenosa, Adusta, Ardens, Sicca, Calens, Fervens, Perusta, Potens, Flagrans, Torrens, Fertilis, Rebellis, Scopulosa, Sitiens, Aestifera, Flava, Anhelans, Vbi torrida semper humus ardet. Qua torrida semper solibus nescit mansuescere humano cultu. Cui calidæ sunt arenæ. Cui squalentia arua.

Lignitz.

Hegitinacia, vrbs Germaniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 12.

Ligurien.

Liguria, Italiæ regio, inter Varum & Macram amnes, cuius caput Genua est, der Genvester Landtschafft. Hinc Ligusticus & Ligustinus, vt mare Ligusticum vel Ligustinum, der Ligustier Meer, in quo, teste Solino, Corallium procreatur, quod fulminibus resistit. Ligur, λίγυς, Liguriæ incola ein Ligurier Genvester/ & Ligus vanus apud Virg. 11. Æneid.

POETICE.

Populi, Ligures.

Feri, indomiti, Rebelles, Vani, Alpini, Assueti malo, vel labori.

Löven.

Lovanium, urbs est Brabantiæ, archigymnasio celeberrima.

Lorch.

Laureacum, oppidum fuit olim Norici, nunc verò monasterium, iuxta Amasum.

Lothringer.

Leuci, Galliæ populus, prope Lingones, iaculandi peritissimus, Lucan. lib. 1.

Optimus excusso Leucus, Rhenusque Lacerto.

Laubenburg.

Cænæum, urbs Germaniæ est. Vide Ptolem.

Lübeck.

Lubeca, urbs Germaniæ potens. Hinc Lubecensis.

Lüttich.

Leodium, oppidum Nerviorum.

Lützelburg.

Augusta Romanduorum.

Lucern.

Lucerna, Helveticorum oppidum.

Lunden in Engellandt.

Londium, vel Londinium, Λονδίνιον, vt Ptolemæus vult, Britanniæ insulæ metropolis, vulgò Londres.

Lüneburg.

Lunæburgium urbs Germaniæ, aliâs Selenopolis. Hinc Lunæburgensis.

POETICE.

Luneburga: inclyta. dives. ædibus super bis exornata. innumeris opibus florens. opum dives.

Lyſtbon.

Olyſippum, ὀλυσίππων ὀδύσσεία πόλις, Vlyſſis civitas, Luſitaniæ vrbs. Plinio eſt Olyſippo lib. 4. cap. 22. Municipium Romanorum Olyſippo falicitas Iulio cognominatum, dicta aliás eſt & Vlysbona & Vlyſſipona. vulgò Lisbona. Vnde Vlyſſiponenſis, ut promontoriũ Ulyſſiponenſe, apud Pli. li. 4. cap. 21.

M.

Magdeburg.

Magdeburgum, vel Magdeburga, Parthenopolis, olim Menium vel Meſovium. Hinc Magdeburgenſis.

POETICE.

Parthenope, es.

Vrbs quæ adepta tenet vel gerit nomen de virginibus.

Vrbs cui virtus virginea ſimplicitate potens nomen fecit pura de virgine.

Magdeburga, vel Madeburga:

Inclyta, Celebris, Celſa, Vetuſta, Vrbs ampla, Albiacis undis vicina, Vrbs vetus ſtans arenoſo in margine ripæ, Quam herbifer Albis præter

it. Quam prope Albis voluit humentes aquas.

Mamheſter.

Mediolanum, μεδιόλανον, vrbs Britanniæ, vulgò Milano.

Manßfeldt.

Mansfelda, vrbs Germaniæ, vnde eſt Mansfeldenſis.

POETICE.

Mansfelda, vel Mansfeldia

Fortis, Metallifera vrbs Generoſa nitidis metallis Quærens æra ſub imis latebris terrarum. Cædens metalla argenti & æris ſub cavis viſceribus montis. Gignens maſſas auri & argenti, atque æris metalla.

Marck/die Marck.

Marchia, Germaniæ eſt regio, Græcis olim Nomarchia dicta. Hinc Marchiacus, a, um vt Marchica rura. Et Marchita, **ein Mercker.**

POETICE.

Marchica rura arenoſi ſoli.

Marchia:

Piſcoſa, Cincta piſcoſis vadis. Terra propinqua ſolo Sarmatico, Invia paludoſis fluminibus. Aucta piſcoſis amnibus. Cuius fines Odera pererrat. Quæ iacet ſub gelido ſidere Mœnalis vrſæ,

Marne/die Marne in Gallia.

Matrona, pen. bre. nomen eſt fluvii Campaniam Galliarum

rum alluentis. Textor.

Et mihi pro tumulo Matrona glaucus erit.

POETICE. Matrona:

Cœruleus, Spumifer, Iungens vitreas aquas Sequanæ, Circumfluens Campaniam, & verberans bifido amne geminum latus.

Marpurg.

Marpurgum, olim Pheugarum, vel Amisia, vt putatur, vrbs est Hassiæ.

Marsilien.

Massilia, vel etiam Massylia per y. penult. long. Μασσαλία, Gall. Marseille, regio vel vrbs celebris est Libyæ, quæ à Cicerone etiam 2. officior. laudatur. Et in oratione pro Flacco. Hinc Massilianus & Massilioticus, Μασσαλιώτης, item Massiliensis, Μασσαλιεύς & Massalitanus. Scribunt autem Massilienses luxu perditos, muliebrem penè in modum ornatos fuisse comis vnguento delibutis. Ita ut proverbium inde natum sit, Ex Massilia venisti, de iis dici solitum, qui cultu parum viris decoro vterentur.

POETICE.
Massilia.

Graia, Decolor, Celebris, Clara, Inclyta studiis & moribus probatis, Magistra studiorum, Optima vina ferens.

Marsilter.

Massilienses, populi Libyæ, quorum mores optimos & probatissimos fuisse Plautus testatur in Casina. Apud hos nullus est vsus neq; ephippiorum, neque frenorum, sed sola virga contenti fuerunt, qua equos rexerunt Lucan. lib. 4.

Et gens quæ nudo residens Massilia dorso,
Ora levi flectit frenorum nescia virga.

POETICE.
Massilienses:

Duri, Graij, Phocaici, Celebres.

Mauritanier / oder Moren.

Mauri, Μαῦροι, ἢ Μαυρούσιοι, populi, qui Mauritaniam, Africæ regionem occidentalem, versus Gaditanum fretum incolunt.

POETICE.
Mauri:

Nigri, Atroces, Truces, Celeres, Refugi, Terrifici, Lybici, Occidui, Leves, concolores Indis, Adusti corpore, Incocti corpore, Rapido sole perusti, Sole colorati, Ad Algeræ littora agentes.

Mauritanier Landt.

Mauritania, Μαυριτανία, Μαυρουσία, Africæ regio extrema, versus occasum partim Cæsariensis appellata, partim Tingitana, dicta à Μαῦρον, nigrum, quòd nigros habeat colonos. Gignere dracones, struthiones, elephantes & simias dicitur: Hinc Mauritanus.

Mauritanicus , Mauricus & Maurusius, Μαυρούσιος.

POETICE.

Mauritania:

Vltima tellus , Nigros alens colonos, Creans dracones,

Mechelburger.

Pharodini, Megaloburgenses.

Meerlender vnd Mercker.

Marcomani , Μαρκόμανοι, populi Germaniæ Rhenum bellandi causa transgressi. Hos Bohemos & Moravos putant esse, die alten Mehrer vnd Böhemer. Statius penult. corripuit.

Quæ modò Marcomanos post
horrida bella vagasq;.
Sauromatas, &c.

Meiland / vide Mediolanum,

Meissen.

Misnia , aliàs Ludfurdum. Hinc Misnicus, a, um, vt grossus Misnicus , terra Misnica , item Misniacus, a, um, vt gens Misniaca, Misii populi.

POETICE.

Misia, vel Mysia:

Dives, Populosa, Clara , Argentifera, Splendida cultu amplo, Dives bonis ingeniis. Fœcundis venis dives.

Melck.

Cladianum , vrbs ad Danubium sita.

Melding.

Medullum, locus in Vindelicia.

Memmingen.

Drusomagus , δρουσόμαγος, hodiè Campidona , urbs Rhetiæ Ptolem.

Mentz am Rhein.

Moguntia Μογουντία, & Moguntiacum , vulgo Mogontia, Gall. Marencecia, oppidum Galliæ transalpinæ Galliæ ad Rhenum fluvium. Hinc Moguntiacus, a, um , ut Moguntiacus princeps.

POETICE.

Moguntia.

Celebris, Operosa , Quæ jacet vicina lato Rheno, Nomen tenens ab amne Mogi.

Merßburg.

Mersburgum , oppidum in Misniæ , ad tertium miliare Salinis.

POETICE.

Mœnia habentia Mavortis nomen,

Meßler.

Memphis, Μέμφις, ιος vel δος, מוף נף ב urbs Ægypti , omnium clarissima & munitissima, regia aliquandiu, post Thebas, sedes regum Ægyptiorum ante amplificatam Alexandriam. Vulgus hodiè Alcayrum vocat. Condita fuit ab Ogdo rege iuxta Nilum , cui eiusdem filia Memphis nomen dedit cum qua Nilus sub tauri imagine concubuit. Fuit in ea Apis taurus Ægyptiorum Deus cancellis ferreis inclusus. Memphi sunt incolæ huius vrbis Memphitis ut terra Memphi-

tis apud Iuvenal. Satyr. 15. Memphites patronym. aliud. Memphiticus, Μεμφιτικὸς, ut Memphitica Iuvenca, Ovid.

POETICE.

Memphis:

Turrita, Munita, Barbara, Ægyptia, Dis, Babylonia, Dædala, Nilotica, Fatidica, Pia, Torrida, Secreta, Vana ſacris, Sithonia nive carens.

Meyland / das Hertzogthumb Meyland.

Inſubria, regio eſt Galliæ Ciſalpinæ.

POETICE.

Inſubria.

Audax, Fortis, Potens.

Meylender.

Inſubres, Ἴνσυβροι, Galliæ populi Mediolani conditores, vndè & Mediolanenſes dicti.

POETICE.

Inſubres:

Animoſi, Acres, Subacti tandem gravi Marte.

Mittelburg.

Metelli caſtrum urbs eſt germaniæ in Selandia.

Morenlandt.

Æthiopia, αἰθιοπία, Moravia, אֶרֶץ הַכּוּשִׁיִּים כּוּשׁ regio eſt inter Arabiam & Ægyptum verſus Auſtrum nigros homines præ nimio calore producens, ſic dicta ab Æthiope Vulcani filio, teſte Plinio, vel ab αἴθω, id eſt, ardeo, cremo, & ὤψ, id eſt, facies Æthiops, קוּשִׁי Chald. קִירִ ein More / de quo proverbium, Αἰθίοπας σμήχεις, id eſt, Aethiopem lavas ſive dealbas, quod dicitur de eo, qui inanem ſumit operam. Nativus enim Æthiopum nigror nulla aqua ablui poteſt. Vide plura in prima parte, More / & de Prover. vergeblich arbeiten. Dici ſolet & illud proverbialiter: Claudus loripedem ridet, Æthiopem Maurus. Quoties id vitij alijs exprobrat quiſpiam, quo ipſe laborat. Quod Germani ita. Ein Teuffel heiſt den andern glipffauge. Fœmin eſt Aethiopiſſa כּוּשִׁית ein Morin.

POETICE.

Æthiopia:

Arenoſa, Montoſa, Ferarum & ſerpentum plena, Baſiliſcos alens & Dracones.

Æthiops Poeticè vide in prima parte, Mor.

Moſchaw.

Moſcovia, regio Sarmatiæ.

Moſcobiter.

Moſcovitæ, qui olim Hamaobitæ, in extrema Sarmatia verſus Septentrionem, ubi montes Hyperboreos eſſe veteres exiſtimârunt. Ab alijs etiam Moſchi μόσχοι dicuntur:

POETICE.

Moſchi.

Boreales, Violenti, Equo boni & iactis ſagittis poſt terga:

Motzing.

Mocenia, vrbs eſt in Vindelicia.

Mülheim.

Lirimiris, Ptol. λιζιμιρίς, vrbs Germaniæ, aliâs Lirimiris, oppidum Saxoniæ non procul ab Hamburgo.

München in Beyerlandt.

Cambodunum, καμβόδουνον vrbs vindeliciæ, vt Ptolomæo placet. vulgũ Monachum.

Münster in Westphalen.

Monasterium, aliâs Mediolanium, μεδιολάνιον.

N.

Nansen.

Nasium, oppidum Leucrorum.

Neugart.

Negardia, vrbs Moscovitarum.

Neuß vnter Cöln.

Novessum, oppidum Vbiorum.

Newenburg.

Neopyrgum, Turingiæ vrbs ad Salam.

Newmegen.

Noviomagum, oppidum est Batavorum.

Neyster.

Tyras, τύρας, fluvius Sarmatiæ in Europa, Ptolem. li. 3. c. 5.

POETICE.

Tyras:

Sarmaticus, Spumifer, Tardiór nullo amne. Qui per inhospita saxa volutus spumoso amne labitur. Qui dirimens fines Sarmatiæ Dacorum oris separat rapacibus vndis.

Niderland.

Belgicum, apud Cæsarem semel atq; iterum legitur Belgium. Dicitur etiam Belgia gen. fœm.

Niderländer.

Belgæ, Βέλγαι, populi sunt Galliæ, proximi Germani, circa Rheni ostia.

POETICE.

Belgæ:

Fortes, Audaces, Pugnaces, Armiferi, Potẽtes, Crudi, Gens aspera.

Nördlingen / oder Heydenheim.

Aræ Flaviæ vrbs Germaniæ ad Danubium, Ptolem.

Nortwegen.

Norvegia, vulgò Novergia regio in Europa, Septentrionalis, versus Oceanum Germanicum sita. Hinc Norvegi populi.

POETICE.

Norvegia:

Subdita gelido cœlo, Quæ candenti nive tecta iacet.

Norwegen / die Insel in Norwegen / oder Seelandt.

Scandia, σκάνδεια, insula in Oceano Septentrionali, quæ & Scandina & Scandinavia dicitur.

Nüchtländer.

Nivithones, natio Burgundionum.

Nürnberg.

Noriberga, olim Segodunum, Germaniæ Vrbs. Hinc Noribergensis.

POETICE.

Noricaberga, urbs Norica.
Noriberga clara, celebris.
Noriberga, egregios, insignes, claros, celebres, non paucos artifices alens, habens, fovens.

O.

Ochsenfurth.

Oxovium, Angliæ urbs est.

Oder / die Oder.

Odera aliàs Viadus, vel Vidrus, amnis clarus est in Pomerania, quem Plinius Gutalum vocat.

POETICE.

Flaventes aquæ Oderæ.
Gelidæ aquæ Viadri.
Claræ aquæ Viadri.
Amnis, qui Odera dictus, nomen habet ab indigenis, quemque Germania aliàs Viadrum nuncupat.

Odera:

Spumans rapidis fluctibus, Præteriens celebrem scholam Francofurti, quæ labitur obliquis flexibus, Cuius altera ripa viret Lenæo palmite, altera umbrosæ sylvæ frondibus prætexitur. Cujus utraque ripa cincta est undique montanis jugis. Quo nullus amnis piscosior irrigat Teutona rura propinqua Vandalico solo, Separans Teutona arva Vandalico solo. Allabens vitiferos colles, Disterminans Marchiacos fines. Quæ fluens Mœnalium ad Arcton fines Marchiæ per errat. Quæ piscopo amne labitur. Piscopo flumine. Maximus inter Marchiacas aquas.

Oedenburg.

Sempronium, urbs est Austriæ.

Oesterreich.

Austria, Pannonia superior παννονία, à situ ad Austrum sic appellata. Hinc Australis & Austrinus, Austriacus item, ut, gens Austriaca. Invenitur interdum & Austria adjectivè usurpatum, ut, gens Austria, apud Stroz.

Oesterreicher.

Pannonii, παννόνιοι vel Pannones. Græci πάνονας vocitant elias Austrii.

Ofen.

Buda, æ, aliàs Salinum, est Vngariæ metropolis capta à Turcis, Ptolomeo Curta, κύρτα dicitur.

Ollmuntz.

Eburuin, urbs Germaniæ, Ptolem.

Oppenheim.

Bancona, urbs Germaniæ ad Rhenum sita.

Osenburg.

Osenburga urbs est Europæ.

Oxenfurt.

Calena, Ptolem, urbs Britanniæ, hodiè Oxonia.

P.

Padow.

Patavium, πατάβιον πατάυιον, urbs Italiæ in Gallia Togata, quæ Venetis hodiè paret, vulgo Padua dicitur. Condita est ab Antenore, novas sedes, Troia diruta, quærente. Virgil. lib. 1.

Hic tamen ille urbem Patavi sedesq; locavit Teuccorum.

Mantuan. *Eugæneis latam statuit sub collibus urbem.*

Paderborn.

Teuderum, vel Tuodorium Germaniæ urbs, hodie Paderborna dicta.

Bamberg.

Pamberga, Gravionarium olim Germaniæ urbs. Hinc Pambergensis. Vide Ptol.

Pamphylien.

Pamhylia παμφυλία, regio Asiæ minoris, inter Ciliciam & Syriam, in qua celebres urbes sunt, Seleucia, Perge, Aspendus item Eurymedon.

Pariß in Franckreich.

Lutetia, urbs est Clarissima Galliæ, quæ quingentas habere plateas scribitur. Tenuis quondam fuit, sed hodiè adeò frequens est, & populosa, ut cum maximis Europæ urbibus certet. Græcis λευκετία dicitur à parietum albedine, ut quibusdam placet. Hinc Parisij, παρίσιοι, populi & parisius adject. ut Parisii penates.

POETICE.

Urba alta Parrhisios.

Lucretia:

Celebris, Præclara, Opulenta, Insignis, Maxima, Populosa, Quam celer Sequana parte amne secat.

Parther.

Parthi, πάρθοι, πάρθιοι, παρθιαῖοι, Asiæ populi feroces, & ad bella nati, quibus Romanæ clades gloriam pepererunt. Hi sagittis adeò claruerunt, ut fugientes à tergo jacularentur, versi ve sequentes hostes læderent, perinde ac adversi. Unde & proverbium ortum: Parthus fugiens præliatur. Meminit eorum Iustin. lib. 41. & 42. et Florus lib. 4. c. 9. Plutarchus item in vita Crassi.

POETICE.

Parthi:

Fugaces, Pefugi, Feroces, Vlucrea, Potentes, Celeres, Flexi, Immanes, Sagittiferi, Martii, Leves, Pugnaces, Animosi, Pileati, Fidentes fuga, versis sagittis, Quibus sidus Eoum fulget. Quibus nihil usquam truculentius. Effera gens, Qui fugientes callidi sunt aversi arcu. Invida gens, Porrigentes artus. *A*versi usi equis.

Pavey.

Papiæ, aliâs Ticinum τίκιν est civitas insubriæ. Huic Ticinus fluvius vicinus est.

Pebenhausen.

Fabiana vel Phæbiana castri urbs in Rhetia.

Pegnitz

Pegnitz.

Pegenesus fluvius est in Norico.

Persier/Persen / einer auß Persia.

Persa, πέρσα פַּרְסִי Sunt autem Persæ populi orientales luxu & delitiis corruptissimi.

POETICE.

Persæ:

Molles, Vaniloqui, Infidi, Arsacidæ Achæmenii, Luxuosi, Magnifici.

Persierlandt / Persenlandt.

Persia, seu Persis, idis, πέρσις & Persida, æ, פָּרַס majoris Asiæ regio est Orientalis, Mediæ, Carmaniæ, & mari contermina, regnum quondam omnium Asiæ maximum & potentissimum. In Bibliis sæpè regio Elam, ab Elam filio Sem vocatur Genes. 10. Daniel. 8 & alibi. Primus regionis hujus rex fuit, Cyrus, qui in Esdra nominatur rex פָּרָס Paras & eadem appellatio extat Ezech. 27. 28 Daniel. 5. 6. 7. 10. 11. 1. Esdr. 7 4. Significat autem Paras se Persæ, milites viros fortes, conculcatores; vel accipitres adolescentibus nota esse debet narratio de disciplina juventutis Persicæ quæ apud Xenophontem extat libro 1. de Pædia Cyri. Persarum regi cubicularius excubitor quotidiè in cubiculum diluculo ingressus dicebat: ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων ὧν σε φροντίζειν ὁ θεὸς ἐθέλησε, id est, Surge rex, atque ea cura negotia, tua perage quæ jussit Deus. Plutarch. in lib. de doctrina principium. Dicta est autem Persia à Perse seu à Persio rege, quæ ob solis calorem dimidios habet Aethiopes. Hinc perseis, idis, Patronymic. Ut Herbæ Perseides, pro magicis, apud Ovid. & Persicus, περσικὸς, ut Sinus Purficus ad mare rubrũ quem Persæ semper accoluere Horat. 1. carm. Persicos odi puer apparatus, id est, luxuosos & magnificos, cujusmodi utebantur persarum r eges opulenti. Ita rages persici, quos Herodotus scribit nunquam prodiisse in Publicum, nisi in pompis publicis, ne se contẽtos redderent. Homines enim natura sunt ἀψίκοροι καὶ φιλόκαινοι, semper nova, meliora & majora appetentes. Et ut dicitur κόρος τίκτει ὕβριν.

POETICE.

Persis:

Dives Gemmifera, Eoa, Danaiona, Barbara, Pharetrata, fulvo auro superbiens.

Peternel.

Carnutum oppidum superioris Pannoniæ, apud Germaniæ est finis.

Pettow.

Petovio, Styriæ est oppidũ. in Norici, & Pannoniæ primæ collimitio.

Pfaltzgraffenland / oder die Pfaltz.

Capellativum vel Palas. Hinc Palatinus, a, um, ut, Comes Palatinus.

Pfin.

Fines vel adfines, oppidum quondam in Turi vel Tauri ripa, nunc verò dirutum & eversum.

Pfulwendorff.

Iulio magus, oppidum Rhetiæ primæ non procul à Danubio; Vulgò *Angiers*.

Phrygien

Phrygia, prim. bre. φρυγία minoris Asiæ regio, inter Galatiam & Mysiam, contermina Cariæ. à qua Phrygius amnis eam separat. Fuit in ea Troia, unde & Troiani Phryges interdum appellantur. Duplex fuit, major & minor Mentio fit hujus regionis 2. Maccab. 5. Actor. 2. 6. 18. 1. Timoth. 6. Vide de Phrygia etiam Solinum & Plin. lib. 5. cap. 29. & 32. Phrix. φρὺξ, Phrygis, Phryges, qui & Phryges per i, simplex, vel etiam Phrygii. Populi sunt ex Phrygia oriundi, qui, teste Plinio, artem acu pingendi primi invenerunt. Unde etiam Phrygio is dicitur qui texturam ejusmodi callet, ein Seidenstücker/Perlenhefftter. De his etiam adagia: Seriò sapiunt Phryges, de iis quos stultè facti factorum quidem pœnitet, sed nimis serò, simili illi. παθὼν τι νήπιος ἔγνω, id est, stultus accepto damno sapit. Et illud Phryx plagis emendatur, de hominibus servili ingenio, qui neq; pudore, neque moniti, sed verberibus demum adacti facienda faciunt. Quod Germani ferè ita. Wo kein zwang ist/ da ist kein ehre sagt der Küster/ und schlug die Heiligen. Phrygius, a, um adject. quod è Phrygia est, vel ad Phrygiam spectat, ut Phrygiæ opes, apud Ovid. Sic Virgi lib. 9.

Tempore quo primum Phrigia formabat in Ida.
Æneas classem, &c.

In Phrygia enim mons Ida & Tmolus & pactolus fuere

POETICE.

Phrygia { humus / tellus. / terra.

Campi Phrigii. Ora Phrygia.

Phrygia.
Dives. Opulenta.

Polen.

Polonia, aliâs Sarmatia Europæa. Hinc polonicus, a, um, ut, Reges Polonici, pubes Polonica. Et poloni, populi qui Græcis σαυρώμαται dicuntur.

POE-

POETICE.

Sagittiferi, Clypeati, Animi virtute excellentes.

Pommern.

Pomerania, prior. duab. bre. Germaniæ Regio. Unde est Pomeranus, a, um, ut Gens, aula pomerana, & pomerani populi.

POETICE.

Pomerania:

Dives, Clara, Marte potens.

Portugal/das Königreich Portugal.

Lusitania, λȣσιτανία, tertia pars Hispaniæ, quam nunc Portugalliam vocant, à Luso Hispanorum rege. Hinc Lusitani populi istius regionis, λȣσιτανοί, item Portugalli.

Possennaw.

Stragona, ςράγονα Germaniæ urbs Ptolem. lib. 2. capit 11.

Prage.

Casurgis, Boemiæ urbs quæ Ptolomeo praga dicitur.

POETICE.

Praga ampla, celebris.

Praga, quæ jacet turrito culmine.

Preßburg.

Posonium, urbs est Germaniæ.

Preßlaw.

Budorgis, hodiè Vratislavia urbs Germaniæ.

Preussen/ Preussenlandt.

Borusia, pri. bre. vel Prussia, Hinc Borusiacus, a, um, ut, Dux Borussiacus, & Prussiacus, ut Prussiaca urbs. Et Borussi populi, de quibus infrà.

POETICE.

Prussia:

Populosa, potens Martia Educens, truces Ursos sylvis horrentibus, Subjecta pigro Ceotæ, Ferax Cereris, melle fœcunda, Quæ Scythiæ propinqua jacet. Quæ Lycaonio sub axe jacet. Quæ legit preciosa electra canis sub undis, juncta limite Sarmatico solo, Quæ subdita jacet algenti cœlo. Mittens aquis succina certantia gemmis.

R.

Rab.

Arabonia, urbs est in Hungaria.

Regenspurg.

Ratisbona, olim Quadrata, Dicta etiam fuit & Augusta Tiberii. Est autem urbs Germaniæ ad Danubium in secunda Rhetia, quæ & Rheninoburgum dicitur, & Artobiga. Vide Ptolem.

Preussen.

Rutheni vel Russi, ῥυθηνοί. Roloxani, populi Sarmatiæ Europeæ, ultra Lavnoiam, aliâs Sarmatæ.

Reussenlandt.

Ruthenia, vel Russia, item Sarmaria.

Rheinwegen.

Rigomagus, oppidum est Ubiorum.

Rheinwälder.

Lepontii, Germaniæ sunt populi Salassiis vicini, apud quos Rhenus oritur, die an Wallis stossen.

Rhodyß.

Rhodus, ῥόδος, Insula Asiatica Clarissima est, veterum studiorum memoria, & Colosso inter mundi miracula numerato celebris. Sæpè à Turcis frustrà oppugnata, capta tandem est à Solymano XII. Imperatore Turcico, anno Christi 1522. Olim Ophiusa, ὀφιοῦσα propter serpentum copiam, deinde Stachia, postea Telchin dicta, à Telchinibus insulanis. Eadē hæc à Sole adamata fingitur idque propter cœli serenitatem, quæ tanta in hac esse dicitur, ut nunquam non aliqua diei parte sol conspiciatur. Auri & Argenti dives facta est, ita ut Pindarus poetico etiam more scripserit, aurum ibi pluisse. Hinc Rhodus,a,um, das darauß ist, & Rhodiensis, item Rhodiacus, a,um, Urbem habet ejusdem nominis Fit Rhodi mentio 1. Maccab. 16. & 21. Vide & Gell. lib.7.cap.3. Iul. Solin. Ubi de orbis situ cap. 21. Rhodienses populi, Rhodisier.

POETICE.

Rhodus:

Clara, pulcra, Fertilis, Nobilis, Fulva, Sacra, Aurea, Irrigua, Aspera, Phœbea, Phœbæia, Collossicula Insula soli Donis exornata claro littore Fertilis auro. Carpathio marmore cincta.

Riedlingen.

Tarodunum, primæ Rhetiæ urbs.

Rochitzerberg oder der Vogel.

Claudius, Hungariæ mons est.

Rockenburg.

Bragodorum & Brogodunum, in prima Rhetia urbs est.

Römer

Romani, vide plura in prima parte.

POETICE.

Romani:

Fortes, Bellicosi, Inclyti, Rerum Domini, Gens rogata.

Rom/vide in 1. parte

Rostoch.

Rostochium, urbs Germaniæ, Suevi amnis ostio vicina olim Laciburgium dicebatur *Ptol.lib.2.c.11.*

Rovan.

Rothomagus vel Rhothomagus ῥοθόμαγος, Galliæ urbs est, ad Sequanam, autore Ptol. lib.2. c. 3.

Roxenburg.

Ripa, alta ὄχθη ὑψηλή, oppidum Britanniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Ruffach.

Rufacum vel Rubeaquum, urbs in Alsatia.

S

Sachsen/Sachsenland/ vide in prima parte.

Saffey.

Sabaudia, populi Subaudi vel Allobroges ἀλλόβρογες, dicuntur, **die Saffoyer**, qui & Sebatii. Sunt autem Galliæ populi. Horatius Allobrox singulariter usus est. Cicer de Divin.

POETICE.

Rhodaneia pubes.

Allobroges:

Montani, Infideles, Rhodanij.

Salgans.

Sana, Casa, primæ Rhetiæ arx, non procul à Rheno, de quo Vadian.

Saltz am Rhein.

Saletio, oppidum est ad Rhenum fluvium.

Saltzburg.

Saltzburgium urbs est Norici, quæ antea Iuvanium dicebatur.

Samothracien.

Samothracia, sive Samothrace, σαμοθράκη, insula est prope Thraciam in mari Aegeo, quæ Dardania olim Dardano Troianorum rege dicta fuit. Meminit huius insulæ Strabo lib. 10, & Virg lib. 3. Æneid. ubi ita:

Threiciamque Samum, quæ
nunc Samothracia fertur

Mentio etiam huius fit in Actis 16.

POETICE.

Samos, Threicia, Imbris terra.

Sandtwicht.

Rutupiæ Ptol. lib. 2. cap. 3. Britanniæ insulæ portus.

Sarmatien.

Sarmatia σαρματία, duplex, est, altera est in Europa quam nunc Tartariam esse existimant, altera in Asia. Hinc Sarmaticus & Sarmatice Sarmatis idis. item Patronymicum, apud Ovid.

Sarmatis umbra, tellus.

Sarmatier.

Sarmatæ, σαρμάται, vel etiam Sauromatæ, antepen. & pen. brevibus σαυρόμαται sunt populi Scythiæ juxta Danubium qui montes & sylvas habitant, & palustris ædium vice utuntur. Unde & Hamaxonicæ dicuntur. Sanguinem æquinū lacte permistum bibunt cujus etiam Virg. meminit. 3. Geor.

Et lac concretum cum sangui-
ne potat equino.

Et Martial. lib. 7.

Venit & epoto Sarmata pa-
stus equo.

Hinc aliqui γαλακτοφάγους, alii qui ἱππομόλγους vocant. Sæpè etiam domicilia mutant, neq; capillos abradi sinunt, neque barbas.

Schaffhausen.

Schaphusia, oppidum est in ripa Rheni.

Schlesien.

Silesia, vel Sclesia vulgò. Hinc Silesij, vel Scesij vulgò, item Lutibuti, populi, Schlesier.

Schmalkaldt.

Smalcaldia, urbs Germaniæ. Hinc Smalcaldensis.

POETICE.

Chalcis.

Monticola, Celebris. Operta montanis jugis.

Schmebin.

Scurgum σκȣ̃ργον, Germaniæ urbs in Septentrionali climate. Ptolem. lib. 2. cap. 11.

Schönlandt.

Scandia, æ, Oceani Septentrionalis insula, quæ & Scandinia & Scandinavia dicitur, plin. lib. 4. c. 13.

Schotten/ Schottlender.

Scoti, prim. long. Britanniæ populi, quondam ἀνθρωποφάγοι, sive ἀνδροφάγοι, ideo quòd humanis vesci carnibus reperti sint. Olim nulla conjux apud eos propria fuit, sed vagis libidinibus pecudum more indulsêre.

POETICE.

Scoti:

Truces, Inhumani, Barbari, Inculti, feri, truculenti.

Schottlandt.

Scotia, olim Albania, ἀλϐανία.

Schwaben.

Suevi, σȣ̃ϐοι, populi Germaniæ bellicosissimi, Bavaris

finitimi. Olim circa Albim habitarunt, hodiè Danubij ic-colæ sunt.

POETICE.

Suevi, pri. long.

Truces, Gelidi, Arces, Fr-tes. Intonsi, Feroces, Crini, Flavi, Armigeri. Genus ace, Marte potentes. Flaventes i-comto crine.

Schwabenlandt.

Suevia, aliâs Rhetia prim vel superior. Est enim & Rh-tia secunda vel inferior, e theil des Beyerlandts. Suvicus, a, um, adject. ut Suevicus princeps & Suevus, a, um, ut Sueva arma.

Schwedenlandt.

Suecia vel Suedia. Hin Suedi, qui & Suiones vel Sue populi.

Schweitzer.

Helvetii, ἐλϐήτιοι, Gal Suisses Ital. Suizzari, Gallo rum, vel Celtogallorum gen nobilissima. A non nullis Sui ceri vocantur. Vide Cœsar. i comment.

POETICE.

Gens Helvetia, quæ plurima sub prærupta rupe valles coli Genus armipotens.

Helvetii:

Sævi, Truces, Feri, Armipotentes, Fera gens armis, Genus armipotens, Genus acerrimum.

Schweitzerlandt

Helvetia, regio Galliæ.

Schwe-

Schwerin.

Severianum, urbs est in Pannonia.

Scythien / Scythierlandt.

Scythia, σκυθία, prim. bre duplex est regio, alia Europæa seu Septentrionalis, alia Asiatica seu Orientalis, citra, & ultra Imaum montem.

POETICE.

Terra Tomitana.
Terra Taucica.
Barbara tellus Scythiæ.
Ora Scythiæ.
Fines Scithici.
Ager Tomitanus.

Scythia:

Gelida, Nivosa, Glacialis, Rigens, Horrida, Ora ultima Ponti. Hinc Scythicus, a, um, σκυθικὸς, spectans ad Scythiam, vel etiam pro inculto & barbaro ponitur, ut vivere moribus Scythicis, ein Viehisch vnd wüste leben führen. Et Scythes, Scythæ, σκύθης, qui ex Scythia oriundus est, ut, Anacharsis Scythes apud Cicer. 5. Thusc. Scythis, idis. patron. fœmin. apud Ovid. 15. met.

Exercere artes Scythides
memorantur easdem.

Scythiæ popoli, dici putantur ab aliquib9 ἀπὸ τοῦ σκύθρωπάζειν, quia valdè sunt iracundi. Iustin. in initio lib. 2. tradit, Scythas antiquiores esse Ægyptijs, Scythiamq; & incolarum mores descibit.

POETICE.

Popul.

Scythiæ:

Prôfugi, Effrenes, Errantes, Indomiti, Gelidi, Acerbi, Sævi, Acrisoni, Vagi, Campestres, Fortes, Instabiles, Tingentes sagittas vipereo felle, Horridis moribus. Quorum plaustra trahunt vagas domos. Pasti sanguine equino. Moventes errabunda plaustra suis cum laribus.

Seckingen.

Sanctio. in ripa Rheni supra Basileam urbs.

Seelandt.

Selandia, quam Scandiam etiam dici volunt, alias Codanonia, ab ingenti & celeberrimo sinu Codano super Albim fluvium, de quo Plin. lib. 4. cap. 13. Hinc Selandi populi.

Sicilien.

Sicilia, nobilis insula, pars olim Italiæ fuit, sed ab ea mari interfuso avulsa, olim Trinacria τρινακρία dicta fuit, à tribus promontoriis, & Sicania. Scribit autem Plinius Siciliam frumento adeò esse fœcundam ut multis in locis semen in centuplum reddat. Vnde & Proserpina apud Siculos nata fingitur, propter insulæ scilicet fertilitatem Straboni ταμεῖον τῆς ῥώμης, id est, cella penuaria reipub. Romanæ. Ciceroni nutrix plebis Roma-

næ dicitur. Hinc fit Siculus, ut, Siculus paſtor. Ita Theocritus vocatur à Virgilio in Bucol. & Sicilienſis. Græcis hæc inſula σικίλια dicitur. Unde σικελίς, Sicelis, Virgil. 4. eclog.

Sicelides Muſæ paulò majora
canamus.

POETICE.

Terra Sicula, Tellus Ennea, Arva, Typhoides Ætnæ, Inſula injecta membris Giganteis.

Sicilia:

Frugifera, Triſida, Trinacris, AEolis, Nobilis, Vaſta, Sicania, Trinacris, Trinacria, Grata domus Cereri, Sedes Erycis, Cyclopum, arva, Quæ tribus ſcopulis procurrit vaſtum in æquor, Optima Inſula, Feraxfrugum.

Sicilier/ Völcker aus Sicilia.

Siculi, Siciliæ incolæ vel indigena, σικελοί.

POETICE.

Siculi:

Laſcivi, Dicaces, Immites, Acuti, Trilingues, Stygiam Proſerpinam colentes,

Sidon.

Sidon: pri. long. σιδών, Sidonis, urbs maritima Phœniciæ conchilio & purpura nobilis fuit Unde & Sidonium oſtrum dicitur quemadmodum & Tyrium oſtrum. Et dicimus penult. producta à σιδὼν, σιδῶνος, pro urbe, ſed pen. bre.

pro incolis Sidonis. Iuſtin. lib 18. Hinc Sidonius, a, um, ut, Sidonia Dido apud Virg. l. 1. & Sidonij populi σιδώνιοι.

POETICE.

Sidonia mœnia.

Sidon:

Cadmæa, Piſcoſa, Potens, Vetus Tyria, Murice precioſa, luxu perdita, Sub Chriſti jugum redacta.

Siebenbürgen/ Walachey.

Tranſylvania, vel Pannodacia, & Dacia Ripenſis, Septem caſtra.

Siebenbürger.

Tranſylvani, Daci, δάκοι, & Dacæ, olim Davi, Jazyges, Metanaſtæ, vulgò SeptemCaſtranſes.

Silgenſtadt am Meyn.

Salingoſtadium, urbs Germaniæ, vicina Francofordiæ.

Sirmach.

Sirmium, σίρμιον, vetus urbs eſt Ungariæ apud Savum fluvium.

Solothurn.

Solodorum, antiquiſſimum oppidum eſt Helvetiæ, ad Arulam fluvium.

Soltwedel.

Soltvvedlia, aliqui ἡλιόπολιν dicunt, urbs Germaniæ.

Speyer.

Spira, prim. lon. σπεῖρα, Pyrimonis, Germaniæ urbs. Eſt autem σπεῖρα. Idem quod cohors, de quo Sabinus ita:

Cæſareis ſedes fuit illa cohor-
tibus olim.

Nomen

Nomen ob id Graium Spira vocata tenet.
Hinc eſt Spirenſis,e.

POETICE.

Urbs Spirenſis.

Spira:

Turrigera,Præclara,Incly-
,Urbs,antiqua , Nobilis o-
m Romanis armis , Fidiſſi-
a nunc imperij cuſtos. Con-
rmina urbs celebri Rheno,
on longè diſtans Vangio-
am homo , Habens nobile
nperij forum, Nemetum glo-
a,Proſpectans altum in Rhe-
m,Mundi decus , & juſtitiæ
rum.

Stein am Anger.

Sabatia,urbs eſt in Auſtria.

Steyrmarck.

Stiria ςείρια,ἡ vel τὰ , olim
aleria , Vicus Atticus in tri-
Pandionide , unde Stiricus,
iriacus.

Steyr.

Geſſodunum , urbs in Au-
ria.

Straßburg.

Argentoratum, Ἀργεντόρατον,
rgentina vulgò , urbs Galliæ
tore Ptolem. quam tamen
ermani habitant.

POETICE.

Argentoratum:

Præclarum,Inſigne , Nobi-
, Quod ſecat auguſtum flu-
tum. Cui nomen Pruſia,
i Auſones nomen fecerunt
argento,Teutones à vicis.

Stul Weissenburg.

Alba regalis , urbs eſt , in qua Hungariæ reges coronari & inungi ſolent.

Sundt.

Bunitium,Βενίτιον, urbs Germaniæ. Vide Ptolem. lib. 2. cap.11.

Swoll.

Navalia , Germaniæ urbs, Ptol. lib. 2.cap.11.

Syrien.

Syria,συρία, סיראה Chald. סוריא ארם סורהא majoris Aſiæ regio inſignis, in medio orbis conſtituta , Arabiæ mari mediterraneo , Euphrati Ciliciæ & Cappadociæ contermina. Habet in ſe aliàs regiones, Phœniciam, Palæſtinam , Judæam, Idumæam , Comagenam, Samariam, Seleuciam, Celoſyriam,& Galilæam. Sunt qui Syriæ & Aſſyriæ nomina confuſa eſſe credant. Plin. verò lib.12.cap. 5. Aſſyriam totius. Syriæ partem facit. In veteri Teſtamento Syria cocatur Aram ארם Hinc Syrus, σύρος, Syrius , Συρικός, & Aſſyrius, Einer aus Syrien. ארמי Chald. ארמאה Et Syriſſa mulier à Syria σύρισσα, ארמית Et Syrillus, a, um, idem quod Syrius. Virgilius:

Coppa Syriſſa caput Graia redimita mitella.

Vina Syra, dixit Hor. 1. Carod. 13. Syriacus, ut, Syriaca,

radix:

radix: Syricus, ut, mala Syrica. Apud Columel. Syrophœnix, συροφοίνιξ, habitans in ora maritima Syriæ circa Euphraten. Iuvenal. Satyr. 8.

Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo.

Syrophœnicia, cuius pars Idumæa est, & Iudæa, Syrophœnissa, συροφοίνισσα dicitur Marci 7. mulier gentilis, nata in oppido Phœniciæ Cana, cujus filiam à Dæmonio agitatam Christus liberat.

POETICE.

Populi.

Syri:

Timidi, Meticulosi.

T.

Tamerstock.

Tamara, ταμάρη, Britanniæ urbs, de quo Ptol. lib. 2. cap. 3. **Tarrogen / in Arragonien.**

Tarraco, sive Tarracon penult. corr. Hispaniæ urbs insignis multarum urbium celebrium metropolis nova Carthagine non inferior, à qua provincia ipsa Tarraconia & Tarraconensis nominata est, Martial. lib. 13.

Tarraco Campano tantum cessura Lyæo.

Scribitur à quibusdam Taraco per simplex r, sed non adeò rectè.

Tattern / oder Tartern.

Vide infrà, Tartari.

Taurin in Bemundt / vide infrà, Augusta Taurinorum.

Teruanne in Flandern.

Taruanna, ταρουάννα, urbs est Galliæ Morinorum, Ptol. lib. 2. cap 9.

Teutsch bey Cölln.

Divitensium munimentum, vel Divitensium municipium vulgò Tuitium, & ita appellatum videtur à Tuscone.

Thüringen.

Thuringia, regio Germaniæ.

POETICE.

Thuringia:

Celebris, Prægnans munifico campo, Abundans frugibus & floribus, Dives flavis campis, Ostentans frugiferas opes, Gaudens uberibus campis.

Thüringe:

Thuringi, vel Toringi.

POETICE.

Thuringi felices.

Thuringi dites, vinosa valle.

Thüringer Wald.

Samana sylvs, aliâs Bacenis. Pars Hercyniæ.

Tyrol / Graffschafft Tyrol.

Tirola, prim. bre. Tirolensis comitatus.

Todt Meer / das todt Meer in Palæstina.

Asphalites, vel Asphaltites, ἀσφαλτίτης, lacus est Iudææ provincia pentapoli bituminosus pestilenti fœtore, nullum habens animal, in eo ni

nihil grave, neque vivum submergi potest. In eo loco fuerunt Sodoma & Gomorrha, & tres aliæ urbes, quæ propter nefandam libidinem & luxuriem populi igne cœlitus deturbato exustæ, sunt. Ἄσφαλτος bitumen est Græcis. Dicitur etiam aliàs mare salsum, quòd salsum sit, & planè infructiferum, item mare mortuum propter pestilentes ejus vapores supervolitantes aves necantes. Vide Ioseph. lib.5. de bello Iudaico.

POETICE.

Asphaltis unda.

Asphaltus.

Olens, Graveolens, Teter, Halens, infamibus flammis, Exæstuans ingentes æstus ad cœlum. Contristans aera graveolenti aura sulphuris.

Trab/die Trab.

Darus, Pannoniæ inferioris, id est, Vngariæ fluvius. Ptolem. Dravus alijs dicitur, vulgò Mora.

Trient.

Tridentum urbs est sita ad Athesin. Hinc Tridentinus,a,um.

Trier.

Augusta Trevirorum, Treveris, urbs Galliæ Belgicæ. Gal. Trevirs.

Triest in Friaul.

Tergestum, Istria colonia. Ptolem.lib.3.cap.1.

Tübing.

Tubinga, pri. bre. Germaniæ urbs, unde Tubingensis.

POETICE.

Tubinga. { celebris. insignis. nota doctis viris.

V.

Veron/ oder Dieterichs bern.

Verona οὐήρωνα, urbs est Venetiæ à Gallis olim condita, dicta olim Brenona à Brenone duce Gallorum, Catulli patria fuit. Ovid. 3. amor.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.

Hinc Veronensis.

POETICE.

Verona:

Nobilis, Parva, Exilis, Ferax frugum, Multum debens Catullo suo, Gaudens Catullo.

Vicentz.

Vicentia, Venetorum oppidum, teste Plin. lib.3.cap.19. Veteribus Vicetiam dictam Rhenanus in castigationibus in Tacitum probat.

Villach.

Carnicum Iulium, vetus oppidum est Carinthiæ.

Vivelspurg.

Aventicum, in Helvetia quondam urbs fuit, nunc verò pagus in murorum ruinis.

Vngern.

Ungari vel Hungari, gens Scythica origine barbara & immanissima. Olim dicti sunt Hunni, οὖννοι, vel Vnni. Hi regem sibi quondam præfecerunt

runt Attilam crudelissimè omnia vastantem Anno Christi 401. Qui interrogatus, quare tam crudeliter sæviret respondit: Se esse flagellum Dei. Repressi sunt hi populi à Carolo Magno in Hungaria, ubi receptus suos habere consueverant. Antea enim in Scythia circa Mæotidem paludem habitârunt.

Vngerlandt.

Ungaria vel Hungaria aliàs etiam Pannonia inferior vel secunda.

Voigtländer.

Narisci, populi Germaniæ.

Vrbin.

Urbinum, pen. prod. Italiæ oppidum vetustissimum in Umbria: A quo Urbinas Urbinatis. Plin. lib. 3. cap. 14.

W.

Wallacher / oder Tarter:

Getæ, γέται, populi sunt Thraciæ vel Scythiæ moribus inurbanis & barbaris, quorum Ovidius meminit lib. 3. de Ponto.

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe.

POETICE.

Getæ:

Feri, Rigidi, Truces, Inhumani, Diri, Feroces, Indomiti, Infesti, Sævi, Pharetrati, Marticulæ, Squalidi, Hirsuti, Intonsi, Armiferi, Fortes, Vagi, Gelidi, Belligeri, Threycij, Barbarici, Infrenes, Illepidi, Truculenti, Flavi, Rapidi, Duri, Crudi, Pelliti, Acuti, Hyberni, Squalidi strid... ense, Deridentes verba Latina, Quibus jugera immensa fruges liberas & Cererem ferunt.

Hinc Geticus, a, um, ut, Arcus Geticus, littus Geticum apud Ovid.

Walesser.

Seduni, sunt incolæ vallis Pæninæ, juxta veragros, quorum oppidum est Sedunum.

Weinmar.

Vinaria, Germaniæ urbs. Hinc Vinariensis.

POETICE.

Vinaria:

Præclara, Celebris, Clara, veterum regum nomine. Illustris quondam sedes Saxonum, Otthonis, Dilectum quondam hospitium Sapientis Otthonis.

Weissenburg.

Nova mœnia hodiè Album Castrum. Sarmatiæ urbs in Europa, Ptol. lib. 3. cap. 5.

Were.

Vedra, Britanniæ insulæ fluvius.

Werzel in Bemundt.

Vercellæ, βέρκελλαι, urbs Italiæ Transpadanæ, Taurino vicina, vulgò Verceil.

Weser.

Visurgis, gen. mascul. dicitur & Bisurgis & Visaris, fluvius est ex Hassia exiens in mare Germanicum.

POETICE.

Visurgis:

Celer, Rapax, Lucidus amne, Celebri amne clarus Rigans VVestphala arva cœruleis vadis, Secans campos tumido amne.

Westerreicher im Metzer Bisthumb.

Mediomatrices, Μεδιομάτρικες, & Mediomatrici, Gallice ceux de Mez, populi Germaniæ, quorum caput est Diodurum, die Stadt Metz. Vulgò MetzenLorrain. Interdum popoli nomen pro oppido ponitur.

Westphälinger.

VVestphali, populi sunt VVestphaliæ, VVestphalicus, a, um, adject. ut, Vestphalicæ, terræ, & VVestphalus, a, um, ut, VVestphala arva apud Poetas.

Wien in Osterreich.

Vienna, Juliobona, Vindebona, Ala Flaviana, Castra Flaviana. Vide plura in prima parte. Wien.

Windisch Marck.

Illyris, Ἰλλυρίς, seu Illyria Illyrium & Illyricum, regio est Epiro contermina, propinqua Italiæ, à quo Adriatico mari dividitur. Alio nomine Dalmatia, hodiè verò Slavonia vocatur. Illyrij, Sclavi & Sclavoni, Sclauen vnnd Wenden. Hinc & Illyricus. Virg. eclog.

POETICE.

Illyria:

Gelida, Ampla, Magna, Vasta, Munita summis rupibus.

Wirtenberger.

Charitini, populi Germaniæ.

Wirtzburg.

Artaunum vel Arctaunum, Ptol. Germaniæ urbs est, quæ Herbipolis hodiè dicitur.

Wormitz/Worms.

Borberomagus, vulgò VVormatia, Vangionum caput quidam volunt esse. Ogersheim/ Hinc VVormatienses, Vangiones incolæ dicuntur.

Z.

Zeuberin/so die Kinder beruffen vnd martern.

Lamiæ, λαμίαι, לִילִית devoratrices puerorum dicuntur, sive veneficæ mulieres. Item larvæ & lemures aliam atque aliam subinde formam assumentes.

Zürch/ Die Stadt Zürch.

Tigurum & Turigium, urbs est Galliæ, metropolis Turigiorum, situ amœnissimo, inter duos montes, aliàs etiam Turegum vel Turegium dicitur.

Zürcher.

Tigurini, τυγυρινοὶ, populi sunt Galliæ Celticæ, Limagi fluvij accolæ.

Zwickaw.

Cygnea vel Cygneum, urbs est illustris, quæ nomen accepisse putatur à Cygno Herculis filio.

SEQUUNTUR
JAM ALIA PROPRIA, QUA[
Germanico idiomate non usq; adeò commo[
dè exprimi & reddi possunt. Vel si redderentu[
(ut & quædam reddita sunt) non facilè
tamen reperiri à quovis
possent.

A.

Aa, amnis est Galliæ Belgicæ Flandriam à Picardia distерminans. Vide Ott. in theat. Orb. ter.

Aálac, mons Syriæ est, Ios. 11.

Aáron, ἀαρὼν, אַהֲרֹן filius Aamram, frater Moysis, & ejusdem etiam orator sive interpres. Eius enim verba populo referebat, quòd ille balbus esset, & totus contemplationi deditus. Ascendit unà cum Moyse in montem Synai, & Decalogum à Deo accepit. Idem Hebræorum primus Pontifex consecratus est cui defuncto Eleazarus successit.

POETICE.

Aaron, vel Aron, altero a omisso, & pri. bre.
- magnus.
- clarus.
- preclarus.
- sacris accinctus.
- eloquio præstans.
- vocis vi præstans
- cui dulces eloquij sonus fluxit facundo ab ore.
- qui ardua verba fecit facili ore.

Aasbai, ἀχασβαί אֲחַסְבַּי fili[Machati, 2 Re. 23.

Aastari, filius Assur ex Naara[

Aba filia Xenophanis, vid[Strab. l. 14. Est etiam eju[dem nominis oppidum Pho[cidis, & felicis Arabiæ. E[& mons Armeniæ, unde Eu[phratis est origo. Plin. lib. 5 cap. 24. Fuit præterea ho[nomine rex Ungarorum Leonis Pontificis temporibus.

Ababus, rex Samariæ fuit superbus.

Abacæva, ἀβακάνα Medorum & Siciliæ urbs, Ptol.

Abacænum, ἀβακαῖνον, test[Stephano, urbs, est Siciliæ.

Abacuc, ἀβακὺκ, חֲבַקּוּק Propheta fuit, qui Danieli leonibus objecto cibum attulit.

Abacus, Grenata vulgò, Cœvolæ regionis apud Indos metropolis.

Abaddir, Prisciano teste, lapi[est, devoratus à Saturno pr[Iove.

ba,plural.ἄβαι,Strab.Phocidis oppidum. Hinc Abæi populi,

baga,rex fuit Tartarorum & Armeniæ, per quem Hieroſolyma eſt recuperata. Sab.

bagarus,rex fuit Perſarum.

bahius, teſte Paulo Jovio, Nilus fluvius dicitur.

bala,Africæ oppidum, Plin.

bah, Indiæ populi.Plin.

balites ſinus, ἀβαλίτης κόλπος Troglotidici maris ſinus, Plin.

balus, ἄβαλος,Oceani maris eſt Inſula, Plin. lib. 2. cap.36.

bana, brevi penult. ἀβανὰ אֲבָנָה eſt Damaſci fluvi9, cujus mentio fit 4. Re. c, 12.

bantias, ἀβαντίας, dicta eſt Atalanta neptis Abantis, & Iaſij filia.

bantis, ἀβαντὶς,inſula eſt Vicina Bœotiæ, cuius incolæ Abantes dicuntur. Dicitur etiam hæc Inſula, Eboia,alias Eubæa, Sunt & Abantes Ionum populi inter Achidos Herodoto lib.1.

baortæ, ad Indum fluvium ſunt populi.Plin.

barbarca, ἀβαρβαρέα, Nais Nimpha apud Hom.Ili. 6.

barim, ἄβαριμ, עֲבָרִים mons excelſus in regione Moabitarum,in qua Moyſes terram Iſraelitis promiſſã, vidiſſe & mortem etiam obijſſe ſcribitur, Num.27. Deut.32.34.

Abarimon, ἀβάριμον regio eſt Scythiæ alens ſylveſtres & monſtroſos homines, qui plantis poſt crura averſis miræ ſunt velocitatis, & cum feris paſſim vagantur de quibus Plin.lib.7.cap.2.

Abaris, huius Abaris, brevi pen. eſt proprium viri, de quo Ovid. 5. Metamor.& Virgil.lib.9.

Abarnus ἀβαρνὸς, urbs & regio eſt Parianæ, aliâs etiam Abarnis, ἀβαρνίς.

Abas,antis,ἄβας αντος, pri.bre. Argivorum rex fuit,à quo Abantiadæ Argivi vocitati. Fuit & hoc nomine Troianus, comes, Æneæ, de quo Virg. lib. 10. Vnà tornus Abas, alias item fuit Centaurus Ixionis & Nubis filius.

Abaſer,plur.ἀβάσεις, regio eſt Ægipti,Strab. lib.17.

Abaſter, vel Alaſtor, ἀλάςωρ, unus fuit equorum Plutonis Tribus enim ferri dicitur equis, quorum primus Metheus,ſecundus Abaſter,tertius Nanius dicitur.Aliâs Abaſtrus,Vide Horat.lib.3.

Abaton, ædificium erat Rhodiorum extructum ad Artemiſiæ trophæum protegendum, quod diruere religio Vetabat. Vide Cæl.

Abatos, ἄβατος, brev. penul. inſula eſt in extremis Ægypti circa Memphin Styge palude circundata, ubi rex

Ositis ſepultus ſcribitur. Lucan.lib. 9.Hinc Abatos, &c.

Abbarim, bre. pen. vide Aberim.

Abdera, æ, ἄβδηρα, & Abdero, pen. lon. & Abdera, orum ἄβδηρα, τὰ, urbs Thraciæ Clazomeoe poſt dicta juxta quam ſtagnum Biſtonium fuiſſe dicitur, in quo omnia natantia demerguntur.

Ovid:

Aut te defoveat certis Abdera diebus.

Vide infrâ Teium. Eſt & Abdera, Hiſpaniœ Boeticæ oppidum Hinc Abderitanus & Abderiticus Abderites itē, & Abderita aliquis ex Abdera. Sunt etiam Abderitæ, ἀβδηρεῖται, populi Trhaciæ.

Abdua nomen fluvii de quo Plin.lib. 2, & Strab.lib. 4.

POETICE.

Abdua { magnus. / vagus. / in cujus alveum / Serius exit.

Abeacus, rex Syracorum, de quo Strab.

Abeatæ, Achajæ populi de quibus Plin.lib.4. cap.6.

Abel, ἄβελ, הֶבֶל & in diſtinctione ſententiæ הָבֶל filius fuit πρωτοπλάστου noſtri à fratre Cain occiſus. Gen. 4.

POETICE.

Abel:

Sanctus, Paſtor, Humilis, Pius, Quem Cain invidi[...] ſitavit. Qui pecudes macavit, & ſacras aras imbuit. Quem inermem frater invidia motus interfecit, Cujus inſonti ſanguine fra[...] terram fœdavit.

Abella, ἄβελλα, pri. bre. vul[...] hodie Bella, urbs eſt ſup[...] Neapolim.

Abellinates, qui & Avellin[...]tes, ἀβελλινᾶται, Italiæ ſu[...] populi.

Abellinum, aliâs Avellinum, ἀβέλλινον, oppidum eſt Ita[...]æ, Plin.

Abeſamis, ἀβησαμίς, oppidu[...] eſt Syriæ. Plin.

Abeſtæ, apud fluvium Herm[...]drum eſt oppidum. Plin.

Abij ἄβιοι, Scythiæ ſunt pop[...]li pacis amantes, Volat.

Abila, ἀβίλη, Plin. oppidum [...] Decapolitana regione.

Abis, aliâs Abſus fluvius [...] Danubium ſe exonerans.

Abiſari, vel Biaſari, Indiæ reg[...]o eſt, Strab.

Abiſontes, Pl.l.3. populi int[...] Alpinas numerantur gente[...]

Abiſſa. Ptolem. Urbs felicis [...]rabiæ quæ eſt Abiſſama d[...]cta eſt.

Ableti, Straboni populi ſu[...] Pergamo vicini.

Abnoba pars Martianæ ſylv[...] in qua Danubius oritur.

Abrobrica. Plin. oppidum H[...]ſpaniæ eſt.

Aboccis, Plin. Æthiophiæ op[...]pidum.

Abolani, Plin. in Latio populi Albensibus vicini.

Aboriense, Plin. Romanorum oppidum est in Africa:

Aborigenes pen. corr. ἀβορίγινες, antiquissimi populi Italiæ fuerunt, postea Larini appellati, die ersten Einwohner in Italia. Dictos putant Aborigenes, quod primi visi sint tanquam editi sine patribus, q. sine origine, aut quod ex varia gentium colluvie mixti erant. Dionysius verè Arcades fuisse scribit.

Aborrhas ἀβόῤῥας, fluvius est Asiæ. Strab. lib. 16.

Abram, ἀβραμ, אַבְרָם primus Patriarcharum qui alias Abraham, אַבְרָהָם ἀβραὰμ, item Abraamus vel Abrahamus, cujus nomen etiam apud Ethnicos celebratissimum fuit. Eusebius enim lib. 9. præparationis Evangelicæ allegat etiam prophanos scriptores qui de Abrahamo scripserunt. Est autem composita dictio ex tribus אָב (Ab) pater רָם (Ram) excelsus, הָמוֹן (Hamon) multitudinis. Voluit enim Deus patrem ipsum esse multarum gentium, de quo Genesis 17.

POETICE.

Thariades, à patre, cui Thare nomen fuit.

Abras:

Fidens, Magnus, Credulus, Justus, cui soboles concrevit instar arenæ, quæ curvo littore sparsa est, vel jacet. Jussus olim quærere agros promissos peregrinis in oris Cujus nepotes sideris in numerum in secula ventura creverunt. In numeræ gentis pater. Qui Saræ funere mœstus erat. Cujus castas sedes ipse Dei natus præsens visit. Qui natum Dei migrantem in limite viridi Mamræ olim hospitio excepit & gratis fovit officiis.

Abrettana, ἀβρεττανὴ, Mysiæ pars est.

Abrertanus, Iup. ἀβρεττανὸς ζεὺς Deus Mysius est Strab.

Abratani ἀβρεττανοὶ, Mysiæ populi sunt, Plin.

Abrincattui, populi Galliæ, Lugdunensis Plin. l. 4. c. 18.

Abrodiætus, ἀβροδίαιτος Parrhasii egregii pictoris cognomen fuit.

Abroni mœnia Ptol. Galatiæ urbs Arcani vulgò.

Abronus, nomen pictoris Samij, Plin.

Abrotonium, ἀβροτόνιον, vel ἀβρότονον, meretrix est apud Lucian. ab ἀβρὸν, id est τρυφερὸν, quod delicatum significat & molle.

Abrotonum, ἀβρότονον, Plin. Affricæ oppidum.

Absarum, Iberiæ fluvius, Pl. lib. 6, cap. 4 Abscorum vo-

cat Ptolomæus.

Absynthij, populi sunt juxta Pontum habitantes; ab herba ita cognominati. Ovid. 5. lib. trist.

Cana prius gelido desint absynthia Ponto.

Absyrtes, fluvius Colchorum in mare Adriaticum se exonerans. Lucan. lib. 1.

Et cadit Adriacas spumans Absyrtes in undas.

Absyrtides, ἀψυρτίδες, Insulæ in mari Adriatico, vel juxta Istrum, sic dictæ à fratre Medeæ ibi interemto, de quo jam sequitur. Vide Plinium lib. 3. cap. 36.

Absyrtus, ἄψυρτος, Colchorum regis Aætæ filius, aliàs Egialeus dictus, quem soror eius Medea cum Iasone discedens membratim discerpsit, particulis circumquaque disiectis, ut sequentem se patrem in ossibus nati colligendis occupatum remoraretur, ne eam à fuga retraheret, unde locus iste Tomos, τόμος, id est, incisio nomen accepit. Alii tamen aliter de Absyrto sentiunt. Fabulam ejus describit Ovid. 3. trist. eleg. 9. Valerio Flacco Aætius hæres dicitur. Est & Absyrtus nomen scriptoris Græci.

Abudiacum, ἀβουδιακόν, urbs Vindeliciæ Ptolemæo.

Abula, urbs Hispaniæ Ptolem.

Abupus fluvius est ingens Br-

tanniæ Ptolem.

Abydeni, ἀβυδηνοί, Populi A siæ qui ubi gravi à Philip rege Macedonum obsidio premerentur, ita ut nul planè salutis spes superes mutuis sævientes vulne bus seipsos interfecerun ne in hostis manus ve rent.

Abydus & Abydon, masc fœm. & neutr. genere, lon penult. ἄβυδος, Asiæ ur est sita ad Hellespontum Leandri patria, Virgil. Georg Pontus, &c. Μὴ εἰς τὸν ἄβυδον. id est, Ne teme Abydum supple, navige id est, ne quod grave pericu lum suscipias sine causa va dè necessaria. Periculosa nim erat in Abydum n vigatio propter fretum sæ vum atque asperum. Mon & adagium, non temerè ac eundos esse improbos, ut quibus, non corruptus ali quo vitio, nemo redire so leat. Abydeni enim non tan tùm sycophantæ, verùm et iam molles erant & effœmi nati, quæmadmodum Pausa nias ex Suida retulit: Sicu olim peregrinationes Ro mam versus suspectæ erant & infames propter impro bitatis & vitiorum conta gia, Wer gen Rom ge het/ der bringet gewiß lich einen Schalck wider zu Hauß. Hinc Abydeus & Aby-

Abydenus, ut ἀβύδηνον ἐπιφόρημα, id est, Abydena illatio, proverbialiter dici solet, ubi quis obstrepit aut convivantibus, aut aliquid quippiam agentibus, & tumultu molestiam affert.

POETICE.

Abydos:

Antiqua, Ostrifera, Lændria.
Hinc Abydeus & Abydenus, ut, torus Abydenus, fretum *Abydenum*.

Abyla, ἄβυλα long. penult. mons est Mauritaniæ, cui oppositus est Calpe mons in Hispania, qui olim perpetuo jugo conjuncti, ab Hercule sunt divulsi, & ita intromissum terris mare, quod medi terraneum vocatur. In his præterea sunt Herculis columnæ, quas fixisse, ibidem dicitur, cum boves Geryonis vestigaret, q. ultima ibi orbis meta esset, neque ullus amplius locus accessibilis & habitabilis super esset.

Aca, vel Ace, ut Plin. ἀκὴ. Suid. עכו Phœnicum urbs, Claudij Cæsaris quondam colonia fuit Ptolomais postea dicta, Strabone autore.

Acabene, Ptolem. mons in Ægypti finibus.

Acabis, ἄκαβις, Ptolem. villa in regione Cyrenaica.

Acacesium, ἀκακήσιον, urbs est Arcadiæ. Nomen habet ab Acaco Lycaonis filio.

Academia, penult. ancipiti Græcis enim ἀκαδημία & ἀκαδήμεια scribitur, locus fuit suburbanus & nemorosus prope Athenas, ubi Plato natus & Philosophatus fuit, dictus ita ab Academo Heroe quodam, Horat.

Atq; inter sylvas Academi
quærere causas.

Fuit autem Academia schola Atheniensium inferior, superior, in qua Aristoteles docuit, λυκεῖον, Licæum, dicta fuit. Hinc Academicus, a, um, ἀκαδημικὸς. Fuit etiã Academia M. T. Ciceronis villa in Capania juxta Puteolus, Plin.

Atq; Academiæ celebratam
nomine villam.

Hunc cultu reparat sub potiore vetus.

De doctrina Academicorum vide Lacotium in libro de Philosophor. placitis

Acadra Ptolem, Arabiæ felicis oppidum.

Acalis, lidis, ἀκαλλὶς, Minois ex Apolline filia, quæ Oaxen genuit Stephan. de urbibus.

Acamantium ἀκαμάντιον, magnæ Phrygiæ urbs, ab Acamantæ filio Thesei extructa Stephan.

Acamarchis, ἀκαμαρχὶς, Diodor. lib. 6. Nimpha Oceani filia.

Acamas, ἀκάμας, Homer. Iliad. 2. unus fuit è Thracum principibus, qui Troianis ſuppetias tulerunt. Alter Acamas Antenoris filius fuit belli Troiani tempore cœlebs, & inſtar numinis habitus. Eſt & Acamas mons in Cypro, unde & Cyprus, Stephan. & Strab. lib. 14. teſtib. Acamantis (ἀκαμαντὶς) olim dicta fuit.

Acanthus, ἄκανθος, puerulus fuit (ut Poetæ fabulantur) regius & formoſus, qui in ſui nominis florem Deorum commiſeratione eſt converſus. Eſt & Acanthus oppidum Macedoniæ & plantæ etiam nomen, de qua in priore parte, Beerenklaw.

Acarnan, anis, penult. prod. ἀκαρνὰν nomen fluvii.

POETICE.

Acarnan, pri. bre.

Durus, Corniger, Vagus, Aſper, Molliens frigora, ſpumis intumeſcens.

Hinc Acarnania ἀκαρνανία pars illa Epiri, quam Achelous amnis ab Ætholia ſeparat. In hac oppidum Leucas eſt. Hinc Acarnanus & Acarnana, aliquis ex iſta provincia.

Acarnania etiam civitas eſt Siciliæ, in qua Iovis, Olympij phanū fuit antiquiſſimum. Item regio parva in Ægypto Acarnania dicta fuit.

Acaſta ἀκάστη Nympha Oceani & Theti os filia, vide Acaſta.

Acaſtus ἄκαστος, Peliæ Theſſalorum regis filius, venator inſignis, qui uxorem Cre teidem, ſive, ut alii volu Hyppoliten duxit, quæ Pelii amore flagraret, verò contra hujus am obſequi recuſaret, Pelium ultrò ſtupri apud virum accuſavit. Quare Acaſtus lium venationis q. cauſa ſaltum Pelii montis abd xit, ibiq; omnibus arm ereptis, feris dilaniandu præbuit. Verùm Chyro ſive is Mercurius fuit, terveniem, Machera V cani accepta, Pelium lib ravit, qui domum poſtea verſus Acaſtum cum uxo interemit. Meminit huj Ovid. lib. 8. Metam.

Acce Laurentia Fauſtul. reg Paſtoris conjunx dicta fu quæ Romulum & Romu nutriens matris vice ip fuit; quam iidem Lupa nuncuparunt, quòd mob fuerit ſcortum. Et tales v citantur Lupæ propter av ritiam, cujus cauſa pudic tiam proſtituere, & cel earum Lupanaria.

Accius ἄκκιος, Poeta fuit tr gicus, Iulii Cæſaris ætat qui Ciceroni duriuſculu Licinio ferreus, Paccuv ſubacidus viſus eſt. Itaq

cu

cum Paccuvius poema ejus collaudasset, sed acorem illum adnotasset tamen respondit Accius, eo ipso lætari se, idem ingenijs accideret quod pomis, quæ cum primò accerba essent, tandem maturescerent: Sin protinus essent matura, putrescerent quamprimum. Hunc tanti fecit D. Brutus ut templa & monumenta versibus eius exornaret. Vide de hoc & Gellium. lib. 13. cap. 2. & lib. 14. cap. ult. Fuerunt & alij hoc dicti nomine, quorum alter Accius Navius, cujus Cicero 1. de divinat. meminit, alter Pisauriensis fuit, quem idem Cicero in oratore suo inter claros oratores refert,

Accusiorum Colonia ἀκλουσίον hodie Gratianopolis, Allobrogum in Gallia urbs Ptolem.

Acelum ἄκελον, Galliæ Cisalpinæ oppidum Plin.

Acephali, ἀκέφαλοι, hæretici quidam fuerunt, qui proprietatem duarum Naturarum in Christo pernegârunt & unam in ejus persona naturam prædicârunt. Dicti sunt ita, quòd autor istius sectæ sciri non posset. Horum Suidas meminit.

Aceræ ἀκῆραι. penult. long. aliàs Acerræ per duplex r ἀκέῤῥαι, oppidum est Campaniæ vicinum Neapoli, quod frequentes inundationes Clanij fluminis præterfluentis fermè exhauserunt. Vide Virg. lib. 1. Georg.

Et vacuis Clanius non æquus Acerris.

Acerrani, sunt Acerarum incolæ, Plin.

Acesias, medius quidam fuit stupidus & imperitus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi vellet, auxit dolorem. Hinc occasio data est proverbio. ἀκεσίας ἰάσατο id est, Accesias medicatus est. Hie ist ein böser Artz bey gewest. Dicitur autem de re, quæ quò magis accuratur, hoc peius habet.

Acesinus, ἀκεσῖνος, pen. long. fluvius est magnus & navigabilis Persiæ, in Indum fluvium cadens, circa quem tantæ magnitudinis arundines nasci scribunt, ut singula internodia navigij vicem incolis præstent.

Acesius, ἀκέσιος, Apollo est, ab ἀκέομαι, id est, medeor, sic dictus.

Acesta, ἀκέςη, Siciliæ urbs ab Aceste rege ita dicta, in qua Æneas Italiam petens partem suorum reliquit. Virgil. lib. 5. Æneid.

Urbem appellabunt permisso nomine Acestam.

Hæc urbs postea Segesta appellata est.

Acestes, æ, ἀκέστης, pri. bre. filius fuit Crinisi fluminis, ex Egesta muliere Troiana, rex factus Siliciæ, qui Troianos ibidem hospitio susceptos liberaliter tractavit recedentes, vino & aliis, veteris amicitiæ memor, donavit. Virg. 1. Æneid.

Vina bonus quæ deindecadis onerârat Acestes.

POETICE.

Acestes.

Hectoreus, Gravis, Troianus, Fidus, Dardanius. Siculus, clarus Divinæ stirpis, Troja generatus, Toriano à sanguine.

Acestes, is, Italiæ fluvius est navigabilis, juxta quem Alexander Magnus urbem Bucephalam extruxit.

Achæmenes, ἀχαιμένης, brepenult. Persarum rex, primus & ditissimus, à quo Persæ Achæmenij, & Achemenidæ sunt appellati. Fuit & hoc nomine Xerxis frater. Hinc Achæmenius, id est, Persicus, & Achæmenia pars Persidis.

Achamenides, ἀχαιμενίδης, unus fuit ex sociis Vlyssis, Virg. 3. Æneid.

Achæus, ἀχαιής, vel Achivus, de Achaja aliquis vel Græcus. Fuit etiam Achæus Eretrius Poeta tragicus.

Achaia, Ἀχαΐα, regio est Græciæ amplissimi, mari Ægeo & Ionio cincta cujus caput Corinthum olim fuit. Hic Græci Achæi & Achivi & Danai sunt dicti, Achaides fœmine. Vnde proverbium Horatij:

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Quod Germani ita: Wenn sich die Herren mit einander reuffen wollen/ so müssen die Bawren das Haar darzu lethen. Primo Achaia dicta fuit Danaa, deinde Ægialea, αἰγιάλεια, item Peloponesus, hodiè Morea est. Hinc Achaicus & Achais. Vt Achaicum mare, quod Achaiæ provinciæ Græcorum adiacet Ἀχαιῶν λίμνη id est, sinus maris apud Troiadem, denominationem inde sumsit, quòd ibi classis Acheorum permanente bello hospitata sit.

Achates, æ, ἀχάτης, fidus Æneæ comes, de quo Virgil. lib. 1. & 5. Æneid. Hinc quilibet vel comes vel amicus fidelis Achates dicitur.

POETICE.

Achates:

Fortis, Fidus, Qui tela gerebat, quem dux Troianus coluit.

Est & Achates fluvius Siciliæ, unde nomen accepit & gemma Achates, ein Achat.

Achelous, ἀχελῶος, pen. lon. rex Ætoliæ. Poetæ fabulantur,

lantur, Acheloum Oceani & Terræ filium fuisse, gemino insignitū cornu, certasseq; duello cum Hercule pro Deianira, Oenei Calidoniæ regis filia, & ad extremum excusso altero cornu superatum in formam fluvij transiisse. Fingitur autem hoc ideo, quia Hercules Acheloum fluvium extra ripas sæpè effluentem, atq; vastitatem efficientem, aggeribus & aquarum ductibus coercuit. Hoc Herculis opus luctationi confertur. Ipse enim cum Acheloo, dum eius vim & inundationem coercet luctari q. visus est. Est & hoc nomine fluvius â Pindo oriens, & Ætoliam ab Acarnania dividens. Hic Thoas quoq; dicebatur à celeritate. Observandum vero veteres Acheloum pro quavis aqua vsurpasse.

POETICE.

Acheloides vndæ.
Calydonius amnis.
Acarnanus amnis.

Achelous:

Turbidus, Acarnanus, Ætolus, Naupactæus, Luctator, Vagus. Imbre tumens. Deformis vtroque cornu. Redimitus crines inornatos arundine. Refovens pectus ab hoste vndoso. Hinc Acheloius, quòd aliàs possessivum est, aliàs idem quod Aqueus est. Acheloïa cornua. Ovid. Et Acheloides, id est, Syrenes, Acheloi filiæ, apud Ovid. 5. Metam. qui idem, Achelojadas easdem dixit. 14. Metam.

Acheron, ἀχέρων, filius fuit Cereris ἀπάτωρ, Alii Titanis & Terræ filium faciunt. Scribitur etiam Acheron locus esse in Campania mōtibus vndiq; cinctus. Est itē. Acheron, ἀχέρων, οντος, ὁ, inferorum fluvius Poetis ab, ἄχος, id est, dolor. & ῥέω id est, fluo, das allda eitel dolores fliessen. Alii deducunt ab α steritica particula & χαίρω, sine gaudio, quòd ibi nullum sit gaudium.

Vide de hoc plura in prima parte: Hellisch Wasser.

Acherontia, vrbs est Apuliæ, quæ quod parva, & in editiori sita sit loco, nidus vocatur ab Horatio lib. 3. car. od. 4.

Acherontii, populi ab Acheronte fluvio sic dicti, qui in Peninsula Brutionum est. Plin.

Acherusia palus, ἀχερουσία λίμνη, palus inter Capuam & Aversam, ex Acheronte diffusus, lacus item Thesbrotiæ in Epiro, ex quo Acheron profluit. Deniq; Acherusia specus dicitur iuxta Heracleam vrbem ad manes (vt aiunt) pervius, atque inde

Cerberum ad superos extra ctum autumant.

Achillas, æ, ἀχίλλας, servi nomen, cujus manu Pompeius interfectus est, de quo Lucan. lib. 8. & Plutarchus in Pompeij vita.

Achilles, in genitivo Achilli, vel is, ἀχιλλεὺς έως, Græcorum omnium fortissimus heros fuit. Unde & singulari fortitudine duces appellari possunt Achilles, quemadmodum Achilleum argumentum insuperabile vocari potest, & insolubile. Traditus est porrò hic Achilles educandus Chironi Thessalo homini justissimo, ut sub eo artibus bellicis à primis statim annis insuesceret, inq; Musices exercitio proficeret, nec non bonis moribus enutriretur. Hinc Ovid, lib. 1. de arte.

Phyllirides puerum citharæ
præfecit Achillem,
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui toties socios, toties exterruit hostes,
Dicitur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat, poscente magistro.
Verberibus jussas præbuit ille manus.

Hectorem interfecit, p[ost] cujus interitum ipse quoq[ue] periit, interemtus à Paride in templo Apollinis Thymbræi. Vbi enim illuc venisset in colloquium cum Andromache, de Polixena in matrimonium ducenda, ex insidiis trajectus est jacu[lo] Paridis, qui se in templ[o] occultaverat. Et hinc co[n]ficta est fabula de Apolli[ne] exhortante Paridem, ac t[e]lum dirigente in Achillem. Est autem hic locus com[]munis de usitato herou[m] interitu. Sæpissimè eni[m] accidit, ut fortissimi quiq[ue] ab ignavissimis fraude tru[]cidentur, cujus rei exempl[a] referri possent non pauca. Clypeus Achillis (ut & hoc addamus) non ociosè sed eruditis picturis ornatus fuit, qui monet, honestas literarum artes, principibus & præsidio & ornamento esse: earumque tuendarum curam ne inter arma quidem esse deponendam. Multa de eo commemorat Homerus, unde & Cicero pro Archia inquit: Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atq; is tamen cum in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset. O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ vir-

virtutis præconem Homerum inveneris. Pindarus ait, Musas exequiale carmen Achilli cecinisse: Hinc adject. Achilleus ut Achillei manes apud Ovid. lib. 12. Metam. Achilleæ manus apud eundem 5. Fastor & Achillides, patron. Achilleides item, id est, Pyrrhus, Ovi. in Ibin.

POETICE.

Æacides.
Thessalus dux.
Ingens Chironis alumnus.
Pelides, à patre.
Nereius heros, â matre.
Satus Nereide.
Jovis Æginæq; nepos.

Achilles:

Fortis, Magnanimus, Animosus, Durus, Ferox, Sanguinolentus, Belliger, Bellax, Magnus, Violentus, Audax, Indomitus, Acer, Ingens, Thessalus, Fremens. Impiger, Ferus, Æmonius, Clarus, Insolens, superbus, Sævus, Immitis, Armipotens, Inexorabilis, Iracundus, Larissæus, Cristatus, Phthius, pervicax, Nerejus, Thetidis proles, Filius Thetidis, Æternus carmine. Jura negans sibi nata, Nihil non arrogans armis, Expers terroris. Magni Hectoris ultor. Qui carmine vivit, Dardanidum pestis. Quem cita mors abstulit. Cujus hasta Telepho vulnus incussit, & opem tulit. Danaûm protector, & Dardanidûm timor. Qui Briseida amavit. Qui dedit Hectora letho. Notus carmine. Clarus ante alios studio Homeri. Qui puer Phylliridem veneratus est, Cui jussas manus præbuit tacito ore. Cujus gloria nocte sepulta jaceret, si nobile opus Mæonidæ tacuisset. Grande decus, & splendor Graiorum, Timor phrygium. Caput insuperabile bello. Graium murus. Qui rapta Briseide tristis curas attenuavit Hæmonia lyra Qui mœstus in abducta Briseide arsit. Qui licet sævus, movisse tamen fides narratur. Qui Hectora raptavit curru. Qui mœstus erat erepta Briseide. Cujus Mavortia facta nemo nosset, nisi nota forent illustri carmine Qui vulnus, quod hosti suo fecerat, ipse rursus leniit auxilio suo Qui Hectora circum pergama traxit equis. Cui Phyllirides dogmata dabat. Cygni victor, Trojæ exitium, Trojæ populator, Trojæ fatum, Operis Neptuni populator. Decus & tutela Pelasgi nominis. Iuvenis, qui fortibus armis vicit acta patris.

Achillea, ἀχίλλεια insula ostio Borysthenis objecta, ita dicta à tumulo Achillis.

qui

qui ibi sepultus dicitur. Aliâs etiam Leuce & Macaron appellatur, item Achillis, idos.

Achilleon, ἀχίλλειον, oppidum in littore Rhetæo iuxta Achillis sepulcrum.

Achilleus cursus, ἀχίλλειος δρόμος, Peninsula est prope Borysthenem, ita dicta, quod Achilles quiescens interdum ab armis, se cum suis cursu ibi exercitaverit.

Achillis, lidos, ἀχιλλίς, Plini. lib. 4. c. 13. Insula in Ponto Euxino ad Borysthenem. Vide Achillea.

Achimenes, ἀχιμένης, filius, Bachemonis, filii Persæ.

Achisarmi, ἀχισαρμοί, Plin. lib. 6. c. 30. Africæ populi.

Achne, ἄχνη, Plin. lib. 5. insula Rhodiorum in mari Carpathio.

Acholia, ἀχολλά, Ptol. Africæ vrbs.

Achrua, felicis Arabiæ vrbs, Ptolem.

Acibi, orum, ἄκιβοι, Ptolem. in Sarmatia Europæa populi.

Achivi, dicti sunt Græci.

Acidalius, ἀκιδαλίας, Suidæ fons est in Orchomeno Bœotiæ vrbe, Veneri sacer, in quo vt Poetæ fabulantur, Gratiæ Veneri sacratæ se lavare consuevêre. Virgil. 1. Æneid. At memor ille Matris Acidaliæ, &c. Hinc Venus Alcidalia, ἀκιδαλία, dicta est. Acienses Plin. lib. 3. cap. 5. populi sunt Italiæ proximi Albensibus & Albanis.

Acila, ἀκίλη, Plin. lib. 6. cap. 2. emporium, ex quo in Indiam navigatur.

Acimbro aliâs Acinipo, Ptolem. Hispaniæ Bœticæ oppidum.

Acina, ἄκινα Plin. oppidum Arabiæ.

Aciris, ἄκειρις, Plin. & Volater. fluvius Italiæ.

Acis ἄκις insula vna ex Cycladibus, Plin. Est & Acis, ἄκις Siciliæ fluvius, qui non procul à Taurominii amnis ostio in mare influit.

POETICE.

Acis:

Herbifer, Lucidus, qui strepit irrigua aqua, Nemorum decus, Circundatus viridi musco. Invitans molles somnos placido murmure.

Acis item pastor Siculus fuit, egregia forma adolescens, Fauni & Simethidis Nymphæ filius à Galathea adamatus, quam cùm Polyphemus etiam amaret, & ab ea negligeretur, ab eodem saxo illisus periit, cuius Galathea miserta in sui nominis fluvium mutavit, qui in monte Ætna oriens in Siculum mare delabitur. Sunt tamen, qui in Siciliæ fontem Acilium permutatum

hunc

hunc dicunt. Ovid. lib. 4. Fastor.

Præterit & ripas herbifer
Aci tuas.

POETICE.

Pastor.
Simettheius heros.
Acis:
Pulcer, Formosus, Insignis forma, Fauno Nymphaque Simetthide cretus.

Acitavones, populi, quos inter Alpinas gentes refert Plin.

Acithius, ἀκίθιος, aliâs Acis & Acilius, Siciliæ fluvius Ptol.

Aciton, Plin. prope Cretam insula est.

Acmodæ, ἀκμῶδαι, Plin. Britannici maris insulæ septem sunt.

Acmonenses, vel Acmonienses, ἀκμονῖται populi à Phrygiæ vrbe Acmonia appellati. Vide Plin. & Prolem.

Acmonides ἀκμονίδης, vnus ex Cyclopum numero.

Acone, Heracleæ portus est, vrbis Bitæyniæ, flumini Lyco oppositus.

Acœtes, ἀκοίτης, vir quidam fuit tenuioris fortunæ, cuius de egestate Ovid. 1. Metam.

Ille metu vacuus, nomen mihi (dixit) Acœtes, &c.

Aconitum, Vide in 1. parte, Wolffsbeer.

Aconteus, ἀκοντεὺς Venator fuit insignis, de quo Stat. lib. 7.

Acontium, ἀκόντιον, vrbs Arcadiæ.

Acontius, ἀκόντιος, juvenis fuit ex Cæi Ægæi maris insula, qui Cydippen puellam nobilem vbi deamaret, & potiri tamen ea non posset, fraude rem tentans, pomo hosce inscripsit versus:

Me tibi nuptarum (felix erat omen) Aconti
Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.

Hoc pomum Acontius in sinum Cydippes iniecit, quæ versus legens iuravit imprudens, & illi nubere etiam coacta est. Vnde Virgilius ita:

Quale fuit malum, quod litera pinxit Aconti.
Qua lecta Cupido pacta puella viro est.

Aconitus etiam Magnesiæ, vel, vt alij volunt, Bœotiæ mons est, Plin. lib. 4.

Acragas, ἀκράγας Siciliæ civitas, aliâs Agrigentum. Virg. 3. Æneid.

Arduus inde Acragas ostentat maxima longe, &c.

Fuit etiam Acragas statuarius insignis, Item fluvius est huius nominis Siciliæ.

Acra Iapygia Plin. lib. 13. Italiæ promontorium.

Acrion,

Acrion , medicus fuit Agrigentinus.

Acriſius, ἀκρίσιος, decimus quartus rex Argivorum, poſt patrem fuit, circa annum mundi 3889. Mater fuit Danaes, ex qua aurei imbris forma à Jove compreſſa, natus fuit Perſeus. Vide Lactantium & Servium Fuit & Acriſius alter, Laertæ patris Vlyſſis pater & Jovis filius. Sic enim Vlyſſes apud Ovid. 13. Metamorph.

Non mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi,
Iupiter huic. &c.

Hinc Acriſioneus, a, um, adject. & Acriſioneis, idis patronym. & Acriſionades æ, patron, pro Perſeo Acriſij nepote.

Acritas, Pompon. Mel. lib. 2. promontorium Peloponneſi juxta Maleam & Tænarum.

Acroathon, ἀκρόαθον, Pomp. lib. 2. oppidum Thraciæ.

Acroceraunia, orum, ἀκροκεραύνια ab ἄκρον, id eſt ſummitas vel mons, κεραυνὸς id eſt fulmen Ab altitudine igitur, & fulminum jactu dicuntur montes excelſi, ex quibus alij in Epiro mare Jonium ab Adriatico dividunt, alij Armeniam, & Iberiam diſterminant, die hohen Donnerberge.

Jias Ceraunia, Vide igit[ur] ibi plura.

Acto Corinthus, ἀκροκόρινθο[ς], mons eſt ſublimis in Iſt[h]mo, inter mare Ægæum [&] Jonium, ſub cujus radi[ce] urbs Corinthus jacet, in c[a]cumine hujus montis Veneri ſacra eſt ædicula.

Acrolochias, Strab. libr. 1[7] Ægipti promontorium a[d] Pharon.

Acron, ἄκρων Ceninenſiu[m] rex, qui telo trajectus à Ro[]mulo victus eſt, ubi virg[i]num Sabinarum raptus u[l]ciſci vellet. Virgil. 1[0] Æneid.

Venerat antiquis Coriti d[e]
finibus Acron.
Grajus homo, infectos lin[]
quens profugus hymenæo[s].

Idem poſt:

Sternitur infelix Acron &
calcibus atram.
Tundit humum expirans
infractaq; tela cruentat

Acronius, ἀκρωνία λίμνη, lacu[s] eſt in Alpibus, quem deſcen[]dens à fonte Rheni facit hunc noſtri lacum Conſtan[]tienſem vocant Bodenſee

Acropolis, ἀκρόπολις, arx A[]thenienſium fuit.

Acroton, oppidum ſuper A[]thon montem extructum Plin.

Actæon, onos, penult. corr[]

Ariſte

Aristei & Autonoës filius. ἀκλαίων venator fuit, quiá canibus suis dilaniatus, & devorutus dicitur. Cùm enim aliquandò Diana in valle Gargaphiæ fessa ex venatione se ad fontem perlueret, Actæon refrigeratum & recreatum se & canes defatigatos, eundem ad fontem descendens, lavantem se Dianam nudam vidit, qui ne eloqui habitus ejus posset, in cervum ab ea est mutatus, & ita pro fera á propriis suis canibus dilaceratus est. Sententia autem figmenti hæc est, quod venationis studiosus omnem suam substantiam alendis inaniter canibus impenderit.

Alciatus lib. 1. emblem. 94.

En novus Actæon, qui postquam cornua sumsit.
In prædam canibus se dedit ille suis.

De hoc etiam Ovidius libr. 13. Metam. & 2. trist. Item Lucianus dialogo 16. Deorum, & Claudian. lib. 2. in Ruff.

POETICE.

Nepos Cadmi.
Autoneius heros, quòd Autonoës sit filius.

Actæon:

Celer, Cadmæus, Imprudens, Infelix. Præda suis canibus. Quem mutatum Latonia virgo tradidit insanis molossis.
Qui Nymphas & Dominam in fonte lavantem vidit.
Qui usus immitibus canibus fœdavit multo sanguine rorantes sylvas. Fera creditus.

Ponitur etiam aliqnando pro apro, ut Mant.

It levis Actæon fumans &
cornua tollens
Altius immensas.

Actasta, Nympha Oceani & Tethyos filia, Hesiodo in Theogonia teste.

Actium, ἄκτιον, oppidum Epiri & promontorium, ad quod ubi Augustus cum Antonio & Cleopatra navali decertans prælio, palmam reportasset, urbem ibi extruxit, quam νικόπολιν vocitavit, á victoria scil. νίκη, enim victoria est, πόλις civitas. Hinc Actius, a, um, & Actiacus, a, um, Virgil.

Actaq; Iliacis celebramus
littora ludis.

Hinc Actu Judi quinquennales. Olympiorum instar Apollini Actio dicati.

Actius, celeberrimus fuit tragœdiarum scriptor, libertinis parentibus natus, Hinc Actianus, a, um.

Actius Navius, augur quidam fuit, qui Tarquinio rege spectante novacula cotem pro-

proſcidit. Inde tantùm ipſi tribuerunt, ut non ſolùm à populo, verùm etiam ab ipſo Tarquinio in rebus dubiis conſuleretur.

Actor, ἄκτωρ, Herculi, in expeditione contra Amazones comitem ſe adiunxit.

Actorides, ἀκτορίδης, Patroclus nepos Actoris. Is enim ex Ægina, quam vi Iupiter à ſe vitiatam in uxorem dederat Menætium genuit: Menætius autem relicta Ægina Opuntem in Locros ſe contulit, & ibi Patroclum genuit. Virg. 12. meminit.

Acyllius, viri nomen eſt.

Adęarum, Strab. Aſiæ oppidum.

Adæi, Ptolem. Arabes proximi Ægypto.

Adam, æ, ἀδάμ, אָדָם Hebraica lingua, vel ἄδαμος, viri proprium, qui primus à Deo creatus eſt, unde & πρωτόπλαστος dicitur, de terra genitus, 1. Corinth. 15. אֲדָמָה Adamah ſignificat terram, eò quia formatus eſt Adam, ſicut Latinè Homo ab humo dicitur. Scribitur & Adamus, i. penult. Ion.

POETICE.

Primævus pater.
Primevus parens.
Antiquus pater.
Protoplaſtus generis humani.

Adam, pri, bre.

Grandævus, antiquus, ſo
Primus, Primævus, Lute
Incautus, Improvidus. Im
prudens, Stolidus, Viridi
ceſpite compoſitus. Que
Deus decorârat imagi
ſua. Cuius de latere pulc
comes ædificata eſt. Que
nocens ſuus error abſtul
Cuius morſus totum orbe
propè abſorbuit. Turpit
lapſus ante Deum. Qui cr
didit fallaci Draconi. Qu
mundum perdidit crimin
ſuo. Qui aures dedit juſs
deceptæ coniugis, & freg
juſſa verenda legis Dei. Fo
matus rubra tellure. Qu
cœleſtia fœdera rupit. No
cens factus inſtinctu damna
ti Draconis. Quem Deus ip
ſe condidit ad faciem ſuam
Cui deus pronubus adduxi
Evam & iuſſit duos prol
multa creſcere, Quem terr
rudis produxit. Qui nudu
ſtabat cum nuda Eva in Pa
radiſiacis hortis. Cui exce
pto numine per totum mun
dum nil tàm carum erat
quàm Eva. Cui primo viro
prima marita data eſt. Cujus
è coſta Eva eſt fabricata.
Qui tenuit olim pulcra do
micilia novi mundi. Primus
autor humani ſtemmatis.
Qui ſolus habebat Paradi
ſiacas opes. Cui adiutrix Eva
iuncta fuit. Cui uni unam
Evam Altitonans ſociavit.

Quem-

Quem Deus pulcro præfe-
cerat horto.

damastor, ἀδαμάςωρ, fuit immani statura Gigas. Sidonius: Porphyrion Pangæa rapit Rodopemque Adamastor. Claudianus Damastor in recto ponit, cum inquit, in Gigantomachia, Sævusq; Damastor, &c.

damiani, vel Aditæ, hæretici, qui exemplo Adæ & Evæ ante lapsum, tam fœminæ, quàm mares nudi conveniunt in templis ad conciones, & sacramentorum administrationem. Nomen habent ab Adam, cujus nuditatem in Paradiso, quæ ante peccatum fuit, imitantur. De his Augustin.

ddua, vide Ardua.

dmete, ἀδμήτη, Oceani & Tethios filia.

dmetus, ἄδμητος, penult. lon. rex fuit Thessaliæ seu Phæreorum, cujus armenta pavisse dicitur Apollo, cùm ob interfectos à se Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus filius ejus Æsculapius erat necatus, Olympo deturbatus, exularet in terris. Cùm autem ab ipso Admeto per quam humaniter esset habitus ad referendum patrono beneficium, impetravit à Parcis, ut cùm in illis fusis Admeti fatalis dies volveretur, hac conditione mortem effugeret, si quis alius ad oppetendam illius vice mortem se offerret, Quia verò ex amicorum numero nemo conditionem istam accipere voluit, & hora mortis jam adesset, una Alcestis uxor capitis sui dispendio, mariti vitam redemit. Cujus beneficij memor Admetus defunctæ uxori stridulas quasdam ac lugubres nænias dedecantavit asiduè quibus permota Proserpina Alcestidem uxorem ejus remisit. Hinc in Proverbium abijt: Admeti nænia, ἀδμήτου μέλος, de quavis cantione, vel etiam oratione tristi, lugubri, ac miserabili. Dicitur Phereciades, ut inter epitheta habebitur, à Phera civitate Thessaliæ.

POETICE.

Rex Pheræus.
Thessalus heros.

Admetus:

Thessalicus, Pheræus, Thessalus, Phereciades, Laudabilis

Gratus cujus fata conjux Pagasæa redemit Peliæ gener.

Adonai, ἀδωναΐ, אֲדֹנָי, nomen Dei apud Ebræos, quod generaliter significat Dominum.

Adonis, penult. prod. ἄδωνις, Cynare Cypriorum regis filius, quem Venus ob elegantem formam in deliciis

habuit, quem in id alio ne more venantem primo ætatis flore, aper occidisse & lacerasse. Venus ubi extinctum multis lacrymis deflevisset, ijsque nihil proficeret, ac doloris lenimen in florem Adonium, qui est sanguineo sive purpureo colore, eum commutavit, cui & annua festa Adonia (ἀδώνια) dicta sunt instituta, quæ multo cum planctu celebrantur, ut ita Veneris luctus & planctus ijs repræsentaretur. Vide Theocritum in aliquot idyllijs, Vide & Pli. lib. 19. Ovid. 10. Metam. Meminit etiam Virgil. in Bucolici eclog. 10. & formosus oves ad flumina pascit Adonis.

Hinc Adonidis horti, ἀδώνιδος κῆποι proverb. dicebatur de rebus leviculis, parumque frugiferis, & ad brevē præsentemq; modò voluptatem accomodatis. Docet autem Adonidis casus venationem requirere virum fortem non mollem ac delicatum, quales amatores plerunq; esse solent. Quod proinde formosissimus puer in Adonem, florem maximè caducum mutatus fingitur, eo monemur, pulcritudine ac forma nihil minus diuturnum esse, juxta Senecæ illud in Hippolyto:

Res est forma fugax.

Et Ovid. illud:

Forma bonum fragile est &
Vide & Pontan. prim
stellis, qui ad Physiolo
fabulam transfert.

POETICE.

Cytherius juvenit.

Adonis:

Dulcis, Mollis, Tener, Pu
Purpureus Niveus, pic
Formosus, Miserandus
nareius, Cithereius, Ig
Crimen apri. Qui cum
nere sæpe in solis delit
locis, Ploratus, Veneri,
nyra creatus, Sylvis ap
Avo genitore creatus.
soror sua per facinus fa
parens.

Adonis etiam nomen fluvi
prope Byblum, ut Ptol
testatur.

Adra, ἄδρα, Arabiæ petr
urbs est secundum Ptole
& Liburniæ etiam urbs
cundum eundem.

Adræmon, Thoantis pater
Homer. lib. Iliad. 2. Scri
tur & Adremon.

Adramyttium, ἀδραμύττιον,
Adramytteos, ut Plin. Po
pon. oppidum Æolidis, U
de Adramitrenus, qua v
Cicero pro Flacco.

Adrastia, ἀδράστεια regio (&
civitas ejusdem nominis
Troadæ Misiæ, ab Adra
Argivorum rege sic dict
quo & Nemesis, cui p
mus ipse templum extru
non procul à Thebis, A
drastea est dicta.

Adr

drastus, ἄδρας-ος, rex argivorum, Thalaonis, & Eurimomones filius, qui pro genero suo Polynce (Argiam enim filiam suam eidem copulaverat, collectis ex universa Græcia viribus & copiis, expeditionem in Eteoclem regem Thebarum sumsit, quod iis Polynci fratri, juxta Patris Oedipi testamentum regni administrationem alternatim concedere recusaret. Sed multis utrinque occisis, re infecta domum reversus est. Hic Adrastus Nemesi primum consecravit, quæ inde Adrastea est vocata.

POETICE

Adrastus:

Perseius, Thebanus, Inachius, Longævus, Potens, Thalaonides.

Adrastus etiam alius fuit Persolij filius.

Adria, ἀδρία, urbs est Græciæ, Illyrico mari vicina, quod inde etiam nomen sortitum est, ut, Adriacum vel Adriaticum dicatur, Das Venedische Meer. Non raro etjam Adria pro mari ipso positum inveniuntur. Hinc Adrianus, a, um, adject. quo Cicero in Pisonem usus est, & Horat. lib. 1. od. 16, Iteem Adriaticus, & Adriacus, quod item est, quod Adriaticus. Porrò cum mare illud inquietum sit & sævum, jactum est, ut Adria iracundior, proverbia dicatur, is qui moribus parum est commodis, ingenioq; irritabili.

POETICE.

Unda Adriaci maris.
Adriacæ undæ.
Freta Adriæ.
Mare Adriacum.
Fretum Adriacum,
Adriaci æquoris cornu.

Adria:

Insaniens, Vagus, Tumidus, Minax, inquietus, Iracundus, Raucus, Longus, Ventosus, Improbus, Magnus, Præceps, Sonans jonio ponto, Furens tumidis fluctibus.

Adrobicum ἀδροβικὸν, Ptolem. lib. 3. urbs Hispaniæ in Artabris.

Aduallas, ἀδουάλλας, Strab. lib. 4. nomen montis, ex quo Rhenus in Septentrionem excurrit. Scribitur & Adualas per l unicum.

Adubanus, & num. long. pen. fluvius, qui alias Danubius.

Æa, Αἴα, aliâs Æapolis, Colchidis oppidum, Plin. lib. 6, cap. 16.

Æacides, Αἰακίδης, ου, ὁ, dictus est Achilles, ἀπόγονος αἰακου Hinc Æacideius adject. apud Ovid. 7. Metam,

Oenopiam Minos petit AEacideia regna.

Æacus, αἰακός, penult. brev. Iovis ex Ægina filius, qui

Endeida filiam Chironis in uxerem duxit. Vir tantæ justitiæ & pietatis fuisse dicitur, ut cum Radamante & Minoe inferorum judex statuatuur Poetis. Propert. lib. 4.

Aut si quis posita iudex sedet AEacus urna.

POETICE.

Æsonides.

Æacus:

Severus, Iustus, Torvus, Iuridicus, Asopiades, Inexorabilis. Quatiens unam immansis umbris, Quem summus Iupiter fatetur suam esse Prolem, Qui jura reddit silentibus illic, ubi Sisiphon grave saxum Æolidis urget. Proles Iovis.

Ææe, es, Αἰαίη, insula est in mari Siculo, quam Calypso habitavit. Virg. lib. 3. Æn.

Infernique lacus, AEææque insula Circes.

Æeta vel Æetes, vel œta etiam rex Colchorum fuit filius Solis ex filia Oceani Persa. Adhunc Phryxus Amantis filius perveniens aureum ipsi vellus detulit, quod cum accuratissimè asservaret, ejus caussa cum Atgonautis bellum gessit. Invenias etiam Æeta in Nominativo. Hæc dictio per Synæresin in duas interdum syllabas contrahitur. Ovid. in Epist.

Non hæc AEsonides, sed, ...
lia Phasias Æte.

POETICE.

Æeta: Ferus, Aæus, Soli... Hyperionades, Sole ... Phasiacus.

Æantium, τὸ αἰάντειον, Tr... est oppidum, Ajacis tu... clarum.

Æanum, oppidum Maced... æ, ab Æano Thyrrenur... ge extructū, inde Æani...

Æas, antis, Αἴας fluvius Ep... qui ex Macedonia orie... mare Ionium delabitur, ... can. lib. 5.

Æca, Αἴκα, Colchorum ... ad fluvium Phasim. E... jusdem nominis Italiæ u... à qua Æcani populi, Plin...

Æclus, Αἶκλος, nomen viri ... quo Strab. lib. 10.

Ædepsus, Plin. & Strab. op... dum in regione Locride...

Ædon, uxor Zethi regis, A... phionis fratris, quæ fili... Itylum nocturno temp... errore quodam interfec... quòd amamea seu Amand... filium Ampbionis cum e... stimaret, (uxori enim A... phionis invidebat, quòd ... sibi essent filij masculi) q... ubi postea crimen agnovi... vitæ jam pertæsa morte... sibi exoptavit: Deorum t... men commiseratione in ca... duelem transformata It... lum deflerre djcitur. Est ... Ædon, mons Thraciæ, u... de ...

le Ædonus possess.
Virgil.
don, trium syllabarum ἀη-
δὼν, ονος, ἡ, avis est, quæ a-
lalusciria dicitur, ab ἀεὶ
ᾄδω, quod ubi semel in-
ceperit, cantillare non desi-
nat. Vide in prima parte:
Nachtigal.

e, es, αἰαίη, Insula circa Si-
ciliam in mari Siculo quam
Calypso tenuit, Pompon.
Virgil. 3. Æneid.
*...rnusq; lacus, AEææq; Insu-
la Circes.*
Ab Ææa urbe Colchia, ita
Circen dixit, non ab insula
Ææ. Hermola. in Plin. lib.
5. cap. 4.

æ, arum αἰγαὶ, vel Ægees,
Ciliciæ urbs est, Lulan. lib.
... Et extræme resonant na-
valibus Ægæ. Insula etiam
est in Ægeo mari

æa, αἰγαία, urbs est Mau-
ritaniæ. Est & hoc nomine
urbs in Emathia, teste Pto-
lomæo.

gæon, αἰγαίων, ωνος, Gigas
fuit Centimanus, filius ὀ-
ρανοῦ καὶ γῆς, qui centum sco-
pulos uno ictu in Iovē con-
ijciebat, victus tandem à
Neptuno Ægæi maris sco-
pulis alligatus est. Clau. lib.
3 de raptu Proserpinæ.

Rursusq; cruentus
Egæon positis arcto de cor-
pore nodis.

Obvia centeno vexasset ful-
mina motu.

Statius:

Audierat duros laxantem
AEgæona nexus.

Virgil. 10. Æneid.

AEgæon qualis, &c.

POETICE.

Ægæon:
Horrendus, Horridus, Hor-
ribilis, Trux, Cruentus,
Centumgeminus, Centi-
manus, Terribilis, Imma-
nis, Non facilis visu, cui cen-
tū brachia & centenæ manꝰ
Est & Ægeon Neptuni antiqu-
um cognomen.

Ægæum mare, vide supra:
Aegeische Meer.

Ægas, oppidum Peloponesi,
Homer.

Ægemon, vel, quod rectius,
Hegemon, ἡγήμων, nomen
Poetæ.

Ægeria, αἰγερία, Nympha ve-
nustu, cum qua nocturnos
congressus habere, atq; eius
monitu sanctiores Romano
populo leges conscribere se
finxit Numa rex Rom. Idq;
ideò finxit, ut in majore a-
pud populum esset venera-
tione, scriptæq; leges eò ac-
curatius observarentur. Vi-
de Plutarch. in parell. Proin-
de defuncto Numa dolens
& lugens Ægeria in fontem
sui nominis est mutata. O-
vid. 15. Metam. & 3. Fastor.

AEgoria est, quæ præbet aquas.

Erat autem Ægeriæ fons Romæ, extra portam Capenam in luco Camœnarũ.

POETICE.

Romula virgo.

Ægeria:

Nocturna, Culta, Insignis, Numæ conjunx, Dea grata, Camœnis Dianæ Nimpha, Stagno operata, Errans nemori, Quæ Numæ conjunx & consilium fuit, Quæ justo Numæ concubuisse creditur. Quæ extincto Numa densis sylvis vallis Aricinæ latitavit urbe relicta. De cujus corpore Phœbi soror gelidum fecit fontem & artus in undas æternas tenuavit.

Ægesta, Siciliæ oppidum, in quo Æmilius Censorinus Tyrannus fuit crudelissimus. Huic mortis fuit, ut singulari quodam munere afficeret, si quis novum & in usitatum aliquod tormentorum genus ex cogitare posset. Aruncius igitur paterculus equum ex ære conflatum Æmilio donavit ut fontes includeret. Ille verò tum demum æquius judicans autorem primum intrusit Plutarch. in Parall. minoribus.

Ægestani, αἰγεςᾶνοι & Segestani populi Siciliæ ab Ægesto Troe. Strab. lib.6.

Ægeus dissyllab. αἰγεὺς Athe-narum rex, pater Thei ex Æthera conjuge & m... ex Medea. Hic se præcipita-vit in mare quod inde Æ... appellatum est. Ovid lib.

Protinus AEgides rapta Minoide Diam. Vela dedit, &c.

Ægiale, sive Ægialea αἰγιάλ... ας, ἡ, uxor Diomedis, q... marito apud Troiam be... gerente, cum aliis rem ... buisse scribitur. Statius.

Quæsta est AEgiale, quæ... est Melibœa relinqui.

Est & Ægialæ, quæ al... Thalia, una Gratiarum. I... item huius nominis urbs... Amorgo.

Ægiales dicta est Achaja pr... pter urbes in littore ordi... dispositas αἰγιαλὸς enim ... littus.

Ægialeus, αἰγιαλεὺς, filius fu... Phoronei. Fuit & alius h... nomine filius AEætæ.

AEgialia, αἰγιάλεια insulæ E... roliæ adjacens, Plin. lib.4

AEgialus, quem alij absyrtu... vocant, Medeæ frater fui... Iustin lib. 42. Solino cap.1

AEgialus est mons Attice. I... item in hoc nomine pr... montiorum & vicus P... phlagoniæ,

AEgides, αἰγείδης These... AEgei filius. Ovid. in epi...

rfidus AEgides ducentia
fila secutus,
Curva meæ fugit tecta so-
roris ope.

gilodes, Sinus, αἰγιλώδης όλπος, Plin. lib. 4. cap. 5. aconiæ sinus.

gina, ἄιγινα, pen. lon. filia Asopi fluvij Achaiæ, quam upiter amavit, & in ignem ersus eam oppressit, & ex a AEacum & adamantum enuit.

AEgina ἀιγινά, etiam insula st Cycladum littori Epidaurico vicina, cum ejusdem nominis oppido, dicta ab AEgina AEaci matre, quæ adhuc nomen retinet. Ovid, 7. Metam. Enopiam veteres appellavêre, sed ipse AEacus AEginam genitricis nomine dixit. Alias etiam AEnopia & Oenopia invenitur. Hinc AEgineus adject. AEginensea, aliàs AEginiæ, αἰγινῖται, sunt incolæ AEginiæ insulæ, quæ patria fuit insignis medici Pauli. AEgineticus, a, um, αἰγινητικὸς, possess. ut, AEs, AEgineticum, quòd preciosum antiquitus habium fuit.

POETICE.

OEnopij muri,
A pellice dictæ terræ,
AEgina;
OEnopia.
Asopis.
AEiacideia regna,
Genitricis nomine dicta.

AEginetes oppidum & fluvius Paphlagoniæ.

Aegiochus, αἰγίοχος, epitheton est Iovis, ὀχὴ, ut quibusdam placet, id est, cibus, vel ut alij volunt, quod capellæ corio, Amaltheæ in pugna contra Titanas, scuti loco usus fuerat, vide AEgis.

AEgipanes, αἰγιπᾶνες, sunt monstra nuda & levia caprinis pedibus, quæ à veteribus pro semideis sive pro Dijs sylvestrib. culti fuêre.

AEgis, αἰγὶς, ἰδος, pellis caprina, tribuitur etiam aliàs Palladi, aliàs Iovi, & significat clypeum, in cujus medio caput erat Medusæ Gorgonis, quod intuens statim in lapidem est mutatus. Interdum etiam procellam significat. Interdũ venti vertiginem. Atque hujusmodi munimento Pallas ad excidium Trojæ est profecta Virg. lib. 8.

Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem.

POETICE.

AEges.

Terribilis, Terrificè, Medusæa, Sanguinea, Cruda, Cruenta, Fulva, Sonans, Horrifica, Corusca, Superba, Palladia Serpentigera.

AEgisthus, ἄιγισθος, Thyestis filius fuit, ex Pelopia, in

jusdem filia, qui adultior jam factus Atreum interfecit. Rem habuit cum Clytemnestra, cuius opera etiam Acrei filium Agamemnona obtruncavit. Interfectus verò postea ipse est ab Agamemnonis filio Oreste ulciscente interitum patris. Ovidius Tyestidem ipsum vocat, quòd Thyestis filius fuerit αἴγιϑος verò inde dicitur, quòd à matre abjectus & feris in sylvis expositus capræ vberibus sit notritus. Ovid. lib. 1. de remedio Amoris.

Quæritur AEgisthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.

POETICE.

Thyestiades. Ægisthus. Impius, Impurus, Thalami violator.

Æcysthus alius fuit Beli Prisci filius de quo vide infrà, Belides.

Ægium, αἴγειν Peloponnesi oppidum.

Ægle, αἴγλη, dicta est filia Æsculapij & Lamberiæ filiæ Solis, item Panopei filia. Est & ægie nomen Nimphæ à Sileno adamatæ, quæ cum Arethusa, & Hesperethusa sororibus amœnissimos Mauritaniæ hortos, iu quibus aurea mala nasci, & quorum custos pervigil aliquis Draco fuisse scribitur incoluit, De hac Vitgil. eclog. 6. ita:

AEgle Naidum pulcerrima, candida Nais.

POETICE.

Æglæ, formosa, pulcra, con insignis. & oculis nitentib

Ægles, αἴγλης, nomen Ath tæ cujusdem, de quo Gel us lib. 5. cap. 9.

Ægoceros αἰγόκερως, ωτος Capricornus dicitur anim velox in Alpibus ein Stein bock, Est etiam sidus cœl ste. Idem fœnum Græcu significat Bockshorn. Vi in prima parte suo loco.

Ægon, αἰγὼν, ῶνος ὁ nom pastoris apud Virg & Th ocritum, item, regis Arg vorum proprium.

AEgos, αἶγος fluvius Thr ciæ cujus accolæ Ægopot tamij vel αἰγοσποταμῖται v cantur.

Ægyla, αἴγυλα, insula non pr cul à Cythera, Plin.

Ægyptus, Vide suprà, Aegy pten.

Ælia, αἰλία ἡ urbs Hierosol mitana, cui hoc nominis, a Ælio Adriano post restau rationem est inditum. Vn αἰλιῶται, dicuntur urbis stius incolæ.

Ælianus, αἰλιανὸς, Sophist Romanus, fuit audito Pau

sani

saniæ, qui de animalibus scripsit, item de varia historia, item de militaribus ordinibus instituendis more Græcorum.

lius & AElia, propria sunt nomina Romanis. Perottus.

lius Stilo nomen scriptoris cuiusdam de quo Plin. lib. 9. cap. 35.

ello, ἀελλὼ, όος, ὁ, una est trium Harpyarum: dicitur ἀπὸ τῆς ἀέλλης, id est, à procella, quòd turbulento impetu Harpyiæ irruant, vel ab ἕλων ἄλλο id est, alienum tollens. Ovid lib. 3.

Exterruit ales Aello.

Est & Aello inter Actæonis canes. Ovid. 3 Metam.

Et cursu fortis Aëllo.

Vind.

Emilia, regio est Italiæ, quæ aliâs Flaminia & Romandiola.

Emilia, via á Placentia ad Ariminum usq; perducta, ab Aemilio consule nomen sortita est.

Æmiliorum familia Romæ honestissima fuit à Mamerco Pythagoræ filio, cui αἱμύλε id est, blandi cognomen fuit, alij per y scribunt.

Æminium, αἰμίνιον, Ptol. oppidum Hispaniæ.

AEminius, αἰμίνιος, Hispaniæ in Lusitania fluvius.

AEmonia, αἱμονία, Græciæ est regio, quæ Thessalia dicitur. alij etiam Hæmonia scribunt. Hinc Æmonius adject. ut, Æmonius juvenis, id est, Jason.

Æmonides, viri proprium apud Virg. 10. Æneid.

Nec procul Æmonides Phœbi Triviæq; sacerdos, &c.

Aemus, αἶμος, mons est inter Thraciam & Thessaliam, aliis etiam Hæmus scribitur.

POETICE.

Æmus:

Umbrosus, Oeagrius, Pulsus Aquilonibus.

Aemylia virgo Vestalis, de qua Val. Max. lib. 1. cap. 1.

Ænaria, æ, αἰναρία, insula in Puteolano sinu, quæ Græcis Pitechusa, hodiè Ischia dicitur. Ænaria autem à statione navium Æneæ vocatur.

Aenea, αἴνεια, teste Livio, urbs est propinqua Thessalonicę, ab Ænea extructa. Est etiam AEnea urbs alia à Romulo filio Æneæ, condita, Janiculum postea dicta.

Æneas, αἰνείας, filius fuit Anchisæ & Veneris, vir fortis & bellicosus, princeps Trojanorum nobilissimus, qui ubi varios terrâ marique labores, & pericola sustinuit, in Latium tandem pervenit. Naves eius in Nymphas mutatæ finguntur, idque ideò, ut ostendatur eas ab hostibus incensas, in aquis fuisse

fuisse mersas atque ita conservatas. Meminit Virgil 9. Æneid. & Ovid. 14. Metam. Dicitur pius ideò, quòd patrem Anchisem senio convectum ardente Troja humeris impositum, alijs omnibus posthabitis, unà cum Dijs penatibus & filiolo impubere Ascanio, quem manu duxit, ex incendio extulerit, dicens: Parcite nunc parcite quæso ô Græci. Exiguam enim, vel nullam potius adoream reportabitis, senem decrepitum si interfeceritis, mihi verò eximius hinc nominis splendor emerget, parentem summa senectute hisce turbis explicatum si libera vero. Deducitur ab ἀινέω, id est, laudo quod vir fuerit celebris, sive laude dignus, quamvis Homerus aliam velit esse derivationem. In Italia, ad habendam Laviniam Latini regis filiam bellum contra Rutulos, & regem eorum Turnum gessit. Liv. libr. 1. decad. 1. & Julius Solinus cap. 8. Hinc Æneius, a, um, quatuor syllabis, ut Æneia virtus, Æneia pietas, Æneia arma.

POETICE.

Phrygius heros.
Cythereius heros.
Laomedontius heros.
Anchisiades heros.
Phrygius tyrannus.

Anchisiades.

Æneas:

Pius, Castus, Impiger, Acer, Magnus, Ingens, Sapiens, Bonus, Profugus. Fluctivagus, Phryx, Iliacus, Penatiger, Rhæteius, Fatalis, Dardanides, Troius Heros, Troianus. Dardanius, Magnanimus, Anchisiades, Natus Dea, Anchisa satus vel generatus. Deûm certissima proles. Multum jactatus terris & alto, id est, mari, Multa bello passus, Quo alter justior nec pietate fuit nec major bello & armis, Quem alma Venus Dardanio Anchisæ genuit, ad undas Phrygii Simoentis, Qui tranavit lacus nigros Stygiamq; paludem, & terra atque mari subijt pericula, Qui raptos ex hoste penates classe secum vexit in Italiam. Qui Lybicis ab undis ereptus fuit, Anchisæ maxima proles, Vir insignis pietate, Qui Deos intulit Latio, Qui mille adiit labores, Fama super æthera notus, Qui Troja ardente ætate confectum parentem humeris portavit, Qui portavit Trojam Italos in agros, Insignis pietate & armis, Qui pondere caro oneratus fuit, Dux inclytus Teucrûm, Origo Romanæ stirpis, Qui flagravit siderea clypeo, & cœlesti-

cœlestibus armis , Qui in Latium & Italas simul in oras intravit ; Vir magnus bello & nulli secundus pietate , Pressus odiis iniquæ Junonis. Qui quærens Italiam erravit Siculis in undis , Qui Siculas ad oras tandem delatus est , Qui impositum patrem forti cervice per ignes extulit Troia ardente. Qui caram Creusam amisit. Redditus tandem fatalibus arvis, Qui fera bella Martis gessit , Qui non insanivit etiam nullo amore , Qui volutus est vario rerum discrimine ubi duceret inerme vulgus Phrygiæ fugæ , Qui affectus generoso amore conjug is & sobolis , laudes officii ejus & hujus habet , Notæ pietatis , Pietatis idoneus autor , Frater volitantis amoris , Qui providus arte cavit fortunæ dolos, Qui Troiæ penates in Latium transtulit, Qui Troia ardente humeris tulit patrē venerabile onus , Cui pietas spectata est per ignes , Qui per medias flammas sacra, & patrem altera sacra humeris tulit.

AEneadæ, αἰνεάδαι , antepen. corr. dicuntur Troiani & Romani ,quòd originem ab AEnea traxerint.

AEneades,æ , & AEnides , Julus,vel Ascanius Aeneæ filius.

AEneis,idos, vel idis , fœmin. αἰνηΐς, Virgilianum de Aeneæ opus. Aneius,a, um, Ovid. lib. 1. amor. Eleg. 5.

Tityrus & segetes, Æneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

Sic pietas Aeneia apud eundem lib. 4. Fastor.

AEniochi , vel quod rectius, Heniochi , populi inhumani juxta Pontum, à Lacedæmonibus oriundi. Lucanu lib. 2.

Me Marte feroces Æniochi, &c.

AEnobardus , Domitius Romanus dictus est, Plin. lib. 6. cap. 36.

AEnienses, Plin. lib. 4. cap. 2. populi ex Aenia.

AEnna urbs in Meditullio , & Sicilię umbilico posita. Hinc Aennenses incolæ , vide Livium lib. 4 decad. 3.

AEnos, αἶνος , Thraciæ oppidum liberum cum tumulo Polydori, Plin. lib. 4. cap. 11. Aeolia αἰολία, vel Aeolis, regio Græciæ inter Ioniam & Troada. Hinc lingua & Dialectus Aeolica dicitur.

AEoliæ , & Aeolides insulæ sunt inter Italiam & Siciliam, quas Græci Hephæstiades , ἡφαιστιάδες Latini Vulcanias appellant. Ignes e-

nim enomuerunt, quemadmodum Aetna, à qua meatus ſubterraneos ad eas uſque inſulas protendi creditum fuit. Vide Diodorum & Servium, quorum ille ſeptem, hîc verò novem Aeolias eſſe ſcribit.

POETICE.

Hippotadæ regis portus.
Hippotadæ regnum.
AEolius carcer.
AEolij tyranni portus.

AEoliæ:

Igneæ, Ardentes, Eructantes fumos, vel flammas. Ignibus æſtuantes, Terræ fumantes calenti ſulphure.

AEolides AEoli filius, Ovid. li. 9 Metam.

At non Æolide thalamos timuêre ſororum.

Dictus etiam hoc nomine eſt Vlyſſes à Siſypho Aeoli filio. ex quo natus eſt Vlyſſes. Ovid. 13 Metam.

Quid ſanguine cretus Siſyphio?

Virg. lib 2.

Hortator ſcelerum Æolides.

Fuit item hoc nomine tubicen Miſenus, Virgil. 6. AEneid. Miſenum AEoliden, quo non præſtantior alter AEre ciere viros. AEolicus & AEolius, αἰολικὸς, poſſeſſ. ut, Aeolium carmen, id eſt, Lyricum, AEolium mare, id eſt, Myſium Aſiatico littori adjacens, AEolia puella, id eſt, Sappho. Lesbos enim in AEolia eſt, ex qua Sappho fuit oriunda.

AEolidis, vide AEolia.

AEolus αἴολος, ου, ὁ, bre. penult. rex AEoliæ, qui ventorum rex dicitur, quòd rationem ventorum primus invenerit. Interdum etiam AEolus pro ipſo vento à Poetis uſurpatur, vide in 1 parte. Gott der Winde. Fuit & hoc nomine rex Thuſcorum, â quo AEolia.

AEos, filius fuit Thyphonis.

AEpea, αἴπεια, urbs fuit in agro propinquo Pylo in excelſo colle ſita, Straa. lib 8.

AEpy, αἶπυ, urbs ſubditione Neſtoris in montibus ſita. Stat. libr. 4. Thebaid. meminit.

AEpytus, Arcas genere, nobilis heros fuit inter Græcos. qui ad expeditionem Trojanam ſunt profecti. Hom. lib Iliad 2.

AEquicola, Italiæ eſt populus: Virg. lib. 7.

Durus Æquicola glebis, &c.

AErope, αἰερόπη, br. pen. conjunx fuit Atrei, quæ ab Atrei fratre Thyeſte adulterio corrupta duos enixa eſt filios, qui ab Atreo poſtea fratri comedendi ſunt appoſiti: Ob quod facinus ſol exhorreſcens retroceſſiſſe dicitur.

dicitur. Ovid. lib. 2. trist.

Sinon Æropen frater sceleratus amasset,
Conversos Solis non legeremus equos.

POETICE.

Cressa. Conjunx Attei. Quæ non abstinuit Thyesteo amore.

AErosa dicta est á Veteribus insula Cyprus, quòd multum in ea nascatur æris, Sex. Pompon.

AEsacns, vide suprà. Isach.

Aesacus, αἴσακος, etiam filius fuit Priami ex filia Dymantis Alyxothoe sub Ida monte furtim editus, cui magis volupe in sylvis, quàm inter homines agere. Hic cum Hesperiem seu Eperiem puellam videret venustissimam, forma ejus adeò exarsit, ut in sylva illam insequeretur, quæ fugiens morsu serpentis extincta est: Ipse verò pertæsus etiam jam vitæ de rupe in mare se præcipitavit. Cujus Thetis miserta in mergum eum transmutavit. Ovid. 17. Metam.

Quamvis est illum, &c.

POETICE.

Troius heros.

Aesacus:

Sylvis gaudens, Cui sylvæ caræ fuère, Quem Alixothoe peperisse fertur umbrosa sub Ida.

AEsagus, nomen montis est Homer.

AEsapius, fluvius Siciliæ vel ut alij volunt, Calabriæ, Ovid. 15. Metam.

Aesapus, Bucolionis filius, cujus frater Pedasus fuit.

AEschines, αἰσχίνης bre. pen. Atheniensis orator fuit, Demostheni eloquentia proximus, qui ejectus in exilium gratulatus est sibi illam libertatem, quòd à repub. liberatus esset tanquam à rabiosa cane. Præter hunc alij etiam hoc nomine claruerunt, de quibus Diogenes Laertius.

AEschron versificator fuit Mitylenæus, Aristoteli carus:

Aeschylus, αἴσχυλος, bre. pen. Poeta tragicus, filius fuit Euphorionis Atheniensis, quem teste Philostrato, Athenienses Tragœdiæ parentem vocârunt. Is Aeschylus dicere consuevit, suas comœdias esse μικρά τινὰ, τεμάχια τῶν μεγάλων δείπνων ὁμήρου, id est, breves quasdam particulas de magnis cœnis Homeri, fontis omnis sapientiæ humanæ. Ejus ætate Tragœdi faciem quibusdam fœcibus illinebant, ne possent agnosci. Athenæus & Plutarchus testantur, AEschylum potando tragœdias suas scripsisse In precio fuit apud Hieronem Syracusanum.

POE-

POETICE.

Æſchylus:

Sublimis, Grandis, Gravis, Grandiloquus, Pictus feci-bus. Perſonæ pallæq; hone-ſtæ repertor, Qui pulpita Inſtravit modicis tignis, Qui docuit magnum loqui, & cothurno niti, Qui indu-tus palla veſtigia lenta re-vinxit adducto cothurno.

Æſculapius, ἀσκληπιὸς, filius Arſippi & Arſinoe, qui præ-ter cætera primus (teſte Ci cerone de natura Deorum) dentis evulſionem, ac pur-gationem alvi inveniſſe fertur. Aliqui ex Coronide Nympha natum ſcribunt. Sunt etiam, qui Apollinis filium fuiſſe ipſum ſcribant, idq; eam ob cauſam, quòd excellens fuerit medicus. Homines enim ingenio & virtute præſtantes, Deorum filij à poëtis nominantur, eò, quod omnes excellen-tes artes & virtutes in ho-minibus divino fiant affla-tu, Hunc porrò veteres vo-carunt ἀρχίατρον velut De-um & præſidem medicorũ. Filij ipſi duo fuerunt arte medica præſtantes, Macha-on nimirum & Polalyrius. Juvenias etiam Aſclepius apud Poetas pro AEſcula-pius.

POETICE.

Pergameus Deus.

Juvenis Phuſibeœs

Æſculapius:

Salutifer, Opifer, Epidau-rius, Cotyleus, Pergamus, Phœbeius, Coronides, Ar-chiatros, Phœbigena, Co-ronide natus, Arte medi-di clarus, Repertor medi-cinæ. Potens medicæ artis Qui revocavit mundan in oras Viſcera tepefa rurſum animæ calore, pos Jovis Apollinis pr Apolline natus, Phœ Nymphaq; Coronide na Divinæ ſtirpis.

Æſina, civitas eſt Trojæ vi na.

Æſis ἄισις urbs Umbriæ, á Æſinates pòpuli, quæ & ſia au Aeſi fluvio Ptolem dicitur.

Æſiſium, ἀισίσιον, hodiè Aſſi Umbrorum urbs eſt, de vide Prol.

Æſon, nis, bre pen. ἄισων lius Ciruei, Peliæ The liæ regis frater, & Jaſo pater, cui inde AEſoni nomen factum. Ovid Metam. fabulatur de A ne cocto, & in juvene Medea reſtituto. Credi eſt autem, Medeam ſalu medicamento prorogaſſe tam Aeſoni in perdita v tudine, affectaque ætat Fuit enim ipſa herbaru artisq; medicæ perita. H Aeſonius. Ovid.

Æſonius heros.

Æſopus, ἄισωπ@, fabularu

ſ

ſcriptor fuit, unde proverbialis locutio: Ne AEſopum quidem triviſti, οὐδὲ τὸν αἴσωπον πεπάτηκας: de vehementer ſtupidis & indoctis. Olim enim Aeſopi fabulæ idiotis etiam notæ fuerunt. Habetur & hoc proverbium: αἰσώπιος κολοιὸς, id eſt, Aeſopicus graculus, dici ſolitum de eo, qui aliena ſibi uſurpat, aliorumq; bonis ſeſe venditat. Nota eſt fabula Aeſopi de cornicula ornante ſe, & ſuperbiente aliarum avium plumis. Fuit & alius hoc nomine actor fabularum, cujus Cicero meminit lib. 7. epiſt. Horat. 2. epiſt.

Quæ gravis AEſopus, quæ
doctus Roſcius egit.

Eſtræum Ptolemæo Macedoniæ oppidum, cuius incolæ Aeſtræi ſunt.

Eſymnus, Homer. lib. Iliad. 11. è Græcorum principibus unus, qnem Hector interemit.

Eſyrmus, αἴσυμος Homer. li. Iliad. 8. urbs Thraciæ.

Eta, vide AEtea.

Ethalia, αἰθαλία, Strab. αἰθάλη, Stephan. Plin. inſula Italiæ adjacens in mari Liguſtico.

Ethione, prius Macarea, inſula eſt maris Oceani, Plin,

Ethiopia, vide ſuprà, **Morenlandt.**

Æthlius, filius Jovis, & pater Endymionis, ut Heſiodus ſcribit.

AEthon, αἴθων, νος, equus fuit Hectoris apud Homer. & Pallantis apud Virgilium 11. Aneid. Plutonis verò apud Claudianum, qui in exequiis Domini ſui collacrymaſſe fertur. Unus denique AEthon eſt ex quàtuor equis ſolis. Ovid. libr. 2. Metam. Interea volucres, &c.

POETICE.

Æthon:

Croceus, Velox, Pernix, Auroræ nuncius, Spumans, Duris lupatis. Qui fugat hinnitu ſtellas, & roſeo Lucifero domatur.

AEthra αἴθρα, Theſci mater, filia vero Pithei regis, & uxor Aegei. Fuit & hoc nomine Oceani, & Tethyos filia uxor Atlantis, filij Japeti. Vide dictionem Hyades Alra item AEthra fuit mater Pithei, de qua Ovid. in epiſt. Ariadnes.

Aetius, ἀέτιος, quatuor ſyll. Antiochenus fuit medicus temporibus Conſtantini Magni, Chriſtianus quidem initio, ſed apoſtata poſtea factus Eunomianis & Arianis aſtipulatus eſt. Vnde etiam ἄθεος, cognominatus eſt Vide de eo Volaterran. & Trip. lib. 5. cap. 13. 19. 32. 39. 42.

AEtna

AEtna, æ, αἴτνα, vel αἴτνη, Mongibellò mons est Siciliæ cavernosus globos ignitos & flammas eructens, circa radices tamen amœnissimus est multisq; fontibus scaturiens & abundans fruticibus, Poetæ fabulantur Gigantes à Jove subterfulminatos. Unde Claudian. Enceladi bustum vocat. lib. 1. de raptu Proserpinæ.

In medio scopulis se porrigit
Ætna perustis.
Ætna Giganteos nunquam
tacitura triumphos.
Enceladi bustum.
Et Paulò post:
Ætnæos apices solo cogno-
scere visu.
Non aditu tentare licet,
pars cætera frondet.
Arboribus, teritur nullo cul
tore cacumen.

Causam autem, quare Aetna flammas evomat, Trogus libr. 4. explicat. Sicilia est cavernosa & fistulosa, quo fit, ut ventorum flatibus pateat, unde ignis concipitur, intrinsecus sulphur habet & bitumen. Ubi igitur ventus per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem. Sic AEtnæ durat incendium. Motus ergo ventorum cau-

sa incendij est. Menti
hujus montis Virgil. lib.
Georgic. & lib. 3. Æneid
& Ovid. 15. Metam. e
etiam de hoc Julium S
num Polyhistor. cap.
tem Gellium lib. 17 cap
Aetna onus gravius in
meris portare, id est, m
mum onus portare. H
Aetnæus, αἰτναῖος, adje
Aetnæi Cyclopes, fr
AEtnæum fulmen.

POETICE.

Rupes Aetnæ.
Mons Aetnæus.
Ignis Aetnæus.
Aetnæa mœnia.

Aetna:

Ardens, Ignifera, Vapor
ra, Fumans, Fervens, C
da, Fumosa, Lucens, Vu
nia, Sonans. Flamm
ra, Fervida, Trinacria,
cula, Alta, Typhois, C
vis, Floricoma, Monstr
ra, Trinacris, Vulca
Cerealis, Torrida, Ho
fica, Sulphurea, Nob
Fera, Rapida, Sicilis, O
ra. Patens florum, E
mens sulphureos glob
Eructans sævas flamm
Tonans horrificis ru
Undans ruptis fornacib
Exhalans flammas, Igni
suis æstuans. Lucens Jo
fluctibus, Assiduis icti
sonans, Calens sicariis
vernis. Cujus humus
det anhelatis ignibus,

de

des Grinacriis jugis, Flammis ardenibus undans, Cujus intra gemunt Mulciberis follibus, Urgens molibus Enceladi caput, Urens accensos globos, Quæ ignibus suis furit, Unde ruit Vulcanius ignis. Prorumpens atram interdum nubem ad æthera, & attollens stammarum globos, Liquefacta saxa interdum cũ flamms sub auras glomerans, & fundo imo exæstuans, prorumpens ad cœli usque sidera atrem nubem fumantem piceo turbine & candente favilla, Ardens in immensum geminatis ignibus. Injecta Giganteis faucibus,, Quæ plurimas flammas movet. Iacens super ota Tiphœos.

[Æ]tna etiam Siciliæ urbs est, quæ Catana dicitur Straboni, ab Hierone condita.

[Æ]tolia, ἀιτωλία, regio Græciæ, in Græciæ contenta gremio, quemadmodum Cicero scripsit in Pisonem. Hinc Aetolus, αἰτῶλος, penult long. Ætoli aurem popul sunt Peloponensi advenæ. quorum urbs Elis, Hinc Ætolitus etiam ut, Bellum ætolicum, ager AEtolicus Item, Aetolius heros, id est, Diomedes npud Ovid. 14. Metam.

[Æ]tolus, αἰτωλὸς, filius fuit Matris,

Afer, vel potiùs Apher, λίβυς aliquis ex Africa. ein Africaner/einer auß Africa.

POETICE.

Afri:

Sævi, Infidi, Bilingues, Vagi, Sitientes, Rebelles,. Discincti, Tenues;, Sophacij, Pastoricij, Armentarij, Psrfidi.

Afranius, Poeta Latinus. Comicus fuit, cujus Horatius meminit.

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.

Ausonius quoq;

Africa, seu Libya λιβύη פוט Chald. אַפְרִיקָא *Aliqui* per ph. scribunt, Aphrica sic enim Græcè ἀφρικὴ, à steritica particula α & φρίκη id est, horror, quem ex frigore contrahimus, quòd in ista regione nullum omninò sit frigus. Unde etiam Afri populi istius regionis dicũtur sitientes à Virgilio in Bucolicis, eo quòd maximus ipsis sit calor, & nihil omninò frigoris experiri cogantur. Constituuntur autem (ut & hoc addamus) tres orbis terrarum partes: Asia, Africa, & Europa. His accessit America, quæ etjam terra nova dicitur, eò quòd nuper sit inventa. Hinc adject. Afer, a, um, & africanus, item Africus.

POETICE.

Africa:

Fertilis, Vadosa, Ferox, Frugifera, Ardens, Beluis frequens, Spicis abundans, Pariens multas segetes.

Africus, ventus est meridionalis ab Africa flans, Hor. in Odis.

Luctantem Icariis fluctibus Africum.

POETICE.

Africus:

Nubifer, Pestilens, Protervus, Ater, Præceps, Creber procellis. Vide etiam in 1. parte: Westwind.

Agamantæ, Plin. circa Meotim sunt populi.

Agamemnon, ἀγαμέμνων rex Mycenarum fuit, filius Atrei, vel, ut alij volunt, Plisthenis, & frater Menelai, qui rex regum, dicitur Ciceroni lib. 9. famil. Hic omnium Græcorum suffragio delectus imperator ad expeditionem Troianam profectus est. Clytemnestra conjuge, ex qua jam liberos aliquos susceperat, ad regni administrationem domi relicta. Reversus autem domum veste inexplicabili indutus, interfectus est à Clytemnestra, auxiliante Ægystho adultero. Unde nata est proverbialis sententia: Pro beneficentia Agamemnonem ulti sunt Achivi.

ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμν πσαν Ἀχαιοί, in ingratos, q pro summo beneficio re dunt maleficium, Agame non enim pro dignitate G ciæ tuenda tot perpessis boribus & molestijs ad su reversus male exceptus tractatus est, ut modò oste sum. Idem apud Homeru nihil aliud optat ad rem f liciter gerendam, quàm d cem Nestores. Invenitur Agamemno in Recto cas Statius in Achil.

Conclamaut Danai stimu latq; Agamemno volen tes.

Dicitur autem q. ἄγαν μένων id est, valdè manens. A re bus enim semel suscepti non facilè destitit, sed con stanter in ijs permansit. Hin Agamemnonius, a, um, ut Res Agamemnoniæ, apud Virgil. lib. 3. Sic Agamem noniæ cohortes.

POETICE

Plisthenius vir.

Agamemnon:

Atrides, â patre Tantalides, ab avo Atrides major, propter fratrem, Celebris, Magnanimus, Fortis, Mycenæus, Jugulatus conjugis astu, Troiæ populator, Ductor magnorum Achivûm, Qui arsit rapta virgine in medio triumpho. Qui unus erat caput Argolici militis. Quem perfidus Ægisthus sæva

sæva fraude necavit, Conjuge sua cæsus, Conjugis victima, Trojæ populator, Dux ducum, Tyndarei gener, Mycenæus ductor, dux.

[A]ganippe, es, ἀγανίππη, fons est Bœotiæ Apollini & Musis dicatus, prius Enippe dictus ex quo qui potant, facundi (ut Poetæ fingunt) redduntur. Hinc Musæ Aganippides dicuntur. Appellatur aliàs hinc fons Hippocrene, ἱππο κρήνη. Hinc Aganippæus, a, um, adject. Propert. lib. 2. & Aganippis, idis, patron. Ovid. 5. Fastor.

POETICE.

Aganippæa unda.
Aganippæus fons.
Fons Caballinus.
Amœnus fons Caballi.
Gelidæ undæ Aganippidos.
Lacus Bellerophontæi equi.
Fontes Aganippides.
Signa Medusæi equi.

Aganippe:

Dulcis, Limpida, Hianthæa, Permessia, Sacras aquas fundens, Diis lymphis referta, Quam Pegasus alato pede fecit.

[A]gapenor, ἀγαπήνωρ classis Agamemnonis præfectus fuit teste Homer. lib. Iliad. 2.

[A]gapius, ἀγάπιος, medicus Alexandrinus, vir fuit insigni doctrina, qui Byzantij ludum aperuit. Fuit & alius hoc nomine Atheniensis Philosophus. Vide de utroque Suidam.

Agapitus, apud Præneste 13. annorum puer martyrio coronatus est, sub Aureliano principe.

Agareni, ἀγαρηνοί, populi sunt Arabiæ, qui hodiè Sarraceni, ab *Agare* Saræ ancilla, vel ab Agara oppido,

Agarus, ἄγαρος, Sarmatiæ oppidum est, & fluvius ibid. quem Sagarim Ovid. vocat.

Agasicles, ἀγασικλῆς, rex Lacedæmoniorum fuit, cujus Plutarchus meminit.

Agasthenes, ἀγασθένης, formosi Polyxeni pater gentis suæ navium in expeditione Trojana præfectus, teste homero lib. Iliad. 2.

Agastrophus, ἀγάστροφος, filius Pæonis & insignis inter primos Trojanorum bellatores heros fuit, qui accepto à Diomede vulnere interiit, Homer. lib. Iliad. 11.

Agatha, ἀγάθη, proprium virginis, quæ sub Gallo martyrio coronara fuit. Est etiam hoc nomine urbs Galliæ Narbonensis, aliâs Agathopolis dicta, vulgò mons Pessulanus, **Mompullier.**

Agatharchides, ἀγαθαρχίδης hystoricus Samius, cuius Plutarchus in Persica historia meminit.

Agathias ἀγαθίας, cognomen-

to Scholasticus Smyrneus, scripsit post procopium res gestas Iustiniani principis ejusq; ducum Belisarij & Narseris, in volumen etiam coëgit diversa epigrammata Græca nobilium Poetarum Vide Suid.

Agarhyrnum, Plin. Siciliæ oppidum.

Agatho ἀγάθων de quo Philostratus, juvenis fuit monstrosæ magnitudinis & fortitudinis, sub principe Hadriano. Fuit & eodem nomine Pythagoricus Philosophus.

Agathocles ἀγαθοκλῆς, Siciliæ Tyrannus fuit, obscuris quidem majoribus ortus, sed quia vir strenuus & bellicosus evasit, ad regias dignitates evectus est. De calvitie hujus legatur Ælianus lib. 11. de varia historia. Hic non originis suæ (pater enim ipsius figulus fuit) oblitus insolentior redderetur, quotidiè mensæ suæ imponebat pocula ex vasis testaceis, quæ ex tetra Samiæ facta erant. Unde elegantissimi hi sunt versus:

Fama est fictilibus cœnasse
Agathoclea regem,
Atque abacum Samio sæpe
onerasse luto:
Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis,

Et misceret opes pauperemque simul.
Quærenti causam, respondit: Rex ego qui sum,
Sicaniæ figulo sum genitore satus.
Fortunam reverenter habe, quicunque repentè
Dives ab exili progrediêris loco.

Agathon, tibicen fuit, qui suavibus suis cantilenis aures mirifice mulsit, ita ut Agathonia cantio ἀγαθώνιος αὔλησις, proverbialiter de oratione blanda quidem, sed minus tamen frugifera dicatur,

Agathopolis, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis urbs. Ptolem.

Agathyrsi, ἀγάθυρσοι, populi sunt Scythis vicini, quos pictos appellavit Virgil. 4. Æneid. quia capillos & corpus diversis inficiunt coloribus. sive, quia vestibus versicoloribus utuntur mulieres ipsis sunt communes.

POETICE.

Agathyrsi.

Picti, Depicti, Immunes, Divites, Opulenti, Opibus, affluentes.

Agathyrsum, sive Agathyrsa, ἀγάθυρσα. nomen urbis, de qua Plin. lib. 3. & 8.

Aga-

gave, prima bre. pen. long. ἀγαυὴ, ἥς, ἡ, filia Cadmi & Hermionis, nupsit Echioni, Thebano, Ex quo filium Pentheũ suscepit. Qui eum sacra Bacchi (abstemius enim erat) negligeret, ab ipsa matre in Furiam versa, & reliquis Mœnadibus mẽbratim dilaniatus est Ovid. 3. Metam.

Prima suum misso vitiavit
Penthea thyrso Mater
&c.

POETICE.

enthei
entheja
hebana mater.
admæa

Agave:

Cadmæis, Cadmi filia, Cadmæa furens, Mœnas cruenta, Thebana, Pentheia, Bassaris, Scelerata infandas manus & cruenta cæde, Quæ attonita & furens abstulit nato caput. Ipsa jugulans natum suum.

Agavus, ἀγαυὸς, è Priami, filiis unus, qui patrem comitabatur Hectoris corpus ab Achille redempturus.

Agedicum, pen. lon. ἀγήδικον vel Agendicum, Galliæ urbs Ptol. Putatur esse ea, quam Galli sua lingua Se ns vocant.

Agelastus, ἀγέλαστος, cognomen fuit Crassi, quia semel tantùm in vita risisset, quod factum est, cum vidisset asinum carduos comedentem ubi risisse & dixisse fertur: Similes habent labra lactucas, id quòd in proverbium abiit, cognatum illi: Simile simili carum.

Agenor, ἀγήνωρ, penult. long. rex Phœnicum, pater Cadmi & Beli filius, qui Tyrũ condidit. Virgil. 1. Æneid.

Punica regna vides Tyrios
& Agenoris urbem.

Id est Carthaginem à Phœnicibus conditam. Hinc Phœnices, dicti sunt Agenoridæ. Et Agenorides, ἀγηνορείδης, Agenoris filius, Cadmus Ovid. 2. Metam. Item Agenorens, a, um, Sil. Ital. lib. 17.

Littora Agenorea tenu-
erunt perfida terra.

POETICE.

Agenor:

Imperiosus, Libycus, Sarranus, Tyrius.

Agenoria dea à Romanis ita vocata, quæ ad agendum instigaret.

POETICE.

Agenoria Nimpha.

Agenoria:

Dia, Sancta, Laborum amans

Agerochus, Homer. lib. iliad. 11. Nelei ex Chlori uxore filius.

Agesias, ἀγησίας, cujus Cicero in Tusculanis meminit. Cy-

renaicus Philosophus Platonicus fuit, qui animæ immortalitatem docens multos permovit, ut violentas sibi ipsis inferrent manus. Unde & à Ptolemæo prohibitus in scholis profiteri. Alius hoc nomine Syracusanus Olympionica, Sostrati filius fuit.

Agesidamus, ἀγφσίδαμος, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, cui pugillatu vincenti hymnus decantatus est à Piudaro.

Agesilaus, ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius inclytus ille Spartanorum rex fuit Epaminondæ æmulus, qui brevi quidem corporis statuta & altero pede claudus sed tamen egregiis animi dotibus ac virtutibus præditus fuit. Victoriis etjam adeò clarus fuit, ut Socrates ipse facta opinione dixerit, se optare sibi victorias Agesilai, & libertatem Simonis. De rebus ejus gestis & laudibus Xenophon, Plutarchus & Justinus scripsêre. Est & Agesilaus proprium Plutonis nomen.

Agetis, qui aliâs etiam Ageus, aliâs Argeus vocatur, Apollinis filium ex Cyrene virgine, fratrem verò Aristei fuisse, Justinus scribit.

Agilla, vide Agylla.

Agis, idis, ἄγις, vel Agides, Lacedæmoniorum rex ante Agesilaum fuit à civibus is in carcere occisus, ha ob causam, quòd Lycur leges reducere & bona p blicare conaretur, Cic. li 2. offic. Fuit & hoc nomi alius, qui à Lacedæmoni strangulatus est.

Agisines, orientalis est fluviu apud Censonas & Aphilòs.

Aglaia, ἀγλαΐα, una ex tribu Gratiis. Vide dictioner Charites, item, Göttin de liebligkeit vnd gutwil ligkeit/ in prima parte.

Aglaonine, ἀγλαονίκη, filia Ha gemonis fuit, quæ astrologiæ perita, & lunæ ecclipses futuras prævidens gloriabatur, se de cœlo illam deducere, quæ in maximas ob id calamitates devenit. Unde & proverbio occasio data: τὴν σελήνην κατασπᾷ, id est, lunam detrahit, quod dicitur in eum, cui omnia adversa videntur.

Aglaophena, una Sirenum filia Acheloi & Calliopes Musæ, de quibus inferius plura.

Aglaophon, ἀγλαοφῶν, insignis pictor fuit, de quo Plin. lib. 35. cap. 9. & Cic. lib. 3. de Orat.

Aglauros, ἄγλαυρος, Athenarum regis Erichthei filia, quæ à Mercurio in saxum est transformata. Ovid. 2. Metam.

Sic opus est, Aglauros ea est &c.

&c. Indicat autem hæc metamorphosis, invidos ac malevolos fieri saxeos, id est, asperos, & ab omni humanitate alienos. Nihil enim est asperius, nihil inhumanius, quàm alterius rebus secundis invidere, quæ nihil nocent invidenti.

on, onis, ἀγών, ῶνος, ὁ Jon. ben, locus est certaminis Romæ, cuius Circus Flaminius nomen erat. Poni-tur non rarò pro ipso certamine. Est & Agon Scythiæ fluvius, item proprium nomen apud Plut.

onales ludi sunt, quos in Actiacis littoribus Antonio devicto Augustus statuit ad quod respexit Virg. 3. Ænei.

Actiaq; Iliacis celebramus
littora ludis.

Vide Actia.

onensis porta, quæ & Collina porta vocabatur, Cicer. Vide Ægonensis.

onius, Deus dicebatur rebus agendis præsidens.

gonalia, quæ & Agonia, ἀγώνια dicta, sacra sunt Dei Adonij, sicut Carmentalia dicuntur sacra Carmentæ matris Evandri. De his Ovid. lib. 1. Fastor.

Pars quia non veniant pecudes, sed agãtur ab actu.
Nomen Agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum,
Vna sit ut proprio litera demta loco.

Agonalis dies vocabatur, quo rex hostiam Agoniam immolabat.

Agoracritus, ἀγοράκριτος, Parius statuarius, discipulus Phidiæ. Volat.

Agoræus, Agoranomus, pen. bre. ab ἀγορὰ, deducta sunt ἀγοραῖος, ἀγορανόμος. Dicebantur autem hoc nomine & Jupiter & Mercurius, quod in medio foro statuæ eorum locarentur.

Agragas, antis, aliàs etiam Acragas, ἀκράγας, & Agrigentum, vulgo Gergento; aliis Siciliæ oppidum, aliis mons est intra muros agrigenti Siciliæ. Virgil. 3. Aeneid.

Arduus inde Agragas ostendit maxima longè
Mœnia, magnanimum quõdam generator equorum.

Veteres enim, apud eum montem, cujus cacumen ejusdem nominis oppidum habuit, optimos alere equos, & exinde in Græciam ad Agones transmittere soliti sunt.

Agragantinus idem, qui Agrigentinus Lucret. lib. 1. Quorum Agragantinus cum pri-

mis Empedocles eſt. Quia Empedocles Philoſophus ex Agrigentino oriundus fuit.

Agrigentum, ἀκράγας, Siciliæ urbs, vide Agragas. Hinc

Agrigentinus, ἀκραγαντῖνος, poſſeſ. penult. long.

Agriophagi, ἀγριοφάγοι, Æthiopum populi verſus occidentem, ſolum Pantherarum & Leonum veſcentes carnibus Solino autore.

Agrippa, ἀγρίππας, Gellius lib. 16. cap. 16. Quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi extiterant, qui partus difficilimus ægerrimusque habetur, Agrippa appellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. Idem teſtatur Iulius Solinus cap. 4. Multi autem hoc nomine dicti fuere. Alius enim Ariſtobuli Magni Herodis filij filius fuit, rex Iudæorum à Cajo Cæſare conſtitutus. Alius Herodes Agrippa, ſecundus rex Iudæorum. Alius Agrippa cognomento Piſtor. Alius Agrippa Menemius, cognomento Lanatus, qui dux Romanorum de Sabinis triumphavit. Alius Agrippa Sylvius duodecimus Latinorum ſive ab Albanorum rex, cui poſt 40. imperij annos filius Romulus Sylvius ſucceſſit. l. 1. decad. 1. Alius item Agrippa gener Auguſti fuit, victoria contra Sext. Pompeium navali inſignis. Virgil. lib. 8.

Parte alii ventis, & Diis Agrippa ſecundis Arduas, &c.

Agrippina, ſive Agrippinenſis colonia, Romanorum quondam Colonia. Vide, Cölln am Rhein.

Agrippinæ, M. Agrippæ filiæ duæ fuerunt: Altera Caii principis ex Germanico mater, altera Neronis ex Domitio Nerone. Plin. lib. 7. cap. 8. Agrippinæ Caium & Domitium principes genuere, totidem faces generis humani.

Agrius, ἄγριος, pater Therſitis fuit, filius verò Parthaonis, de quo Homerus. Acrius etiam alius Ulyſſis, & Circes filius fuit, de quo Heſiodus.

Agroſus nomen montis, ubi hodie Roma extructa.

Aguntum; ἄγεντον Ptol. Siciliæ oppidum.

Agyleus, ἀγυιεύς, vocatus eſt Apollo Athenis, quod publicis ipſi viis urbis ſibi ex reſponſo ſtatutis altaribus ſacrificarent, ἀγυιὰς enim ipſi intra pomœria vias vocant. Horat. lib. 4. od. 6.

Dauniæ defende decus Camœna Levis Agyleu.

Agylla, æ, ἄγυλλα, ſive etiam Agilla, urbs Thuſciæ Cære poſtea dicta, Virg. 8. Æn.

Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto.
Vrbis Agyllinæ ſedes, &c.

Agyrtes, pri. bre. patrem intereміſſe ſcribitur, cujus meminit, Ovid. lib. 5. Metamorph.

Ajax, αἴας αντος, ὁ, Ajaces duos fuiſſe legitur, alius Telamonius, ſive Telamoniades, Telamone creatus ex Heſione Laumedontis filia, fortiſſimus in exercitu Græcorum poſt Achillem, qui cum alijs, Græcis ad expeditionem Trojanam profectus, cum Hectore etiam multis rebus præclarè geſtis, eſt congreſſus, & niſi nox interveniens duellum diremiſſet, Ajax palmam reportaſſet. Diſcedens igitur Hectori baltheum ſuum dono dedit, accepto ab eo gladio, quo poſtea ſeipſum interfecit animi dolore, cùm ſcil. occiſo Achille arma illius, ut legitimus hæres petens, adipiſci tamen ea (Vlyſſes enim eloquentia ſua à judicibus impetrârat) non poſſet. Oſtendit autem exemplum hoc Ajacis ſemetipſum trucidantis ob acceptam levem injuriam, humanam virtutem infirmam eſſe & fragilem. Ira enim jam vincitur, & ſtulto ſuccumbit dolori, qui nullis antea armis vinci potuerat. Veriſſimum igitur eſt, quod Plato ſcribit, vincere ſeipſum eſſe omnium victoriarum primam & optimam. Dicitur Aiax ſcutifer, quia ſcutum ſeu clypeum habuit ἑπταβόειον, id eſt, ſeptem boum corijs tectum atque ob id impenetrabilem, de quo Ovid. lib. 13.

Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax,

Et eodem libro:

Quæ niſi feciſſem, fruſtra Telamone creatus.
Geſtaſſet læva taurorum tergora ſepta.

Hinc θυμὸς ἑπταβόειος, de magno, forti & invicto proverbialiter dicitur. Videatur Alciatus Emblem. nono lib. 1. Ubi virtus ipſa ejulans Ajacis deflere fingitur ſepulcrum (quod eſt, prope Sigæum promontoriũ Trojæ, Plin. libr. 5. cap. 30.) ob id nimirum, quod illa dolo ſuppreſſa & victa fuerit, quodquè Græci contra eam iniquè judicaverint. Græcorum enim judicium ſuffragio extincti Achillis arma Vlyſſi adjudicata fuere, quæ Ajaci ob ſtrenua ſua facta, virtuteſque eximias meritò ceſſiſſent, ut antea oſten-

ostensum. Habetur apud Ovid. libr. 13. Metam. contentio Ajacis & Ulyssis de armis interfecti Achillis artificiosè descripta, quæ conficta est ad minuendam Thrasonum jactantiam & arrogantiam, qui à studijs literarum alieni de nulla re benè existimant, nisi de re militari.

POETICE.

Telamonius heros.
Telamoniades.

Ajax:

Invictus, Fortis, Acer, Ferox, Ferus, Interritus, Animosus, Stolidus, Salaminius, Temerarius, Insanus, Telamone satus. A Jove tertius, Ferox Marte & viribus, Qui Tecmessam dilexit, Quem licet invictum dolor tamen vicit, Qui spõte obruit generosas animi faces, gravans triste pectus invidiæ dolore, Cui tristis furor acceleravit fata suprema, Qui pro forti Ulysse miserum stravit pecus, Dominus septemplicis clypei. Qui impatiens erat iræ. Qui Marte feroci valuit, & in acie, Qui stravit deprensos greges lata per arva, Qui magnus erat armis, Cui terga septem boum tegmen fuêre. Qui ferro stravit pecus, Quem captivæ Tecmessæ forma movit.

Ajax alius Oilei filius fuit, rex

Locrensium à Pallade fulmine percussus in mari cum navi sua, cùm ab expeditione Trojana rediret, quòd Troja capta Cassandram vatem in templo suo vitiasset. Virg. 1. Æneid.

Pallas ne exurere classem
Argivûm potuit, &c.

POETICE.

Naricius heros, à patria.

Ajax:

Oileus, Oilides, impius, Fulmine exustus, Fulmine & ponto moriens, Quem Pallas irata turbine corripuit, scopuloque acuto infixit, Cuius dextera fecerit scelus in sacra æde Palladis, Ob cujus unius Furias pœnas olim fuit Argolicus exercitus ictus terrifico fulmine, & aqua mersus, Violans simulacra Minervæ, Qui ferox raptor periit, fulmine & æquore. Est Ajax fluvius ex promontorio Pindi montis exoriens.

Aidoneus, ἀϊδωνεὺς, Pluto appellatus est, & tempore Lyncæi regis Argivorum atque Eriththei Atheniensium regis regnavit, Euseb.

Alaba, ἄλαβα, Plin. & Ptolem. Hispaniæ citerioris urbs.

Alabanda, ἀλαβάνδα, insigni Cariæ urbs est, Plin. & Ptolem. Unde Alabandici populi dicti.

Alabanses, Hispaniæ populi con-

conventus Carthaginenſis ab Alaba cicerionis Hiſpaniæ urbe appellati. Plin.

labaſtrum, montis in AEgypto & oppidi nomen eſt, Plin. Eſt item Alabaſtrum, eodem autore, marmor pellucidum, & colorum varietate diſtinctum. Quo nomine & vas unguentarium ex Alabaſtro & Alabaſtrico factum dicitur.

labaſtrus, ἀλάβαστρος, Æolidis regionis fluvius. Plin.

labus, Plin. ἄλαβος. Siciliæ fluvius.

lalia, ἀλαλία, Cyrni inſulæ urbs Herod. lib. hiſt. 1.

lania, regio eſt Scythiæ, Europæ.

lani, populi ſunt Scythiæ, à fluvio Alano ſic dicti. Lucan. lib. 8.

t ſequerer duros æterni Martis Alanos.

Id eſt, ſemper pugnaces. Quia ſemper ſunt in armis, & laboris patientiſſimi. Hi populi cùm pane deſtituantur, carnibus tantum veſcuntur.

POETICE.

Alani:

Duri, Feri, Implacati, Ardentes, Caucaſigenæ, Bellicoſi, Fortes, Leves curſu.

Alante, Arcadiæ urbs eſt.

Alanus, pen. lon. fluvius Scythiæ, à quo Alani populi, Plin. lib. 4. cap. 12. dicti

Alapeni, Ptolem. fecilis Arabiæ populi.

Alaſtor, unus ex equis Plutonis, quorum nomina ponit Claudianus lib. 1. de raptu Proſerpinæ, cum inquit:

Orphneus crudele micans, &c.

Fuit & SOCIUS Alaſtor Sarpedonis regis Lyciæ, ab Ulyſſe ad Trojam interemtus, ἀλάστωρ, ἀλάστορας, Græci dicunt, Dæmones infeſtos, Plage Teuffel. Item, homines malignos & peſtes ad Satanicam accedentes malitiam.

Alata, alia felicis alia deſertæ Arabiæ urbs eſt. Ptol. Alata caſtra, vulgus caſtrum puellarum Regia Scotiæ, Edenburg. Ptolem.

Alauna, Ptol. Britanniæ inſulæ oppidum.

Alauni, duo ſunt eiuſdem nominis fluvij in Britannia. Ptolem.

Alaunij, Ptol. regionis Scythicæ populi.

Alba, æ, ἄλβα, & Alba longa, urbs eſt in Latio, condita ab Aſcanio Æneæ filio. Alba autem dicta eſt ab alba ſue ibidem ab Ænea inventa. Longa autem à longo tractu. Hinc Albanus, Virgil. 8. Æneid.

At tu dictis Albane maneres.

Vide Livium libr. 1. decad. 1. Virgil. 1. Æneid. Claudianum

dianum in 4. consolatu Honorij.

POETICE.

Albani montes.

Alba:

Longa, Vetus, Celsa, Iliaca, Trojana, Romana, Dardania, Binominis.

Est & Alba civitas Longobardiæ, ad lacum Fucinum à qua Albenses.

Alba Julia, vide, Weissenburg.

Alba Regalis, vide, Stuel-Weissenburg.

Alba Græca, vide, Griechisch Weissenburg.

Alba etiam Dea est, quæ & Albuna, λαυκοθεα Cic.

Alba Sylvius. Latini Sylvij filius fuit, qui patri in regno successit.

Albana, ἄλβανα felicis Arabiæ oppidum, Ptol.

Albania, æ, ἀλβανία, regio est orientalis inter Colchum & Armeniam, ita dicta à colore populi, quòd albo crine nascantur, vel ab Albano Italiæ monte, vel etiam ab Albano civitate Macedoniæ.

Albani, populi sunt, quorum aliqui hodiè in Peloponneso, aliqui in Macedonia sedem habent, quorum dux fuit Georgius Scanderbecus, qui pro defendenda Christiana religione multa eaq; acerrima adversus Turcas prælia gessit.

Albi montes, locus Insulæ Cretæ, ubi nunquam pluer[illegible] bit. Plin.

Albingaunum, ἀλβίγγαυν[illegible] hodiè Albinga, urbs Liguri[illegible] est, Ptol.

Albinus, ἀλβῖνος, Multi h[illegible] nomine apud Romanos fuer[illegible] Ut, Clodius Albinus [illegible] ad stuporem delicatarum [illegible] rum vorax, de quo Sp[illegible] an. L. Albinus, de quo [illegible] lib. 1. decad. 3. Alij [illegible] Albini duo oratores, de q[illegible] bus Cicer. Et A. Posthu-mius Albinus, qui res Ro-manas Græco sermone scri-psit, de quo Gell. Macrob. & Suid. Albinus deniq; Im-perator pessimus ex tribu qui uno tempore de princi-patu contenderunt, Pythii oraculo judicatus, quod [illegible] habuit: Optimus est Fu[illegible] bonus Afer, pessimus A[illegible] Fuscus, id est, Fescenninus Ni-ger, Afer, id est Severus Al-bus, id est, Albinus.

Albion, ἀλβίων, Stephano, Bri-tanniæ insula, ab albis ru-pibus, quas mare alluit, ap-pellata, Vide Anglia.

Albion & Bergion ἀλβίων [illegible] βεργίων, Gigantes filij Ne-ptuni fuêre, qui ubi Her-culem Rhodani ostia tra[illegible] volentem impedirent, inter-fecti sunt ab eo. De his Pom-pon. Mel. lib. 20.

Albis, vide in 1. parte: Elbe. Hinc Albiacus, a, um

Al-

Albiacæ aquæ,puellæ.
ium,Ptolem. oppidum Ligusticum.
ius Tibullus poeta, de quo Horat.1,epist.4.

inostrorum sermonum can- dide judex.

ula, vide in prima parte, Tyber.

ulates, Plinio fluvius in quinta Italiæ regione.

unea,nomen fontis & sylvæ in Tiburtinis altissimis montibus. Virg.7.Æn.

Lucosq; sub alta.
Consulit Albunea, &c.

Horat.lib.1.Carmin.

uam domus Albuneæ resonantis.

urnus. Lucaniæ mons est verticis candore sic dictus. Virgil.

lucos Silari circa, ilicibusque virentem.
urimus Alburnum volitans &c.

Est & Alburnus piscis nomen. Auson. in Mosella:

Quis non & virides vulgi solatia Tincas.
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis.

Græcis λεύκισκοι, sunt Alburni.

T. Albutius, Satyras scripsit Luciliano stylo, Varrone teste. Vide etiam de eo Cicer. de finibus in initio.

Albutius Silius Novariensis Orator fuit, qui Romam venit, ubi in Planci, Oratoris contuberniū receptus est, de quo plura apud Tranquil. Fuit & Albutius alius declamator insignis Senecæ temporibus.

Alcæus, ἀλκαῖος, Poeta Lyricus fuit, Quem Quintilianus lib.10. Homero similem dicit.

POETICE.

Alcæus:

Pugnax, Brevis, Amarus, Lesbius, Magnificus, Diligens, In lusus & amores descendens, Grandius sonans, Aurea sonans plectro, Tyrannos insectans, Cujus metra æmula sunt Homerico filo, Consors Sappho patriæque lyræque. Vates severæ lyræ,

Alcæus alius scriptor fuit veteris Comædiæ, qui decem fabulas finxit, teste Domitio Calder. in Ovidij Sappho. Alcæus tertius: Amphitrionis pater, avus autem Herculis fuit. Unde etiam Hercules Alcides dictus. Alcæus quartus, Herculis filius ex Omphale fuit.

Alcamenes, ἀλκαμένης, statuarius fuit, de quo Quintil.

Alcanor, ἀλκάνωρ, nomen viri, cujus meminit Virg. 10. Æneid.

Huic frater suberit Alcanor, &c.

Alcathoe, ἀλκαθόη, urbs fuit Græciæ, Ovid. lib.9. Metam.

Alcathoe, quam Nisus habet, &c.

Alcathous, ἀλκάθοος, filius Pelopis, qui fratris Chrysippi cædis suspectus Megaram se contulit, ubi leone, cui à loco Chironius nomen erat, interfecto Megareo gener ascitus in regno successit, & ab hoc Alcathoi, urbem Megaram appellavit Ovid. Fuit & alius hoc nomine Trojanus Anchisæ gener, qui in pugna apud Trojam perijt.

Alcenor, ἀλκήνωρ, vir fuit Argivus, Herod.

Alceste, es, vel Alcestis, idis, sive etiam Alcesta, ἀλκῆστις, Perilai filia, uxor Admeti regis Thessaliæ fuit, quæ pro salute coniugis semetipsam morti tradidit. Vide dictionem Admotus. Allusit eo Juvelalis Sat.6.

Spectant subeuntem fata mariti
Alcestim, & similis si permutatio detur,
Morte viri, &c.

POETICE.

Conjunx Pagasæa.

Alceste:

Pulcra, Fida, Præclara, Fusca, conjuncta regi Pheræo, Functa fato cari mariti, Quæ virum ulrro prætulit vitæ suæ, Adepta perenne nomen, quòd sponte mortua sit pro caro viro, Lat. pro funere viri.

Alcibiades, ἀλκιβιάδης, propen. Atheniensis fuit imperator summo loco natus, qui ut ob insignes, quibus ornatus fuit, virtutes ... audijt: Ita econtra olim innumera, quibus defamatus, vitia bonorum reprehensionem incurrit. Discipulus fuit Socratis, à cujus latere nunquam recessisse scribitur. Vide Plutarch. in Alcib. & Plin. lib. 34. cap. 22. Persi. Satyr. 4.

Magne pupille periclis.

Alcidamas, antis, ἀλκιδάμας, Suidæ Philosophus est Eleates, discipulus Gorgiæ Leontini. A Quintiliano vero lib.3. inter Oratores numeratur. Et extant aliquæ ejus orationes in volumine Oratorum Rhetorum Aldion.

Alcidamus, Rhetor antiquus, à quo mortis scripta laudatio. Meminit Cicero lib. Thusc. quæst. 1.

Alcides, æ, ἀλκείδης, long. pen. dicitur Hercules, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, à robore sive bellica virtute, ut quidam volunt, vel ab avo Alcæo, ut alijs placet. Mantuano bipater dicitur, quod Amphitryonis crederetur filius, cum tamen filius esset Jovis, Virgil.6. Æneid.

Nec

Nec verò Alciden, &c.
Fuit & Alcidæ, sive Herculi populus consecrata, quia ad inferos descendens populea se fronde coronavit.

POETICE.

Alcides:

Clarus, Insignis, Cruentus, Bellator, Trux, Ferus. Insanus, Vagus, Ferox, Bipater, Magnus, Magnanimus, Qui semper in armis. Qui stulti amoris servus pensa trahebat ad nutum Lydiæ heræ, Cui blandita quondam voluptas frustrà dulcia verba dedit, Qui studiis suis summum in orbe nactus est decus, Qui Hesionem dura ad saxa revinctam vindicavit. Qui Dominæ pensa tenuit. Quem lanas nere amor coegit, Qui sedisse dicitur in veste Coæ puellæ. Qui dicitur meruisse cœlum labore, Quo non alter animosior, Qui viribus erat instar rapidi fulminis, Qui emenso orbe duros labores pertulit, & monstra vinxit catenis.

Alcimedas, Poeta tragicus Megarensis, de quo Suid.

Alcimede, ἀλκιμέδη, Pherecide autore, Æsonis uxor & Jasonis mater fuit, Homeri tamen enarrator Æsonem ex Polymela Jasonem genuisse dicit.

Alcimedon, ἀλκιμέδων, cælator sive tornator fuit artificiosus Vnde divinum eum, h. e. excellentissimum vocat Vergil. 3. eclog. ubi inquit:

Pocula ponam
Fagina cœlatum divini opus Alcimedontis.

Alcionus. ἀλκίον⊗, rex Phœacum in insula Corcyra justissimus, diligens hortorum cultor. Unde & Virgil. 2. Georg.

Pomaq; & Alcinoi sylvæ, &c.
Fama autem est, miram pomariorum in ea terra, & fertilitatem & copiam fuisse, adeò, ut frugibus præmaturis novi statim succederent. Stat. lib. 3. sylvar.

Quid bifera Alcinoi laudem Pomeria, vosq;,
Qui nunquam vacui prodistis in aera rami.

Juvenal. Satyr. 5.

Ille jubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phœacum autumnus habebat.

Filia Alcinoo fuit Nausicaa à qua Naufragus Ulysses per humano susceptus est hospicio. Alcinoi mensa pro verbialiter dicitur, de mensa luxu redundante.

POE-

Poëticè Alcinous:

Juſtus, Celebris, Inſignis, Munificus, Corcyra, Corycius, Phæax, Multa laude vehendus.

Alcippe, ἀλκίππη, mulier ruſtica Theocrito, & Virgil. Eclog. 7.

Quid facerem? Neque ego alcippem, neq; Phyllida habebam.

Eſt & Alcippe Martis filia, Pauſania Autore.

Alcmæon, ἀλκμαίων, Amphiarai vatis & Eryphiles fuit filius, qui matrem interfecit, quòd illa maritum Amphiaraum (qui in bello Thebano terræ hiatu abſorptus eſt) Polynici prodidiſſet aureo monili corrupta. Ovid. 9. Metam. & 2. Faſtor. Amphiaraides dicitur, item eidem Amphilochi frater. 2. de remedio amor. Crudelis Virg. 6. Æneid.

Mœſtamq; Eryphilem.
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

POETICE.

Alcmæon:

Amphiaraides, Amphilochi frarer, Matris occiſor.

Alcman, ἀλκμὰν, Lyricus poeta fuit, inventor amatorij carminis, qui Phtiriaſi perijt, teſte Æliano. Quibuſdam etiam Alcyma ſcribitur.

Alcmena, ἀλκμήνη, uxor Amphitrionis, mater verò Herculis, quem ex Jovis concubitu, concepit. Ovi. libro. 9.

Levata eſt
Argolis Alemene, potituq;
puerpera voto.

Scribitur enim & Alcmene, & interdum etiam pr... ratione verſus Alcumen...

POETICE.

Herculea mater, quia Herculem ex Jove, ut & Iphiclum ex Amphytrione ... tempore peperit.

Alcmena:

Argolis, Argiva, Argolica, Fortis, Animoſa, Amphitryonea, Genitrix Alcidæ:

Alcmenes, ſtatuarius Atheni... enſis Phidiæ diſcipulus, ...

Alcon ἄλκων, Sagittarius ... Cretenſis, cujus filium ... larum ubi ſerpens am... xus eſſet, arrepto arc... gittæ ictum ita ſua art... rexit & temperavit, u... ſerpente transfixo conſ... ret, nec in filium tranſi... Vide Politianum & M... lium. libr. 5. Meminit ... Virgil. in Bucol. eclog. ... ubi inquit.

Aut Alconis hab elaudes, ...
jurgia Codri.

Alcyone, Plejadum una ex Atlante & Pleione nata. Vide Pleiades.

Alcyone, ἀλκυόνη, conjunx ...

ycis, Neptuni verò filia, quæ mariti sui cadaver in littus ejectum videns, in mare semetipsam dejecit, & Deorum commiseratione in avem sui nominis transformata est. Ovid. 11. Metam

Ingemit Alcyone lacrymas
movet, atq; lacertos
Per somnum, &c.

Vide Ceyx. Fuit & alia Alcyone Eveni fluminis filia, Marpesia postea dicta.

cyoneus, ἀλκυονεὺς, Purpurei, aliâs Porphitionis frater, cui septem fuerunt filię: Phosonia nimirum, Authe, Methone, Alcippe, Pallene, & Primon, quæ ubi ob patris telis Herculis confossi interitum in mare se præcipitassent, in Halcyones, juxta quorundam opinionem, ab Amphitrite sunt transformatæ.

icyphron, ἀλκύφρων, Græcus fuit scriptor, ex cuius epistola observatu dignum illud refertur: οὐ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν· μὴ λάθῃς τοῦτον εἰς αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας, hoc est: Non longum tempus vitæ tribuit tibi Deus. Ne igitur temerè id insumas in ænigmata & nugas. Scitu & observatu dignissima est παραίνεσις de curandis in vita maximè necessariis, scurrilibus & minus necessariis posthabitis.

Alecto, ἀληκτὼ, όος, ἡ, una est ex furiis infernalibus, Acherontis & Noctis filia, dicta ἀπὸ τοῦ λήγειν, & steritica particula α, quasi irrequieta & nunquam desinens, quod nullum facinus inultum sinat, sive quod turbas, det atque tumultus, ein plage Teuffelin/Virg. 7. Æn. Vide in prima parte: Hellische Göttin.

Alegenor, ex Boethi filijs unus fuit, quatuor enim fuerunt; Hippodamus, Electrion, Archilyus & Alegenor, Diodoro lib. 5. autore.

Aleius campus, ἀλήιον πεδίον, Lyciæ locus est, ita dictus, quòd Bellerophontes, in eo cœcus oberrasset, donec periret. Cecidit enim ibi Bellerophontes, cùm à Pegaso ab œstro agitato excuteretur. Vide Halæ.

Alemani, ἀλέμανοι, Quidam per duplex l scribunt, Allemanni. Sunt autem Germani superioris. Die Ober Deutschen/aliâs Teutones, Teutonici, & Teutoni, à Teutone Deo quem colebant, vocantur. Virgil. lib. 7.

Teutonico ritu, &c.

Lucan. lib. 1.

Vidimus & Martem Libyes, cursumq; furoris
Teutonici.

G Idem

Idem lib. 6.

Cantaber exiguus, aut longis
Teutonis armis.

Germani etiam dicuntur, quòd Belgis sint vicini. Videntur autem dicti Alemanni, q. totos dicas viros, hoc est, fortes, ut Germani Gar Mann.

POETICE.

Alemanni:
Fortes, Feroces, Truces
Lancravij, Bellicosi, Strenui.
Queis fortis dextera bello.

Alesa, urbs est Siciliæ, unde Alesinus, a, um, Cicer. in epist. fam. In Alesina urbe, &c. Vide Halesina.

Alesium, ἀλήσιον Strab. Peloponnensi oppidum.

Alethes, vir fuit Trojanus, q. ἀληθὴς, id est, verax, Virgil. lib. 1. & 9.

POETICE.

Alethes, pri. bre.
Fidus, Grandævus, Animi maturus.

Alexander, qui & Alexandrus ἀλέξανδρος, item Alexander Macedo & Alexander Magnus dicitur. Philippi Macedonum Regis & Olympiæ filius fuit, primus Græciæ Monarcha, cui ob res præclarè gestas magnum est inditum nomen. Brevi enim temporis spatio ferè terrarũ orbem domuit, & imperio suo subjecit. Nominis etiam

sui terrore eas gentes, quas non vidit, imperio suo subjecit. Sciscitantibus quibusdam quî brevi tot homines suæ subjecisset potestatis respondisse fertur Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, id est, nihil reijciens, nunquam procrastinans. Hinc defuncto Macedonum exercitum Cyclopi excœcato similem Demades dixit, quemadmodum Plutarchus indicat. Audiens aliquandò hic heros. Epicureos affirmare, plures mundos esse uno, illacrymasse & dixisse scribitur: At ego unum nondum devici. Scribunt eundem tibijs à Timotheo ad diversum habitum traductum esse, ita ut modò incitatus cantu cœperit ardere cupiditate pugnæ, & de mensa surgens arripuerit arma, & in medios quasi hostes jam jam impetum facturus pugnâit, modò verò depositis armis sessum cœperit, & quieverit. Laudatur inter cætera & insignis ejus castitas. Devicto enim Persarum Rege Dario, oblatas ejus filias noluit aspicere, ne amore earum accenderetur, & dixit: Mulieres Persicas esse ὀφθαλμῶν ἀλγήματα, id est, oculorum dolores. Admodũ modestus etiam initiò fuisse dicitur, sed cum postea factus est totius orbis Monarcha, imperiis

perbus factus invocari voluit, ut Deus. Ita habitus sunt mutabiles. Valdè pro inde delectatus dicitur hoc versiculo Homerico iliad.a.
οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔςω, Id est:

Multos imperitate malum est, rex unicus esto.

Cùm aliquando tanti hujus regis res quasdam pictas perlustraret Julius Cæsar, sedit diu cogitabundus, de hinc illacrymasse dicitur. Cujus rei causam admirantibus socijs, nónne, inquit jure dolendum arbitramini, quod hujus ætatis Alexander tot gentes suo subdidit imperio, qua nullum adhuc præclarum facinus ipse gessi? Extinctus est hic tantus heros immoderato vini usu. Cùm enim in convivio funebri Ephestionis, in quod duodecim millia talentorum, hoc est, septuaginta duas auri tonnas, ut nos appellamus, effuderat, nimium hausisset vini, & ardentissimam sibi febrim accersivisset, die 28. Junij mortuus est anno ætatis 32. anno regni 12. ante Christum natum 323. Hoc exemplum de humanarum rerum inconstantia nos admonet. Vide de eo Plutarchum & Gell. lib. 9. cap. 8. Alciat. item

embl. 3. lib. 1. nec non alios scriptores. Dicitur Juvenali Pellæus à Pella urbe in qua natus est.

POETICE.

Amyntiades.
Pellæus juvenis.
Dux Æmathius.
Fortis Macedo.
Rex Macedûm.
Rex natus Pellæa in urbe.
Dux, Rex Æmathiæ.

Alexander:

Egregius, Acer, Fortis, Bellicosus, Inclytus, Insignis, Clemens, Clarus, Præclarus, Celebris, Totius mundi tremor, Fortissimus ille heros, Natus de cornigero Jove, Dux insuperabilis armis, Cui fortis dextera bello, Feliciter audax, Prælustri stirpe creatus, Cui cæca libido attulit præproperā necem, Cujus juventa superavit annos viriles. Qui sorteq; viq; potens fuit, Qui Persida regem valido superavit milite, Qui gessit prælia multa forti manu, Qui nobile opus Homeri subijciebat pulvino, super quo & ipse stratus nocte jacebat, Qui natus fuit ad arma Martis, Qui invictis viribus orbem domuit, Qui domitor quondam erat totius orbis, Cui iners luxus solvit juvenilia membra, Cujus impetus superaverat

totum orbem, Qui victor potuit indomito Marte domare superbos duces, Natus genitore Philippo, Qui Macedûm opes longo tempore rexit, Clarus innumeris triumphis.

Alexander alius Pheræus cognominatus, apud Pheræos in Thessalia tyrannidem exercuit, & à conjuge sua interemptus est. Ovidius in Ibin:

Inq́ tuo thalamo juguleris more Pheræi,
Qui datus est letho conjugis ense suæ.

Meminit ejus & Cicero 2. Officior. Alius item fuit Alexander Aphrodisæus ἀλέξανδρος ἀφροδισεύς, interpres quidem Aristotelis, sed ejusdem tamē repræhensor

Alexandria ἀλεξανδρία, & Alexandrea, pen. long. nomen est trium urbium extructarum ab Alexandro in Ægypto, Asia & Scythia, suprà Tanaim. Vide Ioseph. Nazianzen. & Strabon.

POETICE.
Urbs Paretonia.
Alexandria:
Celebris, Clara, Insignis, Noxia, aptissima dolis.

Alexandropolis, ἀλεξανδρόπολις, Plin. lib, 6. cap 25. urbs Parthorum, ab Alexandro Magno extructa, unde & nomen adepta.

Alexia, Celticæ totius metropolis, ab Hercule condita Diodoro Siculo lib. 5. autore. Hodie vulgò vocatur Arras, quemadmodum Ho. lem. scribit, cui Rigiacum dicitur. Sunt quibus hodie Alexia in Burgundia est oppidum.

Alexis, ἄλεξις, Asinij Pollionis servus. Virg.

Formosum pastor Coridon ardebat Alexin.

Ita inscribitur secunda Virgilij ecloga ideo, quod cum Coridon ad redamandum se invitat Alexin, ille ardenter amanti nihil responderat. Derivant enim Alexin Grammatici à steritica particula α id est, sine & λέξις dictio. Inde ἄλεξις, id est mutus, & qui respondere dedignatur. Conqueritur enim rusticus Coridon, se ab Alexide contemni. Intelligit autem Virgilius per Alexin Augustum, vel Augusti præcipuum consiliarium. Fuit & Alexis Poeta Græcus, cujus Plutarchus meminit. Alius item Alexis Attici Amanuensis fuit, ut ex Ciceronianis ad eundem epistolis videre est.

Algidus, est mons vicinus Romæ, in quo Algidum oppidum, hodiè Sylva. Horat. Carm. Od. 21.

Quicunq́, aut gelido prominet Algido.

Alia, vide Allia.

Aliphiræi, ἀλιφειραῖοι, Arcadiæ populi, Plin.

Alista ἄλιστα Ptolem. urbs Corsicæ Insulæ.

Alisum ἄλεισον Ptol. Germaniæ urbs.

Allalia, ἀλαλία, urbs insulæ Corsicæ, Herodot.

Allia, ἀλλίας, fœmin. gen. fluvius est Italiæ, qui in Tyberim delabitur, apud quem Senonum dux Breunius multa Romanorum milia profligavit. Hinc Alliensis dies, id est, infaustus.

POETICE.

Allia:

Flebilis, Gravis, Tristis, Tumida, Efferens se horrificis ripis, Damnata diu Romanis fastis. Quæ Latijs vulneribus sanguinolenta fuit.

Allobroges, ἀλλόβρογες καὶ ἀλλόβρυγες, vide, Saffeyer/ suprà Allobrox ibidem.

Almo, fluvius est haud longè à Roma, apud quem Romani olim Sacra Cybeles faciebant eodem ritu, quo Galli sacerdotes in Phrygia simulacrum Deæ, cultusque victimarios ibidem facientis.

POETICE.

Almo:

Parvus, Tepidus, Lubricus Sacer, Italus, Influens in Tyberim. Abluens Mygdonios planctus, cursu brevissimus, Qui minor magno in amne perdit nomen.

Almops, unus fuit Gigantum, qui Jovi bellum intulerunt Neptuni & Athamantidos Helles filius. Ab hoc sortita est nomen Almopia, ἀλμωπία, quæ Macedoniæ pars est, cujus incolæ ἄλμωπες dicuntur.

Almos, ἄλμος, filius Sisyphi, frater Porphyrionis.

Alone Ptol. Hispaniæ Tarraconensis urbs.

Alontium, ἀλόντιον vel Aluntium, Siciliæ oppidum.

Alope, ἀλόπη, filia fuit Cercionis, à qua Alope Thessaliæ urbs cognominata est, de qua Homer. lib Iliad. 2.

Alopece, ἀλωπέκη Plin. insula in Ponto Euxino.

Aloros, ἄλωρος, Pomp. urbs Macedoniæ.

Alous, & Aloeus, ἀλωεὺς, Gigas fuit, Titanis & Terræ filius, cujus conjux fuit Iphimedia, quæ violata à Neptuno duos ex eo filios, Othum & Ephialtem peperit, qui & Aloidæ dicuntur, qui cæteris Gigantibus Superos oppugnantibus adjutores Apollinis & *Dianæ* telis confixi perierunt, Virgil. 6. Æneid.

Hinc & Aloidas, &c.

Claudian, de bello Getico:

Cùm gemini fratres genuit quos asper Aloeus.

Martem subdiderint vinclis, & in astra negatas
Tentarint munire vias, steteritq; revulsis
Penè tribus scopulis, cœlesti machina bello.
Sed caret eventu nimius furor, improba nunquam
Spes lætata diu, nec pervenere juventæ.
Robur Aloidæ, dum vellere Pelion, Othryn.
Nititur, occubuit Phœbo, moriensq; Ephialtes.
In latus obliquam projecit languidus Ossam.

Alpes, ἄλπεις, τὰ ἄλπινα ὄρη Steph. ἄλπεια ὄρη, vel ἄλβεια, die Alpen/das Alpgebirge/ montes sunt altissimi, qui Cisalpinam Galliam dirimūt à Transalpina, quos Annibal aceto rupit & pervios fecit, quo expeditius iter facere per illos liceret, non tamen primus omnium. Galli enim ante adventum ejus quinquies hos montes trajecerunt. Lucan.
Gallica per medios rabies effunditur Alpes.
Id est, viam fecerunt per Alpes Galli. Ab Alpes fit Alpinus, a, um, ἀλπινός, penult. long. Ut, Mus Alpinus, ein Murmelthier/ Et Cisalpinus, a, um, compositum, item Patronymic. Alpinis, Alpinidis, item subalpinus. Virg. Eclog. 10.
Alpinas ah dura nives.
Usurpatur hęc dictio quandoq; in singulari Claud.
Dixit & exemplò frondosi fertur ab Alpe.

Alpes Peninæ, S. Bernhardesberg.
Alpes Graiæ, Der klein S. Bernhardesberg.
Alpes Cotiæ, der Montdonisis/ das Gebirge in Bennundt.
Alpes Juliæ, der Julien / im Grawpundt.
Alpes Lepontiæ, Das Gebirge hinder Glarisz/an den Grawen Puntern.
Alpes Rhetiæ, Das Etszländisch Gebirge.
Alpes Pyrenæ, seu monses Pyrenæi, der Brenner.

POETICE.

Alpes:

Celsæ, Altæ, Gelidæ, aëriæ, Æthereæ, Nubiferæ, Devexæ, Ventosæ, Patulæ, Latebrosæ, Frondiferæ; Frondosæ, Sylvosæ, Nivosæ, Saxosæ, Nymbiferæ; Gelatæ, Jugosæ, Horridæ, Nubigeræ, Pruinosæ, Pyrenææ, Sævæ, Boreæ, Nubigenæ, Cottæ, Austrinæ, Scabrigeræ, Teutonicæ, Hyperboreæ, Rigentes nive perpetua & frigoribus, Æquantes jugis

gis summa nubila. De quibus in præceps, & sub imas valles tantum patet, quantus suspectus ad ardua astra, In quibus semper sævit hyems acri frigore, In quarum cacuminibus grando & nix indurata recumbit, Quibus decurrunt innumeri amnes, Qui grandia saxa rotant rapido vortice.

Alpheias, ἀλφηιὰς, dicitur Arethusa apud Ovid. lib. 5. Metam.

Tum caput, &c.

Alphenus, sutoris nomen est apud Horat. lib. 1. Serm. ut,

Alphenus vafer omni, &c.

Alphesa, Plin. Hispaniæ Bœoticæ oppidum.

Alphesibœa, ἀλφεσίβοια, filia Phlegei fluminis, quam Alcmæon in uxorem duxit.

Alphesibæus, ἀλφεσίβοιος, pastoris nomen apud Virgil. 5. Eclog.

Alpheus, tribus syllabis, ἀλφειὸς, nomen viri, & Elidis etiam civitatis Arcadiæ fluvius, de quo Virg. Æneid. 3. sub finem.

Alphæum fama est huc Elidis amnem.
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc.

Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

Longo enim cursu Alpheus in Achaia demergitur, & ibi à terra absorptus atque subter mare defluens, ex Græcia in fontem Arethusam apud Syracusas se attollit, atq; inde in mare Siculum illabitur. Hinc Poetæ fabulantur, Arethusam fuisse nympham venatricem, cujus amore Alpheus per subterraneos cuniculos ad eam commigraverit. Vide infrà etiam Arethusa.

POETICE.

Alpheiæ undæ.
Aphei occultæ aquæ.

Alpheus:

Abditus, Occultus, Fons sacer.

Alpinus, mali Poëtæ nomen, à quo bella Memnonis Auroræ filij sunt descripta, sed vena adeò infelici, ut Horatius Memnona versibus suis interimere ipsum scribat.

Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, &c.

Alsium, ἄλσιον, Tusciæ urbs est, sic dicta ab Aleso, à quo extructa est Sil. lib. 8.

Nec non Argolico dilectum littus Aleso
Alsium.

Alsus, pastoris nomen apud Virg. 12. Æneid.

Sic

Sic rigido latus ense ferit Podalirius Alsum
Pastorem.

Albanus, pen. long. venti appellatio à terra consurgentis, Plin. lib. 2. cap. 43. Servius flatum ripæ & Pelagi quemcunque Albanum vocat, in illud Virg. lib. 7.

Cum venti posuére, omnisq; repentè resedit
Flatus.

Altellus, dictus fuit Romulus.

Althæa, quibusdam demto h scribitur Thestij filia, & Oenei Calidoniæ regis uxor, quæ ipsa sibi conscivit necem, audiens filios interijsse. Est & hoc nomine urbs Olcadum, aliâs nova civitas dicta.

Altinum, lon. pen. ἄλτινον, vulgò Altino oppidum est Italiæ, Plin. lib. 3.

Alverni, Galliæ Aquitaniæ populi fuerunt, à Trojanis oriundi, qui Romanorum se fratres vocitare non dubitârunt. Vide Averni.

Alvona, ἀλουονὰ Ptol. urbs Liburniæ.

Alyacmon, duab. prior brev. aliâs Haliacmon, Macedoniæ fluvius est.

POETICE.

Alyacmon:

Rapidus, Velox, Præceps, Purpureus, Quem frustra damnant Bessi, Cujus ripa purpureos elicit flores.

Alyba, ἀλύβη, regio est [no]n procul à Mysia, ubi arg[en]ti fodinæ sunt, Homer. lib. Iliad. 2.

Alysonij, ἀλυσώνιοι, Herodo. lib. 4. Scythiæ Asiaticæ sunt populi.

Alysius, ἀλύσιος, Bacchi est [co]gnomen, ἀπὸ τοῦ λύειν, id est, [so]lvere, quòd curis animos sol[…]vat.

Alyxothoe, ἀλυξοθόη, filia I[…]amantis, quæ ex Priamo Æ[…]sacum, ut superius ostensum est, peperit. Vide igitur [di]ctionem Æsacus.

Amalthea, lon. pen. ἀμαλθεία, regis Cretensis Melissi fi[li]a fuit, nutrix Jovis infan[ti]s vel Capella Olenia illa, q[uæ] Jovem lacte suo nutrijt. O[…]vid. lib. 5. Fastor.

Nascitur Oleniæ signu[m] pluviale Capellæ.

Hinc proverbium, κέρας [ἀ]μαλθείας, id est, copiæ corn[u] de his, quibus omnia affl[u]unt. Est præterea Sibyll[æ] cujusdam nomen apud T[i]bullum.

Quicquid Amalthea e[t] quicquid Marpesia d[i]xit, &c.

Amalthea deniqúe & Ama[l]theum, bibliothecæ Atti[ci] & Ciceronis nomen fuit. Suæ Amaltheæ mentione[m] facit. libr. 2. epist. 1. Atti[cus] verò lib. 1. epist. ad Atticu[m] epist. 8. & 11.

Amanides pylæ, ἀμανίδες πύλαι, id est, portæ sive angustiæ montis Amani, de quibus Plin. & Ptol.

Amantoides, ἀμαντοειδὴς, Ciliciæ promontorium, Pompon.

Amanthes, qui Amantini Plin. Pannoniæ inferioris populi sunt, Ptol.

Amantia, ἀμαντία, Ptolem. urbs Macedoniæ.

Amanus, pri. brev. pen. long. ἀμανὸς, nomen montis Syriam à Cilicia aquarum divortio separantis, & ad Euphratem usque se extendentis. Lucan. lib. 3. Strab. lib. 12. Et Cicero istius montis meminit ad Atticum. libr. 5. Epist. 20. & 2. lib. fam.

Amara, felices Arabiæ urbs non longè à Mara metropoli sita. Ptol.

Amaracus, pri. brev. pen. long ἀμάρακος, ut Poetæ fingunt filius fuit Cynaræ regis Cypri, unguentarius, qui cùm unguentarum Alabastrum quod ferebat, lapsus fregisset, tanto dolore inrabuit, ut in herbam odoriferam ejusdem nominis Deorum commiseratione transformatus sit. Dicitur aliâs Persa vel Sampsuchũ, vulgo Majorana, Virgil. 1. Æneid. vide in 3. parte: Materan. Hinc Amaracinus, a, um, ut, flos Amaricinus, ἀμαράκινον ἄνθος, unguentum Amaracinum Sampsuchinum, ἀμαράκινον μύρον. Hinc proverbialis est locutio. Nihil cum Amaracino sui, de planè dissimilibus & minus congruentibus. Germani ita: **Einer Saw dienen keine Muscaten.** Cùm enim Amaracus suavissimæ sit fragrantiæ, sues tamen hoc odore vehementer offenduntur. Erasmus Sansucinum, & Sansucum legit.

Amardi, Hirantæ ad sinum Scithicum sunt populi.

Amardus, Mediæ fluvius Ptol.

Amaryllis, idis, amica rustica quæ Virgilio formosa, Ovidio verò tenera dicitur. Sic enim Virg. Ecloga 1.

Formosam resonare doces
Amaryllida sylvas.

Ubi Poeta per Amaryllida vel Romam vel Carmen de Amaryllide compositum significare videtur, **Das lied von der Schönen Amaryllide.** Etsi quidam per Amaryllida vel ipsum Augustum vel Mecœnatem aliquem, qui in precio apud *A*ugustum fuerit, denotari autument.

Amarynthus ἀμάρυνθος, urbs Arcadiæ, non longè à Chalcide, Ptolem. Stephan. Eubææ insula est.

Amasenus, fluvius Volscorum in Latio, ultra quem Metabus rex Volscorum suos

 fugiens

fugiens Camillam filiam suam alligatam telo projecit. Virgil. lib. 11. Est etiam Siciliæ fluvius, Ovid. 13. Metam.

Necnon Sicanias volvens Amasenus arenas.

Amasia, ἀμάσεια, sive Amasias, ἀμασίας, Amasius & Amisius, Germaniæ fluvius navigabilis est inter Rhenum & Albim, Die Embs in Hassia. Fuit & Amasia insigne oppidum Cappadociæ, Strabonis patria.

Amasis, pen. lon. ἄμασις, rex fuit Ægyptiorum trecentesimus trigesimus, cujus tumulus fuit una Pyramidum illarum Ægypti celebrium. Lucan. lib. 9.

Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amasis.

Fuit & hoc nomine dux peditum Darij contra Cyrenenses.

Amasius, fluvius Germaniæ, qui & Amisius vulgò, Die Embs oder Embde in Hassia. Vide Amasia.

Amastrum sive Amastris urbs metropolis Paphlagoniæ, de qua Valerius Flaccus libro 6.

Peditem pedes haurit Amastrim.

Amatha, prim. bre. uxor Latini regis & mater Laviniæ quæ ante urbis etiam expugnationem seipsum susp dio necavit, ne scilicet, E neam generum videret. V gil. 2. Æn. Item 6. & 7.

POETICE.

Amatha:

Infelix Regina, Quam lecto stimulis Bacchi un que egit.

Amathus, untis, ἀμαθοῦς, u est Cypri, à qua tota ins quæ Veneri dicata Amat sia dicitur, abundans met lis, unde etiam fœcunda gravida metallis dicitur Ovid. libr. 10. Hinc Am thunteus adject. long. p Ovid. lib. 10.

Lactantes vitulos Amathu theasq; bidentes.

Et Amathuntius, a, u Virgil. in Cyr. item Am thusiacus possess. apud vid.

Amathusa, ἀμάθουσα, quæ Cyprus dicta est, Ptol. lib. 5. cap. 14.

Amatorie, Græcis, Ἐρατώ, novem Musis una est. Ovi

Vilis Amatorie, vilis mihi candida Clio.

Amazones, ἀμάζονες, penul brev. fœminæ Scythiæ fu re, quæ ad Thermodoon Thraciæ fluvium sedem h buerunt, bello & imper celebres. Rempub. sine v ris administrârunt. Ne t men genus periret, finitim sui

nt congressi. Dictas qui-
im volunt â victu, quòd
ne pane, qui μάζα dicitur,
certis, testudinibus, & id
nus feris alerentur. Alij
rò quasi ἄνευ μαζῶ appel-
tas volunt, quod altera
amma destituerentur. Un-
& Unimammæ dictæ, e-
; Virgil. allusisse videtur,
r. 1. Æneid. de Penthesi-
a, quæ ex reginis Amazo-
m una fuit:

a subnectens exertæ cin-
ula mammæ.

terfectis enim, si qui na-
rentur, maribus, puellis
xteriores inusserunt mam-
as, ne sagittarum ictus
pedirent. Virgines non
io neque lanificio, sed ar
is, equis, venationibus,
contorquendis jaculis ex
cuerunt. Peltæ & securis,
ia in bellis etiam usæ, pri-
æ omnium inventrices
erunt. Unde & securigeræ
ctæ sunt. Videatur de his
stinus libr. 2. ubi de ori-
ine Amazonum & ratione
tiam nominis agit. Hinc
mazonius, a, um, adject.
t, Amazonius vir, Ama-
onia securis, apud Ovid.
ib. 3. de Ponto, & Horat.
. Carm. od. 4. Sic Ama-
onum aurum.

OETICE.

eltata cohors.
hermodontiacæ turnæ.
Securigeræ, catervæ, puellæ.

Amazones:

Feroces, Truces, Bellatrices, Sævæ, Masculæ, Crudæ, Scythicæ, Antiquæ, Peltiferæ, Martiæ, Threiciæ. Quæ longis utuntur hastis, Queîs mascula virtus.

Amazonides, idem quòd Amazones, derivativum pro primitivo, apud Virgil. 1. Æneid.

Ducit Amazonidum lunatis agmina Peltis.
Penthesilea furens

Amazonia, ἀμαζονία, regio Amazonum dicitur.

Amazonium mare, pars Euxini maris, ut quidam autumant, quam Amazones olim occupârunt.

Amazonius, qui & Amazonicus, pars montis Tauri, ubi Amazones sedem habuerũt, unde & dictus.

Ambantæ, Asiæ sunt populi, Ptolem.

*A*mbarti, Cæsar Galliæ Lugdunensis populi sunt.

*A*mbastæ, Asiæ populi, Et Ambastum Asiæ fluvius, Ptol.

Ambe, ἄμβη, Ptolem. felicis Arabiæ urbs.

Ambiani, ἀμβιανοὶ, qui & Ambianenses, Galliæ Belgicæ populi sunt, quorum urbem vulgò vocant Amiens.

Ambracia, ἀμβρακία, nobilis urbs Thesprociæ, Epiri, Pyrrhi olim regia, sic dicta

ab

ab Ambrace, postea verò Nicopolis appellata ab Augusto, cùm Antonium prælio superasset, à victoria videlicet. νίκη enim victoria est, πόλις civitas, Stat. lib. 3. Sylvar. eclog. 2.

Pulvis ad Ambracias conversa Gymnade frondes.

Hinc sinus Ambracius cognominatus est, quo nihil in Epiro fuit nobilius, item Ambraciensis & Ambraciotes. sive Ambraciota, id est, incola Ambraciæ urbis.

Ambrones, Ἄμβρωνες, Galliarum gentes fuère, quas ubi mare inundans finibus suis depulisset, per aliena oberrantes, rapinis ac prædationibus se suosque alere cœperunt. Hinc proverbialiter turpis vitæ homines, qui rapto & malis artibus vivunt, Ambrones dicuntur.

Ambrysus, Ἄμβρυσος, Plin. Ætoliæ urbs est. Est & hoc nomine fluvius Magnesiæ.

Ambulaiæ, ἀμβουβαῖαι, vagæ sunt mulieres Porphyrioni, tibicinæ verò Acroni, qui tibiam lingua Syrorum Ambubaiam indicat. Horat. 1. Serm. Sat. 2.

Ambubaiarum collegia, Pharmacopolæ.
Mendici, mimæ, balatrones. hoc genus omne.
Mœstum & solicitum est.

Am

Ameria, ἀμερία vulgò [...]lia Umbriæ oppidum [...]scij Amerini, cujus pat[...]nium Cicero suscepit [...] tria, circa quam salice[...] virgæ istæ, quibus vit[...] palos religantur, magn[...] pia creverunt. Hinc [...] 1. Georg.

Atque Amerina parant [...] retinacula viti.

Amerina retinacula, i[...] Vimina circa Ameriam [...] scēta, Die Weiden/ [...] die Weinreben ang[...] den werden. Vide Pl[...]

Amilcar, ἀμίλκαρ, dux [...] Carthaginensis, solers [...] cundus, qui in castra[...] xandri Magni ingressu[...] filia ejus de Athenien[...] astutè exploravit, ex[...] se simulans & militem[...] rens. Amilcar autem c[...] mine Barcha, Annibal [...] ter fuit. Silius Ital. lib. 1[...]

Nobilis hoc ortu, & d[...]
spectatus Amilcar.

Amilcar tertius Pœnus, d[...] Livius lib 31.

Amimone, filia fuit Dana[...] na ex 50. sororibus, [...] cum aliquandò studio [...] tionis occupata esset, i[...] tyrum incidit, eumqu[...] prudens percussit, qu[...] petu in eam facto vi[...] inferre voluit. Ami[...] verò Neptuni auxiliu[...] ploravit, qui, Satyro [...]

gam converso, cum ea rem habuit, & inde Nauplium suscepit.

nimoneus, fons est apud Argos, ab Amimone Danai Argivorum regis filia sic dictus, quæ, ut quorundam est sententia, vitæ jam pertæsa planè in fontem sui nominis est mutata. Et Aminon Græciæ fluvius, ab eadem ita dictus.

ninæum, ἀμίναιον, aliàs etjam Aminea, oppidum est Campaniæ celebre nobilibus vinis, Ptolomeus Salernum dixit. Hinc Aminæus. Virg.2. Georg.

nt Amineæ vites, fortissima vina.

nisius, vide Amasia.

misus, ἄμισος, Ptolom, urbs Galatiæ, Simiso dicto à Sabellico.

miternum, ἀμίτερνον, hodiè Aquilia, Vestinorum in Italia urbs, Ptolem. Crispi Salustrij patria.

mmon, ἄμμων, Jovis est cognomen, cujus simulacrum cum capite arietino pingebatur, & colebatur in Lybya. Unde & Ammon Corniger à Lucano dicitur. Nam cum ex India reverteretur, Liber pater universa jam Asia devicta, & ad arentem sive arenosam Lybiam pervenisset, cum omni exercitu siti laborans, supplex dicitur rogasse Jovem patrem, ut sibi suisque subveniret. Quo facto, statim ipsi apparuit aries, qui ubi pede terram percusisset, aquæ limpidissimæ fons confestim exiluit. Hinc Liber pater, ne ἀγάριστος videretur, miræ magnitudinis templum ibidem extruxit in honorem patris, in cujus medio simulacrum Jovis in forma arietis erexit, quod existimaret, Jovem sub ea specie auxilium præstitisse. Vocavit autem Deum Ammon, id est, Jovem Arenarium, à situ illius templi arenoso loco extructi. Quia ἄμμος Græcis sabulum est, sive Arena. Aliqui etiam Hammon scribunt, vel Juppiter Ammonius. Vide Quintum Curtium libr. 4. Alciat. libr. 1. emblem. in comm. Lucan, lib.9. & 4.

POETICE.

Garamanticus vates:

Ammon:

Syrticus, Corniger, Marmaricus, Tortis cornibus, Confinis Syrtibus.

Ammonius, ἀμμώνιος, Philosophus fuit Alexandrinus, Origenis preceptor. Ammonius alius sive Ammonianus Grammaticus quidam fuit, cui Asinus fuit sapientiæ auditor, Suid.

Amorges, ἀμόργης, unus fuit ex Darij ducibus, qui in Ca-

rai

ria interemti sunt. Herod. lib. 9.

Amorgus. ἀμοργὸς, insula Cypri de qua Strabo.

Ampeloessa, ἀμπελώεσσα, Decapolitanæ regionis, quæ Syriæ proxima est, oppidum Plin.

Ampelos, urbs est Insulę Cretæ, Ptol. Est & Plinio Macedoniæ oppidum.

Ampelusia, ἀμπελουσία, extremum est Mauritaniæ promontorium, ultra columnas Herculis. Dicitur inde, quòd magna ibi vitium copia sit. ἄμπελος, enim Græcis vitem significat.

Amphapalia, Cretæ insulæ locus est, Strab.

Amphesibena, vide Amphistbena.

Amphialia Strab. Atticæ oppidum est.

Amphiataus, ἀμφιάραος, qui à Pindaros ἐγλιᾶς ὀφθαλμὸς, id est, exercitus oculus vocatur, Græcorum vates, filius Oiclei, & maritus Eriphiles fuit, qui ad Thebanam expeditionem cum Adrasto Argivorum rege profectus ibidem hiatu terræ absorptus est. Quod futurum antè prævidens sese occultaverat, sed Eriphile monili aureo, quod ab Adrasto acceperat, corrupta, eum prodidit, ubi latitaret indicans, cum antea diu in veniri non potuisset. Ibi igitur

unà cum Adrasto pr[...]
coactus primo die, [...]
Thebas venit, perijt [...]
stensum. De ejusde[...]
Ovid. libr. 3. de Po[...]
tem Politianus & S[...]
cus. Dicitur & Oic[...]
Patre suo, & Amphi[...]
apud Ovid. 2. fastor.

POETICE.

Vates Oiclides.

Amphiaraus:

Lauriger. Argolicus, [...]
Augur, Mersis equis [...]
ptus, Quem prodidit [...]
uxor, Quem hostica [...]
humus, Qui ignibus [...]
ventura cecinit, Fatale[...]
bas visere coactus pro[...]
ne conjugis suæ, Que[...]
entem curribus & bigis[...]
serunt tartara, Quò n[...]
simicior præsagis astris[...]
lectissimus Apollineis[...]
Talai gener, Notus e[...]
Mersus in voragine [...]
cœni.

Amphictyon, filius fuit [...]calionis, qui Cranao i[...]perio Attico successit.

Amphictyones, ἀμφικτ[...] conventus fuit Græciæ [...] Thermopylas, à duod[...] gentibus institutus ab [...]phictyone Deucalionis[...] Hinc proverbium tract[...] Amphictyonum conse[...] ἀμφικτυονικὸν συνέδριον frequenti virorum gra[...] conventu. Meminit [...]

concilij Cic. li. 2. de Inven. Sed venustius erit hoc adagium, si ad indoctorum cōventum, qui sibi tamen Solenes esse videntur, ironicè torqueatur.

Amphidamas, ἀμφιδάμας, filius fuit Busiridis, qui unà cum patre hospites immolante ab Hercule interemtus scribitur.

Amphilochus, ἀμφίλοχος, qui & Amphimachus vates Amphiarai filius fuit, rex & augur apud Græcos: Qui cum alijs Græcorum ducibus ad expeditionem Trojanam profectus est. Mirandula in hymnis:

Amphilochi aut monitus adijt
male sana nefastos.

Amphilochus alius fuit Philosophus Atheniensis, & agriculturæ scriptor, teste M. Varr. lib. 3. de re rustica.

Amphilytus, ἀμφίλυτος, vir Acamanus, & ariolus, de quo Herodot. lib. 1.

Amphimachus, ἀμφίμαχος, Vide Amphilochus.

Amphimalis, ἀμφίμαλις. Ptolem. insulæ Cretæ sinus, hodie S. Nicolaus vocatur.

Amphion, ἀμφίων, ονος, Jon. pen. Jovis, & Antiopes, juxta aliorum verò sententiā Mercurij filius fuit, à quo lyram accepisse traditur, quâ adeò suaviter cecinerit, ut saxa etiam moverit, ut instruendos Thebarum muros sponte coirent. Id quod ideo fictum est, ut facunda eloquij ipsius suavitas exprimeretur, qua homines tum temporis rudes planè & beluinam vitam sparsim viventes in unum coegit, & ad obsequij civilis disciplinam pellexit. Summa enim eloquentia prælitus fuit. Horat. in arte.

Dictus & Amphion.

Claud. Panegyr. 2. in laudem Stilicon.

Quibus haud Amphiona quisquam.
Præferat, Aonios meditantem carmine muros.

Sic Ital. lib. 11. Punic.

Argolicis quondam populis (mirabile dictu)
Exaudita chelis lapidem testudine promta.
Ducere, & in muros posuisse volantia saxa.
Hæc Amphionis vallavit pectine Thebas.
Ac silice aggeribus per se scandente vocatis.
Iussit in immensum cantatas surgere turres.

Hinc Amphionius, ut Amphionia lyrà, Propert.

POETICE
Amphion:

Facun-

Facundus, Mellifluus, Dulcis. Lepidus, Musicus, Phœbeus, Docilis, Dyrcæus, Animans cautes, qui movit canendo lapides. Trahens canoro modulatu saxa, Conditor Thebanæ urbis, Qui dicitur saxa movisse sono testudinis. Per cujus artem saxa sponte sua in muri membra coiisse ferunt. Qui voce & testudinis sono movit lapides, ut per se venirent in summas turres, Qui celsos muros movisse fertur. Qui creditus ex saxa movere blanda lyra. Qui cum Zetho fundavit mœnia veteris Thebes. Qui confisus lyra cinxisse creditur canendo Thebanam urbem subitis mœnibus. Qui dulci testudine fecit graves scopulos sponte in muros coire. Qui cavo testudine egit rigidas rupes. Saxa Cytheronis per artem regens. Qui addidit sua funera natis.

Amphion etiam alius fuit Iasij filius, aliâs Argus dictus, qui in Orchomeno Minyæo & in Pilo regnavit, qui filiam unicam Chloriam habuit.

Amphipolis, ἀμφίπολις urbs Macedoniæ vel Thraciæ, vel potius inter Macedoniam & Thraciam sita. Diversæ enim de hac scriptorum sunt sententiæ.

Am

Amphiroe, ἀμφιρόη Nymh[æ] nomen Oceani filiæ. He[s]i[o]d in Theogon. autore.

Amphis, idis, ἄμφις, P[o]ēt[a] Græcus, cujus est illud

εἶτ' οὐχὶ χρυσοῦν ἐστὶ πρᾶγμ[α ἐρη]μία;

ἄστυ δ' ἐστὶ θέατρον ἐστὶν ἀτυχίας [σα]φῶς γέμον.

Id est: An non aurea re[s] solitudo?

Urbs autem planè thea[trum] est in felicitate palam [pa]tens. Cognatum est Stig[eli]ano isti.

Quò diuturna magis, n[i]hi[l] carior omnis eremus.

Exulat à vulgo cum probit[at]e fides.

Quod Germani ita:

„ Je lenger je lieber bin [i]ch allein/

„ Denn Trew vnd warh[ei]t ist worden klein.

Amphisa, fluvius est in Pho[ci]de, Plinius, per duple[x] scribit, Est & hoc nom[en] urbs in Phocide, aut[ore] Plinio, sic dicta ab Amp[hi]sa Apollinis & Macraris [fi]lia Lucan. lib. 3.

Phoaicas Amphisa manus s[co]pulosaq; Cyrrha.

Amphisbæna, ἀμφισβαινα, [v]. Amphisibæna ἀμφισίβαινα, ut aliqui volunt, serpen[tis] genus est, quod in caput [ge]minum insurgit, quorū [al]terum suo locorum est, al[ter]

lo

o, quo cauda, unde tracti-
s circulatis serpsit, Dioscor. p.84.

POETICE.

Amphisbæna:
Gravis, Biceps, Formidabilis, Venenum fundens. In geminum surgens caput-

phistos, puellæ proprium.

phistratus, Amphitus vide Telchius.

phitryon, ἀμφιτρύων, Plaut. Amphitrio. Herculis pater, Alcmenæ conjunx, unde Hercules Amphitryonides, vel Amphitryoniades dicitur. Hinc Amphitryonius poss.

phitrite, ἀμφιτρίτη, long. pen. fingitur esse Dea maris, filia Oceani & uxor Neptuni, cujus nuptias cum initio per petuæ virginitatis amans planè adversaretur, Neptunus ad eam, Delphinum misit, à quo diu quæsita ad radices. Atlantis mōtis inventa est, & ab eodem etiam persuaderi se passa est, ut Neptuno se jungeret. Et hinc est, quod Dea maris à Poetis fingitur, interdum etiam pro ipso mari ponitur. Ovid. 1. Metam.

Nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

POETICE.

Nereia, Fluctivoma, Neptunea Labilis, Dives aquis, Pollēs cœruleo regno, Æstuans refluentibus undis. Quæ Neptunum glauco gremio complectitur. Hinc fit Amphitritæ, us, a, um, adject. Mant.

Amphititræa pro majestate tuenda.

Amphrysius, ἄμβρυσος καὶ ἄμφρυσος, Thessaliæ fluvius, juxta que Apollo regis admoti pavit armenta. Meminit Virg. 2. Georg. Ovid 1. Metam Ubi lenem oum vocat Et Lucan. lib. 6.

Et flumine puro
Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Hinc Amphrysius, ut Amphrysia vates, id est Sibylla Apollinea, apud Virgil. lib 5. Et Amphrysiacus. Stat. lib. 1. Sylvar.

Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.

Est & Amphrysius alius Phrygiæ fluvius sterilitatem afferens mulieribus, Plin. liu. 31. cap. 2.

Ampsalis, ἀμψαλίς, Sermatiæ in Asia urbs est, hodiè Alba Sequiadicta,

Ampycus ἄμπυκος, filius Titanaros, cui & Ampycides nomen à Mopso augure, quem ex Gloride suscepit. Ovid. 12. Metam.

Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampyciden Mopsum, &c.

Amſanctus lacus eſt ut Donatus ait, ad amnē Calorem, qui Samnitas interſecat, peſtilentes & ſulphureas habens aquas ſylvis & anguſtiis undiq; ſeptus ita, ut non facile ad eū detur aditus. Alij aliter lacum hunc collocant. Virg. lib. 7. Æneid.

Eſt locus Italiæ in medio
ſub montibus altis.
Nobilis eſt fama multis
memoratus in oris.
Amſancti valles, &c.

Amulius, ἀμούλιος frater Numitoris & Procæ filius qui vi & fraude regnum fratri eripuit, de quo Li. lib. 1. dec. 1. Cum enim Albanorum rex Procas ita cum filiis Numitore videlicet & Amulio reliquerat, ut alternatim imperium gererent & ad Amulium regnum jam perveniſſet anno elapſo fratri adminiſtrationem regni concedere noluit, ſed Numitorem fratrem natu minorem (plus enim vis, quàm voluntas patris aut verecundia ætatis potuit) imperio pepulit, & ſceleri ſcelus addens, ſtirpem fratris virilem Lauſum interemit: Filiam verò ejus Iliam ſive Rheam per honoris ſpeciem Veſtæ virginē dedicavit, ut ita ſpem omnem ſobolis adimeret, quæ hanc injuriam aliquandò ulciſceretur. Sed Ilia à Marte compreſſa gemellos peperit, Romulum & Remum, quos Amulius in Tiberim præcipitari & matrē vivam infodi juſſit, ſed paſtorres, quibus negotii fuerat datum, miſericordia commoti, geminos in ripa Tyberis tantùm poſuerunt, qui poſtea à Fauſtulo paſtore inveniri ſunt nutriti & adultiores jam facti cognita cauſa, Amulium interfecerunt, avoque Numitori regnum reſtituerunt. Virg. 1. Æneid.

Donec regina ſacerdos
Marte gravis geminā partu dabit Ilia Prolem.

Ovid. 3. Faſtor.

Romuleoq; cadit trajectus
Amulius enſe.

Videatur Plut. in Romulo.

POETICE.

Amulius:

Durus, invictus, Contemptor, equi, Numitoris frater.

Amxyrus Iupiter cognominatus fuit à ſteritica particula α, & ξυρέυω, id eſt, rado, quaſi ſine raſura. Quia ... ſtar imberbis juvenis à Campanis Iupiter cultus fuit.

Amyclæ, ἀμύκλαι, tres ſunt urbes, una Peloponeſi Tyndaria regia, & Caſtoris ac Pollucis patria. Unde Virg.

Talis Amyclei domitus Pollucis habenis.

Stat lib. 7. Thebaid. Lætas has dixit.

P

arrhasiumq; nemus, Lædeasq; ibis Amyclas.

Item Syl. lib. 2.

edæis veniens victor Xantippus Amyclis.

Altera, quæ & Taygeta dicta. & canũ nobilitate commendata, in Lacaonia est, ubi Apollo cultus fuit. Virgil. 3. Georg.

maq; Amycleumq; canem, Cressamq; pharetram.

Et alibi:

Taygetiq; Canes

Tertia in Italia est, inter Gaietam & Tarracinam, à Laconibus Castoris & Pollucis comitibus, qui ex Amyclis Laconicis id ei nominis indiderunt extructa. Cujus incolæ cum secundũ Pythagoream sectam ab omnium animalium cæde abstinerent, & ex vicinis paludibus natos serpentes occidere nefas putarent, abiisdem interemti sunt. Unde Amyclas tacitas vocat Virgilius, velut Pythagoreas, quòd Pythagorica virtus esset quinquennale silentium, vel quod silentio perierint, lata de non nunciando hostium advventu lege. Cum enim apud Amycleos frequenter nunciaretur hostium adventus, idque falsò, lata lege cautum est. ne quis unquam hostis adventum nunciaret. Atqui pòst evanit, ut verè jam advenirent hostes. Quod cum nemo propter legis edictum nunciare auderet, civitas de improviso capta est. Unde natum proverbium: Amyclas silentium perdidit. τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή, de ijs, qui silendo aliquid sibi damni accersunt. Hinc Amyclæus, a, um, ut, Amyclæi fratres apud Stroz.

POETICE.

Amyclæ:

Tacitæ, Graiæ, Ærisonæ, Armiferæ, Terpanææ, Tetricæ, Fundanææ, Apollineæ, Antiquæ.

Amyclas, ἀμύκλας Lacedæmonis filius fuit.

Amyclon Macedoniæ seu Pæoniæ urbs non procul ab Actio fluvio, quæ auxilium misit Troianis. Homer. lib. 2 Iliad.

Amycus. pen. bre. & *Amycis*, Neptuni filius, rex Bebryorum, cui moris fuit, ut advenas in Bebrytium nemus ad Cæstuum certamen perductos ibidem interficeret. A Polluce verò ad idem prælium evocato & insidias animadvertente sotiorum ope interemtus est. Virg. 5.

Qui se

Bebrycia veniens Amici de gente ferebat

Alius fuit Æneæ comes. Virg, 9.Æn.ſub finem.

Inde ferarum
Vaſtatorem Amycum, quo non felicior alter.
Vngere tela manu ferrumq; armare veneno.

Idem 1.Æneid.

Præcipuè pius Æneas nunc acris Oronti.
Nunc Amici caſum genuit, &c.

Amydon, ἀμύδων, pen, brev. urbs eſt Pœoniæ, unde Troianis miſſa ſunt auxilia, Lucan.

Et hic Amydone relicta.

Amylia, Italiæ regio, Flaminia alio nomine dicta

Amymome, vide Amimome.

Amymoneus fons, vide ſupr. Amimoneus fons.

Amynæ, loca fuere Saturnal. ubi Phalernum poſtea dictum fuit Autor & Macrob. lib.5. Hinc Amynæus, a um, ut Amyneæ vites apud Virg. 2.Georg.

Amyntas, ἀμύντας, ου, ὁ, Philippi Macedonis pater. Eſt & Amyntas paſtoris nomen apud Theocritum, & Virgil. de quo ecclog 2. in Bucol. Vbi per Amyntā Theocritꝰ intelligitur. Ita 5.ecclog. Amyntæ mentionem facit Poeta, ubi inquit:

Dulce, &c.

Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.

Amyntor ἀμύντωρ, pater Ph nicis fuit.

Ovid in Epiſt.

Venerunt ad te Telamone
Amyntore nati.

Amythaon, ἀμυθάων, fili Crethei ſuſceptus ex Ty pater Melampi, homo bel coſiſſimus & medicus om um excellentiſſimus.

Hinc Amythaonius, a, ur Virgil.3. Georg,

Amythaoniusq; Melampi

Ana vel Anas, ἀνὰς, vulg gaudiana fluvius eſt Hiſp niæ Bœthicam à Luſitan ſeparans.

Anabis, ἄναβις Hiſpaniæ fluv us eſt Ptol. autore.

Anacharſis, idis, ἀνάχαρσις Pyiloſophus Scytha fuit, ac mirandæ ſapientiæ erudit onis, ſobrietatis continen tiæ, abſtinentiæ & temp rantiæ. Vixit temporibu Solonis. Leges aranearum telis ſimiles eſſe dixi Quemadmodum enim ara nearum telæ muſcas mino res retinent, fucis vero ma joribus tranſitum permit tunt: Ita leges plerumqu conſtringunt homines hu miles & impotentes, poten tes vero impunè graſſar permittunt.

Dat veniā corvis, vexat cenſu
ra columbas.

Quod Germani ita:

Det

Den Armen ins Feld /
Den Reichen ins Geld.

[An]acreon, ἀνακρέων, unus fuit ex novem Poetis Lyricis, cujus Poesis tota amatoria & suavis fuit, testibus Cicerone & Ovidio. Bathylium elegantis formæ puerulum amavit: item & Megisthe-um. In precio fuit apud Polycratem Samium. Perijt acino uvæ passæ strangulatus, Oriundus autem fuit ex Teo Ionum urbe, unde & Teius dicitur. Ovid. 2. fastor.

[Q]uod nisi cum multo Venerem confundere vino,
[P]ræcepit Lyrici Teia Musa senis?

Hinc Anacreontibus, ut, Anacreonticum carnem. Et Anacreontius, ut Anacreontium colon.

POETICE.

Teia Musa.
Cupidineus vates.
Lyricus senex.
Senex vinosus.

Anacreon: vinosus. lascivus. lyricus. Teius. quem dicunt arsisse Samio Bathyllo.

[A]nactoria, τὰ ἀνακτόρεια Molossorum in Epyro urbs Est & eodem nomine insula, quæ Miletus postea dicta est Plin.

Anaentes, tidis, Deæ cujusdam quæ à Lydis culta fuit, nomen, quæ Anaitis dicitur à Strabone. Fuit & Anaitis sive Anætis, Armenio quædam regio. Plin lib. 3. cap. 24.

Anager seu Anagrus, item Aniger sive Antiger fluvius Thessaliæ. Vide infrà, Anigrus.

Anagnia, ἀναγνία, Hermicorum in Latio urbs, ubi Augusti sorore Octavia repudiata, & Cleopatra in uxorem ducta Antonius monetam feriri mandavit. Virg. lib. 7.

Quos dives Anagnia pascit, &c.

Anaphe, ἀνάφη, brev. penult. insula in mari sponte enata de qua videt Plin, lib. 4. cap. 87.

Anapis, ἄναπις, long. pen fluvius Siciliæ Nimpham Cyanem arsisse scribitur quæ Plutonem impedire & remorari à raptu Proserpinæ, volens spreta ab ipso in fontem sive stagnum sui nominis transformata est, & Anapi juncta leni cursu in mare delabitur. Ovid. 5, metam.

Præterit & Cyanem, & fontes lenis Anapis.

Anas fluvius Hispaniæ. Vide Ana.

Anaurus, ἄναυρος, Thessaliæ

lenis. fluvius, vel torrens potius, quem ita dictum volunt, quòd nihil neq; auræ neq; nebularum ex se emittat. Oritur autem in Pelio monte. Lucan. lib. 6.

Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec tenues ventos suspirat Anauros.

Anaxagoras, pen. brev. ἀναξαγόρας, Clazomenius fuit Philosophus, rerum Phisicarum cultor, adeò assiduus ut rei tàm privatæ, quàm publicæ curam prorsus omnem abjiceret, ac interroganti cuidam nullane sibi patriæ saltem cura esset, responderit, ἐμοὶ μὲν καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. id est. Mihi quidè patria cura est, & quidem summa est. digitum in cœlum intendens. Lamsaci è vivis excessit. Cùm mors ipsi in propinquo esset & interrogaretur, nunquid fieri mandaret, hoc solummodò, publicè decretis honoribus animo excelso repudiatis postulasse dicitur, ùt pueri Musis dicati quotannis eo, quo defecisset die, ludere permitterentur. Quæ igitur consuetudo Lampsaci diu servata est.

POETICE,

Anaxagoras:

Magnanimus, Clarus, Studiosus. Physicus, Clazomenius, Amans & scrutans lucida tecta patriæ suæ. Contemplans & scrutans astra.

Anaxandrides, ἀναξανδρίδης Poeta Græcus Rhodius, de quo Stobæus.

Anaxarus, mediterranea Ciliciæ urbs, Plin.

Anaxarbani, Ciliciæ populi ab eadem urbe sic dicti Plin.

Anaxarchus, ἀνάξαρχος. Philosophus abderita fuit, Democriti sectator, quem in pistillis ferreis contundi & concidi fecit inimicus ejus Nicocreon tyrannus, quos cruciatus patienter ipse tulit, adeò, ut memorabile illud verbum conduplicaveris: Tunde, tunde Anaxarchi follem: Anaxarchum enim non tundis. Postremò amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abscissam & commanducatam linguam in os ejus iræ patulum, conspicuisse isse dicitur. Laert. Valer. Ovid. in Ibin.

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta.

naxarete, ἀναξαρέτη Cypria Salaminia, pulchritudinis miræ puella, & stirpe orta regali quam Iphis obscurus & abjectæ conditionis stulto & insano amore deperibat, sed ab illa semper neglectus ad fores ejus suspen-

dio

lio se necavit. Ob cujus in-
eritum ubi Anaxarete nul-
am planè doloris significa-
onem ostenderet, à Vene-
e in saxum conversa dici-
ir. Id quòd fingitur pro-
ter animi duriciem,

POETICE.

Anaxarete:

ura, Impia, Ferrea, Ferox, æva. Crudelis, Ferro duri-r, Sævior freto surgente adentibus hœdis.

xenor, ἀναξήνωρ, Cytha-ædus fuit insignis, de quo trab.

xilas, ἀναξίλας, Poeta co-icus fuit, de quo Suid.

xilaus. ἀναξίλαος, prin-eps Lacedæmonius fuit, ujus meminit Plutarchus Alcibiade.

ximander, ἀναξίμανδρος, hilosophus, Milesius, Tha-tis coætaneus, & sodalis, æra horologij, & Gnomo-is inventor, Vide Laert, Plutarch. in Plac. Cice-on. item lib. 7. de divina-ione.

ximenes, ἀναξιμένης, Phi-lopus fuit, Anaximan-ri discipulus & successor, quo Cicer. lib. 4. Acade-uæstion.

xini populi in quarta Ita-e regione Plin.

xo, ἀνάξω, Ancæi cujus-m filia fuit quam quidam lcmenes matrem faciunt:

Plutarchus verò Pythei sororem Lysidicen, ex Pelope & Hippodamia dicit.

Anaxylides. ἀναξυλίδης. Philosophus fuit, cujus Hieronymus meminit.

Ancæus, ἀγκαῖος, vel etiam Angæus Lycurgi & Antimoes filius, & Epiochi frater. Fuit & hoc nomine rex Samiorum Neptuni & Astypaleæ. Phœnicis filius, quem Lycurgi filium facit Ovidius in Ibin. poetica forsan more nomina confundens. Refertur autem de hoc, quôd ab apro interemtus sit in vinea. Cùm enim agriculturæ magnopere studiosus vitem sereret admodum senex, graviterque ministris instaret, urgeretque quidam operis tædio in herum commotus, negavit futurum, ut ex ea vite herus unquam vinum gustaret: Post ubi vitis provenisset feliciter, atq; uvæ maturuissent, herus exultans ac gestiens, servum eundem accersit, atq; ut sibi vinum infundat, jubet. Deinde jam calicem admoturus ori, servo quæ dixisset, in memoriam redegit quasi vanam exprobans divinationem: At ille sententiam hanc hero respondit?

Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

Servili sententiæ favit eventus. Nam inter loquendum, priusquam vinum hauriret, alter quidam minister ingressus nunciat, vineam ab apro quodam immani vastari. Quibus auditis Ancæus deposito poculo, protinus in aprum fertur, à quo inter venandum percussus perijt: Atque ita eventus respondit servi sententiæ:

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου.

Quæ in proverbium abijt, quo monemur nihil tàm certum sperari, ne quicquam adeò in propinquo esse, quod non repentinus, aliquis casus intervertere possit.

Anchemolus ἀγχέμολος Rhæti Marubiorum regis in Italia filius, cui cum pater Casperiam seu Caspiam novercam superinduxisset, privignus eandem stupravit, quo cognito cùm pater cum persequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille ad Turnum se contulit, postea tamen ab Evandri filio Pallade interemtus est. Virg. lib. 10.

Et Rati de gente vetusta.
Anchemolum thalamos ausum cestare novercæ.

Anchiale, ἀγχιάλη, urbs est Ciliciæ, Anthenodori patria. Ovid. 1. trist.

Et ab hi per Apollinis ur
Vecta per Anchiali mœni
fundat iter.

Anchialus, ἀγχίαλος, u[...] Thraciæ est, autore Pomp[...] nio. Fuit & ejusdem nom[...] nis astrologus, de quo C[...] cer. 2. de divin.

Anchises, ἀγχίσης, filius Cap[...] pater verò Æneæ, quem[...] Veneris concubitu habui[...] scribitur, cujus ope ex i[...] cendio Troiano, nu[...] jam spe salutis reliqua, s[...] vus & in columis evasit. V[...] de Æneas. Virgil. 1. Ænei[...]

Tunc ille Aeneas, quem Da[...]
danio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genu[...]
Simoentis ad undam

Id est, apud Simoenta Tr[...] iæ fluvium. Fuit aute[...] procul dubio Æneas form[...] præstanti, unde est, quòd V[...] neris filius fingitur. Hi[...] Anchisæus ἀγχισαῖος, Vi[...] gil. 5. Æneid.

Et lucus latè sacer additu[...]
Anchisæo.

Et anchisiades, id est, Æn[...] as, Idem 6. Æneid.

Dux Anchisiade, nec me De[...]
us æquore mersit.

Poëticè. Anchises: Pius, Phrix, Phrygius, Da[...] danius, Magnanimus, Ma[...] gnus, cui volucrum amo[...] rur

[...]am mater (Venus)
[...]concubuisse Idæis ju[...]
[...]nex Phryx, Sarci[...]
Cum quo Venus no[...]
[...]gnata est habere no[...]
[...]rentis.
[...]cile vel Ancyle,
scutum brevius, q.
circumcisum, secu[...]
vium,
escusson court ou
Ital. Scudetto, br[...]
Germ. Ein klein[...]
der Schild. Di[...]
Numa Pompilio im[...]
ubi pestilens esset
cœlo cecidisse. Vir[...]
neid.
[...]ncon, vide suprà An[...]
[...]ncus Martius, Ro[...]
rex quartus fuit
Pompilij ex filia n[...]
gionis & æquita[...]
laudatus, Hor lib[...]
Ode. 7.
[Q]uò pius Æneas,
[...]lus dives & anc[...]
[P]ulvis & umbra
Virgil. 6. Æneid.
[Q]uem juxta seq[...]
[...]ctantior Ancu[...]
Claudian de bel[...]
nico.
Ad veteres fonte[...]
nia pauperi[...]
Ancyra, æ, pen. pro[...]
Galatiæ urbs seu
lem. Tectosagu[...]
metropolis, à q[...]

rum mater (Venus) dicitur concubuisse Idæis jugis. Senex Phryx, Sarcina nati, *Cum quo Venus non dedignata est habere nomen parentis.*

Ancile vel Ancyle, ἀγκύλιον scutum brevius, q. undique circumcisum, secundū Servium, מָגֵן זָעִיר Gall. Vn escusson court ou bouclier Ital. Scudetto, brochiero, Germ. Ein kleiner runder Schild. Dicunt hoc Numa Pompilio imperante, ubi pestilens esset annus, è cœlo cecidisse. Virgil. 7. Æneid.

Ancon, vide suprà Ankon.

Ancus Martius, Romanorum rex quartus fuit, Numæ Pompilij ex filia nepos, religionis & æquitatis studio laudatus, Hor lib. 4. Carm. Ode. 7.

Quò pius AEneas, quò Tullus dives & ancus?
Pulvis & umbra sumus.

Virgil. 6. Æneid.

Quem juxta sequitur jactantior Ancus.

Claudian de bello Gildonico.

Ad veteres fontes, & mœnia pauperis Anci.

Ancyra, æ, pen. prod. ἄγκυρα, Galatiæ urbs seu juxta Ptolem. Tectosagum Bithyniæ metropolis, à qua synodus Ancyrana, cujus plurimam scriptores Ecclesiastici mētionem faciunt, quæ celebrata fuit post annum Christi 300, non ita multò post synodum Nicænam. Hinc Ancyranus, a, um, ut Ancyrani triumphi, apud Claud.

Andabata, ἀνδαβάτης, vox est inditio, Andabatas fuisse populos, qui in tenebris vel clausis oculis pugnarunt quemadmodum de leone scribitur, quòd pro catulorum salute in medium venantium agmē oculis clausis insiliat. Hinc Andabatarum more pugnare proverbialiter dicitur de iis, qui temerè & stolidè exercitum sumunt vel alicui repugnent. Ut, Andabatarum more facere, id est, imprudenter facere, Cic. ad Trebat. lib. 7. epist famil. epist. 10. Quem antea ne Andabatum quidē defraudare poteramus.

Andania, ἀνδανία, Strab, urbs, fluvius Strab.

Andanis, ἄνδανις, Carmaniæ regionis fluvius Strab.

Andegavi, pen. bre. Galliæ populi, qui & Andes dicuntur Cæsari, hodiè Andegavenses, vulgò Angeurus.

Andegavia, regio Galliæ, hodiè Comitatus est.

Andelus, ἄνδελος, Hispaniæ in Vasconia urbs non lon-

ge à Pompeiopoli,

Andes, vicus fuit non procul à Mantuas, Virgilia patria. Hinc Andinus, a, um, Sil. lib. 8.

Mantua Musarum domus atq; ad sidera cantu
Evecta Andino.

Id est, Virgiliano versu. Sic Andinus senex, id est, Virgilius.

Andocides ἀνδοκίδης orator Atheniensis, Leogori filius fuit.

Andomaturum, *Ptolem.* urbs. Lingonum in Gallia.

Andragoras, subitaneâ morte extinctus, teste Martiale lib. 6.

Lotus nobiscum est hilaris, cœnavit, & idem
Inventus manè mortuus Andragoras.

Andriaca, ἀνδριακὴ, nomen oppidi in Media, & item Lycia. Ptol. Rursum in Thracia. Strabon.

Andricus, ἀνδρικὸς, mons Ciliciæ. Strab. lib. 15. & fluminis nomen Pl. lib. 5, c. 27.

Andrius, Strab. fluvius in Scamandrum delabens.

Androcleus ἀνδρόκλειος, Phisophus fuit Porphyrii discipulus. Volaterranus.

Androdamus, ἀνδρόδαμος, Rhegius, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia. Autor est Aristoteles.

Androdus servus ille leonis hospes & medicus, cujus beneficia leoni alta mente reposta (ut Virgilianis utamur verbis) mansére. Rom. enim cùm ipsi & alijs bestiis devorandus objiceretur, agnovit hospitem illum suum post longum tempus, eiq; beneficij antea præstiti memor pepercit, Integra historia habetur apud Gellium lib. 5.

Androgeus, Ἀνδρόγεως, Minois Cretensium regis filius ab Atheniensibus & Megarensibus occisus ex invidia quod in Palæstra semper palmam reportaret, ob cujus vindictam necis, pueri Athenienses Minotauro objici incœpti sunt quotannis Virgil. 2. Æneid.

Primus se Danaum, magna comitante caterva
Androgeos offert.

Idem 6. Æneid.

In foribus lethum Androgeo.

Pro Androgei, Genitivus Atticus est quartæ simplicium. Latino idem usus sic est lib. 2. Æneid.

Androgei galeam clypeiq; insigne decorum
Induitur.

ersius lib. 2. eleg. 2 ab Anrogeon Androgeona accuativum fecit. Hinc Androeonæus adject. Catull. in Argonaut.

rogeoneæ pœnas exolve-
e cædis.

romache, ἀνδρομάχη brev. en. Hectoris conjunx. Viril. 3. Æneid,

pe & hæc manuum tibi
uæ monumēta mearū
puer, & longū Androē
naches testentur amorū

lromachus, ἀνδρόμαχος rassi adulator, qui ipsum amen Crassum Parthis proidit. Alius hoc nomine Grammaticam docuit Nicoedtæ, Diocleriani principis tempore. Suid.

lromeda, æ. & Andromede s, ἀνδρομέδα, ἡ, Cephei & Cassiopes filia, uxor Persei, quo à ceto, cui devoranda Nymphis propter matris uperbiam, quæ se Nereidas orma superare jactitabat, xposita fuerat, liberata fu: , inter sidera à Minerva elata. Fingi autem hoc puant ideò, ut in dicetur, Anromedam ingentibus exositam fuisse calamitatius, ex quibus Perser beneicio erepta & liberata fueit. Propert. libro 3.

Non hic Andromedæ reso-
nant pro matre catenæ.

POETICE.

Cepheia virgo.

Andromeda: Mœrens, Tristis, Famosa, Cepheis, Threicia, Perseia, Cepheia. Quæ nobilis uxor Persei fuit, Quæ monstris marinis quondam objecta, Fusca colore patriæ suæ. Quæ à scopulo pendens objecta fuit monstris marinis novercæ insidiis. Cui variè illuserunt monstra horrendis figuris. Quam vinctam Persei solvit victoria. Amata, Perseo. Devincta marinis monstris. Danaes nurus.

Andronicus, Rhodius, Philosophus Peripatreticus fuit, de quo Strab. Fuit & alius hoc nomine Grammaticus, de quo Tranquillus. Alius item hujus nominis historicus fuit, qui Alexandri res scripsit, de quo Volater.

Andros, ἄνδρος, quæ & Antandros ἄντανδρος, insula vicina Samo cum ejusdem nominis oppido, quæ Asiæ adjacet ex opposito ad Ephesum. Ovid. 12. Methamorph.

Et totidem natis Andros
fraterna petita est.

Virgil. 3. Æneid. Andrius, Andrij.

Angitia, vel Angeronia, sive etiam Angerona soror Circes, filia Solis, quæ è vivis jam erepta pro Dea habita est, quod multorum morbos arte sua singulari & divina quasi depulisset. Est & Angitia nemoris nomen Marsis inclyti. Virgil. 7. Æneid.

Te nemus Anitiæ, &c.

Anglia, βρεττανία, Gall. Angleterre Ital. Anchilterra, insula insignis est in Oceano, quæ & Britannia à Britonibus incolis, Et Albion quondam, & albis rupibus, quas mare alluit, & quæ primum ad eam navigantibus occurrunt, dicta fuit De qua vide plura in prima parte: Engellandt.

Angolus, Ptolem. Angula, Plin. urbs Vestinorum in Italia vulgò Angelus.

Angrus, ἄγγρος, fluvius est ex Illyricis versis Borream fluens, Herodot. lib. 4.

Ania, nomen mulieris Romanæ, quæ defuncto marito alteri viro nubere noluit, quamvis ætate integra & bona esset.

Aniger, vide Anager.

Anio, vel Anien, enis, sive etjam Anienus, ἀνίων Italiæ fluvius est in agro Tyburrino. ab Anio rege Hetruscorum ibidem submerso. dictus Hinc Anienus, a, um, Virgil. 4. Georg. Anienicola apud Silium libro 4. gitur.

Pomifera arua creant,
nienicolæq; Catili

POETICE.

Lympha Aniena.
Anienis aquæ flavæ.
Aniena fluenta.
Vitriæ } unde Anienis
Placidæ }
Ramosa Anienis arva.

Anio, pri. & secunda bre. Præceps, Gelidus, Pomif Tyburnus, incubans ram arvis, Leniter serpens ge dis undis. Sine murmure bens ad genitorem Tyl rim à Tyburte fluens.

Anitus, Atheniensis quida fuit opibus affluens, qui Melito & Lycone Socrate accusavit, & occidi curav Vide plura in vita Socrat Horat. lib. 2. Serm. Sat 4.

Qualia vincunt.
Pythagoram Anitiq; r
um doctumq; Platona

Anius, pater Andri, filius ve Apollinis fuit, qui in De regnavit, Virgil. 3. Æneid.

Rex Anius, rex idem hom
num. Phœbiq; sacerdo

Anna ἄννα, Beli fuit filia sor Didonis, cui in fuga com tem se junxit, quæ cum v ria eaque periculosa ter marique itinera confeciss

ab Ænea tandem conspecta, in regiam deducta est. Cùm vero Lavinia insidias ipsi strueret, monita de iis inde se subduxit, & ad Numicum amnem properans in eum se præcipitavit. Cùm igitur manè per Laurentum agrû ingenti clamore quæreretur & vastigia ad Numicum usq; amnem apparerent, ipsa loqui visa est.

Lucidi sum Nympha Numici.
Amne perenne latens, Anna perenne vocor.

Ovid. 3. Fast. Meminit & Virgil. lib. 4. Æneid. Alia Romanorum Dea, ab annis, quibus præsidebat, nuncupata, cui Martio mense privatim & publicè sacrificia fiebant.

POETICE.

Anna perenna.
Sanguinolenta.
Submersa, Extincta tumidis in undis.
Præceps delapsa excelsa Fenestra.
Nova Diva.

Annibal, ἀννίβαλ, vel Hannibal, Amilcaris filius fuit, dux Carthaginensium, notus ex Romanorum historiis, qui cum minor 25. annis esset, ad imperatorias evectus dignitates, Hispaniam bello subegit. Ut autem in re militari præstantissimus: ita in fallendis hominibus callidissimus & crudelissimus etiam fuit. Ad decipiendum enim hostem semper intentus, quo aperto marte superare non potuit dolis agressus est. Fusius de hoc Livius, Florus & alii historici scripserunt, nec non Erasmus de conf. epistolis fol. 120 Gell. item lib. 5. De vita eius Plutarchus legatur. Luscum eum dicit Iuvenalis. Nam tum per planitiem & paludes Arni fluminis in Hertruriam descenderet, priusquam è palustribus locis egrederetur, aeris intemperie vigiliisque confectus, alterum amisit oculum.

POETICE.

Annibal:

Dirus, Durus, Afer, Perfidus, Belliger, Furibundus, Vagus, Infestus, Ferus, Ferox, Trux, Sævus, Pœnus, Cruentus, Tyrius, Puniceus, Elysæus, Sydonius, Agenoreus, Libycus, Barbaricus, Magnanimus, Nasamoniacus, Barcæus, Audax, Luscus, Fulmineus, Callidus, Immanis, Indocilis pacis, Dux pœnus, Dux punicus, Rector Libyæ, perjuro ensæ superbus Vastator Saguntinæ urbis.
Qui perfregit Ausonias arces, Semper atrox dextra.
Cui sitis sanguinis humani flagravit penitus medullis.

Quæ vicit glaciales alpes, Qui nimiū flagrante sylvæ acervos liquavit. Qui udas rupes mollivit fervente aceto. Qui in signis sæpè fuit spoliis opimis. Parentibus abominatus. Qui conscendens nubiferas alpes terruit Romæ mœnia adventu suo.

Ductor Agenoræus.

Barbaricus Tyrannus.

Rex Nasamoniacus.

Ansanctus, vide Amsanctus.

Antæus, ἀνταῖος luctatur & athleta fuit, Palestricæ artis peritissimus, maximo corpore, ac robore insuperabili in Libya, qui cum Hercule congressus ab eo victus est, Terræ filius dicitur, unde & in certamine cum Hercule à terra & matre, robur ipsi auctum & renovatum, ut semper fortior resurexerit, quoties ab Hercule prostratus terram tetigerit, scribitur. Herculem verò hoc animadverso, fessum jam ulnis in sublime extulisse, & tam diu tenuisse, donec expitaverit, referunt. Meminit Antei Plutarch. in vita Sertorij, ac tradit ejus cadaver à Sertorio effossum, sexaginta cubitorum fuisse. Lucan. item lib. 2.

POETICE.

Antæi fortes lacerti.

Antæus:

Pugnax, Robustus, For Immanis. Audax, Superb Terrigena, Pressus Herc is lacertis, Proceri cor ris, Immani corpore Gig ab Hercule prostratus Ly cis arenis. Cui defe membra robore renovat viguerunt tacta terra. I ctator fusus Aonio ab I ste. Qui (mirum) victor rat cum cecidisset.

Fuit & hoc nomine rex Sc tharum, qui fertur dictit se, equorum se hinnitu m gis delectari, quàm can & Symphonia. Hujus au à Musis adeo alienas & horrentes, quis non asini dixerit?

Antagoras, viri proprium, quo Plutarch.

Actaclides, vir fuit Lacedæm nius, quem præ cæteris ho nore præstitisse Plutarch scribit.

Antandros, ἄντανδρος Phryg æ urbs, sita versus meridi em. Virgil. 2. Æneid.

Classemq; sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ mo
limur montibus Idæ

Antheas, Scytharum rex fui Plutarcho teste.

Antemne, arum, ἀντίμναι, op pidum est Italiæ. Virgil.

Ardea Crustumeriq; & tur-
rigeræ antemnæ.

Id eſt, munitæ, & ad amnem poſitæ.

ntenor. pen. long. ἀντήνωρ, Antenoris pen. bre. Troianus fuit præcipuæ autoritatis, princeps, hoſpes legatorum Græcorum, qui ad Helenam repetendam venerant, qui & Trojam cum Ænea Græcis prodidit. Diruta demum Troja cum Ænea in Italiam venit ubi & Patavium Antenoream primò dictam, condidit, de quo Virgil. 1. Æneid. videatur & Livius. lib. 1. decad. 3.

POETICE.

Phrygius ſenex.

Antenor:

Profugus, Inclytus, Troianus, Mavortius, Dardanius, Gravis, Phrygius. Qui Paravi arces condidit. Proditor Troiæ. Suaſor Troianæ pacis. Cuius oſſa tumulo condita | Patavi vilis ſervat humus.

teros, otis, ἀντέρως Veneris & Martis filius, Cicer lib. 3. de natura Deor.

tharis, Longobardorum rex maritus Theolindæ, qui domeſticorum inſidiis apud Titinum extinctus eſt venenato poculo, ubi ſexennium jam imperium adminiſtraſſet.

nthetdon, onis, ἀνθηδὼν, Bœotiæ urbs, habitata quōdam Thracibus, Strab. lib. 9. & Pompon.

POETICE.

Anthedon { Papyrifer, Ægyptiacis, arvis finitima, proxima Ægypti regnis.

Anthemion ἀνθεμίων vir fuit Troianus, Simoeſij pater Homer lib. 4. Iliad.

Anthemis ἀνθεμὶς, Strab. lib. 10. Imbraſus poſtea & à fluvio parthenio, Parthenia maris mediterranei eſt inſula.

Anthemuſia ἀνθεμουσία, Strab. lib. 16. Meſopotamiæ urbs eſt.

Antheus, ἀνθεὺς filius fuit Antenoris unus ē ducibus Æneæ, à Patide amatus, & ab eodem per imprudentiam interfectus, Virgil. 2. Æneid.

Anthea, Sergeſtumq, vocat
fortemq, Gloanthum.

Anthia, ἄνθεια, urbs ſub Memnonis ditione fuit Pylo vicina de qua Homer. lib. Iliad. 9.

Anthium, ἄνθειον, Plin. eſt oppidum Thraciæ.

Antho, ἄνθω, Amulii Albanorum regis filia fuit.

Anhores, proprium viri de quo Virgil.

Egregium Anthorem latus
inter & ilia figit,
Herculis Anthorem comitē.

Antropòmorphitæ. ἀνθρωπομορφῖται. dicti ſunt, qui ex membris corporeis Deum

con-

constare opinabantur. Unde & Anthropomorphitica hæresis. Etsi enim in sacræ scripturæ dictis non raro Deo membra corporea attribuuntur, tamen incorporaliter & per ἀνθρωποπάθειαν ista omnia sunt intelligenda. Unde & regulæ: Scriptura sæpe de Deo loquitur secundum captum hominis. Et Hilarius lib. de Trinitate: Scriptura per corporalia spiritualia docet, & invisibilia per visibilia demonstrat.

Antropophagi, brev. pen. ἀνθρωποφάγοι, Scythiæ populi humana carne vescentes, de quibus Plin. lib. 4. 12. & reliquis.

Anthylla, ἄνθυλλα, urbs insignis in Ægypto, cujus meminit Herodot. lib. 2.

Antia ἄντια, Amphianassæ fuit filia & uxor Præti Argivorum regis Abantis filii. Vide Bocat. lib. 2. cap 31.

Anticasus, Strab. mons Seleuciæ.

Anteceia Asiæ fluvius, Strab.

Antichtones, ἀντίχθονες ijdem qui Antipodes dicti ab ἀντὶ, id est, contra, χθὼν, id est terra, quod adversis vestigiis stent contra nostra vestigia. De his subtiliter & diversimodè semper disputatum fuit. Quidam ex figura terræ sphærica probârunt, & sunt etiamnum, qui putâ-

runt omnia fabulosa, u[...] de Antipodibus ab [...] commemorantur. [...] suffragatur & Lucretiu[s] [...] bro. 1.

Anticlea, vide infrà, Antol[...]

Anticyra, ἀντίκυρα, brev. p[...] duplex est, altera in Ph[...] de, altera in Bœotia ad[...] num Meleacum. Helleb[...] herba, scil. ista, cujus a[...] quitus usus plurimus f[...] ad levanda mentis & c[...] tis vitia, clara, de quarum utraq; adagium intelligi[...] Naviget Anticyras, Apud Horat. in arte poe[...] ca de homine insano, [...] mentis morbo laborant[...] Et apud eundem lib. 2. S[...] mon. Satyr 3.

Verùm ambitiosus & a[...]
dax.
Naviget Anticyram.

Et ibidem:

Danda est Hellebori mu[...]
pars maxima avaris.
Nescio an Anticyram rat[...]
illis destinet omnem.

Et in arte Poet.

Si tribus Anticyris cap[...]
insanabile, &c.

Antigenides, ἀντιγενίδης, Mu[...] sicus fuit Thebanus, qui d[...] scipulo Ismeniæ cum sci[...] canens populo minus pr[...] baretur: Mihi, inquit, can[...] & meis Musis, innuens pro[...] miscu[...]

miſcuæ & imperitæ multitudinis judicium, & ſtultum contemnendum prorſus eſſe. Vide Gell. lib.15. Valer. lib.3. cap.7. Cic. in Bruto, Suidam & Eraſmum.

tigona vel Antigone, es bre, pen. ἀντιγόνη, filia Laomedontis, & ſoror Priami fuit, de qua Ovid. 6. Metam. Mutata fingitur in ciconiâ, idque, ut videtur, propter conjugis ſuæ inſigne. Fuit & Antigone alia Oedipi regis Thebarum filia, quæ parentem, utroq; lumine captum, & à Creonte in exilium pulſum duxit prævia. Eadem etiam fratrem ſuum Eteoclem in bello extinctum ſepelivit, invito Creonte tyranno. Ovid. 4. triſt.

Fratrem Thebana parentum
poſuit tumulo rege vetante ſoror.

tigonus, brev. pen. ἀντίγονος Macedonum rex fuit, Alexandri Mag. frater, qui defuncto eo Aſiæ imperio præfuit annis duodeviginti. Fuit & Antigonus alter hujus nepos ex Demetrio filio cujus ſingularis in patrem à Seleuco captum pietas laudatur. Fuerunt præterea etiam multi alij hujus nominis.

ntigragus, ex Lycia mons Crago oppoſitus Strab.

ntilochus, ἀντίλοχος, filius Neſtoris in bello Trojano teſte Homero, à Memnone interemtus. Juve. Satyr. 10.

Cum videt acris
Antilochi barbam ardentem.

Horat. 2. carm. od. 9.

At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omneis Antilochum ſenex.
Annos.

Secundum Ovidium verò ab Hectore occiſus eſt. Ita enim in epiſtola Penelopes ſcribit:

Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.

Antimachus, pen. brev. ἀντίμαχος, Poeta Colophonius Grecus fuit, obſcurus admodum, qui cùm aliquandò poema quoddam obſcurius aliquantò in auditorio recitaret, & omnes, quòd minimè illud aſſequerentur, abirent, unico Platone excepto, Nihilo tamen minus, inquit, legam, quoniam unicus Plato eſt mihi pro omnibns. Catull.

Aut populus tumido gaudeat
Antimacho.

Tumidum eum vocat, vel ob poetæ ſtylum & ingenium, vel propter operis, quod

exaravit, magnitudinem. Belli enim Thebani materiam aggressus vigesimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas usque perduceret. Dicitur quasi repugnans, ἀντὶ enim idem est quod contra, λάχη pugna.

Antinous, ἀντίνοος, urbs Ægypti, quæ alias Antinoopolis vel Adrianopolis dicitur. Fuit & hoc nomine adolescens Bythinicus, qui ob formæ elegantiam Hadriano principi charus fuit, Propert. lib. 4. eleg.

Nubere lascivo cogitur Antinoo.

Antiochia, ἀντιόχεια, pen. lon. ab aliquibus θεόπολις, dicta חֲמָת Syriæ urbs & metropolis est, à Seleuco Nicanore una cum tribus alijs urbibus condita, quam fluvius Orontes interfluit. Fuit autem Antiochia τετράπολις, & totius orbis apex à Marcellino libr. 22. dicitur. In hac primùm discipuli Christi Christiani appellati sunt Cicero pro *Archia* Antiochiam valdè celebrat. Est & alia ad littus Persicum, quam Antiochus Soter cognomine condidit. Hinc adject. Antiochenus & Antiochensis.

Antiochus, ἀντίοχος, secundus fuit rex Syriæ Seleuci filius, quo nomine postea & a-

lij Syriæ reges sunt ap-
lati inter quos fuit An-
chus cognomine Epip-
nes, filius Antiochi Ma-
qui Dei & Ecclesiæ ho-
fuit Crudelissimus. Te-
plum enim Hierosolymi-
num spoliavit primum i-
veniens, secundo vero re-
ens totam urbem diripu-
& in templo Jovis Oly-
pij statuam collocavi-
proposito simul edicto,
abolenda tota religione
daica, & crudelissimè in
os sævijt, ut Daniel. 11. &
prædictum erat. Fuit & a-
us Antiochus Ascalonita, C-
ceronis & Bruti præcepto-
Alius item fuit Antioch-
Sophista, qui ad Rempu-
administrandam, ob ani-
sui vehementiam, accede-
noluit. Erasm. Horat.
carm. ode. 6.

Ingentem cecidit Antiochum
Annibalemq; dirum.

Antiopa, ἀντιόπη, filia fuit Ni-
ctei & Lyci Thebarum re-
gis uxor, quam Juppiter Sa-
tyri forma assumpta com-
pressit, & ex ea gemellos
Amphionem & Zethum su-
scepit. Id graviter feren-
pater Lyco fratri suo nego-
tium dedit, ut & infante-
exponeret, & de Antiopa
supplicium sumeret. Lycus
verò misertus Antiopæ neu-
trum fecit. Unde postea in
suspicionem venit mutui

cum

cum ea amoris. Quod ubi suspicata est Dirce uxor puellam in montem abductam tauri cervicibus alligat tœdis ardentibus à cornibus suspensis. Quo tormento affecta Antiopa usq; adeò vociferata est, ut ad clamorem accesserint Amphion & Zethus, qui matris injuria moti à Dirce pœnas sumserunt. Alij referunt, à Dirce in carcerem detrusam fuisse Antiopam, verùm partui jam vicinam, vinculis ruptis aufugisse in Cytheronem, ibiq; Zethum & Amphionem peperisse & exposuisse, qui à pastoribus reperti, & ab ijsdem educati sint, & postea adultiores jam facti matris injuriam ulciscentes Lycum cum uxore Dirce interfecerunt. Atq; hinc proverbium: ἀντιόπης θρῆνος, id est, Antiopæ luctus, quod dici consuevit ubi quis innumetis calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Dicitur Nicteis ab Ovidio 6. Metam. quia Nictei filia, item, Prop. lib. 1.

POETICE.

Antiopa:

Nicteis, Barbara, Infelix Duris fatis exercita, Experta sævam manum Dirces, Quam Juppiter cælatus imagine pulcra Satyri implevit gemino fœtu. Quæ per feros montes rapiente tauro tracta est. Cognita adversis casibus. Quæ Asopo sata esse dicitur. Quæ in Jovis amplexus ire semper solebat. Quæ Zethum & fortem Amphiona edidit.

Est & Antiopa Pacuvij Comœdia, de qua Persius Satyr. 1.

Sunt quos Pacuviusq; & verrucosa moretur
Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta.

Antipater, tri ἀντίπατρος, Jolai filius fuit à Paliura Macedoniæ urbe, discipulus Aristotelis & Alexandri miles primum, deinde dux, postremò successor, Suid. Plutarch. Antipater alius fuit Sidonius Poeta nobilis, qui ex tempore innumerabiles penè effundebat versus, ut testatur Cicero & Quintilian. Alius rursus Tyrius Philosophus Stoicus, Catonis Uticensis Præceptor, quemadmodum Plutarchus refert in vita Catonis. Alius item Philosophus Tarsensis. Et Hierapolitanus alius Sophista nobilis liberorum Severi principis præceptor, cujus etiam res gestas scripsit, & magister epistolarum fuit, Philostrato teste. Antipater denique Herodis Magni, primi regis

Judææ pater fuit, vir maximus & potentia præstans. Hujus Herodis filius fuit Herodes Antipas rex Galilææ, à quo Johannes Baptista interemtus & Christus in passione contumelia affectus est, Luc. 23.

Antiphates, ἀντιφάτης, nothus Sarpedonis filius, à Turno occisus, cùm Æneam in Italiam secutus fuisset, de quo Virg. 9. Æneid.

Et primum Antiphatem (is enim se primus agabat)
Thebana de gente nothum Sarpedonis alti
Conjecto sternit jaculo, &c.

Fuit & hoc nomine Læstrigonum rex, Lami filius, à quo Formiarum oppidum extructum. Hic cum cæteris Læstrigonibus humana vescebatur carne. Dicitur & Antiphateus.

POETICE.

Antiphates:

Horrendus, Trux, Ferus, Cruentus, Lamius, Læstrigon.

Antiphon, ontis, ἀντιφῶν, Atheniensis fuit Orator, cujus extant aliquot orationes Græcæ. Ejus inter cætera, hoc est : πολυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνος, id est, preciosissima res est tempus.

Antiphonos, filius Priami; qui patri Hectoris corpus ab Achille redemtum proficiscenti comitem se junxi

Antiphus, ἄντιφος, Priami Hecuba filius, ab Agamnone in bello Trojan unà cum Iso fratre notho lius interemtus. Al Herculis Thessali regis lius, qui cum Phidippo fr tre ad bellum Trojanu profectus est.

Antipodes, ἀντίποδες, pen. br ab ἀντί, id est, contrà, & πȣ̃ id est, pes. Vide in dictio Antichthones.

Antipolis, ἀντίπολις, Ptol. ur Galliæ Narbonensis Gal Antiblam vocant.

Antipyrgus, ἀντίπυργος, Ma ritaniæ urbs Ptol.

Antissa, ἄντισσα, oppidum i insula Lesbo, Pompon.

Antisthenes, is, ἀντισθένης, bre pen. Philosophus fuit So craticus, Diogenis Præce ptor, qui dicitur in singu los dies 40. stadia confeci se, ut Socratem audiret. Hujus sectatores dicti sunt Cynici, & auditorium Cynosarges, quod postea Zeno cum stoa (porticu) permutavit. Unde Stoici dict sunt.

*A*ntitaurus, ἀντίταυρος, mon tauro oppositus, de quo Strab. lib. 11.

Antiveltæum, Britanniæ promontorium, quod & Bolerium apud Ptol. dicitur.

Antium, ἄντιον, Vulgò Nettuno, oppidum vetus fuit, juxta

juxta mare in Latio, modò dirutum, in quo templum erat fortunæ, hodiè Neptunum dicitur. Horat.1.carm. od.36.

Diva, gratum quæ regis Aitium.

Incolæ ipsius urbis Antiates dicti fuêre.

POETICE.

Antium:

Urbs celebris quondam Fortunæ fano. Apollinis urbs.

Antæci, ἄντοικοι, populi contrariā Antichthonibus Zonam inhabitantes, cum quibus nobis convenit in unitate diei, imò meridiei, propter unitatem meridiani. Verùm cum apud nos longissimus est dies, apud illos brevissimus est propter contrariam latitudinem. Vide Martianum.

Antonius, ἀντώνιος, Marcus Antonius ex historiis notus de se ipso duodecim libros scripsit. M. Antonius orator, cujus familiarissimam passim mentionem facit Cicero, filios & nepotem habuit, Marcum, Cajum, & Lucium Antonium: Inter quos M. Antonius Triumvir Ciceronis hostis & parricida, homo in ocio luxuriosissimus, in negocio laboriosissimus fuit. In uxorem duxit Octaviam Augusti sororem, qua repudiata postea Cleopatram, cujus amore exarserat, sibi junxit. Vide infrà Cleopatra.

POETICE.

Antonius:

Belliger, Pugnax, Adulter, Qui Ægypti reginam abjectis armis amavit. Fuit & Antonius Julianus Rhetor Romanus, cujus Gellius meminit, Et Antonij quidem Gniphonis Rhetoris scholam Romæ Cicero, & alij viri clari frequentare soliti sunt. Sueton.

Antonius Musa item peritissimus fuit Augusti Cæsaris medicus, cujus Horatius in epistola quadam mentionem facit.

Antonia urbs est in Messenia Peloponnesi Regione ab Antro Antron dicta. Appellata autem est ab Antris, è quibus molares lapides exciduntur.

Anubis, ἄνουβις, Genitivus est Anubidis, vel cum Recto etiam coincidit. Deus Ægyptiorum, qui quod canem tanquam armorum insigne gestaret, capite canino figurabatur. Ovid. libr. 3. Eleg. Propert. lib.3.

POETICE.

Anubidis verendi ora.

Anubis, pri. bre.

Verendus, Venerandus. Dives, Latrans, Latrator, Canem referêns capite, Attol-

lens arduas canis cervices, Canis caput.

Anulus, Plin. Mauritaniæ est fluvius.

Anxius nomen fluvij, qui per Caucasum in Mesopotamiam defluit, & Pactolo flumini, è Caucasco cadenti occurrit, unumque facti in Euphratem delabuntur. Oritur autem ex Armenio monte.

Anxur, fons & oppidum est Campaniæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.

Impositū saxis latè candentibus Anxur.

POETICE.

Fons;

Gelidus, Parvus, at nobilis irriguis aquis. Labens modico flumine. Candidus salutiferis aquis.

Anxurus sive Anxyrus, Jovis epitheta, q. ἄνευ ξυροῦ, id est, sine novacula, quia imperbis esset. Servius in Virgilij illud 7. Æneid.

Cyrcæumq; jugum queis Iuppiter Auxurus arvis
Præsidet.

Anyger seu Anygrus fluvius Thessaliæ, cujus aquæ dulces primò in fœtidas sunt mutatæ, eò quòd Centauti ab Hercule sauciati vulnera sua in eo lavissent. Ovid. 15. Metam.

Fundit Anygrus aquas, &c.

Scribitur & Aniger per simplex, vel Antiger, & idem forsan, qui Anager, quo superius.

Anysis, ἄνυσις, rex Ægypti, quo Herod. Vide lib. 2.

Anytus, vide Anitus.

Aon, ἄων filius, autore Lactantio. Neptuni, qui suorum factione ex Apulia ejectus in Bœotiam venit, ubi populis montes habitantibus imperavit, eosq; Aones vocitavit, à quibus Neptuni filius est habitus, cûm Orchesti ditissimi cujusdam Apuli, ex conjuge Parichia filius fuerit. Reliquit post se Dymantem, qui in regno ipsi successit.

Aovia, ἀονία, pars montana Bœotiæ, In qua sunt Aones montes, ab Aonibus vetustis Bœotiæ populis appellati. In illis est Aganippe fons Musis sacer, qui etiam Aonius fons dicitur. Juven. Satyr. 7.

Cupidus sylvarum aptusq; bibendis
Fontibus Aonidum, &c.

Aonius, id est Bœotius, Virgil. 3. Georg.

Aonio rediens deducam vertice Musas.

Aornos, ἄορνος, Ptol. urbs in Epiro.

Aotsi ἄορσοι, populi non procul ab Araxe fluvio, qui in Hircanum mare cadit, ut au-

autor est Ptolemæus. Alies Plinius in Europa collocat. Strabo scribit Aorsos Tanaim accoluisse.

æi, ἀπεῶοι, in Æthiopia sub Ægypto sunt populi, Ptolem.

amea vel Apamia, ἀπάμεια, Insula est ab Antiochi matre appellata, quo à Tigri fluvio circumfunditur. Est & hoc nomine oppidum Bithyniæ, à Nicomede dicta postea Mirlea, à Mirlo duce Colophoniorum appellata.

antia, minoris Asiæ urbs â Nicanore condita, prius Celene dicta est.

elles, ἀπελλῆς, omnium excellentissimus fuit pictor, qui cùm aliquo die uullum suæ artis opus fecisset, veluti deplorans jacturam diei dicere solebat: σήμερον οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον, id est, hodiè nullam lineam duxi. Perpetua enim ipsi consuetudo fuit, nunquam tàm occupatam agendi diem, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod & ab eo in proverbium abijt: Nulla dies sine linea. Patria ipsi insula in mari Ægæo Cos fuit. Coïs etiam moriens Venerem inceptam reliquit imperfectam, nec repertus est, qui tàm egregio operi succedere vellet. Vixit temporibus *Alexandri* Magni, quem fulminigerum pinxit in templo Dianæ Ephesiæ viginti talentis. Ovid. lib. 3, de arte:

Si nunquam Venerem Cous
pinxisset Apelles,
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

Hinc Appellæus, adject. Stat.

Vt vel Apellæo vultus signata colore.

POETICE.

Apelles:

Artifex, Clarus, Magnus, Præclarus, Insignis, Nobilis, Præstans, Cous, Præstantissimus ingenio & gratia. Tabulis suis insignis. Qui Venerem pictam dimidia parte reliquit. Qui dimidium Veneri corpus fecit. Qui pectus ad usq; Venerem quondã pinxit. Qui pinxit Veneris membra non imitanda artificis manu. Cujus labor & gloria Venus est.

Apenestæ, Apuliæ urbs Ptolem.

Apenninus, sive Apœninus, cũ œ diphtonge pri. & pen. syllabis lon. ἀπέννινο, ὄρος. mons est altissimus ab Alpibus proficiscens, & universam Italiam in Siciliam usque dividens, per quem in Galliam exercitum suum Annibal trajecit. Virgil. 12. Æneid. Lucan. lib. 2. bell. Phars. Silius Ital. lib. 4.

POETICE.

Apenninus:

Patens, Altus, Editus, Præaltus, Imbrifer, Celsus, Nubifer, Longus, Nivalis, Durus, Aërius, Nimbifer, Gelidus, Frondens, Saxosus, Magnus, Agens frondes in altum. Latens aquis. Erigens mediam Italiam umbrosis collibus. Propius accedens Olympo. Porrigens se medius inter geminas undas. Gaudens nivali vertice Attollens se ad auras: Miscens pinniferum caput summo cœlo. Procurrens in mare. Juga summis nubibus æquans, Cujus caput præcinctum assiduo imbre madet. Hinc Apenninigena vel Apenninicola.

Apenninigenis cultus pastoribus aras.

Virg. lib. 11.

Apenninicolæ bellator filius Anni.

Cisapennia & Transapennia Italia apud Catonem in Antiquitatibus.

Apesus, untis, ἀπεσὸς, brev. pen. mons est Nemeæ superjacens, ubi Theseus Jovi primùm operatus creditur. Unde Apesuntius etiam appellatus. Papinius.

Mons erat audaci seductus in æthera dorso.

Nomine Lernæi dicunt Apesunta coloni.

Gentibus Argolicis olim sa

Aphædantes, ἀφειδαντες, po in Moloss. Steph.

Apher & Aphrica, vide Afe Africa suprà.

Aphricum mare, Sardo, Si lo & Ionio Mari vicinum est, à Melagono prom torio ad orientem usque Philenorum aras sese ext dens. Nomen inde s titum, quod Aphricam luat.

Aphricus, vide Africus.

Aphrodisia, ἀφροδισία, al κολιὰς, in mari Persico Insula, ubi Venus culta f it, Unde & nomen adept Venus enim Aphrodite, φροδίτη, à maris spuma di tur.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, ur Africæ & Hispaniæ promo torium, Ptol.

Aphrodite. ἀφροδίτη, venus d cta ab ἀφρὸς, id est, spum maris, ex qua nata dicitur.

Aphthonius, ἀφθόνιος, Soph sta progymnasmata in Her mogenis artem scripsit.

Apidanus, ἀπιδανὸς, Thessa liæ fluvius est velocissi mus, in quo Enipeus, M tas & Phœnix miscentu quos ipse secum in Peneo defert, de quo Lucan. lib 6. meminit & Ovid. libr. 1 Metam.

POETICE.

Apidanus:

[Her-

Herbosus, Senex, Qui it vasto gurgite.

[A]pina & Trica, Plinio teste duo oppida sunt Apuliæ, adeò ignominiosè à Diomede vastata & eversa, ut in proverbij ludibrium abierint, Quoties enim res futiles & nullius momenti ostēdere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Martial.

Quæcunq; lusi juvenis, & puer quondam,
[A]pinasq; nostras.

Item:

Sunt Apinæ Tricæq;, & si quid vilius istis.

Lose Narrenteidung. Unde & Tricari idem fuit antiquitus, quod nugas agere, Narrenteidung fürhaben.

[A]pis, Apidis vel Apis, ἆπις, idem qui Serapis, & Osyris, maximus Ægyptiorum Deus erat, in forma bovis adhuc viventis ab ipsis cultus, quem post certos vitæ annos mersum in sacerdotum lacu enecabant, alium, quem substituerint, luctu quærentes, Mœremantq; derasis capitibus donec alium invenissent. Apis autem lingua Ægyptiaca bos dicitur. Claud. 4. consul. Honorij.

Nilotica Sistris.
Ripa sonat, variosq; modos Ægyptia ducit.
Tibia submissis adjungit cornibus Apis.

POETICE.

Apis:

Corniger, Verendus, Colendus.

Apiscion, Trojanus vir fuit.

Apitius vel Apicius, ἀπίκιος, nepotum gurges à Plinio vocatur. Fuit enim Romanus nobilis quidem, sed admodum gulosus, qui omnes res suas in commessationes & helluationem prodegit Martial.

Ipse quoq; ad cœnam gaudebat Apitius ire,
Cum cœnaret, erat tristior ille domi.

Apænninus, vide Appenninus.

Apollo, inis, ἀπόλλων, ονος, Jovis & Latonæ filius, Dianæ frater, qui & φοῖβος à Græcis dicitur, id est, Sol. Instar numinis olim cultus fuit, & variæ ipsi fuêre potestates. Fuit enim Musarum præses, & carminis autor, inventor Medicinæ, pręses vaticinij, peritus sagittandi, atque hoc nomine Apollo dictus, ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυσθαι, quòd jaculis perderet. Alij verò aliter derivant. Quidam enim ab ἀπαλλάττειν nuncupatum eum volunt, quòd ab ægrotationibus homi-

homines salvet. Alij quod solus luceat, ab α, & πολλὴ. Fingitur autem & Musices inventor ad commendandam artis dignitatem. Veteres enim, ut ostenderent Musicam divinitus inventam esse, non homini, sed Deo inventionem ejus asscribendam existimârunt. Medicinę inventor idem fingitur, propter vim Solis, qua herbæ, quarum ad humanorum corporum salubritatem in medicina usus est maxim9, vegetãtur. Hinc igitur ita se jactat Apollo.

Inventum Medicina meum est, opifexq; per orbem
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.

Item:

Per me concordant carmina nervis.

In pastorem etiam mutatus Apollo sive Sol fingitur, ut inquit Jovianus Pontanus,

Quod pascat quicquid sub cæli nascitur oris.

Scribunt enim Poetæ Apollinem Admeti regis Thessaliæ servitio deditum fuisse, ejusque armenta ad fluvium Amphrysum in Thessalia pavisse. Tripus porrò Apollinis aureum vas fuit tribus insistens pedibus à Vulcano structum, unde oracula reddebantur. Tripus etiam alius Bacchi it, in quo vinum misce tur. In proverbium aut abijt, ut ex sacro tripo dicta de rebus vehemen veris dicantur, ob veri tem oraculorum, & qu ebrij etiam vera loquantu juxta illud: ἐν οἴνῳ ἀλήθει. Hinc Apollineus, a, um adject. ut, Apollinea pro apud Ovid. lib. 15. Metam. Et Apollinaris, e, ut, Lu Apollinares, qui in memo riam & laudem Apollin celebrati sunt. De quibu vide Polydor. Virgil. lib. 4 cap. 41. Apollinaris etia proprium est, ut & Apolli narius, hoc celebrium ali quot doctorum episcopo rum, illud hæreticorum, i historijs Ecclesiasticis. Apollinaris, vel C. Sulpitius Apollinaris, pertinacis Imperatoris præceptor fuit, qui argumenta Comœdiarum Terentianarum breviter exposuit.

POETICE.

Apollo, Cynthius, Gryneus. Delius, & multa id genus alia epitheta habet, ex diversis, ubi colebatur locis ipsi data. Vide plura de Apollin in Polidor. Virgil. lib. 1. cap. 15. de rerum inventione, & in priori parte hujus libri titul. Gott der Music/ Gott des weissagens/ & in sequentibus.

ıllodorus , ἀπολλόδωρος ,
:eleus poeta fuit, Menan-
ri ἰσύγχρονος , qui fabulas
ıultas composuit, quarum
liquot Suidas commemo-
at. Fuit autem inter pri-
ıos novæ comœdiæ poe-
ıs, à quo teste Donato Te-
entius Phormionem & He
yram fabulas transtulit.

llodorus Pergamenus Rhe-
or fuit, *Augusti* præce
or.

ıllodorus Tharsensis Tra
icus fuit,

ıllodorus Atheniensis fuit
Grammaticus discipulus A-
istarchi.

ıllodorus deniq; Alexan-
lrinus Comicus fuit , Me-
ıandri æmulus , de quo
Martialis:

Apollodoro plaudit imbri-
fer Nilus.

Fuit aliâs etiam pictor præ-
larus hoc nomine.

ollonia, ἀπολλωνία, nomen
:ſt celebrium aliquot urbi-
ım in Epiro, in Creta, in
Syria & Thracia, teste Plin.
lib. 4. & 5.

ollonia Syriæ, hodiè Bo
ıandria dicitur : Epiri ve-
rò Valona, ex qua brevis in
Italiam trajectus. Apollo-
ıiensis, apud Ciceron. pro
Flacco. Apolloniensis aman-
tissim. populi Romani.

ıollonius ἀπολλώνιος, poeta
dictus Rhodius quòd in
Rhodo insula ageret, ut
scribit Suidas, cùm in Ale-
xandria Ægypti natus es-
set, Callimachi discipulus
scripsit libros 4. de profe-
ctione Argonautarum in
Colchos ad rapiendum au-
reum vellus. Fuit & alius
hoc nomine Alabandensis,
Ciceronis & Cæsaris præ-
ceptor eodem tempore, de
quo Cicer. lib 1. de oratore
Is omnes quos animadver-
tebat studijs minus idone-
os, dimittebat, & ad aliam
artem ad quam aptus vide-
batur, instigabat.

Aponus, ἄπονος, brev. pen. Ve-
netiæ fluvius calidis ijsq; sa-
lutiferis aquis, Paravio vici-
nus, Lucan. lib. 6.

Euganeo si vera fides me-
morantibus augur
Colle sedens Aponus, &c.

Et Petrarcha.

Calidasq; Aponus, gelidusq;
Timavus
Iam spaciis æquis aaerant,
&c.

Appia via vel Appij via, ὁδὸς
ἀππία, quam Appius Clau-
dius lapidibus stravit, est à
Roma in Campaniam & ad
mare Brundusium usque.
Horat. 1. serm.

Minus est gravis Appia tar-
dis.

Appianus, Alexandrinus, hi-
storiæ Romanæ de bellis

civilibus scriptor, Adriani principis temporibus emicuit.

Appias, adis, Appiades Deæ, quòd earum templa propè forum Cæsaris fuerint, in quod & Appia aqua deducta esset. Sunt autem Pallas, Pex, Concordia, Vesta, Venus, Ovid.

Læta videt lites Appiadasq; Deas,

Appion, ἀππίων, Græcus scriptor fuit mira facundia, qui res gestas Alexandri M. scripsit. Fuit & alius hoc nomine Grammaticus, quem Cymbalum mundi appellare solitus est Tiberius Imperator. Floruit temporibus Dionysij Halicarnassæi, & Josephi, qui indoctum, importunum & calumniatorem eum fuisse scribit.

Appius Claudius, cæcus orator Romanus, cujus in Tusculanis & in Bruto Cicero meminit.

Appulus, nomen pastoris conviciatoris maledici, qui rectè in oleastrum mutatus fingitur. Quia eadem est acerbitas in oleastri fructu quæ in petulanti lingua. Meminit Ovid. Appuli lib. 14. Metam.

Apries, ἀπρίης, Psamnis Ægypti regis filius & in regno successor, quem Ægyptij deficientes ab ipso ad Ama-

sim strangularunt, & in ternis monumentis sepe runt. Vide Herodot. lib.

Aprutium, aliàs Samnium, gio populosa Italiæ inte puliam & Picenam.

Apsorus, ἄψορος, Ptolem. u Ponti Cappadociæ.

Apsus, ἄψος, Macedoniæ vius est, Lucan. lib. 5.

Tellus quam volucer Genu quam mollior apsus.

Circumeunt ripis, &c.

Apuani, vulgò Genevesi, gutes sunt. Livio libr. teste.

Apulia, æ, primam comm nem, secundam longam bet, ἀπουλία, regio Ita mari Hadriatico finitima Vide Plin. libr. 3. Martial apophoret.

Velleribus primis Apul Parma secundis.

Apulus & Appulus, penult. Einer aus Apulia. Lu lib. 5.

Apulus Hadriacas exit Ga ganus in undas.

Horat. in epo. siticulosa vocat Apuliam, ob veh mentem solis calorem.

POETICE.

Arida Dauni arva.

Messapia arva.

Appula terra.

Appula regna subacta H spana manu.

Aquæ augustæ, ὕδατα αὐγουστ urb

rbs Aquitaniæ in Gallia, 'tol.

uæ calidæ, ὕδατα θερμὰ, rbs inſulæ Britanniæ, Ptol. Eſt & urbs ejuſdem nomi is Ptolomæo, Vicus Aqua- ius alius dictus.

ıæ mortuæ, vulgo Aigues nortes, oppidum Galliæ Narbonenſis, Plin.

ıæ Sextiæ,, ὕδατα σέξτια, alyum, urbs Galliæ Nar bonenſis, nûnc Aquenſis di- cta Strab.

uila, Brutiorum urbs, quam Longobardi ex Furconij an- tiquiſſimi oppidi ruinis ex- truxerunt, Volat.

uileia, vide ſuprà **Aglar in Friaul.**

uilo, ventus ſeptentriona- lis, idemq; ſiccus, quo flan- te nubes & imbres diſſipa- ri ſolent. Vide plura inferi- us in dictione Boreas.

uinum, pen. long. ἀκȣῖνον, vulgò Acquino, oppidum Latinorum, Cic. Philip. 2. Honterus.

Mox Caieta jacet, Sinueſſa-
que Tybur, Aquinum.
Ardeaq;, & rerum quondā
pulcerrima Roma.

uisgranum, vide ſuprà **Ache.**

uitania, ἀκȣιτανία, vulgò Gruenne vel Gaſcongne, tertis pars Galliæ, aliâs A- remorica dicta, ad fluvium Garumnam, cujus homi-

nes à cæteris Gallis diffe- runt, non tantùm lingua, verùm etiam ſtatutis ac for- mis corporum. Vide Pli- nium lib. 4. Hodiè Caſco- via dicitur. Hinc *A*quita- nus, a, um, adject. Unde A- quitani populi, ἀκκιτανοὶ, Tibull. lib. 1.

Hunc fore, Aquitanas poſſet
qui vincere gentes.

Et Aquitanicus, ut Aquita- nicæ gentes, apud Plin.

*A*quula, Hetruriæ oppidum, unde Aquulenſes & Aquen- ſes, Plin. & Ptol. dicti.

Ara, eſt ſignum cœleſte & proptérea inter aſtra rela- ta, quòd in ea confœdera- tio Deorum contra Gigan- tes facta fuerit. Eſt etiam inſula Arabiæ adjacens; præterea etiam regia urbs Arabiæ.

Arabarches, æ, ἀραβάρχης præ- fectus exigendo vectigali de pecuarijs, quæ ex Ara- bia in Ægyptum devehe- bantur. Ita Cicero lib. 2. epiſt. ad Attic. epiſtola. 17. Antonium vocat Arabar- chen, quaſi Ægyptium pu- blicanum. Ingentia enim ab Ægyptijs vectigalia exi- gebat, quæ poſtea, Plutar- cho teſte, prodigebat. Ju- venal.

Neſcio quod titulos Ægy-
ptius, aut Arabarches.

Arabes, & Arabia vide ſuprà.

Araber/Arabien.

Arabs, vel Arabus, ἄραβος, filius fuit Apollinis ex Babylone, medicinæ artis inventor teste Plin. 7.

Arachne, ἀράχνη, prim. brev. puella Lydia fuit. Idmonis filia, lanificij peritissima, quæ ut Poëtæ fingunt, à Pallade in Araneam mutata est. Cum enim lanificio certare cum Pallade sive Minerva ausa esset, & Pallas fere victa, indignata radio percussit Arachnem, & in tantum animi dolorem compulit, ut ipsa, se strangulaverit, cujus tamen miserta Pallas, in araneam commutavit. Præbuit autem procul dubio huic figmento occasionem aranearum in texendo artificium. Illæ enim hac in arte hominum imitari solertiam videntur. Hinc consentaneum est fictum esse à Poëtis inter Palladem, (cui ut sapientissimæ Deæ ingeniosum & maximè admirabile texendi artificium tribuerunt) & Arachnem, hoc est, inter industriam humanam & araneam ipsam certamen de artificij istius laude exortum esse: Ubi Arachnem licet texendi arte insignem, Pallas tamen vicerit. Hominis enim solertia in texendo araneam longè superat. Monemur hinc, consilia senum non aspernanda. Deinde, ne quis quantumvis excellens vel ingenium vel artem suam arroganter jactet, neve adversus Deum contendat. Vide Plin. Ovid. 6. Metam.

POETICE.

Lyda puella.
Mœonia virgo.

Arachne:

Solers, Docta, Animosa, Operosa, Perfida, Idmonis, Lyda, Mæonia, Ausa contendere cum Minerva studio. Ratio percussa Minervæ, Quæ victa laqueo ligavit guttur. Cujus fronte ter quater percussit Pallas Æmula Minervæ infelix Cui Idmon Colophonius pater.

Hinc Arachneus, ἀράχνειος, a, um, possess. Æg. Mas.
Si quid Arachnæo mirari
in ordine docta.

Arachosia, ἀραχωσία vel Aracosia, abjectâ aspiratione, urbs est non longè à Massagetis, à Semiramide extructa.

Arachtus, ἄραχθος, Strab. unus è quatuor nobilissimis Epiri fluviis.

Aracynthus, ἀράκυνθος, nomen montis in diversis regionibus, ut videtur, siti eodem semper nomine, nimirum in Attica, Bœotia, Arcadia & Acarnania. Virgil. 2. eclog.

Amphi-

Amphion Dircæus in Actæo-
Aracynthe.

Ibi observandum, O, in
ctæo non pati, συναλοιφὴν
ec versum esse spondai
um.
Iuca, ἀράδουκα, Ptolem. Hi-
aniæ urbs.
dus, ἄραδος, pen. corrept.
rbs Tripoleos Phœnicæ
ripolis enim dicuntur
Tyrus, Sydon & Aradus. An-
aradus, Arado opposita est
lin. Strab.
, ἄραι, dicuntur saxa in-
er Africam & Sardiniam in
aedio mari eminentia. Vir-
il. 1. Æn.
res notus abreptas in saxa
atentia torquet.
axa vocant Itali, medijs
quæ in fluctibus aras.
thyrea, ἀραιθυρέα, urbs a-
hœoa in Peloponneso, cu-
is Homerus libr. 2. Iliad
neminit.
: Flaviæ, vide suprà, Nord-
ingen.
gus, ἄραγος, Molossorum
luvius cujus meminit Stra
b. 11.
mæi, lingua Persica dicti
unt Scythæ. Plin.
r vel Araris, ἄραρ, est flu-
ius Galliæ Narbonensis
x eodem, quo Rhodanus
xiens monte. Videtur a-
deò lentè in Rhodanū deflue
e, ut difficulter judicari
queat, utram in partem de-
fluat, Die Sonn in Gallia.
Hodiè Sagona vocatur. Vi-
de Cæsarem lib. I. de bello
Gallico.

OETICE.

Fluenta Araris.

Araris:

Segnis, Lentus, Tardus, Pi-
ger. Ferax, Gallus, Lon-
ginquus, Cœruleus, Mitis,
Serpens per rura, Tardè
fluens. Cœruleo gurgite.
Augens liquidas Rhodani
aquas. Tacitè peragens le-
ne iter. Adaugens magnas
Rhodani aquas. Qui tardis
flexibus ambit tot egregias
urbes, & recessus nemorum,
Qui Rhodano amni con-
funditur.

Ararus, ἄραρος, pen. brev. fluvi-
us est Scytharum, de quo
Herodot. lib. histor. 4.

Arathor, poeta Christianus Ju-
stiniani tempore, qui versi-
bus reddibit Acta Aposto-
lorum, subdiaconus Eccle-
siæ Romanæ.

Aratores, populi sunt Scythiæ,
habitantes in ea Æmi mon-
tis parte, ubi Polydori tu-
mulus ostenditur, de quibus
videatur Solinus.

Aratus, ἄρατος, Poëta Solen-
sis, Philosophus, Astrono-
mus & medicus doctissimus
Menecratis discipulus fuit,
cujus unum adhuc extat o-
pusculum, φαινόμενα, id est,
apparentia, inscriptum,
quòd

quòd in eo agat de ſtellis apparentibus, earum motu, ortu, occaſu, ſitu & numero inſigniorum ſiderum. Redditum eſt Latinè à Cicerone adhuc adoleſcente. Ovid, lib. 1. amorum.

Cum Sole & Luna ſemper
Aratus erit.

In precio fuit apud Antigonum Macedonem. Vide plura Solæ.

Aratus etiam alius Sycionius fuit princeps optimus & potens admodum, tyrannis maximè infenſus, de quo Livius lib. 69. & Cicer. lib. 3. offic.

Araurius, ἀράυρι@, Ptol. Straboni Rauraris. Galliæ fluvius eſt.

Arauſio, vulgo Aurange hodie Arauſienſis civitas, dicta principatus nobiliſſimus, qui nunc ditionis eſt Anaxonenſium principum. Vide de hac plura apud Vadian.

Araxes, is, ἀράξης, fluvius Armeniæ per Perſiæ campos multorum aquas torrentiū in Medum evolvene. Vide Quint. Curtium lib. 5. de reb. Alex. Super hunc Alexander M. & Auguſtus Cæſar pontes ſtruxerunt. Dicitur etiam arcam Noæ poſt diluvium ibi reſediſſe. Virgil. in fine 8. Æneid.

Pontem indignatus Araxes.

POETICE.

Araxes:

Gelidus, Medus, Ferus, [...]gus, Niveus, Fluitans, [...]pacatus, Scythicus, rapi[...] Barbarus, Armenius, Ex[...]tans, Altèruens. Quem [...]guſtus edomuit.

Arba, ἄρβα, Plin. libr. 4. c[...] 21. Inſula & urbs eſt Illy[...]ci.

Arbij, ἄρβιοι ἢ ἀρβῖται, In[...] ſunt populi & Arbis In[...] fluvius, Plin. & Strab. [...]tor.

Arca, Syriæ Cæles, urbs an[...]quum adhuc inter barba[...] nomen ſervans: Joſepho antiquitatum teſte.

Arcades, ἀρκαδές, gens ſu[...] vetuſtiſſima, quamobre[...] ante Solem & Lunam nata[...] eam Poetæ fabulantur. [...] Ovid. 1. Metam. Virgil. [...]clog. 2.

Ambo florentes ætatib[...]
Arcades ambo.

q. d. adeò periti erant ca[...]tandi, ac ſi ex Arcadia fu[...]ſent. Arcades enim opti[...] fuerunt Muſici & Græ[...] Polybio teſte. Muſices [...]jam inventionem Arcadib[...] tribuerunt.

POETICE.

Proles ignara Lycaoniæ p[...]rentis.

Arcades.

Veteres, Antiqui, Proſel[...]ni, Glandivagi, Magni, F[...]

tis armis. Aſtris lunaque riores. Soli cantare peti. Qui terras habitaſſe eruntur ante genitum Iovem.

adicus & Arcadius adject. t Arcadici mores. Et Aradicum vel Arcadium germen, ἀρκάδιον βλάστημα, proverbialiter dici conſuevit e grandibus & ignavis, groß vnnd faul. Ob ingenii enim ſtuporem Arcades antiquitus malè audierunt.

adia, ἀρκαδία, parraſia & elaſgia olim dicta regio & mbilicus Peloponneſi, & ars Achajæ, à mari remota filio Iovis Arcade ſic appellata, in qua plerique homines fuerunt aut paſtores, ut venatores, aut milites. Cum autem hæc tria hominum genera pletumque aliorum commodis magis, uam ſuis ſerviant, ſicut & e apibus dicitur:

vos non vobis mellificatis apes.

Et de Ovibus:

c vos non vobis vellera fertis oves.

Græcorum proverbio, ἀρκάδας μιμούμενοι, vel Arcadum more laborare dicuntur, ij, qui alijs non ſibi laborant. Ita ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς idest, Arcadiam me poſtulas, proverbialiter diciiur

in magna vel in utila pententem.

POETICE.

Tellus Etymanthidos urſæ.
Mænalis ora.
Lycæa arva.
Arcadia juga.
Parthaſius lar.
Gelidi montes.

Arcadia:

Tellus proxima ſideribus.
Terra credita prior luna.

Arcas, cadis,, ἄρκας, Iovis & Caliſthonis filius à quo Arcades denomiuati ſunt,

Arceſilas ἀρκεσίλας, vel Arceſilaus ἀρκεσίλαος, Pytaneus Phyloſophus novæ Academiæ autor, ingenio ſummo, Crantoris auditor. Athenis omnia incerta eſſe docuit, cui immoderatus vini uſus cauſa mortis fuit. De hoc Perſius:

Non ego curo
Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſiq; Solones.

Arceſius, ἀρκέσιος, filius Iovis pater Laertis fuit, ut Ulyſſes teſtatur apud Ovid. contra Aiacem loquens.

Nam mihi Laertes pater eſt Arceſius illi.
Iupiter huic, ſc. Arceſio.

Archander, ἄρχανδρος, Danai i ſocer fuit, Herod. lib. 2. teſte.

Archedicus, ἀρχέδικος, Poeta Comicus, cujus Athenæus meminit.

Archelaus; penul. long. ἀρχέλαος, Philosophus fuit Atheniensis seu Milesius, Anaxagoræ discipulus & Socratis præceptor quemadmodum Cicero scripsit in Tuscul. Physici cognomen habuit, quòd Philosophiam Physicam primus Athenas invexisset. Archelaus alius etiam Herodis Magni filius, ut regni successor fuit in Iudæa, qui ob sævissimam, quam exercuit, tyrannidem decimo regni anno Viennam Galliæ ab Augusto relegatus est. Archelaus item alius rex Macedoniæ fuit, de quo Cicero lib. 5. Tusc. Archelaus denique alius Geographus fuit, qui terram omnem ab Alexandro M. peregratam descripsit.

Archemolus, ἀρχέμολος, pen. bre. filius Rhæi Marrubiorum regis in Italia, de quo Virgil.

Et Rheti de gente vetusta
Archemolum thalamos ausum incestare novercæ.

Ubi legendum videtur Amhemolus, ut apud Virgil. 5. Æneid.

Archemorus, ἀρχέμορος alias Opheltes dictus, Lycurgi Nemeæ regis filius, à serpentis morsu infans adhuc extinctus dum nutrix sitientibus Achivis, cum ad expugnandas Thebas proficiscerentur, fontem L[…]giam ostendens in gram[…] depositum ipsum relinq[…]set, unde fons ille Arc[…]morus appellatus est, & hujus pueri memoriam [&] honorem ludi Nemei c[…]stituti sunt. Alius fuit A[r]chemorus ab Ovidio A[…]gores dictus, Amphio[nis] ex Niobe, ut quidam puta[nt] filius.

Archeptolemus ἀρχεπτόλεμ[ος] Iphiti filius, Hectoris Au[ri]ga fuit in Enipei à Diom[e]de interfecit locum sufi[…]ctus.

Archesilaus, Spartanorum r[ex] fuit, qui nunquam cubitu[m] fuisse nec ex lecto surr[e]xisse, nec prodijsse, nec al[…]oqui fecisse aliquid refe[r]tur, quin prius solennit[er] aliquid ex Homero lectit[a]ret. Cui & hoc additu[r] quòd, quoties à negotiis v[a]cuum tempus dabatur st[a]tim ad Homerum propera[…]verit, ad amasium suum ir[e] sese dictitans. Vide & Arce[si]filas.

Archias, ἀρχίας, Antiochenu[s] poeta Ciceroni inprimis fa[…]miliaris.

Archibius, ἀρχίβιος Alexandri[…]drinus Crammaticus Ro[…]mæ sub Traiano princip[e] docuit. Suid.

Archidamus, pen. bre. ἀρχίδαμος, Lacedæmoniorũ princeps, vir bello clarus, Teli[…]di[…]

dis filius fuit, qui maximis coqijs impressionem fecit in Atticam, eamque decem annis divexavit. Unde & ἀρχιδάμιος πόλεμος, id est, Archidamicum bellum de sævo, crudelique bello dicebatur, quo funditus omnia tollerentur.

Archigenes, ἀρχιγένης, medici ei nomen in quem sæpè Galenus invehitur Iuvenal.

Tunc corpore sano
Advocat Archigenē, &c.

Archiletum, locus in urbe erat prope palatium dictum ita ab Argo, quod is eò venerit, ibique sepultus sit. Virg.

Et lethum docet hospitis
Argi.

Erant autem ibi opificum tabernæ, & præsertim bibliopolarum, à quo Argiletanæ dicebantur. Martial.

Argiletanas, mavis habitare
tabernas.

Vide Argiletum.

Argilochus, ἀργίλοχος, pen. brev. poeta Græcus Iambici carminis inventor, de quo Horat in arte.

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Lycamben enim socerum, cum filiam sponsam sibi locare recusasset, cum ipsa unà filia Iambis petulantibus & acerbis compulit. Floruit ætate Romuli. Natus autem est in Paro insula. Unde & Horat. Iambos ab ipso repertos Parios vocat, ubi inquit:

Parios ego primus Iambos
Ostendi Latio, &c.

Vide Quintil. lib. 10. Hinc Archilochius adject.

POETICE.

Archilochus:

Obscænus, Parius, Spartanus Celebris, Immortalis, Celeberrimus inter mortales, Phgnaci Iambi repertor.

Archimedes, ἀρχιμήδης, Syracusanus Philosophus, & Geometra præclarissimus, nusquem non intentus figuris Geometricis, qui etiam primus sphæram invenit ut ait Cicero. Sed secundum alios Anamandro hoc inventum tribuitur. Dicitur præterea vitream habuisse sphœram, in qua Sol & Luna in diversas delati plagas sponte cursuum perficiebant. De qua Claudianus ita.

Iuppiter, in parvo cum cerneret æthera vitro.
Risit, & ad superos talia dicta dedit.
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Iam meus infragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumq; fidem, legesq; Deorum.

Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiriritus astris.
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer annum,
Et simulata novo Cynthia mense redit.
Iamq; suum volvens audax industria mundum,
Gaudet, & humana sidera mente regit.

Occisus est per ignorantiam à Romano quodam milite lineis Geometricis intentus, cùm tamen hunc Marcellus captis Syracusis servari mandasset. Vide de eo Plin lib 7. cap.37. & Livi. lib.4. decad. 3. in oppugnatione Syracusorum, ubi honorificam ejus mentionem facit.

POETICE.

Sicanius poli magister,
Syracusius senex.

Archimedes:

Præclarus, Excellens, Acutus Ingeniosus, Qui Syracusiæ urbis honor fuit. Quo nemo doctius descripsit radio orbem. Qui nimis intento pectore formas meditatus saucius cecidit militis ignari ense. Qui Solis circuitus, lunæ vices, astrorumq; cursum exhibuit videnda parvo in vitro. Cujus arte fecta machina præbuit labentia in tenui vitro. Cujus machina fuit imitata stellas & cœlum.

Archita: Ἀρχίτας, vel, ut quidam scribunt, Ἀρχύτας, Philosophus fuit Tarentinus professionis Pythagoricæ, astrologus & Geometra, qui Platonem cum à Dionysio tyranno necandus esset, per epistolam eripuit. Meminit eius Cicero lib. 3. de Oratore. Vitam eius descripsit Diogenes Laertius. Perijt naufragio, sicut ipse locum indicat apud Horat. lib. 1. Carm. od 28.

Me quoq; devexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.

Vide Gellium lib. 10. cap. 12. Ubi ligneæ columbæ meminit, quo pacto volatilem fecerit. Vocantur autem ejusdem opera Græcè αὐτόματα, id est, quæ sua sponte moventur. Excogitavit & crepitaculi genus æreum, quod lusitantibus pueris daretur, ne quid interim ex vasis domesticis contingerent. Unde Architæ crepitaculum Ἀρχύτου πλαταγὴ proverbio dicebatur in ominem supra modum garrulū.

POE-

POETICE.

Architas:

Insignis, Clarus, Qui Tarentinam fecit columbam, quæ lignea vivæ avis more volavit. Quo magistro igneus ales sursum iter fecit. Qui maris & terræ, arenæq; numero carentis mensor.

rcinna, ἄρκιννα, Ptolem. in Dacia est oppidum.

ctax, Strab. Propontidis mons est.

cti, vide arctos.

ctophilax, ἀρκτοφύλαξ, pen. bre. cauda vel custos ursæ, sideris instar bubulci plaustrum sequens, id est, septẽtriones Alias Bootes & Arcturus dicitur, der Fuhrmann. Cicer de Nat.

Arctophylax vulgo, qui dicitur esse Bootes.

POETICE.

Arctophylax:

Tardus, Piger, Tristis, Rigens, Glacialis, Frigidus, Custos Erymanthidos ursæ, Portitor hyperboreæ ursæ, Tardus plaustri sui custos, Sævis frigoribus rigens Premens arva. Habens formam terga sequentis.

ctos, ἄρκτος, Latinè ursa, quæ aliter polus arcticus dicitur, & quod in plaustri modum vertatur, septentrio, der Wagen. Sunt autem duæ Arcti, Major, quæ & Helice, der grosse Wagen / & minor, quæ & Cynosura, id est, canis cauda dicitur. Illam Græciæ populi observare soliti, hãc Sydonij aspicientes assiduè navigant.

Magna minorq; feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sydonias, utraq; sicca rates.

Poetæ fabulantur, Calysto filiam Lycaonis regis Arcadiæ, quòd à Iove fuisset compressa in ursæ effigiem à Iunone commutatam, ac demum ab ipso eodem Iove in odium Iunonis sublatam in cœlum, & cum Arcade filio inter sidera relatam. Hinc est Arcticus, ἀρκτικὸς, septentrionalis, ut, Polus Arcticus cui oppositus est meridionalis Antarcticus, Et Arctous septentrionalis, ut Orbis Arctous, cœlum Arctoum.

POETICE.

Lenta plaustra pigri Booti.

Arctos:

Ætherea Pruinosa, Algens, Sythica, Sicca, Boristhenea, Hyberna, Austrina, Frigens, Ventosa, Fremens, Lycaonia, Glacialis. Strimonia. Parrasis, Gelida. Opaca, Mœnalia, Arcadica, Sinuosis flexibus, Æquoris expers, immunis, Liquidi ponti immunis, Invicta

Aquilonibus, Quæ Tyro utitur,

Arcturus, ἀρκτοῦρος, stella est post caudam majoris ursæ, in Bootæ signo posita, unde arcturus dicta est, q. ἄρκτου οὐρά, Virg. I. Georg. Ortus autem & occasus hujus stellæ tempestates ciet.

Ardea, ἀρδέα, oppidum Latij dictum quasi ardua â situ, teste Servio in Virgil. illud. 7. Æneid.

Locus Ardea quondam
Dictus avis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.

Quod autem Ardea oppidum in sui nominis autem mutatum scribitur, id ex allusione nominis est confictum. Æquivocum est enim Ardeæ nomen, utrumq; significans, & oppidum & auem. Hinc Ardeates ἀρδεᾶται, oppidi istius incolæ, per. long.

Ardiscus Scythiæ fluvius est.

Arduenna, æ, vulgò Ardene totius Galliæ maxima sylva, teste Cesare, **Der Wald und Gebirge von Lützelburg biß an Flandern** Hodie Eyflia dicitur. **Das Land Eyffel.**

Ardys, ἄρδυς, Gygis Lydorum regis filius & in regno successor. Herodot. lib. I.

Arelate, vide suprà, **Arles/**

Arena, ἀρήνη, Triphiliæ & Messeniæ in Peloponneso urbs est.

Areopagites, æ, ἀρεοπαγίτης vel Areopagita, Areopagitæ, Senatores erant Athenis & judices causarum capitalium seuerissimi in Areopago, id est, vico Martis templo vicino. Instituti fuerunt, à Solone. Scribitur de illis, quod ea fuerint integritate, ut sine omni προσωποληψία judicârint, neque vilis passi sint muneribus se corrumpi. Unde & noctu non interdiu judicârint: quò non dicentes, sed qui dicerentur. obseruarent. Hinc Areopagi vocem ad senatum Romanum transtulit Cicero libro I. epistol. ad Atticum Romanæ res sic se habent Senatu, ἄρειος πάγος; nihil constantius, nihil severius, nihil fortius. Dicuntur & proverbio Areopagitæ, tristes, severi, & judices planè incorrupti. Proverbialis item locutio est: Areopagita taciturnior, de eo, qui Arcanum commissum optimè conticet.

Areopagus. ἀρειόπαγος, locus in quo Areopagitæ judicabant, q. Martis vicus vel pagus Videatur Valla in Antonium Raudens. fol. 650. Gell. lib. 12. cap. 7. Et de causa nominis Polydorus Virgil. lib. 2. capitulo 2.

POE-

POETICE.

Areopagus:

Mavortis arx. Sacrum Ma-
ortis arvum.

ta, ἀρέτη brev. pen, Aristip-
i Philosophi filia, quæ in
cola parenti successit: Sum-
num bonum in voluptate
osuit.

te, æ, penult. corr. ἀρέτη,
Phœacum regis, Alcinoi u-
tor, Nausicaæ mater, à qua
llysses naufragus humani
er & honorificè susceptus,
est. Vide Homeri Odys-
eam.

thusa, ἀρέθουσα, virgo ve-
natrix Dianæ comes, Alphæi
mica Virgil.

tandem positis velox A-
rethusa sagittis.

Arethusa etiam nomen est
fontis in Sicilia amplissimi
& poetarum carminibus ce-
lebratissimi, ad cujus os i-
pse Alphæus q. voluptate
gestiens & exultans è flucti-
bus maris emergit, tanto
impetu, ut cymbis adiri vix
queat, Meminit Cicero in
Verrinis vide & Alphæus,
Virgil. eclog. 10. Arethu-
sam pro Musa sive nym-
pha Sicola posuit. Est item
Arethusa nomen trium ur-
bium in Græcia, Eubæa, &
Syria, Ab Arethusa fit, Are-
thusæus: ut Claud.

Quas Arethusæi latices,
quas advena nutrit
Alphæus.

Et Arethusis, idis, ut, Syra-
cusæ Arethusides, apud O-
vid. lib. 4. Fastor.

POETICE.

Arethusa fons:

Sacra, Frigida, Pisea, Arca-
dica, Trinacria, Efferens
caput Eleis undis. Vomens,
totidem fluctus, totidemq;
resorbens.

Aretium, ἀρήτιον, oppidum
Thusciæ ducentorum stadi-
orum intervallo distans à
Roma, vulgò Arezo ab Ita-
lis dictum, Arres. Fuit au-
tem oppidum illud vasis fi-
ctilibus celebre, Hinc Ar
retinus possess.

Aretus, Nestoris & Eurydices
filius, Bocat-

Argeus, ἀργεῖος, filius fuit
Pelopis & Alectoris pater.
Alius fuit Licymnij, qui ab
Hercule abductus ui morbi
peregrè perijt, cujus cineres
crematos Hercules retulit,
ut jusjurandum, quod dede-
rat, se illum reducturum,
servaret, Atq; hunc primum
fuisse scribunt qui crema-
tus sit, & ab eo deinde mo-
rem servatum. Est etiam e-
jusdem nominis Cappado-
ciæ, mons arduus, & per-
petuis pruinis rigens, cui
Mazata civitas Cappado-
cum metropolis subjacet.

Arganthonius, ἀργανθώνιος, rex
Hispaniæ fuit, cujus Plinius
meminit & Silius lib. 3. Itē
Mantuan.

Argentoratum, vide Straß-burg/ſuperiùs.

Argeſtes, aliàs Caurus, venti occidentalis nomen, de quo in 1. parte Weſtwind.

Argi, qui etiam Argolici & Argivi Græciæ ſunt populi, Ovid. Abantæos ab Abante rege appellat lib.15. Statius Inachios vocat ab Inacho itidem rege. Laboraſſe autem ſcribunt. Argivos furicitatis infamia. Unde & in proverbium abijt: ἀργέοι φῶρες id eſt, Argivi fures, de palam improbis.

Argia, i, longa, ἀργεια, filia fuit Adraſti & conjunx Polynicis, cui Theſſandrum peperit. Hæc cum funus viri ſui in bello cæſi, contra Creontis edictum curaret, cum Antigona Polynicis ſorore capta & occiſa eſt, in cujus ultionem Theſeus poſtea Creontem regem interemit. Vide ſupra Antigona & Adraſtus.

Argiletum, Romæ locus erat, juxta palatium, ubi Argus dux Argivorum ſepultus eſt unde & nomen accepit. Alii ab Argilta dictum aurumant. Virgil. 8. Æneid. Multæ ibi erant tabernæ. Unde & Martial.

Argiletanas mavis habitare tabernas.

Argippæi ἀργιππαῖοι, Herodot lib. 2. hiſtoriarum populi ultra Saurbmata.

Arginuſſæ, inſulæ ſunt parvæ non procul à Lesbo & Mitylena,

Agirippa, vel Agyrippa, Ἀργύριππα, urbs Apuliæ extructa à Dimede. Vide Stephan. Meminit & Virgil lib. 10.

POETICE.

Maxima mœnia, Argirippe Agirippa:

Diomedis urbs.

Argiſſa, ἄργισσα, aliàs Argura urbs Theſſaliæ Pineo vicina, à Lariſſæ filiis extructa.

Argo, fœmin. gen. Ἀργώ, navis Iaſonis omnium prima quo Theſſali heroes Colchos profecti ſunt, ad rapiandum aureum vellus, dicta vel à velocitate: Græcis enim Ἀργὸς, idem eſt, quod velox, vel ab Argo architecto, vel ab Argivis, id eſt, Græcas, qui in ea vecti ſunt. Conſtructa autem eſt arboribus Dodonæ ſylvæ, quibus olim reddebantur oracula. Unde & Poetæ fingunt. Minervæ beneficio, quam inventricem eius eſſe ferunt, vocalem & loquaculam ipſam fuiſſe.

POETICE.

Argoa ratis.

Puppis temeraria Minervæ:

Ratio heroum.

Puppis, depictaq; terga Iaſoniæ carinæ.

Æmo-

æmonia puppis.
Pelias arbor.
Pegasæa carina.

Argo:

Ardua, Argiva, Nobilis, Audax, Iasonia, Argolica, Æmonis, Pagaseia, Argoa, Peliaca, Celebris, Improba, Rudis, Pagalæa, Tritonis, Peleas, Magnesis, Thessala, Palladia, Ausa prima currere per undosum salum. Passa mille pericula ponti & terræ, ubi poposcit aurea vellera patriæ ovis.

Argolis, sive Argia, regio est in Peloponeso.

Argonautæ, fuerunt heroes præstantes, & delecti, qui in Argo navi Colchos profecti sunt, ad rapiendum aureum vellus. De numero eorum autores variant. Vide de his Ovid. 7. metam.

POETICE.

Iasoni heroes.
Semidei reges.
Iuvenis Pelasgi.
Turba, Corpora Graja.

Argonautæ:

Graij, Audaces, Argolici, Æmonij, Iasonij. Inflati laude rerum gerendarum. Conati avellere vel auferre auricomam pellem. Qui pulsarunt fluctivagum Nerea celeri pinu. Multa perpessi sub Blaro Iasone, Quos pelonga per æquora ad gelidi Pyasidos aquas.

Argus eos & in plur. num. Argi, orum, ἄργος τὸ, vetus & nobilis urbs Achajæ, alendis & educandis equis apta. Unde & Hippium etiã dicta. Hinc Argivus, Argous, & Argolicus Virg. lib. 2.

Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat. &c.

POETICE.

Argo:

Nobile, Supberbum, Hippium, Aptum equis. Fuit & hoc nomine Thessaliæ urbs, & alia non procul ab Athenis & Mycenis.

Argulus, filius fuit Amyclatis, quem primum apud Acheos quadrigam junxisse dicunt, cùm alij Arogilo illud asscribant.

Argus, ἄργος, filius Aristoris fuit, quem Poetæ dicunt pastorem fuisse centoculum, adhibitum à Iunone ad servandam Io filiam Inachi quam Iuppiter in vaccam commutaverat, interfectũq; denique à Mercurio, Iovis jussu, eiusque oculos Pavonis caudæ à junone inditos. Hæc verò Argi fabula, si ad mores referatur, docet neminem adeò oculatum, h.e. sapientem & prudentem esse, cui à Mercurio, id est, ab homine versuto & eloquente imponi nequeat. Mercurius enim eloquen-

tiæ olim & versutiæ Deus habebatur Sin verò ad Physiologiam figmentum referatur, hunc in modum explicari poterit, ut per Argum intelligatur cœlū stellarum, cui oculorum cœlestium species quædam inesse videtur. Per Mercurium Sol. Nam & Mercurius cùm lateat ferè sub Solis radijs, interdum pro ipso Sole ponitur. Sole autem oriente stellæ, per quas Argi lumina intelliguntur, evanescunt & quasi extinguuntur. Vide Ovid. 1. Metam. & lib. 3. amor Virgil lib. 7. Et Clau. Vide & Lucian. in dialo. Deorum III. Ubi inquit πολυόμματε ἄργε. Iovianū & Pontanum.

POETICE.

Argus:

Stellatus, Aristorides Centoculus, Virg. Vigilans Custos virginis, Centum oculis, Luminibus centum præditus. Gelidos servant liquores custos Iunonis. Cui lumina fuêre centum. Quē fama refert cinctum centeno lumine Cui cinctum caput centum lumiuibus. Qui fronte oculos centum, cervice centum gerebat. Cujus oculus centum unus sæpè amor fefellit. Qui custos vigilanti lumine servavit Inachidem.

Argyundes, Ætoliæ fluvius.

Aria, Romana fuit mulier (quamvis alij paraviana faciant) quæ damnato Pæto marito fodit corpus gladio quem vulnere educens ipsi Pœto quærenti dedit, ut idem faceret. Martial. lib. 1.

Casta suo gladium cum traderet Aria Pæto.
Quam de visceribus traxerat ipsa suis.

Ariadne, vel es æ, ἀριάδνη, filia Minois regis Cretæ, cujus beneficio & industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus, à Minotauro devorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, occiso tamen prius Minotauro. qui tamen immemor beneficij & perjurus eam postea reliquit, ut Iason Medeam Hanc postea Bachus in uxorem duit, ejusq; coronam novam stellis ornatam, quā à Venere acceperat, astris intulit, ut Aratus finxit.

POETICE,

Gnosia. Minois.
Virgo Minoia.
Cressa puella.
Gnosis facta Dea crimine Theseio.
Gnosios Bachi uxor.
Gnosias quam Bachus amavit.
Conjunx Bachi, quæ redimita corona præradiat signa minora stellis suis.

Ariadne

Ariadna:

Pulcra, Cressa, Lucida, Siderea, Gnosia, Gnosias, Minoia, Gnosis, Minois, Erransi ignotis arenis. Relicta deserto in littore, Quæ sola flevit ad Deos ultores. Quæ redimita jam tempore Pampinea corona iuvehitur Tygribus candidi Bachi. Quæ dedit fila regenda ingrato qiro. Clara perenni sidere. Quæ anrea nunc micat per novem stellas. Quæ iter Dedaleum tecit lino duce. Tura corona sidereæ comæ. Quæ flevit perjuria Theseæ linguæ

Hinc Ariadnæus, ut subli me sidus Ariadneæ, coronæ, & Ovid. 5. Fastor.

achus amat flores Bacho placuisse coronam
Ex Ariadnæo sidere posse putes.

riamnes, Tortel. urbs est insignis Armeniæ.

riaphites, rex fuit Scytharũ, Tortel.

riathis, proprium viri, Tortel.

riarhathes, ἀριαράθης rex fuit Cappadociæ, sub quo Cappadoces primùm societatẽ populi Romani petierunt, cujus posteà stirpe deficiente, rex constitutus est Ariobarzanes, qui à Mithridate sæpe quidem pulsus, sed Romanorum tamen armis est restitutus. Meminit. Volateran.

Aricandos, Lyciæ amnis à quo Aricanda urbs ibidem appelata est.

Aricia, ἀρικία, oppidum quondam hodiè castellum à Roma ad decimum lapidem distans Lucan, lib. 6.

Parva Mycenææ quantum sacrata Dianæ.
Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Hinc Aricinus, adject. Ut lacus Aricinus, Nemus Aricinum ἀρίκινον νέμος, quod juxta Ariciam urbem fuit. Unde etiam denominatum in quod Diana Hippolytum Æsculapij opera ab inferis revocatum abscondidit. Est præterea in hoc nemore Ægeriæ nymphæ fons, ubi numa hydromantiam exercens dicebat, sibi ab eadem nympha consilia dari.

Aricomisci, vel quod rectius Arecomici. Volicæ, sunt Gallie populi quorum meminit. Strab. lib. 4.

Arij ἄριοι, Herodot lib. 4. historiar. Populi sunt Asiæ, Schyticæ.

Arimaspus, Scythiæ est fluvius aureas arenas volvens. Ut de Lucan. lib 3.

Auroq; ligatas
Substringens Arimaspe comas &c.

Hinc Arimaspi, ἀριμασποὶ, eiusdem fluminis accolæ, monoculi (μόνωπες) ἄσπονδον πόλεμον gerentes cum gryphibus aurum & Smaragdum colligentibus. Vide Plin. lib. 7. cap. 2. & Mantuan.

Ariminum, ἀρίμινον, vulgò, Arimino, provincia & urbs in Flaminia, quæ initium bello civili dedit, Colonia Umbrorum Straboni; Lucanus lib. 1.

Vicinumq; minax invadit Ariminũ & ingens. &c.

Hinc Ariminensis, e, adject. apud Horat.

Arimphæi, ἀριμφαῖοι, populi sunt Asiæ Septentrionales prope Ripheos montes, iusti & placidis moribus, quibus nemora pro domibus baccæ pro alimentis sunt, & tàm fœminæ, quàm mares comam tondente Vid. Plin.

Arimus, Varrone teste, Misiæ: sive Mœoniæ rex fuit.

Ariobazanes, ἀριοβαρζάνης, rex Cappadociæ fuit, qui in bello Pharsaico à Pompeij partibus stetit. Is Pop. Rom. amicus fuit, & à Cicerone cum toto regno servatus. Vide Ciceron. lib. 9. epistol. ad Atticum. Meminit huius & Iustinus lib. 38.

Ariomachus, filius Darij fuit, Herodoto teste.

Arion. pen. prod. ἀρίων, Methymnæus seu Lesbius fuit Citharœdus & Poeta Lyricus, qui cùm Tarento Corinthum peteret ac videret, propter opes, quas secum ferebat, à nautis sibi insidias strui, petijt ab iisdem, ut, cithara paululum canere liceret. Ad cuius sonum cum Illecti Delphines convenissent, excussit se supra unũ atque ita ad littus portatus imminens periculũ effugit. Alciat. lib. 3. Emblem. embl. 11.

Delphini insidens vada cœrula sulcat Arion.
Hocq; aures mulcet frenat & ora sono.

Videatur Gellius libro 16. cap. 10. Herodotus in Clio. Ovid. 2. Fastor. Solinus & Silius Italic. lib. 11. Pli. Hinc Arionius, ut Arionia lyra, apud Propert. lib. & Ovid. lib. 2. de arte & Arionius Delphin, apud Stroz. & Arionia fuga apud eundem.

POETICE.

Arion:

Doctus, Dulcis, Divinus, Vocalis, Methymnæus, Apollineus, Citharœdus, Cantu insignis. Qui mulsit tumidis in undis pandos Delphinas. Cuius carminibus resonarunt mõtes. Qui Delphin portavit dorso motus dulcedine cantus. Qui carmine movit rigidos Delphinas

phinas. Cujus voti piscis licet mutus favisse putatur. Cœruleo Delphine invectꝰ stupentibus undis, Qui tenuit pisces illectos dulcibus querelis. Qui sævi Cithara detinuisse quondam fertur cœruleos Delphinas. Qui traxit quondam Delphinas dum veheretur persummas pelagi aquas. Qui carmine tenuit currentes aquas, Est & arion nomen equi de quo Propert. lib. 2.

POETICE.

Arion:

Vocalis, Adrastæus, Fortis, Generosus, Victor, Tristis, ad Archemori funera.

sbe. ἀρίσβη, oppidum est in ræthæis littoribus. Lucan. lib. 3.

nimiū glebis exilis Arisbe.

stæus, ἀρισταῖος rex Arcadiæ fuit, filius verò Apollinis, & Cyneres filiæ Penei qui primus apum & mellis usū ostendit atque apes ex putrefacto cadavere bovis reparari docuit, Primus etiam peccorum & jumentorum pascua, & venationis rationem ivenisse dicitur. Unde Virgil lib. 1. & 4. Georg.

POETICE.

rcadius Magister,

Aristæus:

rocax, Arcadius, Cultor nemorium.

tagoras, ἀρισταγόρας, exercitus Darij contra Græcos fuit præfectus. Herodot.

Aristarchus, ἀρίσταρχος, Censor Grammaticus fuit Alexandrinus, Homeri interpretator, Olympiade, 156. sub Ptolemæo Philometore, castigati judicij homo, adeò, ut Homeri versus non dutaretur, quem ipse non probasset. Unde & quemvis censorem nimis accutum & lynceum, Aristarchum appellamus. Horatius in arte poetica.

Arguat ambiguè dictum mutanda notabat.

Fiat Aristantibus.

Cicer lib. 1. ad Attic. Ego varia meis orationibus, quarum tu Aristarchus es soleo pingere.

POETICE.

Aristarchus:

Arrogans, Tumidus, Acutus, Nimium sapiens, Obelis acutis armatas.

Aristeas, ἀρίστεας, Proconensius genere, versificator, Crœsi & Cyri temporibus floruit, Vide de eo Suid. Plutarch & Herodot.

Aristides, pen. prod. ἀριστείδης, administrator resp. Atheniensis, cum Themistocle fuit Catoni similis, ὅς οὐ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι ἐθέλεσε, id est, qui non videri, sed esse voluit optimus, quemadmodum Æschyli hunc ver-

verſum populus Athenienſis accommodavit, atq; adeò δικαίȣ, id eſt juſti cognomen ei tribuit. Hic cum Themiſtocle(diverſis enim fuit moribus) in adminiſtranda rtpub.diſſenſit. Unde etiam in exilium Themiſtocle autore & ſuaſore pulſus eſt. Tertio verò anno magna cum Pompa revocatus ac reſtitutus eſt, cùm Xerxes Atticam adoriri ſtatuiſſet. Interrogatus aliquandò, quomodò tantùm virrutis decus adeptus eſſet, reſpondit: Naturam valere plurimum, ſed ſe ſtudio sè naturam adjuviſſe. Uude quid in omni habitu comparando exercitatio, quæ Græcis ἄσκησις eſt, valeat, videre eſt.

POETICE.

Ariſtides:

Iuſtus, Optimus, Virtute clarus, Iuſtitiæ laude celebris. Pulſus ab urbe ſua Conſilio pariter & militia potens. Qui conſtanti pectore Themiſtoclis iram, atque odium tulit tela minante vulgo.

Ariſtides alter Sophiſta fuit Adrienæus, cujus extant orationes 56. Græcæ, Florentiæ editæ.

Ariſtides tertius pictor fuit Thebanus Apellis tempore qui omnium primꝰ animos pinxit, & ſenſus expreſſit item perturbtiones, Plin. lib. 35. cap. 10

Ariſtides præterca Mileſius fuit, Perſicarum & Italicarum rerum ſcriptor, cujus ſæpè mentionem facit Plutarchus in Parallelis.

Ariſtippus ἀρίστιππος Philoſophus fuit Cyrenæus Socratis auditor, autor ejus Philoſophiæ, quam poſtea Epicurus amplexus eſt. Dicitur de eo, quod conformare ſe ad rationem loci temporis, & perſonarum potuerit. Nominatus eſt à Diogene Laertio βασιλικὸς κύων, id eſt canis regius, quòd Dionyſio cui inprimis carus erat, ventris ſaginandi gratia, adularetur. Unde Horat.

Si pranderet olus patienter regibus uti.
Nollet Ariſtippus, &c.

Idem aliquandò naufragio ejectus in Rhodienſium littus, ubi aniadvertiſſet geometrica ſchemata deſcripta exclamaſſe ad comites ita dicitur: Benè ſperemus hominum veſtigia video. Autor eſt Vitruvius lib. Hinc Ariſtippæus, a, um Cic. de finibus. Illud Ariſtippæum.

POETICE.

Ariſtippus:

Socraticus, Græcus, Lacedemonius, Doctus, Naufragio ejectus.

Aristo, onis, pen. long. ἀρίστων pater fuit Platonis. Fuit & alius hoc nomine Philosophus, Zenonis auditor cujus meminit Plutarch. lib. de officio auditoris, & Cicer. lib. 4. Academ. quæst. & de nat. Deor. lib. 1. Hinc Aristonenus, a, um, penult. long. Ut in Aristonea, vitia & peccata incidere, Cicer. definibus.

Aristobulus, ἀριστόβουλος, penult. long. Iudæus: fuit ex Paneade interpretum 72. sub Ptolemæo unus secundum Euseb. Alter Aristobulus historicus fuit, rerum gestarum Alexandri Magni scriptor.

Aristocles, ἀριστοκλῆς, Philosophus fuit Messanensis Peripateticus, cujus extat de Philosophia liber.

Aristocles etiam Plato dictus est ex avi paterni nomine, postea verò Plato appellatus est ob latitudinem humerorum.

Aristoclides, ἀριστοκλείδης, Orchomeni Tyrannus Stymphalidem virginem ad amavit quæ interempto parente ubi ad Dianæ templum confugisset, eiusq; simulacrum amplexa teneret; ut vi avelli non posset, eodem in loco confossa est. Cujus interitus Arcadiam universam tanto commovet dolore, ut ad ulciscendam virginis necem, publicum bellum susciperent.

Aristodæmus, Nisæus, Menecratis filius fuit, de quo Strabo. Fuit & alius hoc nomine Magni Pompeij filiorum præceptor, cujus idem Strabo meminit.

Aristogenes, ἀριστογένης, Thasius medicus fuit. Alius etiam hoc nomine Gnidius item medicus fuit. Vide de utroque Suidam.

Aristogiton, ἀριστογείτων, orator fuit Atheniensis impudens. Unde & canis ipsi nomen Athenienses dedêre.

Aristolaus, ἀριστόλαος; pictor fuit discipulus Pansiæ Pl.

Aristomachus, ἀριστόμαχος, nomen viri, qui in accumulandis opibus totus fuit occupatus. Alius etiam hoc nomine fuit, qui de vini arte scripsit: Vide de utroque Plin.

Aristomenes, penult. brev. ἀριστομένης, Cognomine θυροποιὸς Comicus fuit Atheniensis, de quo Suid. Fuit & Aristomenes alius Missenius, qui stratagemate ac astu militari integras cohortes solus profligasse memoratur. Plin. 11. cap. 37.

Ariston, ἀρίστων sculptoris nomen, cujus Plinius meminit

Aristonicus ἀριστόνικος. Grammaticus fuit Alexandrinus Aristonicus Eunchus, Ptolem.

lem qui animo tamen Eunucho præſtantior dux belli egregius fuit, Suid.

Ariſtonides ἀριστονίδης, ſtatuarij nomen, de quo Plin.

Ariſthonides, pictor fuit, cujus idem *Plin* meminit.

Ariſtonymus ἀριστώνυμος, poeta Comicus ſub Philadelpho bibliothecæ regiæ poſt Appolonium præfuit Athenæus.

Ariſtopatra, ἀριστοπάτρα, Crateri cujuſdam qui ſub Aleandro militavit, mater. Strab.

Ariſtophanes, ἀριστοφάνης, Poeta Comicus Rhodus ſive Lydius genere, lege vero Athenienſis, ingenio ad omnia facili & promto, in carpendis hominum vitiis liberrimus & mordaciſſimus, κατ᾽ ἐξοχὴν, comœdiæ Poeta ab ipſo etiam magno Perſarum rege cognominatus. In eo ſunt omnia Atticæ linguæ ornamenta. Comedias ſcripſit 54. de quibus undecim adhuc extant. Socratis fuit æmulus. Filij ipſe tres fuêre item Comici. Horat. 1 Serm Satyr. 4.

Eupolis atq; Cratinus Ariſtophaneſq; poetæ.
Atque alij, quorum Comœdia virorum eſt.

POETICÆ.

Ariſtophanes:

Acutus, Doctus, Copioſus, Salſus, Prægrandis, Maledicus, Metru, Atticus. Metr æmula Socraticis habens.

Fuit & alius hujus nomini Beſantinus diſcipulus Calchimachi & Dionyſij. Hin Ariſtophanæus.

Ariſtophon, ἀριστοφῶν, picto fuit, de quo Plin.

Ariſtor, ἀρίστωρ, filius fuit Crotopi, & pater Argi Centoculi qui ab eo Ariſtoride vocatur, Ovid. 1. Metam.

Donec Ariſtoridæ ſervandi traditit argo.

Ariſtoteles, ἀριστοτέλης, prim pen., & antepenult. ſyllabi brevibus Platonis audito per annos 20. fuit. Alexandri Magni per 10. anno præceptor, princeps ac veluti Deus philoſophorum cujus orationem Ciceri comparat flumini vehent aurum, vir in omni humana ſapientiæ doctrinæq; genere incomparabilis. Scribun de eo Laertius, & Ælianu libro 4. de varia hiſtoria, quòd ubi à Platon præceptore vivo adhuc receſſiſſet, ludumq; proprium aperuiſſet, dicere is in eum ingratitudinem ej9 notans conſueverit; ἀριστοτέλης ἡ μᾶς ἀπελάκτησε καθαπερεὶ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα id eſt, Ariſtoteles in no recalcitravit non ſecus atque in matrem pulli geniti Philippus verò rex Macedonum

donum gratias immortales Dijs egisse fertur, quòd sibi natus esset filius Aristotelis ætate, sub quo doctrina & moribus proficere posset. Idem hic Philosophus reprehensus, quòd homini improbo stipē dedisset respondit: οὐ τῶν τρόπων, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων ἠλέησα, id est, non improbitatis, sed conditionis humanæ rationem habui. Vide de eo plura apud Suidam & Laërtium.

POETICE.

Aristoteles:

Doctus, Summus, Divinus, Peripateticus. Stagiræus, Anagnostes, Nervosus Aureum orationis flumen ab ore cultu fundens.

Hinc Aristotelicus, & Aristotelius adjectiva apud Ciceronem.

Aristoxenus, brev. pen. ἀριστόξενος, Tarentinus fuit Musicus, Philosophus & historicus, discipulus Xenopholi Pythagoræi, & postea Aristotelis, cujus meminit Cicero in Tuscul. Alius hoc nomine Cyrenæus, totus occupatus in hortorum cura fuit, de quod Suid.

Arius, ἄριος, fluvij nomen est Bactris propinqui, qui Alexandriam, ab Alexandro ibi constructam, præterfluit. Unde Ariani populi. Arius etiam populus est Scythiæ, de quo Lucan. lib. 3.

Hinc fortis Arius, &c.

Arius item hæretici nomen, qui asseruit, filium Dei non esse verè & natura Deum, nec esse coæternum, & ὁμοούσιον patri, sed habuisse principium, & ex nihilo conditum esse, contra quem Augustinus & alij scripserunt. Sed punitus est gravissimè. In cloaca enim alvum exonerare volens, unà cum stercoribus, intestina, jecur & splenem, atque adeò animā ipsam blasphemam effudit, atque ita cacando extinctus & mortuus domum inde deportatus fuit. Vide totam historiam apud Athanasiū in prima oratione contra Arianos.

POETICE.

Arius:

Impius, Infelix, Qui falso dogmate illaqueare studuit incautas mentes. Sanguine Eumenidum cretus, Teterrimus, autor pestiferæ hæresis.

Armalchar, fluvius est, aliàs Euphrates, Plin.

Armenia, ἀρμενία, pen. brev. אֲרָרַט Chald. קַרְדוּ Asiæ regio est, eaq; duplex, major & minor, inter Taurum & Caucasum montes sita, quæ à Cappadocia usq;, undecies centena millia ad mare Caspium patet, sed in latitudinem millia passuum se-

ptingenta porrigitur. Condita est autem ab Armenio Jasonis Thessali comite, unde & nomen sortita. Vide Justin. lib. 42. & Stephan.

POETICE.

Armenia:

Montosa, Horrenda, Horrida, Arcu fugaci horrenda. Hinc Armeniacus, & Armenius. Virg. eclog. 5.

Daphnis & Armenias curru subjungere tygros Instituit.

Et Armenij, populi sunt ejusdem regionis. Tibullus lib. 1.

Iactat odoratos vota per Armenios.

Vocat eos odoratos poeta ab odoriferis, quibus abundant, herbis & plantis.

Armoricæ, pro Aremoricæ Galliæ urbes. Cæsar.

Arnapes populi Italiæ, ab Arna Umbrorum. Plin.

Arne, ἄρνη, Plin. juxta sinum Maliacum urbs est. Scribunt & Arnem Æoli filiam fuisse, quæ in monedulam mutata sit, eò quod auri pulcritudine illecta hostib. patriam prodiderit, ne pro meritis supplicia penderet.

Arnoba, mons est Germaniæ, in qua Danubius oritur, der Baar/oder der Randen/mit sampt dem Gebirgin der Baar. Hic mons longè lateq; se extendit. Unde etiam adhuc alia sortitur nomina, videlicet, Ottenwaldt / Steigerwaldt / Westerwaldt / Speshart / vide Plin. Dicitur etiam hic mons Abnoba Ptolemæo. Arbon verò Cornelio Tacito.

Arnus, ἄρνος, Vulgo Arno, rapacissimus est Thusciæ fluvius, oriens ex Apennino & in Tyrrhenum mare delabens. Hinc Arnis, Arnidis, & Arnicola.

POETICE.

Flumen Arni.

Arnus.

Præceps, Rapidus, Frigidus, Gelidus, Lucidus, Nobilis, Vitreus, Resonans, Thuscus, Ethruscus, Rigans arva gelidis aquis. Fulmineis aquis ruens. Præceps ruens rapto ab aggere. Leniter fluens. Alluens Florentiam celeri aqua. Lavans arva cæruleis aquis. Est & Arnus fluvius Arabiæ, qui Meotidem ab Armotiade dividens in Asphaltidis lacum labitur.

Est item fluvius hoc nomine apud Vascanos.

Arogylus, proprium est viri quem primum apud Achæos quadrigam junxisse dicunt, cùm alij Argulo Amyclatis filio illud ascribant.

Aroma, penult. brev. ἄρωμα Plin. Cappadociæ urbs est.

rpandes, Ægypti pro Cambysæ præfectus fuit, à Dario postea interemptus. Herod. lib. 1.

rpi, Apuliæ urbs est, quæ à Diomede extructore prius Argyrophilum, vel, ut alij scribunt. Argos hippum dicta fuit, deinde Argyrippa vocata. Virgilius 11. Æneidos.

que hic legatos Ætola ex urbe remissos.

Idem:

e urbe Argiripam patria cognomine gentis
ictor, Gargani condebat Iapigis agris.

Ubi alterum p. à Poeta elisum est.

pinum, long. pen. ἄρπινον, Italiæ civitas inter Formam & Aquinum in monte porrecta Plauti, Ciceronis, & Caij Marij patria. Hinc arpinas, aliquis ex urbe ista oriundus, ut, Cicero, Arpinas. Et sicut idem in orat. de lege Agraria dicit. Meus paternus avitusque fundus Arpinas. Juvenal. Satyr. 8.

pinas alius Volscorum in mante solebat.

rrha Prolem. felicis Arabiæ oppidum est.

tria, vide suprà, Aria.

rrianus. ἀῤῥιανὸς, Philosophus Epicteti discipulus fuit, qui de Epicteti dissertationibus scripsit. Ejus inter cætera, hoc est, στρατεία τίς ἐστιν ὁ βίος ἑκάστου, καὶ αὕτη μακρὰ καὶ ποικίλη, id est, Militia est cujusq; vita, & diuturna quidem ac varia.

Arrius, ἄῤῥιος, vel Arrius, Philosophus Alexandrinus fuit, ab Augusto amatus adeò ut cum propter ipsum, tum propter Alexandrinæ urbis magnitudinem, pulcritudinem, ejusq; conditorem Alexandrum ipsi pepercerit. Plutarchus in Apophthegm.

Atrius etiam familiaris Ciceronis fuit, cujus epulum lautissimum Cicero ipse in Vatinium commemorat. Horat. quoq; libr. 2. carm.

Atque epulum (ait) arbitrio Arrij.

Arrius item Alexandrinus Arrianæ sectæ autor, de quo Ruffinus libr. 10. Vide & Arius.

Arsaces pen. corr. Arsacidis, ἀρσάκης, postremus Persarum ex Parthis rex, à quo omnes postea Persarum reges dicti sunt Arsacidæ. Servius in 6. Æneid. Strabo Arsacæ scribit. Lucan. lib. 1.

Plus illa vobis acie, quam creditis actum est Arsacidæ.

Hinc Arsacius, a, um, apud Claud.

Arsacio Mediæ urbs à Parthis sic appellata. Priù enim Europus est dicta, Volaterran

Arsanea, Germaniæ urbs Ptolem.

Arsanias, Ἀρσανίας, fluvius est Armeniæ in Euphratem defluens, quem Tygri misceri quidam volunt, & demum cum lenius fluat, separari & in Euphratem mergi.

Arsenaria. Ἀρσεναρία, Ptol. Colonia Mauritaniæ Cæsariensis.

Arsia, Hetruscorum fuit Sylva Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

Arsinina, hodiè Brunna, Germaniæ urbs, Ptol.

Arsicoras, rex Sardorum fuit Annibalis tempore, Livio teste.

Arsinoe, corr. pen. Ἀρσινόη, uxor Lysimachi regis Macedoniæ, à qua nomen datum civitati ejusdem nominis in Cyrenaica regione Arsinoæ, seu duabus potius in littore sinus Arabici. Fuit autem Arsinoe forma præstantissima, quæ possessionem regni ad Achillã Pompeij interfectorem sperans, ex regia se trajecit unaque bellum administrare cœpit, sed exorta mox de principatu controversia cùm uterque utriq; insidiaretur, Arsinoe per Ganymedem famulum Achillam interficicurat, atque hoc modo imperium obtinuit. Vide Julium Cæsarem. Et Lucanum lib. 10. in fine.

Arsonium, Ptolem. Germaniæ urbs est.

Artabanus, Ion. pen. Ἀρτάβανος, ultimus fuit Arsacidarum, Parthorum rex, interfectus ab Artaxerxe milite Persa, à quo Persæ regnum receperunt.

Artabazes, rex Armeniæ Mithridatis filius fuit, vir barbarus quidem, sed doctissimus tamen. Plutarchus in Crasso, Strab. lib. 12.

Artabicia Stephano inter Propontidis insulas refertur.

Artabri. ἀρτάβροι, aliàs Arotrebæ, Lusitaniæ sunt populi.

Artabrum, promontorium est autore Plinio, ejusdem regionis.

Artaca, sive Artace, ἀρτάκη, Straboni lib. 13. mons est in Cyzenorum insula arboribus refertus.

Artace, etiam est urbs Mylesiorum colonia in Asia. Str. Est & Artace Bithyniæ castellum, Ptol.

Artacena. Ἀρτακηνή, Strabo lib. 16. Scythiæ regio est.

Artachæas. Ἀρταχαίης, in exercitu Xerxis dux fuit. Herodoto lib. 7. teste.

Artagerus Syri hominis proprium. Strab.

Artanes, Sophenus Armeniæ rex fuit, à Tigrane deletus, Strab. libr. 11. Est & hoc nomine fluvius in Istri...

delabens. Herodot. libr. 4 teſte.

rtaphernes, è Darij ducibus unus fuit, primusq; Sardium præfectus, cujus Herod. lib 7. hiſtor. meminit.

rtanum, vide ſuprà, Wirtzburg.

rtaxa, Aliâs Artaxes Armeniæ rex, à quo Tigranes ortus fuit.

rtaxata, orum, ἀρτάξατα, vel ἀρταξατίωτα, urbs *Armeniæ* ad Araxem, condita ab Anibale rege Artaxiæ, à quo & nomen ſortita eſt. Vide Strab. lib. 12. Juvenal. Satyra. 2.

prætexatos referunt Artaxata mores.

rtaxerxes, ἀρταξέρξης, rex Perſarum, Xerxis filius & Darij pater. Deinde & CXV filiorum ex adulterijs parens, quemadmodum Juſtinus & Trojo prodidit. Cujuſmodi fuerit ingenio, matris ſuæ, cui Paryſatis fuit nomen, oratio indicat, quã Plutarchus ſcribit, allocuturos ipſum juſſiiſſe βυσσινοῖς χρῆσθαι ῥήμασιν, id eſt, byſſinis ac mollibus uti verbis. Plutarchus in Apoph. Imperat-

teatæ, ἀρτεάται. Herodot. libr. hiſtor. gentes Perſicæ fuerunt.

tembares, ἀρτεμβάρης. Herod. vir celebris apud Medos fuit.

Artemidorus, ἀρτεμίδωρος, Gnidius fuit, Romæ verò Græcæ linguæ profeſſor, & Bruto familiaris, Libellum de Conjuratione obtulit Cæſari extremo die in ſenatum ingredienti monens ut quàm poſſet ſtatim legeret, quòd ille verò minimè fecit.

Artemis ἄρτεμις, ιδος, ἡ, dicitur Diana, item, Juno, quandò parturientibus præeſt.

Artemiſia, ἀρτεμισία, regina Halicarnaſſi, non tantùm audacia, & fortitudine ex bello Xerxis contra Græcos, verùm etiam herbarum cognitione celebris, & illuſtris fuit, uxor Mauſoli, quem ſupra humanæ dilectionis modum dilexit, unde & defuncto ſepulchrum ſumptuoſiſſimum, & inter ſeptem miracula mundi cõnumeratum extrui curavit, quod Mauſoleum dicitur. Unde adhuc hodiè omnia præclara ſepulcra Mauſolea vocantur. Vide Gell. lib. 10.

Artemiſium, ἀρτεμίσιον, Eubœæ promontorium. Eſt & Artemiſium vel Artemiſius, Dianæ ſimulacrum. Eſt item, Suida teſte. Majus mẽſis apud Macedones hoc nomine dictus.

Artemita, Strab. libr. 15. Urbs eſt celebris non procul à Selentia diſtans.

Artemius, ἀρτέμιος, carceris, in quem Marcellinus ob cõfessionem Christi detrusus erat, custos primùm, postea verò ad Christum conversus unà cum Marcellino, cum conjuge sua Candida & filia Paulina, martyrij corônam adeptus est sub Diocletiano. Sepulti jacent Romæ in via Aurelia, Volaterran.

Artigis, ἀρτιγίς, aliàs Albana Hispaniæ urbs. Ptol.

Artobriga, Vide suprà, Regensburg.

Artochmes, ἀρτόχμης, è ducibus Xerxis unus qui Darij filiam uxorem duxit, Herodot.

Artynia, ἀρτυνία, Asiæ minoris est stagnum, monti Pomisio olim vicinum, & juxta Miletopolim civitatem, ex quo Nbindacus fluvius, antea Lycus denominatus effluit. Asiam & Bithyniam disterminans.

Aruerri, ἀρούερροι, Vulgò Auvergne, & Avergnats, aliàs Alverni, vel quòd rectius Averni, ἄυερνοι, Galliæ Aquitaniæ populi fuerunt super Ligerim siti, qui contra Romanos sæpius bella gesserunt. Vide Strab lib. 4.

Arvisium, promontorium est Chij insulæ, quæ una est ex Cicladius, ubi generosissimum olim vinum nascebatur. Hinc Arvisius, a, um, adject. Virg. eclog. 5.

Vina, novum fundam calathis Arvisia, nectar.

Arunci, populus antiquus in Latio. Virg.

Aruncos ita ferre senes.

Arunca, corum, civitas in Italiæ ab Ausone condita.

Aruns, proprium viri, qui Camillum interemit, de quo Virgil. 11. Æneid. Fuit & hoc nomine vates Thuscus divinandi scientia insignis. Lucan. lib. 1.

Acciri vates, quorum qui maximus ævo,
Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c.

Aruntius, paterculus Æmilio Censorino tyranno Ægestæ equum æneum, ut sontes includeret, à se conflatum donavit, cui ipse primùm à tyranno inclusus, & de hinc ex Tarpeio monte dejectus est. Asassus.

Arupenum, Galliæ oppidum, Strab. lib. 5.

Arupinus, Strab. libr. 7. Pannoniæ urbs est.

Aryandes, ἀρυάνδης, Herodoto teste libr. 5. prætor fuit Ægypti à Cambyse constitutus, qui aliquanto post tempore ubi Darium æmulari vellet, ab eo est interemtus.

Asachæ, in Æthiopiæ montibus sunt populi Eleph

tori

torum viventes venatu, de quibus Plin. lib. 8.

Asacus, vel *Asassus*, Thessaliæ est fluvius, juxta Heracleam urbem, quæ est in radicibus Oetæ montis, alluens. Plinius hunc *Apylam* vocat.

Asæ, ἀσσαὶ, Peloponnesi vicus est Genæ urbi vicinus Stephan.

Asæa, nomen montis est, Suida teste.

Asæus, è Græcorum principibus unus fuit, ab Hercule interemtus. Homer. libr. Iliad. 11.

Asander, ἄσανδρος, nomen est viri, Strab. lib. 7.

Asbetæ, populi circa Cyrenen. Ptolem.

Asbitæ, ἀσβῖται aliâs etiam Asbistæ, Libyæ sunt populi apud quos vulgatissimum Ammonis templum inter medias arenas conditum est.

Asbotus, penult. lon. ἄσβωτος, Steph. urbs est Thessaliæ.

Asbylus, Crotoniata, cujus Pausanias & Plato in libris de repub. meminêre.

Asca, urbs Siciliæ, ab Elymo Trojanorum principe condita. Servi.

Ascalaphus, (ἀσκάλαφος) & Jalmenus (ἰαλμένος) Thebani duces Martis fuerunt filij ex Astiacha filia Actoris Azidæ. Hos Homerus Iliad. 6 scribit & Orchomeni & Minionis civitatum dominos fuisse, eosque cum reliquis Trojam venisse. Fuit & alius hoc nomine Acherontis & Orphnes infernalis nymphæ filius. Hunc ajunt rapta Proserpina à Plutone cum quæreretur, num aliquid gustasset apud inferos eam accusasse atque dixisse, septem mala grani Punici ex viridario Ditis gustasse, ex quo factum est, ut non in totum restitueretur Proserpina. Ob hanc causam Ceres irata eundem mutavit in bubonē, ut habet Ovid. lib. 5.

Solusq; ex omnibus illud
Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne.

Fingitur autem *Ascalaphus* index impotentissimus in bubonem mutatus, quod hæc avium index sit maximè abominatus, qui domibus insidens feralis existat. Monemur itaque *Ascalaphi* exemplo, ne quid temerè indicemus, quo vel in odium incurramus, vel pœnam nobis accersemus.

Ascalingium, vide suprà, Hildeßheim

Ascalon, penult. brev. ἀσκάλων, hodiè Escalona, urbs est Philistinorum, *Antipatri* Herodis Patris patria, in qua vetustissimum Veneris templum claruit. Vide de ea Strab. & Herodot. lib. 1. Mentio ejus etiam in sacris

 fit.

fit. Jerem. 25.47. Amos 1. Hinc Ascolonita, & Ascalonius, ut *Ascalonia* cœpa apud Plin.

Ascalus: Hymenæi filius frater Tantali fuit, Xantho teste.

Ascania, ἀσκανία, maris Mediterranei insula, *Andro* vicina. Est & urbs Trojæ, ab *Ascanio* Æneæ filio extructa. Est item regio & locus in Bithynia, inter Nicomediam & Nicæam. Ejus regionis meminit Strabo Geograph. libr. 12. & Home. Iliad. 2.

Ascanius, ἀσκάνιος, Æneæ filius ex Creusa Priami regis filia, ab *Ascanio* fluvio Phrygiæ demoninatus. *A*lio nomine Julus, à prima barbæ lanugine. Et Ilus ab Ilo Trojanorum rege vocatur, de quo Virgil. libr. 1. Hic diruta Troja profugus cum patre venit in Italiam, ubi *Albam* condidit. Vide Livium libr. 1. decad. 1. Et Claudian. in 4. consulat. Honorij, ubi ita.

Apparet quid signa ferant, ventura potestas.
Claruit Ascanio, subita cum luce, comarum
Innocuus flagraret, apex Phrygioq; volutus
Vertice fatalis redimiret tempora candor.

Ascanio enim avo & patre, diruta jam Troja de fuga dicептantibus flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil læsionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit unde futuri imperij omen sumserunt. De Ascanio fluvio Virg. 3. Georg.

Illas ducit amor trans Gargara transq; sonantem
Ascanium, &c.

Ascania terra super Phrygiam in Bithynia fuit versus Cimmerium Bosphorum & in ea terra fluvius Ascanius, & Palus Ascania.

POETICE.

Ascanius fil. Æn.

Formosus, Pulcer, Dardanius, Julus, Binominis, Præstans forma.

Ascaucalis, Ptolem. urbs est Germaniæ.

Asciburgum, vide suprà, **Emerich**.

Asclepiades, ἀσκληπιάδης, Prusiensis fuit genere, medicorum eloquentissimus, qui sanitatem, constare & servari dixit cibi potusque abstinentia, gestatione præterea, ambulatione, frictione. Vide de eo plura in Plinio libro 7. cap. 23. Fuit & hoc nomine Philosophus cœcus. Alius item hoc nomine historicus Cyprius fuit, qui vixit eo tempore, quo Pygmalion in oriente

oriente regnavit. Alius denique hoc nomine Poeta fuit Aſclepiadæi carminis vel inventor, vel celebrator, cujus exempla in Horatianis odis reperiuntur non pauca.

Aſclepiodorus , ἀσκληπιόδωρος pictor fuit Apellis temporibus, quem ipſe etiam Apelles in Symmetria miratus eſt. Vide Plin. Fuit & alius hoc nomine Alexandrinus ad omnia mathematica, ad inquiſitionem cognitionemque herbarum & lapidum ſingulari ingenio. Suid.

Aſclepius , Machaonis filius fuiſſe dicitur.

Aſconius Pædianus, Grammaticus & hiſtoricus ſub Nerone, commentarius ſcripſit in orationes Ciceronis. Meminit ejus Euſebius.

Aſcra, ἄσκρα , vicus Bœotiæ, ad radices montis Heliconis, Heſiodi poetæ clariſſimi patria, qui inde Aſcræus dictus eſt. Ovid.

Eſſet perpetuò ſua quam vitalibus Aſcra.
Auſa eſt agricolæ Muſa docere ſenis.

Hinc Aſcræus,a,um, adject. Ovid.

Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen.

Meminit hujus & Gell. l. 1. POETICE.

Aſcra : Sterilis , contendens carminibus vati Mantuano. Dira hyeme, æſtate triſtis, nunquam optabilis.

Aſculum, ἄσκυλον, Apuliæ eſt oppidum, celebratum clade , illata Pyrrho à Curio & Fabritio conſulibus Romanis , Plutarch. in vita Pyrrhi.

Aſcurium, ἀσκύριον, hodiè Aſcrinium Pli. Liburniæ urbs eſt Ptole. incolæ, teſte Dom. Datharum modò appellant.

Asdrubal, ἀσδρύβαλ, pen. bre. Asdrubales multi ab autoribus celebrantur.

Quorum unus Amilcaris Annibalis patris gener fuit, qui adeptus imperium annos illud tenuit ſeptem. Alter Annibalis frater , de quo Plutarchus in Annibale. Tertius dux fuit tertio bello Punico victus à Scipione Æmiliano , cujus uxor cùm ad victorem transfugiendi poteſtatem ipſi nullam daret in medias urbis flammas unà cum filiis ſe præcipitavit. Livius libr. 51. Asdrubal item Giſconis filius fuit , cujus Plutarchus meminit in vita Scipionis. Fuit deniq; & Asdrubal , cui Calvo cognomen erat , is tempore, quo Annibal in Italia erat, in Sardiniam dux claſſis mittitur , de quo plura Livius.

Aſellius, Sempronius hiſtoricus fuit, quem ſæpè citat Gellius. *Aſellius* item Claudius eques Romanus tribunus militum, ſub Claudio Nerone apud Lucanos ſumma fortitudine. Volaterran.

Aſia, ἀσία, אשיה id eſt fundamentum ſeu ſolum Domini, tertia terrarum orbis pars, magnitudine Africam & Europam æquans, de qua Cicero pro lege Manilia ita ſcribit: Aſia tàm opima & fertilis eſt, ut ubertate fructuum, & magnitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. *Dicta* autem eſt ab Aſia Japeti conjuge. Priores duas ſyllabas breves habet, quamvis Ovidius primam produxerit lib. 9.

Et in Aſide terra
Mœnia conſtituis, &c.

Hinc fit Aſiaticus, a, um, adject. Hinc & Aſiani populi quos molles & effœminatos eſſe dicunt, idque poli, ſub quo degunt, qualitatis ratione. Meminit eorum Lucan. lib. 1.

Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; teporem
Labitur, emollit gentes clementia cœli.

POETICE.

Aſia.

Fœcunda, Fertilis, Florens. Ferax frugum. Finibus immenſis. Dives viris. Quæ dives abundat equis. Quâ nulla beatior ora.

Eſt & Aſia paludis nomen in Lydia, Cayſtro flumini propinqua, circa quam inter alias aquaticas aves plures grues, verſantur. Producit prim. ſyllab. Virgil. 7 Æneid.

Et longa canoro
Dant per colla modos, ſonat amnis & Aſia longè
Pulſa palus.

Et alibi:

Iam varias Pelagi volucres
& quæ Aſia circum.

Vide Pompon. Melam, ferè in pr.

Aſilas, ἀσίλας, proprium Auguris, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virg. 10. Æneid.

Tertius ille hominū divumque interpres Aſilas, &c.

Aſine, nes, ἀσίνη, brev. penult. vulgò Faneromeni, oppidum Achaiæ in ſinu Meſſenio, qui ab eo Aſinæus dicitur. Luc. lib. 8.

Atq; Aſine cautes, & quas
Chios aſperat undas.

Aſinius, ἀσίνιος, Pollio orator fuit celebris Romæ, *Augu*ſti amicus, cui ſummam quidem diligentiam, ſatis etiam conſilij & animi Quintilia-

nus

nus tribuit, sed longissimè tamen à nitore & jucunditate Ciceroniana ebesse eum censet libr. 10. cap. 1. Asinius Gallus, ejus filius, vir etiam doctissimus fuit, qui editis libris patrem Ciceroni præferre non dubitavit. Meminit ejus Seneca. Insertæ sunt Pollionis epistolæ aliquot Cicer. epist. Asinius tertius eruditione clarus docuit Romæ Pompeij magni tempore. Suid.

Asis, montis nomen est in Umbria.

Asisium, oppidum, cui mons imminet. Hinc Asisinates, ejus oppidi incolæ, Plin. & Ptolem.

Asius, filius Dymantis, frater Hecubæ fuit, sed ex diversis patribus, & Hectoris avunculus. Hic etiam Priamo adversus Græcos auxilium tulit. Fuêre item alij hujus nominis, de quibus passim Homerus.

Asopis, ἀσωπὶς, Plin. lib. 4. cap. 5. Achaiæ provinciæ regio est, quæ Arethyrea ab Homero dicta est, postea Asopis.

Asopiades, ἀσωπιάδης, id est, Æacus, Asopi nepos, qui pater fuit Æginæ matris Æaci, Ovid. 7. Metam.

Huic Asopiades, petis irrita, dixit, &c.

Asopus, ἀσωπός, fluvius Achaiæ per Bœotiam in Epidanium effluens. Lucan. lib. 6.

Accipit Asopus cursus.

Hinc Asopis, idos, Asopi filia, id est, Ægina. Alius fluvius est Asiæ ejusdem nominis, qui unà cum Capro flumine Laodicem celeberrimam urbem Lyco flumini impositam præterfluit.

Asorus, aliâs Asacus, vel Asassus, vel etiam Asurus. Vide suprà Asacus.

Aspasia, ἀσπασία, mulier, milesia fuit insigni doctrina, sophistria, & rethorices magistra, à qua Pericles doctus, & simul adamatus est. Meminit ejus Plutarchus in Pericle, & Ælianus li. 12. in principio de varia historia.

Aspasius, ἀσπάσιος, sophista fuit Ravennas, Demetriani filius. Romæ sub Alexandro professor. Suidas & Philostrat. Alius hoc nomine cognomento Byblius temporibus Adriani principis emicuit, Suid. Alius præterea Aspasius, Tyrus quidam fuit historicus, de quo etiam Suid.

Aspathines, ἀσπαθίνης, unus fuit ex Persis qui cum Dario in Magnum & Smerdim conjurârunt. Herod. li. 3. Histor.

Aspendus, ἄσπενδος, Pamphiliæ

liæ civitas Stephano autore,unde aſpendij dicebantur.

Aſphaltites,vide ſuprà **Tode Meer.**

Aſpis promontorium in littore. Africæ item inſula in mari Lycio.

Aſſaracus,ἀσσάρακος, Trojanus avus Anchiſæ,frater Ili regis. Virg.12.Æn.

Et genus Aſſaraci Mneſtheus,& fortis Aſilas.

Aſſos,ἀσσὸς, civitas Trojadis in mari Ægæo, arte & natura munita, patria Cleantis Philoſophi Stoici. De qua Plin.li.36.cap.17. Alia itē eſt in Myſia, alia in Lycia,in loco ſublimi, alia in Epiro ignobilis.

Aſpledon, ἀσπληδὼν, urbs Phocenſium Pauſania teſte. Eſt & alia hoc nomine urbs de qua Homer. Iliad. 2. ad cujus differentiam priorem Apricam eſſe dictam Euſtathius ſcribit.

Aſporenus, ἀσπορηνὸς, Aſiæ mons Pergamo vicinus in quo templum matri Deorū extruxerunt, cui Aſporenum nomen: Dea etiam ipſa Aſporena eſt dicta. Strabo. lib. 11.

Aſſacani,regio Indiæ, in qua urbs Magoſa regionis hujus caput eſt.Strab.lib. 15.

Aſſaracus, ἀσσάρακος, avus Anchiſæ, & pater Capys. Virgil.

Aſſaraci proles.

Aſſyria, ἀσσυρία, אַשּׁוּר Aſia regio,ab Aſſur filio Sem ſic appellata,veluti Auguſtinus teſtatur libr. 15. de civitate Dei. Metropolis ejus fuit Ninus ſeu Ninive. Eadem Syria dicitur.

Eoiq; Arabes, dives & Aſſyria.

Hinc Aſſyrij,hodiè Syri. Et Aſſyrius adjectivum, Lucanus lib. 4.

Aſſyrij ſcrutator pallidus auri.

POETICE.

Aſſyria:

Fertilis,Dives, Opima, Fœcunda.

Aſta,ἄστα civitas æſtuaria inter ſacrum promontorium, & Herculis columnas. Alia eſt in Liguria,nō procul diſtans à Nonaria,de qua Claud.

Nec plus pollentia rebus
Contulit Auſoniis, aus mœnia vindicis Aſtæ.

Aſtaboras, ἀσταβόρας, fluvius Ægypti.Plin.lib.5. cap.9.

Aſtacæni,Indiæ populi, Mediam regionem inter Cophen & Indum habitantes. Strab. lib.13.

Aſtacus, ἀστακὸς,nomen urbis in Aſia,Acarnania, & apud Bizantium.Plin.lib. 5.

Aſtrapus,vel, ut aliqui volunt Aſtoſaba, Aſiæ eſt fluvius, cujus

cujus Strabo meminit. li.16.

Aſtareon,ſeu Aſtarete, mater fuit Veneris, quæ Adoni poſtea nupſit,teſte Ciceron. de nat. Deor.

Aſter,puer Platonis carminibus celebratus.

Aſteria,ἀστερία Homero, ἀστερὶς,dicta,Lydiæ civitas, & parva inter Cephaleniam, & Ithacam inſula. Et Priſcum Deli nomen. Fuit & hoc nomine filia Cei Titanis, quæ à Jove in aquilam transformato vitiata eſt, ex quo concubitu Hercules quidam non monſtrorum ille domitor natus eſt. Hæc poſtea adverſus Jovem ſenties, & iram ejus fugiens Deorū commiſeratione in coturnicem tranſmutata eſt, quæ Græcè ὄρτυξ,dicitur nomen que inſulæ, in qnam aufugerat,dedit, ubi à Jove in lapidem mutata eſt, undiſq; immerſa ab ijſdem hinc inde agitata, quæ tandem ob ſuſceptam Latonam ſupernatavit, & primò Neptuno & Doridi cōſecrata eſt,poſtea Delos dicta, in qua inſula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Aſterion, ἀστέριον, fluvius eſt Achaiæ, in Nemea inſula, placidè effluens,Statius:

Cum dixit & æquis
Fluctibus Aſterion,&c.

Eſt etiam montis nomen in Argolico ſinu.

Aſteris, ἀστερὶς, inſula eſt in medio Sami & Ithacæ ſita, Strabone autore. Meminit etiam ejus Homer. Eadem etiam Aſteria dicitur.

Aſteropæus, Pelagonij filius fuit,qui fortis & animoſus juvenis Trojanis in auxilium venit,& dum nimis viribus ſuis confideret,Undecimo die poſtquam ad Trojam venerat, Achilli commoto ob intereuntem Patroclum occurrere auſus fuit,eundemq; laceſſere, & inde armis contendere non extimuit,à quo tandem miſerè cæſus interiit. Hic Homero Amphidexios cognominatur.

Aſteruſia,ἀστερουσία, mons Aſiæ Unde Aſteruſiam coloni vrbem ſuprâ caucaſum condiderunt,Stephan.

Aſtice, ἀστικὴ, Plin. Thraciæ eſt regio.

Aſticlæ,vide infrà, Aſtypalæa.

Aſtigi, Hiſpaniæ Bœticæ urbs eſt, à qua Aſtigitanus ager, Plin.

Aſtiochia,mater fuit Tlepolemi filij Herculis, quam ex Ephyre, Laconiæ urbe rapuit.Bocat.

Aſtomi, ἄστομοι, populi ſunt ad extremos fines Indiæ circa fontem Gangis, carentes ore, toto corpore hirtes, halitu tantùm viventes, & odore radicum, florum & malorum ſylveſtrium,quem

naribus

naribus trahunt. Vide Plin.

Astræa, ἀςραία, civitas Illyriæ Est & Astræa justiciæ Dea, quæ crescentibus hominum vitijs, in cœlum subvolasse à poetis fingitur. Juvenalis Satyra 6.

Paulatim deinde ad Superos Astræa recessit.

Ovid. lib. 1. Metam.

Et virgo cæde madentes
Vltima Cœlestum terras Astræa reliquit.

Quod de Pudore & Nemesi Hesiod. etiam finxit, Vide Aratum in phænomenis pulcerrimè de Astræa differentem, & Octaviam Senecæ.

POETICE.

Astræa?

Divina, Misera, Extincta, Exul terris, Cœlicola & Maritata Diis. Cœlestum ultima. Silens atque exulans orbe. Quæ prostat in orbe venalis.

Astræus, ἀςραῖος, unus è Titanibus, qui cum Aurora concumbens ventos genuisse dicitur. Fingitur autem hoc ideò, quia ex terræ halitu, sive spiritibus terræ inclusis, per quos Physici Gigantes intelligunt, venti tanquam ex materia generantur, & sol autor & parens est motuum. Meminit Ovid. libr 14. Metamorph. Scribunt porrò ex eodem Astræo justitiæ Deam Astræam progenitam esse.

Astur, quod ab Asturia est. Martialis de Asturconibus vel Asturibus, id est, equis gradarijs, Zelter/oder Zeltern/ quos Latini Tolutarios & Tolutares vocant, ab incursu suspenso & molli, quòd tolutim, id est, volutim q. incedant. Plinius Thieldones eos appellat.

Hic brevis ad numerũ rapidos qui colligit vngues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equis.

Astura, ἄςυρα, oppidum est maritimum In Latio. Est & hoc nomine fluvius Hispaniæ, à quo Astures Hispaniæ populi dicti sunt. Lucan. lib. 4.

Hic præter Latias acies erat impiger Astur.

Quidam Sturam vocant. Fuerunt autem Astures aurifodinis & equis vututarijs nobilitati. Vide Plin. lib. 3. & 8.

Asturia, ἀςυρία, regio est & civitas Hispaniæ, Lusitaniæ vicina, ubi equi sunt gradarij corpore quidem brevi, sed incessu tamen veloci. Nomen habet ab Astura fluvio.

Asty, vel Astu nomen, quo olim Græciæ urbes vocabantur. Diodoro Siculo autore.

Astyages ἀςυάγης, Cyaxaris Medorum regis filius, ultimus Assyriorum & Medorum rex. Vide Herod. & Justin. lib. 1.

Astyalus, vir Trojanus à Neoptolemo occisus. Homer. lib. Iliad. 6.

Astyanax, actis, ἀςυάναξ, quasi urbis rex, proprio enim nomine Scamandrus dicebatur, Hectoris fuit filius, quẽ in direptione Trojæ ex turri præcipitem dedit Ulysses ne quid reliquiarum superesset quod excidium Trojæ & ruinam populi ulcisceretur Seneca:

Præceps ut altis cecidit è muris puer,
Achivum turba, quod fecit nefas.

Ovid. in Ibin.

Hectoreus patria vidit in urbe puer.

Vide Virgil. 2. & 3. Æne. Ovid. 13. Metam.

Astycratia, Æoli filia, Hom. lib. Odyss. 10. teste.

Astydamas, ἀςυδάμας, senior tragicus. Atheniensis primus, qui ex auditoribus Socratis ad poeticam se convertit. Tragœdias docuit 42. lusit. 5. Astydamas iunior filius, & ipse tragicus, ex cujus Tragœdiis aliquæ à Suida referuntur.

Astydamia, ἀςυδάμεια, Ormeni filia, quam interempto prius patre Hercules rapuit Ovid.

Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

Astylus, ἄςυλος, ex Centaurorum numero unus fuit, & quia Augurio valebat futura prænoscens, fratres, ne adversus Lapithas bellum assumerent, monuerat. Sed exorto in nuptijs bello ipse sibi meruens, una cum Nesso Centauro in fugam se conjecit. De hoc Ovid.

Astylus ille etiam metuenti vulnera Nesso
Ne fuge, ad Herculos, inquit, servaberis, arcus.

Astymedusa, ἀςυμέδουσα, conjunx fuit Oedipi. Hanc enim repudiata, quam prius inscius matrimonio sibi junxerat matre, in uxorem duxit, quæ ut prioris conjugis, liberos exosos faceret parenti: (quemadmodum pleræque id novercæ machinari consueverunt) apud patrem eos accusavit, ut qui se de stupro appellassent. Unde Oedipus commotus reliquit regnum.

Astynome, ἀςυνόμη, aliâs Chryseis, Chrysæ sacerdotis Apollinis fuit filia, quam Achilles expugnato Lernesso secum abstulit, inter-

emto ejus viro Mynete, vel ut quibuſdam placet, Menete, loci illius principe, Vide inferius Coryſeis.

*A*ſtynous, ἀςύνοος, ex principibus Trojanis unus, à Diomede in bello Trojano interemtus, Homer. lib. Iliad. 5.

*A*ſtyocha, proprium eſt virginis, quæ ex concubitu Martis *A*ſcalaphum & ſalmerium fratres enixa eſt, de quibus ſuperius dictum.

*A*ſtyochia, ἀςυόχεια, quam Hercules ex Ephyra Laconiæ urbe rapuit, & ex ea Tlepolemum progenuit. Meminit Hom. Iliad. 3.

*A*ſtypulæa, ἀςυπάλεια, in mari Ægeo inſula, ex Cycladibus una de qua Plinius & Strab. libr. 10. Ovi. lib. 2. de arte.

Cinctaq; piſcoſis Aſtypalæa vadis.

Hinc *A*ſtypaleius, a, um, ut *A*ſtypaleia regna, apud Ovid. lib. 7.

*A*ſtypale, as, ejus inſulæ urbs eſt.

*A*ſychis; ἄσυχις, Herodoto li. 2. teſte, Ægypti rex fuit.

*A*ſylum, ἄσυλον, ου, τὸ, olim libertatis fuit templum, primum ab Hercule *A*thenis inſtitutum fuit & Epheſi, ut Strabo narrat, & Romæ, à Romulo conditum, Everſa autem ſunt tandem *A*ſyla ab *A*ugusto, Cum animadverſum fuiſſet, homin[i] abuti illis ad occaſion[em] ſcelerum. Ad Aſyla eni[m] confugientes ſalvi fuêr[unt] & à ſupplicio immunes, quicquid etiam ſceleris co[m]miſiſſent. Dictum aute[m] putant *A*ſylum, q. ἄσυρ[ον], quod ex eo neminem, q[ui] in id confugiſſet, per vim e[x]trahere liceret.

*A*tabulus, aliâs Atabalus, ἀ[τα]τάβυλος, venti frigidiſſi[mi] nomen, in Apulia præc[i]puè ſpirantis dictum p[u]tant à peſtifero, quod i[n]ferre ſolet, damno, ἀπὸ τοῦ ἀτ[α]βάλλειν, Horat.

Incipit ex illa ventos Apu-
lia notos
Oſtentare mihi, quos torr[et]
Atabulus, &c.

Atabyria, ἀταβυρία, prius d[i]cebatur, quæ poſtea Rh[o]dus inſula, teſte Plin. libr. cap. 31. Vide Rhodus.

Atabyris, ἀτάβυρις, mons e[ſt] in Rhodo inſula altiſſim[us] Strabon. lib. 14. teſte.

Atacini, Narbonenſis provi[n]ciæ ſunt populi, ab *A*ta[ce] provinciæ iſtius amne [ſic] appellati, à quibus Rom[anum] nomen *A*tacinorum ortu[m] eſſe Hermolaus ſcribit.

*A*tæon, filius *A*riſtæi ex Aut[o]noê Cadmi, & Herculis f[i]lia, ut Ovidius teſtatur.

*A*talanta, ἀταλάντη, Schæn[ei] regis in Scyro filia, form[a] & cu

& cursu nobilis ac poetis cantatissima, alio nomine à Propertio. quemadmodum & Hippodamia Ischomache dicta est, quam idem Iasij filiam facit, cum inquit:

Menalion nullos fugiendo
Tulle labores.
Sævitiam duræ contulit Iasidos.

Hæc cum de conjugio sciscitata esset, & monita, ut nulli jūgeretur, quia omnibus virginibus pedum agilitate præstabat, parentibus procis legem hanc posuit, ejus conjugem futuram, qui se pedum cursu antecessisset, victos verò se occisuram. Cum verò eo in certamine aliquoties jam victrix evasisset, Hippomenes Martis, vel, ut Ovidius habet, Macarei filius, cum ea in certamen venit acceptis tamen prius â Venere tribus aureis malis, in Hesperidum horto natis, qua currens sensim projecit in terram, quibus colligendis illa retardata ab Mippmene est superatâ: itaque pacta conditione nupsit. Ambo tamen postea sunt mutati in leones quod in templo Cybeles neglecta religione coivissent. Fabulam hanc Ovididius in fine 10. Metamorph. describrt, ex qua multa nobis discenda. Primum enim Atalantæ velocitas malis aureis elusa, & victa, facere referri potest ad inconstantiam animi. Ad hanc enim vincendam auro nihil efficacius est, Deinde Hippomenis exemplum docet, ne pro beneficiis præsertim divinis ingrati simus. Ingratos enim Deus odit & punit. Quemâdmodum verò, Xenodhonte teste ingratitudinem sequitur impudentia, & impudentia dux fit ad omnem turpitūdinem: ita etiam Hippomenes cùm ingratissimus esset, eò imprudenciæ & impudicitiæ delapsus est ut ne in locis quidem sacris libidinem suam effrenatam cohibere posset. Postremò, quia Venereo homines impetu immanes redduntur, non incommodè in leones transire Hippomenes & Atalanta finguntur. Nullum enim ferarum genus leonibus truculentius est.

POETICÆ.

Schænei pulcerrima virgo.
Atalanta:

Schæneia, Schænis, Schæneis, Pernix, Velox, Fugax, Tegæa, Nonacri, cursu alias antecellens puellas. Quanon pernicior alia. In pecus versa. Tardior facta tribus pomis. Quæ propero cursu vicerat ante pro-

cos. Hinc Atalantæus. Ut Strab. lib. 4.

Iamq; Athalanthæas implerat nuncius aures.

Atalanta, Arcadica, alia fuit virgo venatrix, Iasij filia, vel ut alij volunt, Albantis Argivorum regis, quæ conservandæ Virgiditatis studio Diano se dedit comitem, sub qua meruit in sylvis adeò, ut vastissimum interfecerit aprum in Arcadia, una cum Melagro filio regi Oenei, cui puella nupsit & ex eo suscepit Parthenopeum. Ovidius verò hanc & præcedentem 8. & 10. Metam. Schænei filias facit. Vide de Atalanta Ælianum variæ hist. lib. 13.

POETICE.

Atalanta:

Mænalia, fugax, Nonacria, Calydoniaca, Nonacrina. Quæ trux licet viri tamen meritis succubuit.

Atarna, ἄταρνα, Stephano Mysiæ urbs est in Asia, non longò ab Asse urbe.

Atarnes, ἀταέρνης frater Darij regis Persarum fuit, à quo Mysiæ quidam locus contra Lesbum, Herod. l. 7. teste Atarnus dictus est.

Atax, ἄταξ, fluvius est ortum habens in Pyrenæis montibus, & in Thyrrenum defluens, de quo Tibul. & Lucan. lib. 1. Hinc Atanici,

fluvij eiusdem accolæ, e quibus superiòs.

POETICÆ.

Atax:

Cœruleus, Pyrenæis monti-bus ortus. Sulcans lætissima arva. Findens sica litora. Qui præceps fertu tumidum in mare.

Ate, ἄτη, filia noctis & malus genius, sive Genia ab Ho-ro fingitur, quæ noxa & turbas rebus mortalium im-mittit, quam & propterea quod Iovem offendisse, e cœlo deturbatam sive natu-ræ suæ beneficio singulari, vel quod veri simjlius est ex Moiaicis scriptis, idem Ho-merus procidit. Vide locum lib. 19. Iliad. Bessyrio, B... Latinis ἄτη, dicitur n... vel detrimentum. Huic Li... repellente & placandæ ... tas iovis filias oppositas ... dicunt, quæ tantò sint ta... ores, quantò noxa sit gra... or. Vide Erasmum i... proverb. ὁ θυμὸς ἔχατον ... γάσκει, id est, Ira omnium tardissimè senescit.

POETICE.

Ate:

Dira, Sæva, Irrequieta, E... tiosa, Erebi pestis. Imp... cans orbem tristibus dissi... is, & dira passim bella ... rens. Quæ olim validis ge... tibus & Dominis terraru... exitiosa fuit, Faciens turb... Voluntates distrahens,

At

tella, Vide Atella Per t dudlex.

ternus, Italiæ fluvius est inter Ferentanus, Plin.

Ateste, Plin. teste, regionis Venetæ urbs ast.

Athamas ἀθάμας, Æoli fuit filius, & rex Thebarum, qui furore correptus, prone filium proprium Learchum occidit. Quod videns conjunx ejusdem Ino fugæ se dedit cum filio altero Melicerto seq; ex rupe, quæ Leucothea dicitur in mare præcipitavit. Vide Ovid. lib. 4. Metam & 6. fastor, de parricidio Athamantis. Et Stat. lib. 1. Thebaid & lib. 2, Sylvar.

POETICE.

Æplides.

Athamas:

Improbus, Furiosus, Furibundus, Infelix, Torvus, Furijs agitatus, Cujus marnu parvus Learchus cecidit Flectens insanos arcus.

Hinc Athamantis, id est, Helle ejusdem filia. Et Athamantiades, id est Athamantis filius: Item Athamanthæus, a, um, Adject. Ut Claudianus.

Hæc Athamantææ direxit spicula dextræ.

Est & Athamas fluvij nomē quem tactu suo, certo tamen tempore ligna incendere Ovidius testatur cum inquit:

Admotis Adamantis æquis
incendere lignum.
Narratur, minimos cum
Luna recessit in orbes.

Et item Athamas, Plinio autore, mons Thessaliæ, unde Athamantes populi, Lucan. lib 3.

Ecvagus Altis
Dispersus sylvis Athamas.

Athanasius, ἀθανάσιος, ἀσεβίων κλέος, Nicephorn dictus, episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, fuit electus inter varia certamina & pericula. Præfuit annos 46. propugnatoe veræ de divinitate τῦ λόγυ doctrinæ contra Arianos acerrimus fuit, ac summam doctrinam de tribus personis divinitatis, & unione duarum in Christo naturarum, complexus est symbolo, quod Athanasij dicitur. Vide de eo Volaterran, & tripartit. histor. lib. 1, cap. 5. 6 7. 8. & toto lib. 4. item Niceph. Euseb. & Nazianzen. qui inter cætera de Athanasio dicit, ταυτὸν γὰρ ἐκεινὸν τι εἰπεῖν καὶ ἀρετὼ ἐπαινέσαι. id est, idem esse Athanasium nominare, & virtutem prædiccare.

Athenæ, arum, Vide suprà, Athene.

Athtneum, ἀθήναιον. locus erat Athenis Minervæ di-

eatus, ubi studia sua professores exercebant.

Athenæus, ἀθήναιος Philosophus fuit Peripatheticus doctissimus, qui M. Antonini tēmpore floruit. Vide Suid.

Athenion, ἀθηνίων, insignis fuit pictor, qui nisi in vernanti adhuc ætate vita excessisset omnibus sui ordinis hominib. palmam præripuisset. Vide de eo Plin.

Athenodorus, ἀθηνόδορος, Philosophus cum Augusto Cæsare aliquandiu fuit, à quo cum ob ingravescentem ætatem dimitti petisset, discessurus admonuit illud, ne quid iratus faceret, diceretve, nisi prius Græcorum literas ordine recensuisset, velut in his Pharmacō quoddam inesset iracundiæ. At Philosophus judicabat moram interponendam esse. Meminit Plutarchus in apophtheg. Fuit & hoc nomine sculptor marmoreus insignis. De quo Plin. lib. 36.

Athesis, ἄθεσις, penul. bre. fluvius est Galliæ Cisalpinæ, qui ex Tridentinis Alpibus in Adriaticum mare labitur. Die Etsch fleust durch Veron/ inDas Venedische Meer.

POETICE.

Athesis:

Celer, Velox, Vitreus, Limpidus, Cœrulus, Cruentus,

At

Fremens, Amœnus, Irri-bens placido amne. Per-ruens, Sylvis oneratus, -biete rauco. Impete -ruens. Præcipiti curs- arva tendens. Lato - fluens. Qui devolvitur -dis undis.

Athochari, Herodot. Scy- Asiaticæ sunt populi.

Athos, ἄθως, & Athon v- Monte sancto, mons e- tissimus Thraciæ Le- insulæ adjacens, hodiè - sanctus dicitur, Virgil. - orgic. Xerxes mon- hunc abscidisse, & velis - vium fecisse dicitur. U- & velificatus à Juvenali - citur. Ovidius lepor- abundare hunc innuit, - inquit:

Quod lepores in Atho, q-
apes pascuntur in Hyl-

Habetur de hoc proverbium, ἄθως καλύπτει πλευρὰ λημνίας βοός, id est, At- obumbrat latera Lemn- bovis de malevolo vel in- do, qui alteri incommod- vel molestus est, aut glo- am eius obscurat, vel al- impedit. In Lemno en- maximum bovis simu- crum fuisse scribunt, ca- dido lapide factum, qu- Athos licet procul inde - stet, ob summam tamen c- situdinem umbra sua obsc- rat.

PO-

POETICE.

Athos:

Altus, Glacialis, Præruptus, Vastus, Salebrosus, Velificatus Æmonius, Magnus, Arduus, Nivibus profundus Remige solicitatus. Leporibus gratus & refertus. Multos habens lepores.

Multa grandine canes. Addens alpibus frondes.

Est & Athos nomen Gigantis, à quo mons nomen habet, in summitate oppidū Atrocon habens. Virgil. 12. Æneid.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

hrax, pater Hippodamiæ, quem primum artem magicam apud Thessalicam constituisse scribit Papinianus cui inde magia ars Athracia dicitur cum inquit:

Athracia ruet arte labor.

imetus, Cæsaris fuit libertus ut ipse testatur iu marmore uxoris Homoneæ cineribus dicato, cum epitaphio pulcerrimo, quod legisse se Romæ Tortelius scribit.

tina, ἀτίνη, prod. pen. Lucanorum in Italia oppidum. Alia eodem nomine urbs fnit mediterranea Martial.

uo cive prisca gloriatur Atinas.

Virgil. lib. 7.

Tela novant Atina potens,
Tyburq; superbum.

Atinas, atis, Atinates, de quibus multa Cicero in oratione pro Planco.

Atlas, antis. ἄτλας, Iapeti & Climenes filius, qui ubi Perseu fatigato ex assiduo cursu requiescendi hospitium denegasset, eumque viribus propelleret, ille elatum Gorgonis caput ei objecit: quo viso in ejusdem nominis montem mutatus est. Erat enim Atlanti hortus anreis pomis, quem si custoditum habere cuperet; ne quem ex Iovis progenie hospitio susciperet, à Themide monitus erat. Significant autē Atlantis pomaria copiam auri, quo Mauritania abundat circa Atlantem montem, unde effoditur. Ad spoliandum hoc hoc pomarium, h. e. rapiendum aurum, Perseus illuc navigavit. Atlas verò Mauritaniæ rex in altissimum illum montem à Poetis mutatus fingitur ideò, quòd à Perseo istuc depulsus fuit. Est autem Atlas mons primus Mauritaniæ proximus Herculis columnis, alter in interiore Lybia, à cujus cacumine nubes nunquam recedunt, eum incolæ columnam cœli vocant. Admodum est fertilis, & circa radices inter varias & in-

cognitas arborum species Citrum etam habet, unde preciosæ olim mensæ conficiebantur, de quibus Lucan. lib. 10.

Dentibus hinc niveis sectos Atlantidæ sylva.
Imposuere orbes.

Cùm verò mons sit tantæ altitudinis; ut Cacumen ejus proficisci nequeat. Poetæ finxerunt, esse Gigantem, qui totius cœli machinam humeris suis sustineat, quamvis alij aliunde fabulam fictam velint. Scribunt enim Atlantem fuisse Mauritaniæ regem, qui primus Solis & Lunæ, omniumq; siderum rationes & cursus prospexerit. Ad quod allusit Virgil. lib. 10.

Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit
quæ maximus Atlas.

Incolæ Atlantis montis, Atlantes, & Atlantides, item Atlantiades dicuntur. Atlantæus, a, um, possess. Et Atlanticus, a, um, adject. ἀτλαντικός, Item Atlantis, idis, paronym. Tibul.

Fœcunda Atlantidis arva
Calypsus.

Duo sunt genitvi, Atlantidos, Calipsus. Servius de tribus Atlantibus scripsit,

At

uno rege Italiæ, altero r Arcadiæ, tertio Maur niæ. Atlantis etiam mei nit Silius Italic. lib. 1. Pu Virgil. 4. 6. 8. Æneid. Po dorus Virgil. lib. 1. cap. de rerum invent. & Plin deniq; qui lib. 7. Atlant Libyæ filium astrologi invenisse scribit, quaprop Poetæ tradiderunt, hunc stentare cœlum hume Hinc locutio proverbial ἄτλας τὸν οὐρανόν, id est, At cœlum. Sub intelligendu suscepit. Dicitur de ijs, magnis & molestis se neg cijs involvunt, ipsiq; s malū creant. Atlas enim cœlum hospitio suscepiss & deprehensus fuisset, qu illi struxisset insidias, in m re Atlanticum præcipitat est.

POETICE.

Atlas:

Cœlifer, Durus, Validu Maximus. Ferreus, Gelidu Pœnus, Asper, Pinifer, A du is, Pruinosus, Preciosu Occiduus, Olympifer, strifer, Stellifer, Nubife Sublimis, Magnus, Nem rosus, Barbarus, Mauru Libycus, Caspius, Mauru us, Fortis, Marmaricus, Lo gævus, Olympi sustentato Gerens humeris cœli m lem. Tangens vertice c lum. Caput condens i t

ter nubila. Subiens pondera celsæ molis. Sudans sub mole Olympi ardua, Sustinens cœlum humeris. Ferrens supernas domos. Fontibus scatens sed rupibus infœcūdus. Humero torquens axem aptum stellis ardentibus. Petens astra aerijs jugis. Fulciens cœlum vertice. Cui assiduè cinctum caput pinniferum nubibus atris. Cui nix infusa humeros tegit. Cui hordida barba glacie riget. Sustinens æthereos orbes humero. Cujus caput nubiferum fulcit sidera. Cui barba caner gelu. Cujus frontem pynea sylva premit umbris immanibus, Cui vastant cava tempora venti. Oneratus humeros Olympo. Suppositurus cœlo cervicem. Ferens æthereum axem cervicibus. Qui sidera fulcit Hercule supposito. Qui æquora subdit anhelis equis Solis, & suscipit fessos axes. Cujus laterum rum geminæ fauces alta maria fatigant. Qui impo sito pondere non tremit. In quo omne cœlum cum tot sideribus requiscit.

Ex his epiphetis & descriptionibus quædam monti, quædam verò Giganti susti nenti humeris montem competunt, id quod mediocris judicij lector facilè dijudicabit. Observandum præterea: Atlantes dici signa virili forma, quæ in ædificijs mutilos seu proceres aut coronas, aut simile quid sustinent, quos Telamones vocat Vitruvius. Fuit item Atlas Italiæ rex, & pater electræ uxoris Coriti: Alius item fuit Arcadiæ rex & pater Majæ, ex qua Mercurius natus est. Sunt etiam, qui dicant, hoc nomine vocari fluvium ab Atlante rege Arcadiæ dictum ex Æmo monte in Istrum defluentem.

Atlantiades, æ, penultim. corr. Mercurij est cognomē, Atlantis nepos ex Maria filia.

Atlantides, ἀτλαντίδες, filiæ Atlantis, ex Pleone matre, à qua pleiades dicuntur relatæ in astra. Dicuntur etjam Vergiliæ & Hyades, Nostri suculas vocant, à suibus, quoniam sues luto gaudent innuunt enim pluvias, Virgil. 1. Georgicor. Vide inferius Pleias.

Atlanticum mare, pars est Aphricani in Mediterraneo, qui à Mulucha fluvio incipiens & ad occiduum tendens montem Atylam alluit & Ampelusio promontorio terminatur. De hoc Cicero in somnio Scipionis ita: Omnis terra, quæ colitur à nobis parva quædam

insula est circumfusa illo mari, quod Atlauticum, quod magnum, Oceanum appellatis in terris, Mat. O-ceano.

Atossa, Ἄτοσσα, Herodoto lib. 4. teste, Cyri fuit filia.

Atraces, Ἄτρακες populi sunt Ætioliæ, quibus nomen dedit Atrax Ætoli filius. Atracis dicta Hippodamia, Ovidiusn in Epist.

A fera Centauris iudicere bella coegit
Atracis ÆmoniosHippodomia viros.

Atracius, a, um possess.

Atramite, Ἀτραμῖται ἢ Ἀτραμωτῖται. felicis Arabiæ, populi de quibus Plin. Stephan.

Atrani, Hirpinorum in Italia populi, de quibus Plato.

Atratinus, Cœli accusator, ut ex orat Ciceronis videre est scribitur à quibusdam Atracinus, sed perperam. vide Vollaterran.

Atrax, Ἄτραξ, Ætholiæ fluvius, à quo Atraces quidem populi appellati sunt Plin. lib. 4.

Atreus duab. syllabis, ei, ea, Ἀτρεύς Pelopis fuit filius, & rex Micenarum Fratrem habuit Thyestem, quem ubi Æropes uxoris suæ concubitu usum comperisset, adeò graviter incestum ejusmodi tulit, ut proprios, liberos, quos ex Ærope susceperat, commedendos ipsi apposuerit. Cujus facinoris horrore. Sol exterritus retrocessisse dicitur, revocato ad auroram curru. Quod ut Thyestes ulsciscéretur, cum propria filia pelopea concubuit, & ex ea Egistum suscepit qui Atreum & ejusdem filium Agamemnon interfecit. De Atrei parricidio videatur Seneca & Cicero 4. Tuscul. item Horat in arte ubi inquit:

Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus,
Et alij.

POETICE.

Atreus:

Truculentus, Nefarius, Ferus. Crudus, Furens. Dirus. Tantalides, Pelopeius. Non potens mentis. Fugans clrra lumina. Qui à dape vertit trepidos equos. Qui humana coxit exta. Qui pignora nata de fratris sui sanguine rapta tristi funere manducanda dabat. Cujus scelcris facta equi euntis Solis rubentes stupuerunt, dum rursum vertunt. Ob cujus facinus Phœbus medio Olympo carpens incessum suum per loca nota retrò flexit moderamen ignipedum equorum & propositum iter carpsit verso tramite, ne lumina sua præbe-

tam

tàm turpi facto. Atreus tribus syllabis, adject. apud Stat. libro 8. Thebaid. 1.

Precor Atrei si quid tibi sanguinis unquam.

Atria, ἄτρια, hodie Atra Venetiæ urbs est. Prol.

Atrides, æ, Agamemnon, de quo Ovid. 13. Metam.

POETICE.

Atrides:

Amplus, Clarus, Gravis, Magnanimus Argivum lumen. Troiæ populatur, Qui Cassandram dilexit. Rex fortis. Gloria quondam Teucrorum. Qui ante multos Heroas pto metuit temporis sui esse decus.

Atridæ arum Agamemnon & Menelaus Atrei filij dicti sunt Virgil. Æneid.

Atrides, Priamumq; & sævum ambobus Achillem.

Horat. lib. I. carm, superbos eos vocat. Statius in Achil. tumidos.

Atropatus, ἀτρόπατος, dux Medorum fuit qui Rex postea declaratus est, quòd obstitisset, ne altera Majoris Mediæ pars, Atropatia ab ipso dicta in Macedonum manus perveniret. Vide Strab. lib. 11.

Atropos ἄτροπος, ου, ἡ. una est Parcarum Dearum fatalium Erebi & Noctis filia, quam dictam putant à steritica paticula, α, & τρέπω, quod mors sit inexorabilis, & nemini parcens. De hac Hesiod in Theogonia. De hac etiam fusius videbis in dictione Partæ.

POETICE.

Atropos:

Dura, Funesta, Ferrea, Inexorabilis, Immutabilis, Flecti nescia. Demorgogonis nata. Rapiens gratos annos. Rumpens flamina vitæ. Scribens cuivis horam & metem.

Atta, ἄττα Ptolem. felicis Arabiæ urbs est.

Attabas & Numenius latrones & fueres fueres famosissimi, adeò, ut proverbium inde natum sit: Convenerunt Attabas & Numenius Vel Conjunctus est Attabas suo Numenio συνῆλθον ἀτταβάς τε καὶ νουμήνιος quod dici consuevit, quotilis improbus cum improbo aggregatur, Non alienum ab illo: ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον.

Attacum, ἄτταχον, Ptolem. oppidum est Hispaniæ.

Attalia, ἀττάλεια urbs est conventus Pergami Est & hoc nomine urbs Pamphiliæ in ora maritima. Strab. lib. 14. hodiè Catalia dicitur.

Attalus, corr. pen. ἄτταλος, rex fuit Asiæ ditissimus, populo Romano usq; adeò

amicus, ut quia liberos non haberet, hæredem eum fecerit. Hinc Attalicus, a, um. ut *Attlica* toga, Attalicæ opes apud Virg. in Culice & Attalicæ vestes apud plinium & Prop. id est, preciosæ & splendidæ. Observandum autem, omnia magnifica & splendida dici Attalica ab hoc Attalo, cui substantia fuit amplissima, quæ ipso defuncto Romam est allata. Vide plin. lib. 8. Fuit & Attalus Philosophi nomen.

Atteius Philologus Libertinus Athenis natus amicus Salustij & Pollionis. Vide de eo plura apud Tranquill. Attela, ἄτηελλα, oppidum Oscorum in Campania, ubi grande & egregium amphiteatrum fuit, Unde Attellanæ comœdiæ joculares & scurriles dicuntur.

Est locus Attellæ retinens cognomina prisca,
Sive Attella vetus, &c.

Quibusdam Atella per unicum t scribitur. Hinc Attellanius. Ut, Versus Attellanius, apud Ciceron, de divinat.

Attica, ἀττικὴ, vel Atte: regio Græciæ inter Achajam & Macedoniam, ab Atthide Cranei Athenarum regis filia sic dicta, cùm priùs Actica diceretur ab ἀκτὴ, quod littus significat, quòd ea regio maximè littoralis sit. Vide Strab. lib. 9. Atq; hac voce etiam Latini utuntur. Virg. 5. Æneid.

At procul in sola secretæ Troadis acta,
Amissum Anchisen flebat

In Attica porrò sunt Athenæ & Merathon campus cum ejusdem nominis, oppido. Hinc Atticus, a, um ἀττικὸς, quod spectat ad Athenas, ut, Atticus lepos, & Attica dialectos, & Attica eloquentia, id est singularis apud Terent. Atticè adverb, id est, purè eleganter. Quintilianus lib. 12. Atticè dicere est optime dicere. Atticismus ἀττικισμὸς Phrasis vel locutio Attica de qua in Syntaxi. Atticissare, pro curiosius Attice loqui apud Plaut, in Menæch. Fecere porro regionis hujus incolæ aliquot proverbiis locum, quæ etiam annotare hîc libet. Inexplebilis enim Atheniensium in captandis muneribus & aucupandis lucris cupiditas fecit ut proverbialter dicatur ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα καὶ ἀποθνήσκων, id est, Atticus moriens porrigit manum de nimium avaris, & lucri cupidis, qui vel in ipso vitæ articulo nũmos sibi dari expetant. Ita fidei Dea apud

apud Atticos extinctũ templum fecit ut dicatur ἀττικὴ πίστις id est, Attica fides de fide sancta & inviolata ἀττικὸν βλέπος, id est. Atticus aspectus, proverbialiter dicitur de homine impudentiam, dicentiq; confidētiam præ se fert. Hoc enim vitio mores Atticorum notati sunt. ἀττικὸς μάρτυς, id est, Atticus testis, de teste probato, & plane incorrupto. Quod Ironicè etiam de vano teste dici poterit, ἀττικὸς ἐλευσίνια, sub audiendum, καθ' ἑαυτὲς id est, inter sese, Dicitur de ijs, qui conveniunt inter sese secreto de re quapiam arcana tractantes. Sumta est metaphora à mysterijs sacrorum Eleusiniorum, quæ in Cereris honorem agebantur apud Eleusium summa religione mysticisque ceremonijs, â quibus prophani arcebantur, πέμματ' ἀττικὰ, de lauticijs & cupedijs, Dici potest de re quacunque admodam suavi & jucunda. ἀττικὸς πάροικος, Atticus advena. In vicinos violentos & feroces dicebatur. Scribunt enim Atticos olim finitimos è sedibus suis exigere solidos. Quadrat etiam in eos qui ita nuper in munus aliquod adsciti sunt, ut superiores eijciant, ἀττικὸς, εἰς λιμένα, id est, Atticus in portum. In eos dicebatur, qui, ubi tutum, atque hihil opus, virturem ostentare solent. A nautis Atticis sumtum, qui ingressuri jam portum ostentandi sua gratia magnificè sese gerebant in ipsa re non perinde strenui ἀττικὴ μοῦσα, id est. Attica Musa, dicitur de oratione venusta & lepida. Inter dicendi enim genera Atticum cum primis laudatur. Dicitur autem & Xenophon Attica Musa, à sermonis sui suavitate. Ita lepos Atticus & eloquentia Attica de venusto lepore, insigniq; eloquentia proverbialiter dicuntur: Inter reliquos enim Græciæ populos, lepos quidam ac festivitas quædã quasi vernacula ac peculiaris est Atticis.

Attyla, & Attylas, ἀττύλας, pe. brev. Hunorum rex fuit sævissimus. Pannoniæ Italiæ & Germaniæ vastator, imò & Ecclesiæ Dei persecutor immanissimus, qui se flagellum Dei esse dixit. Perijt sanguine multò è naribus effuso.

Attilius Regulus, vide infrà Marc. Attilius Regulus.

Attis, vel Atthis, idis, ἄτθις, Cranai regis filia fuit, Martiali luscinia, aur hirundo esse videtur, cum inquit:

Sic ubi multisonæ fervet sacer Atthide lucus,&c.

Attrebates, Galliæ, Belgicæ sunt populi, quorum multa fit à Cæsare & Plinio mentio.

Atuacutum, Vide superiùs, Antdorff.

Atura, Galliæ Aquitanicæ oppidum.

Aturius, Ptolem. fluvius est Galliæ, Vulgò Ledon.

Atys, prim. long. ἄτυς, puer Phrygius fuit forma præstanti, à Cybele adamatus, qui ob vitiatam Sangaride Nympham furore correptus, putans ædes ruere, tectum omne diffugit, & per summa Dyndimi montis Phrygiæ discurrens arrepto cultro seipsum excastravit. Unde Ovid.

Hæ pereant artes, quæ nocuere mihi.
Hæ pereant, dicebat adhuc onus inguinis aufert,
Nullaq; sunt subitò signa relicta viri.

Catullus diversum sentiens scribit eum è Pota Galli fluminis Phrygiæ aqua, in furorem istum ex natura aquæ pulsum. Tandem elapsus è monte transmutatus est in pinum arborem, quæ rei memoria, Cybele adhuc fecere fingitur.

POETICÆ,
Atys:

Tener, formosus, Venustus, Phryx, Phrygius, Cælænæus. Berecynthius, Cybeleus. Qui exuens hominem in truncum est conversus. Facile spectabilis. Neq; vir neque fœmina. Venator, quem Pinus Phrygia morte peremit. Quem flumine Gangæ edita Limniace, vitreis sub undis creditur peperisse.

Atys alius fuit Crœsi Lydiæ reis filius, qui diu mutus, cùm vidisset hostem, in interitum patris gladium levasse subitò timore locutus est mortem patris deprecans.

Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum & Tyrrhenum. Ab hoc Toyrreni appellati, ab illo verò Lydia dicta est, de quibus in sequentibus.

Atys alius fuit ex India, ex Lymniace Gangis filia progenitus, qui in Adromedæ nuptiis interfectus est. Habet autem hic primam brevem. Ovid. lib 5. Metam.

Erat intus Atys, quem flumine Gangæ.
Edita Lymniace vitreis peperisse sub undis.

Atys Sylvius, Albæ Sylvij filius, qui cum 29. annis regnasset, è vivis axcessit, Capij filio relicto. Eusebius

hunc

hunc Ægyptum Sylvium appellat.

Atys denique alius quidam fuit cui Oedipi filia Ismerie desposata fuit, sed tamen ante nuptias à Tydeo est occisus.

Avantici, ἀυαντικοὶ, Plin. lib. 3. Galliæ sunt populi ab Avantico oppido in Alpibus sito sit appellati.

Avaricum, Galliæ Biturginm est oppidum, de quo Cæsar in Commentariis. Sunt qui credant hoc oppidum esse quod Galli vocant viarron en Berry.

Auctolicus, den. corr, ἀυκτόλικος, fur fuit quispiam, qui in varias se formas trensmutare solitus est Sisiphi, pater & auctoliæ ex qua Ulysses prognatus esse scribitur.

Aucula, vel, ut alij volunt, Aquula, Thuscorum urbs est Ptolem.

Avella, oppidum est in Campaniæ abundans optimis nucibus, quæ Avellanæ dicuntur, Haselnüsse. Virgil.

Et qui maliferæ despectant mœnia Avellæ.

Silius lib, 8.

Et pauper sulci Cerealis Avella.

Avenion ἀυένιων, vulgò Avigon urbs Galliæ Narbonensis, in quam pontifices Romani jus habebant.

Aventinus, ἀυέντινος, ἀβέντινον, ὄρος, mons Romæ sic dictus, vel ab avibus, quæ de Tyberij ascendentes illic sedebāt vel ab avente fluvio, vel ab Aventino Aboriginum rege. Ab hoc monte nomen accepit Herculis filius, de quo Virg, 7. de Æneid.

Satus Hercule pulcro
Pulcer Aventinus clypeoq; insigne paternum.
Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus hydram, &c.

Aventinus interdum etiam adjectivum est, ut, Aventina arx, sylva, apud Ovid. in Fastis. Sic jugum Aventinum.

Aventinus Sylvius, Romuli Sylvij filius fuit, qui à patre fulmine occiso imperium accepit & cum annos 27. regnasset, filio Proca relicto mortuus est & sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romane urbis cognomen colli fecit. Vide Livium lib. 1. decad. 1. & Gellium lib 13. cap 14.

Avernus, ἄορνος. prim. brev. masc. gen. in plurili Averna, orum neutr. dicitur, â steritiea particula, α, & ὄρνις, id est, avis q. sine avibus, vel in accessus avibus. Aves enim propter gravem halitum supervolitare non poterant, de quo Vir. 6. Æn.

Quem super haud ullæ, &c.

Et

Et Claudia, lib. 2. de raptu Proſerpinæ. Eſt autem lacus Campaniæ Plutoni dicatus, graviſſimi & exitialis fœtoris. Hinc pro lacu infernali à Poëtis ſæpè uſurpatum invenitur. Avernalis e, adject. ut aquæ Avernales apud Horat.

POETICE.

Avernus:

Olens, Teter, Dirus, Vaſtus Peſtifer, Pallidus, Rigidus, Inviſus Pallens, Triſtis Horribilis, Squalens, Obſcurus, Putris, Umbroſus, Campanus, Graveolens.

Aufidena, ἀφιδηνά, urbs Italiæ Caracenorum, qui ſub Ferentanis ſunt Ptolem.

Aufidus ἄυφιδος, fluvius eſt Apuliæ, ex montibus Hirpinis oriens, & Canuſium præterlabens in Adriaticum ſeſe mare exonerat. Hic ab aliquibus Canna vocatur, quo nomine vicus ei ſuper eminnes appellatur, Strabo verò lib. 5. per ph. ſcribit Auphidus, & lacum in apulia eſſe tradit. Horat. lib. 3. carmin.

Dicar qua violens obſtrepat Aufidus, &c.

POETICE.

Aufidus:

Acer, Tauriformis, Longè ſonans.

Auga, ſoror fuit Telephi. quæ teſte Euripide, ab Alæo patre (ubi vitiata ab Hercule deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio, impoſita, & in mari demerſa eſt. Sed Palladis providentia urna ad Caici oſtia tranſmiſſa evaſit. Vide Strab. lib. 3.

Auge. ἄυγη, vel Augea, ἄυγεα mater fuit Telephi, quam Aleus pater nauclero ſubmergendam dedit, quòd non crederet ab Hercule compreſſam, & cùm ad mare deduceretur, in itinere peperit Telephum, de quo infrà. Ipſa verò Auge mercatoribus donata, qui eam in Cariam abductam Teuthranti regi dono dederunt cui poſteà etiam nupſit. Vide Diodor. lib. 5. Alij aliter hæc referunt inter quos eſt Strab. lib. 13.

Augea, ἀυγεία Locrenſium urbs, cujus Homer. meminit, Alia etiam hoc nomine urbs eſt in Laconia. Volaterran. Quæ Augiæ etiam aliquibus dicuntur.

Augeas, αὐγέας, vel Augias ἀυγείας, Comicus fuit Atheenienſis, Athenæo teſte. Fugit & Augeas rex Eleorum ab Hercule interemtus.

Augias, Solis nomine, re autem ipſa Phorbantis ex Hirmine Nelei ſeu Nicti ſeu Epochi filius. Hic cum ſtabulū Herculi pacta mercede purgandum collocaſſet

ſet,iſq; purgaſſet, de mercede tergiverſatus eſt ; poſtea Pyleus Augiæ filius arbiter aſſumtus ſecundum Herculem prounnciavit, quem ob id pater ejecit, ejectusq; Dulichium pervenit, ſed revocatus, poſtea ab Hercule , qui Elim ob perfidiam Augiæ diripuerat patri in regno ſucceſſit.

Auguſta Rauricorum , Augſt bey Baſel. Urbs olim celebris nunc verò exiguus pagus.

Auguſta Acilia, Straubingen.

Auguſta Druſi & Druſomagu Memmingen.

Auguſta Emerita , αὐγȣ̀ςα ἠμεέιτα, civitas Lutania , quæ ab emeritis conditoribus & Auguſto nomen accepit.

Auguſta Ramandiſſorum Lützelburg.

Auguſta Taurinorum , vel Taurinum vulgò. Oppidum in ea Italiæ ſiarte, quæ hodiè Pedemontana dicitur Turin in Bemundt.

Auguſta verò Manduorum, S. Quintin.

Auguſtæ imperatorum dicebantur conjuges , divæ autem poſt obitum. Vide Volaterr. lib. 34. Ubi Auguſtarum nomina recenſet.

Auguſtodunum urbs eſt Heduorum in Gallia, quam Galli ſua lingua Autun vocant. Vide Pompon. & Cæſar.

Auguſtoritum , ἀυγȣςώϱιτον, Ptolem. urbs eſt Pictonum quē Galli Poictiers vocant.

Auguſtus, C. Octavius, Auguſtus Romanorum Imperator, ſub quo natus eſt ſalvator, Iulij Cæſaris ex ſorore nepos fuit.

Addidit autem Senatus Octavio appellationem Auguſti propter ſucceſſum & felicitatem ejus in rebus gerendis Auguſtus enim ab Augurico deducitur & fortunatum ſignificat, atque adeò, quem ſecundat Deus felicibus ſignis. Tribuitur hoc epitheton rectè Monarche, orbis. Nam poteſtati civili adeſt Deus , & adminiſtratio imperij, donum & ordinatio Dei eſt. Reichs Vermehrer.

POETICE.

Caput Auguſtum. Numina æterni Cæſaris. Provida cura ſacrati ducis. Auguſti virtus, Auguſti gloria.

Auguſtus:

Inclytus, Ultor, Sanctus pater patriæ. Pater optimus, ſacer, maximus, mitiſſimus, altus, pius, invictus. Mundi ſervator. Clarus Inguſthino Cimbroque triumpho. Magnis in armis. Major Hectoreis avis. Vir ſuperos æquans. Dijs acceſſurus. Ortus eb Ænea. Hominum

minum pater. A quo vates armati ſunt. Qui cultor fuit Apppollinei numinis. Qui caput erat domiti orbis. Qui præfectus quondam fuit mundi habenis. Cui rerum ſumma poteſtas erat.

Avia vel potiùs Livia, Hiſpaniæ urbs eſt. Ptol.

Aulerci, Cæſare teſte, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.

Aulis, idis. fœm. αὐλίς, civitas ingensq; portus navium quinquaginta capax inſulæ Eubœæ, Agamemnoniæ Gratiumq; claſſis in Troiam conjurantium ſtatio. Autor. Pom. Virg. lib. 4.

Non ego cum Danaïs Troianam excindere gentem.
Aulide juravi, &c.

POETICE.

Aulis:

Hecateia, Euboica, Cadmæa, Piſcoſa.

Aulon, αὐλὼν, Galabriæ mons, in quo optima naſcuntur vina Martial.

Nobilis & lanis, & Bacho fertilis Aulon.

In eodem oppidum eſt ejuſdem nominis. Eſt & Aulon nomen duarum urbiũ, quarum altera in Macedonia eſt, altera in Cilicia.

Avo Pompon. Hiſpaniæ citerioris fluvius Celetinorum populorum ſupra Bracaras & Gronios agrum alluens. A. Ptol. Avus ſcribitur.

Aura, αὖρα, ab aere dicta, quod lenis ſit, q. agitatus leniter aer, Bocat. lib. 4. vel, ut a[l]ij volunt, ἀπὸ τῆς ἕω ῥέουσα, quòd ab aurora ſpiret, Ein linde liebliche Lufft. vide in 1. part.

Auras, ἄυρας, maximus eſt fluvius in Europa in Iſtrum delabens. Herodot. lib. 4.

Aurelia, ἀυρηλία, gens ex Sabinis oriunda, dicta exiſtimatur à Sole, quòd ei publi[ce] à populo Romano conceſſ[us] ſit locus in quo ſoli ſac[ri]faceret Feſt.

Aurigda, Cyrenas urbs eſt, Ptolem.

Auritaurus, vide Antitaurus.

Aurora, Titanis & Terræ, (ut à poetis fingitur) filia fu[it]. Secundum quoſdam ve[ro] non Titanis filia, ſed uxo[r] & ventorum mater fuit. [E]adem Cephalum & Tit[ho]num adamaſſe fertur. Vi[de] Ovid. in epiſt. Propert. li[b]. 2. & Strozium utrumq;. [E] Tithono filiũ ſuſcepit. M[e]mnonem, qui apud Troia[m] ab Achille eſt interemtu[s]. Interdum pro orientalib[us] populis ſumitur, cum ab [o]riente conſurgat. Claudia[n.] de laudibus Stiliconis:

Confluxit populus, totam p[a]ter undiq; ſecum
Moverat auroram, &c.

Vide plure in prima part[e] Morgenröte.

Au

usa, Ptolem. urbs est Hispaniæ.

usci, Plinio sunt Aquitaniæ in Gallia populi. Vulgo Aux.

uschisæ, Herodot. lib. 4. Libyæ sunt populi.

user vel Auseris, vulgò Serchio Italiæ fluvius prope Leucam, cujus olim pars rivus ille, qui juxta Pisas nunc labitur, fuit.

usonia, αὐσονία, omnis Italia dicta est, quæ Apennino finitur, ab Ausone duce Ulyssis filio denominata.

POETICE.

Ausonia:

Dives, Superba, Insolens, Bellicosa.

Hinc Ausones, med. brev. Ausonij & Ausonides dicti sunt Itali. Et terra Ausonia: vel orbis Ausonius, Italia dicitur.

usonium mare, αὐσόνιος πόντος ἢ αὐσόνιον πέλαγος pars est maris Tyrrheni.

usonius, αὐσόνιος, vel Auson Ulyssis & Calypsus filius, à quo postea Italia dicta est Ausonia, & cives ejusdem Ausones Ausonij & Ausonides.

usonius, seu Decius Magnus Ausonius, medicus & Poeta ingeniosus & acutus, à quo multa & varia scripta, quæ adhuc extant. Vixit sub Valentino & Valentiniano Augustis.

Auster, ventus meridionalis, nebulosus & humidus, unde etiam nubila fronte, humida barba, madidis capillis, & rorantibus pennis depingitur, dictus ab hauriendis aquis. Aliàs Notus (Νότος) dicitur à νοτὶς, id est, humor. Ovid.

Madidis Notus evolant alis.

Hinc Australis, e, ut, Australes morbi, qui flante Austro generantur, Australes nimbi. Et Austrinus, a, um, νότιος, ut, Austrini flatus, Austrinus dies, apud Columell. De Austro plura vide in priori parte, Sudwind.

Austraria σῦμα, Oceani septentrionalis insula à barbaris sic appellata, à Romanis vero Glessaria, dum sc. Germanicus Cæsar ibi res classibus gereret. Plin. lib. 37. cap. 7.

Authe, filia Alcyonei gigantis Herculis tellis confossi. Illi enim septem fuêre filiæ, quæ ob patris interitum in mare se abijcientes, in Halcyones ab Amphitrite conversæ sunt, ut quidam volunt. Vide Egesandrum, qui harum nomina refert.

Autini, αὐτῖνοι, vel potius Auteri, populi Hyberniæ insulæ.

Autocanes, mons ab Homero in hymnis ponitur.

Autolia, vel ut alij Auticlia, Simonis primi filia, quæ ubi

Laerti Ithacæ regi nupsisset à Sisypho latrone intercepta est, & compressa, ex quo concubitu Ulysses prognatus est. Alij Autolici filiam hanc faciunt.

Autololes pen. bre. αὐτόλολες Getuliæ sunt populi, de quibus Claudian.

Reputant deserta fugaces
Autololes.

Autolycus, αὐτόλυκος, Deucalionis filius, & avus maternus Ulyssis, qui proxima Parnaso loca furtis infestavit. Martial. lib. 8.

Non fuit Autolici tam piceata manus.

Scribitur hic Trojam Achivis aperuisse, introductis equo ligneo militibus referto. Dicitur idem Mercurii filius, ob dolum & furacitatem. Infelix enim Mercurii in genitura positus ejusmodi mores ut plurimum format.

POETICE.

Autolicus:

Fallax, Furax, Versutus, Ingeniosus ad omne furtum Propago versuta de stirpe Alipedis Dei.

Autolicus alius etiam Jasonis comes fuit, de quo Strabo. Autolicus item athleta fuit insignis pancratiastes, de quo Plin.

Automalax, Ptolome. Urbs Cyrenes aliâs Pentapolis dicta, a quinque eis præclaris urbibus, Berenice, Arsinoë, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene. αὐτόμαλα Straboni dicitur.

Automedon, ontis, αὐτομέδων, brev. pen. filius fuit Dioræ, armiger Pyrrhi, & auriga Achillis. Sunt qui Automedon scribant Javenal. Satyr. 7.

Puer Automedon non lora tenebat,
Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ.

Meminit etiam hujus Virgil. 2. Æneid. & Ovid. lib. 1. & 2. de arte amandi. Fuit etiam hoc nomine Græcus autor, cujus inter cætera hoc est:

Εὐδαίμων πρῶτον, μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων,
εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτον ὃς ἄπαις, id est;

Qui nulli debet, fortunatissimus hic est.
Proximus huic cælebs, tertius orbus erit.

Id est, sine liberis. Vide adagijs Erasmi. Felix in nihil debet.

Antonoe, αὐτονόη, Cadmi, Hermiones filia, & Aristæi conjunx, ex quo Ætonem peperit. Ovid. 3. Metam.

Autricum, αὔτρικον, Ptolem. Carnutum urbs est.

Axantos, infra Hiberniam

Brita

Britanniam est insula, Plin. lib. 4. cap 16.

Axiaces, ἀξιάκης, Hypanis fluvius est, de quo inferius, vide in dictione Hypanis.

Axius, ἄξιος, seu Axus, vulgò Vandari, Macedoniæ fluvius est, qui in Thermaicum se sinum exonerat, &, ut veteres prodidére, pecudem inde potantem nigram reddit, natura ab Heliacmone vicino amne diversa, qui velleris nitorem potæ ex se pecudi asservat. Est & Axius fluvius Paphlagonum, per Mygdoniam fluens, de quo Herod. lib. 7.

Axon, ἄξων, fluvius in Caria. Plin. lib. 5. cap. 37.

Axona, pen. bre. ἄξονα fluvius est in Remorum extremis, Ausonius in Mos. Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps. Inde Axones fluvij istius accolæ. Vide Bocatium. Lucan. lib. I.

Ex biturix, longisq; leves, Axones in armis.

Axiochus, Philosophus fuit, cui de morte librum & scripsit & dicavit Plato.

Axion, frater Alphesibææ, quæ Alcmeoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interematus esse putatur, vel, ut Ovidius sentire videtur à Callithoes filijs.

Axius, ἄξιος, Mygdoniæ fluvius, de quo Herod. libr. 7. Meminit & Homer. lib. iliad. 2. ubi pulcerrimam fluvij hujus aquas esse scribit.

Axylus, ἄξυλος, Phryx ex urbe Arisbe homo rebus omnibus affluens, miraq; in hospites humanitate & benevolentia, de quo Homer. li. 6. iliad.

Azan, anis, ἀζὰν, Arcadiæ mons, ubi Cybele Deorum mater olim culta fuit. Statius.

Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan.

Azanes, Strab. libr. 8 populi sunt Arcadiæ, qui præstare creduntur vetustate inter Græcam nationem atq; Parrhasij.

Azaniæ, ἀζανία, sive Azanium, ἀζάνιον, minoris Asiæ urbs est.

Aziris, ἄζιρις, Ptolem. minoris Armeniæ juxta Euphratem urbs est.

Azotus, ἄζωτος, long. pen. Syriæ urbs, unde Azotius, a, um, ad Azotum spectans.

B.

Babactes, Βαβάκτης, & Bactes, Bacchi sunt nomina, à βάζω, id est, clamo, ob clamorem Bacchantium multifarium, & quia vino madidi hujusmodi emittere voces solent.

Babylon, vide suprà, **Babylon**

Babyrsa, Strab. lib. II. munitissimum Atropariæ regionis in Asia prope Artaxatam urbem castellum.

Babys, frater Marſiæ fabulis eſt, qui Apollinem etiam in certamen vocare non dubitavit, ſed ubi victus, Apollo Babyn adeò contemſit, ut eum ne ſupplicio quidem dignum exiſtimaret, ſed ſuæ potius inſcitiæ relinquendum judicaret. De hoc adagium: χακίον βάβυς αὐλεῖ, id eſt, Peius Babys tibia canit, quod in eos dicitur qui quò magis ſe exercent hoc fiunt rudiores.

Baccales, Herodot. lib. 4. hiſt in Lybia ſunt populi juxta mare habitantes.

Bacchæ, fuerunt mulieres Bacchi ſacerdotes & ſacrificæ quæ ſacrificia ejuſdem nocte celebrabant in Cythærone monte Bœotiæ, vel, ut Perotto placet, in Parnaſſo idque annis alternis, vel ut Ovidius 9. Metamorph. ſcribit poſt triennium. Aliâ enim dicuntur Thyades Mœnades, Eleides, Edonides, Edoniæ, Enthyades, Baſſarides, Triatereides Minallonides, & Mimallones. Thraciæ dicuntur Bacchæ ab ejuſdem nominis monte, quod vinolenti ſint Thraces, & Germanorum more evacuandis poculis laudem aucupentur. Cadmææ verò à Cadmo rege appellantur. Hodiè Bacchæ dici poſſunt mulieres **Bacchantes & ebriæ**, **tolle volle Weiber.** Dicitur & Baccha in ſingulari βάκχη & Bacchis idis.

POETICE.

Mœnades.
Thebanæ matres.
Cohors concita Baccho.
Thyrſo.
Cohors referens trieteric[a]
Baccho.
Barbara turba fuſis comis.
Concita Baccha Deo.
Eleides Bacchi furijs actæ.

Bacchæ:

Sævæ, Ogygiæ, Cadmææ Ædoniæ. Quas Bicornige[r] Pampinea haſta tetigiſſ[e] creditur.

Bacchanal, & Bacchanale βακχεῖον, ἢ τὸ διονύσιον, locus ub[i] feſta Bacchi celebrabantu[r] Plaut. in Aulula.

Ad Bacchicas veni in Bacchanal.

Bacchanalia, Bacchi diceban[tur] feſta, de quibus Polydor. Virgil. lib. 3. cap. 17 de rerum inventione. Uber[r]imum verò hæc feſta apu[d] cunctas gentes libidinis ſe[m]inarium fuerunt, orta pri[mùm] in Ægypto, unde a[d] Græcos delata ſunt διονύσι[α] dicta, inde in Hetruriam ex Hetruria Romam. Celebrata autem ſunt hæc feſt[a] ita, ut viri quaſi impote[ntes] mentis, & matronæ Baccha[rum] habitu crinibus paſſi[s] cum facibus ardentibus diſ[-]

currerint

currerint, viri cum fœminis, tum teneræ ætati turpissime misti per dolum, & alia ejusmodi parrata sint adeò nefanda, & execranda, ut ne quidem cogitari, ne dum dici possint. Fiebant temporibus nocturnis fœditatē suam exercente Satana, tenebrarum principe. Senatus igitur consulto, ut bonus moribus noxia, Roma exterminata sunt, cùm septies missc essent illorum hominum in urbe, qui etiam mactabent eos, qui aliquid arcani ex ipsorum ordine & conventu in publicum spargebant, ut in Plutonis olim sacrificiis factitatum fuisse legitur. Dolendum autem est, à gentibus veri Dei ejusq; cultus ignaris ad Christianos Bacchanalia pervenisse, ubi in tanta Evangelij luce ita vivitur, ut omnium verè piorum mentes ἀσωτίαν ejusmodi meritò exe crentur & detestentur. Hinc Bacchanalia vivere Juven. 2. dixit pro eo, quòd est intemperrater, & Epicureorum more vivere, cum inquit:

Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Ubi reprehendit Poeta eos, qui temperantiam simulantes gravissimi in aliorum vitam erant censores, cum tamen domi omnis generis voluptatibus ipsi indulgerent. Dicta autem (ut & hoc addamus) fuere festa sive sacra Bacchi & Trieterica, quòd tertio quoque anno agitata sint, de quo Ovidius 1. Fastor.

Festa Corymbiferi celebrabat GræciaBacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

Vide plura de Bacchanalijs in prima parte: Faßnacht.

Bacchiadæ, βακχιάδαι, βακχιάδαι, fuerūt Corintij, qui urbē Corinthum ipsam ducentis ferè, annis denominatione tenuerunt, de quibus plura Strab. lib. 8. Meminit etiam horum Ovid. lib. 5. Metam. Ubi itet Plutonis Proserpinam deferentis describit.

Bacchides, pen. bre. βακχίδης, Strabone libr. 12. teste, dux fuit, qui Lucullo Sinopen urbem prodidit.

Bacchus, βάκχος, Deus vini ab Ethnicis est habitus, quòd primus omnium vini usum reperisset Unde etiam pro ipso vino à Poetis non rarô usurpatur. Dicitur ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, id est, ab incondito, quam Bachantes edere solebant, clamore. Filius autem fuit Jovis & Semeles Juppiter enim cum Semelen Cadmi filiam amaret, cum ea concubit, unde cum facta esset prægnans, Juno

Pellicem ulcisci statuit. Sumta ita anili forma eam apijt, persuadetq; ei, ne alio Jovem apparatu recipiat ad cubile, quam solitus sit apparere Junoni, quo ut illius autoritas gravis, ita concubitus insignis esset. Quo impetrato Jupiter quidem ingemuit, sed tamen ut juramento satisfaceret, instructus tonitribus ac fulminibus domum Semeles ingressus est, ac tecta ejus deceptæ optatis flammis adurit. Bacchumque conceptum utero gravidæ incendio eripit, ac femori insuit suo, & ubi accessit idoneum partui tempus, more gravidæ mulieris enixus est. unde Bimater, & bis genitus dicitur. Hunc primum matertera ejus Ino clam nutrivit, postmodum Nymphis, quæ Nysam montem Indiæ frequentârunt enutriendus est commissus. Ovius 3. Metamorph.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab Alvo
Eripitur, patrioq; tener, (si credere dignum est)
Insuitur femori, maternaq; tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat, inde datum Nymphæ Nysseides antris.

Occulvére suis, lactisq; alimenta dedere.
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur,
Tutaq; bis geniti sunt incunabula Bacchi, &c.

Quare autem à Jovis semine natus fingatur Bacchus Quintus Curtius indicat libr. 8. rerum gest. Alexandri. Quare fingatur puer hanc adducunt rationem quod nimirum ebrij instar puerorum omnia revelent, balbutiant, pedibus vacillent, & id genus alia non secus atq; pueri ineptias rediculè agant. Potus enim immodicus rationem & omnes sensus ita extinguit, ut ipsi etiam senes quandò inebriantur, bis pueri fiant. Vide Platon. 1. de legibus. Finguntur præterea & Tigres, Lynces & Pantheræ Bacchum comitati, propterea, quòd sunt vini appetentes, vel feræ admodum immanes. Cum ebrietate enim ut plurimum immanitas & feritas conjuncta est. Ita Satyri & Bacchi finguntur ob libidinem & furorem ebriorum. Satyros enim salaces esse, Bacchas verò mulieris furore correptas fuisse scribunt. Vide de Baccho Achillem Pirmin. in Chron. ubi inquit: Bacchus liber pater

e.

ex Semele natus, Indiam ſubjugat & primus emere ac vendere mortales docuit, cùm antea ſolùm permutatione rerum uterentur, ferè ante natum Chriſtum 1433. Alciatus etiam libr. 1. emble. 67. in ſtatuam Bacchi hæc ſcribit.

Cur juvenis teneraq́ etiam languine vernas
Barba, queas Pylium cum ſuperare ſenem?
Muneribus quandoq́ meis ſi parcere diſces,
Junior & forti pectore ſemper eris.
Tympana non manibus, capiti non cornua deſunt?
Quos niſi dementes talia ſigna decent:
Hoc doceo noſtro quod abuſus munere ſumit
Cornua, & inſanus mollia ſiſtra quatit.
Quid vult ille color membris penè igneus, omen
Abſit: an humanis ureris ipſe focis?
Cur Semeles de ventre parens me fulmine traxit
Ignivomo. infectum pulvere merſit aquis,
Nunc ſapit hic, liquidis qui nos benè diluit undis,
Qui non ardenti torret ab igne jecur.

Fingitur & Bacchus poetarum præſes, cui hedera conſecrata eſt, ut olea Minervæ, ob quod & Poetæ hac coronari ſolent, quemadmodum lauro victores. Sic Virgil.

Paſtores hedera creſcentem ornate Poetam.

Hinc Horatius dicit, ſe Cæſaris laudes non poſſe ſatis deſcribere, niſi Bacchi numine afflatus, ab eoq́ue prius ſit inſtructus. Vide etjam de Baccho plura in prima parte. **Gott des weins.** Fiunt autem hinc Bacchicus, βακχεῖος, ὁ, & Bacchejus quatuor ſyllab. ut, Bacheia dona apud Virgil. 4. Georg. Et verba ſunt: Bacchari. βακχεύειν, id eſt, furere, **ſchwermen.** Debacchari, id eſt, valde bacchari vel furere Terent. in Adelph. Act. 2. ſc. 1.

Si ſatis jam debachatus es leno, audi, ſi vis nunciam.
San.
Ego debachatus ſum in te, an tu in me?

Habe ich wider dich/oder du wider mich geſtürmet vnd geſchwermet?

Perbacchari, Cic. Philip. 2. Bacchatio, Cicer. in Verran.

Bactes, vide Babactes.

Bactra, orum, βάκτρα, provincia eſt Scythiæ, ultra Aſſyriam, â flumine Bactro, ſic appellata. Virgil. libr. 2. Georg.

Laudibus Italiæ certent, non
Bactra neq; Indi, &c.

Eſt & Bactra ejuſdem regionis civitas, Hinc Bactri ſive Bactriani, βακτριανοί. Bactrorum incolæ, Scythis proximi, rerum omnium copia divites, & Smaragdi cum primis nobilitate. Et Bactrianus, a, um, βακτριανὸς, quod eſt ex Bactris.

Bactri, vide proximè retrò in Bactra.

Bactrius Scytharum fluvius, à quo Bactriani dicti. Herod. lib 17.

Bactros, fluvius eſt in finibus Scythiæ Aſiaticæ, unde Bactra regio & urbs nomen traxêre. Lucanus:

Errantes Scythiæ populos, quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c.

Badacum, βάδακον, Noricorum ſive Bavarorum urbs eſt. Salezaburgenſis dicta hodiè, à Saleza flumine, vide Volaterran.

Badas, Syriæ fluvius, juxta quem Memnon ſepultus eſſe ſcribitur. Vide Strab. lib. 5.

Bænacus, quod rectius tamen ſine diphthongo in prima, Vide Benacus.

Bætica, vide infra, Betica.

Bætiræ, Βαιτῖραι, Ptol. Galli Narbonenſis urbs eſt for Beſiers.

Bætis, βαῖτις, fluvius ulterioris Hiſpaniæ, in quo lan pulcro colore tingi oſtend Martialis, cum ait:

Bæthis olifera crimen rea mito corona,
Aurea qui nitidis velleri tingit aquis.

Scribitur aliâs etiam Bei Bethis, & Betys, ſed rectiùs tamen Bætis. Ab hoc fl vio Bætica, βαιτικὴ, Hiſp niæ regio dicta eſt, qu Turdetana ab accolis voc tur. Hodiè Granata dicitu

Bætulon, Βαιτȣλὼν, aliâs Ba tholon, fluvius Hiſpan Tarraconenſis, agrum Ba chinoenſem irrigans. H ſpani hodie ſuo lingua B ſonem vocant, vide Ptol lib. 2. 6.

Baganum, aliâs Tornacun Nervorum urbs eſt. Ptolen teſte.

Bagoas, med. long. βαγόας Perſica lingua Eunuchus ſi ve Spado dicitur. Ovid.

Quem penes eſt Dominai ſervandi cura Bagoæ.

Bagradus, βαγράδας, vel Ba grada penult. brev. Num diæ fluvius, qui ex Libyc montibus longè ductus pr pe Carthaginem fluit, ul Regulus Serpentem 12 pedu

pedum adhibito exercitu interemit. Vide Livi. Plin. & Gell.

Baiæ,arum, βαΐαι, oppidum Campaniæ, juxta Lucrinum sinum inter Puteolos & Misenum montem, à Baja Ulyssis socio illic sepulto appellata, Strabone autore. Celebres Bajæ fuerunt amœnissimo situ, & aquarum calidarum, tum ad voluptatem tum ad sanandos morbos accommodissimarum præstantia. Vide Pontanum duobus libris, quos Baja inscripsit. Hor. lib.1. epistol.

Nullus in orbe sinus Baijs prælucet amœnis.

Qua de causa & pro locis amœnis & voluptarijs, nomen id à Cicerone usurpatum est.

POETICE.

Bajæ:

Calentes. Vaporiferæ, Æstuantes. Tepentes, Liquidæ, Amœnæ, Felices, Desides, Salaces. Hinc Bajanus,a,um,ut sinus Bajanus.

Bairon, historici nomen, de quo Suid.

Bajus, Ulyssis fuit socius in Campania sepultus, à quo Bajæ in Campania appellatæ sunt Servi.

Balbina, virgo fuit Romana & Quirini martyr, sepultr jacet in via Appia juxta parentem, qui ambo sub Trajano passi sunt. Volaterran.

Balbus Cornelius, vide Cornelius.

Baldraca, obscuri generis ac peregrinæ conditionis puella, licet ob paupertatem multarum indiga esset rerum, sui tamen corporis copiam Othoni Imperatori quamvis multa promittenti, facere noluit. Volater.

Baleares, long. penult. βαλεαρίδες, insulæ duæ in mari. Hispanico, Gymnasiæ, γυμνασίαι, à Græcis dictæ, quod in ijs incolæ nudi æstatis tempore fundarum, quas ibi primum inventas Vegetiùs, scribit, jactu sese exercent, Unde & fundam Balearem. Virgilius dixit 1. Georgic.

Stupa torpuentem Balearis verbera fundæ.

Sed & à βάλλειν, quidem, id est, jaciendo dictæ sunt. Hodiè vulgò majorica & minorica, à quantitate dispari appellantur. Hinc Balearicus, a,um, ut Balearica funda apud Ovid 2. Metam. Et mare Balearicum, quod & Ibericum & Hispanum est apud Plin. lib.3.

Balesium, Italiæ oppidum maritimum, Brundusio vicinum. Plin.

Baliardus, Gallicus ac Peripateticus quidam hilosophus

Parisiis prodiit, vir sanè doctissimus, sed ab orthodoxis tamen in nonnullis aberrans, à quibus etiam avelli se non passus est, vide Volater. lib. 22.

L. Balienus Catillinæ avunculus, Lucretiam Asellam cõsulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum urbis statum petentem, jussu Syllæ tum dictatoris occidit, accusatus postea, ac damnatus, Pædiamus.

Balinienses, aliàs Trebani, populi in Latio, de quibus Plinius lib. 3. cap. 5.

Balius & Xantus, equi fuerunt Achillis, quos Zephyrus ventus ex Podarge Harpyia suscepit.

Balsa, βάλσα, aliâs Tavilla, urbs Lusitaniæ est. Ptol.

Balthia, in mari Germanico insula est.

Bamborum. Plin. lib. 5. cap. 11. Mauritaniæ flumen Crocodilis & Hippopotamis plenum.

Bambyca, βαμβύκη, aliâs urbs sacra & Bpessa dicta, Mesopotamiæ urbs est, in qua Artagatam Syriam Deam colunt. Strab. lib. 16.

Bambyce, aliâs Hieropolis, Syriæ Cæles urbs est. Plin. lib. 5 cap 23.

Banasa, Plin. lib. 5, cap. 1. Colonia Romanorum in Africa, Valentia cognominata.

Banutri, Liv. lib. 5. cap. 2.

Getuli sunt, Tingitanæ provinciæ incolæ.

Baracum, βαράκον, Plin. lib. 6 cap. 6. oppidum est Cyrenes.

Baracura, βαράκουρα, hodiè Bangelia, urbs est fœcundissimum emporium Indiæ extra Gangem, de quo Ptolem.

Baragasa. Plin. lib. 6. cap. 29 oppidum est Æthiophiæ.

Baramalacum, Plin. lib. 6. cap. 28. oppidum Nabathæorum est in Africa.

Barbara, virgo Nicomediensis, Dioscuri potentis & opulenti cuiusdam præfecti filia, primùm turri inclusa, deinde ob veri Dei confessionem ex quisitis tormentorum generibus cruciata, tandẽ ab ipso patre capite truncata est, tempore Maximiliani Imper. Volater. lib. 4.

Barbarium, βαρβάριον, vel, ut aliqui volunt, Barbaticum. Hispaniæ ad Tagum fluvium est promontorium, autore Strabone lib. 2.

Barbesula, Hispaniæ Bœticæ est oppidum. Est & hoc nomine fluvius Barbesulam oppidum præterfluens. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

Barce, es, βάρκη nutrix Sichæi fuisse scribitur, de qua Virg. 4. Æneid.

Tu breviter Barcen nutricem affata Sichæi.

Est

Est & Barce.Ptolomais,urbs in Cyrenaica regione, ab ejusdem nominis regina sic appellata. Claud.

isfidet occiduis quod Gadibus arida Barce,

Hinc Barcæi populi.

ırcæi, Carthagini propinqui sunt populi. Vide Servi. in 4. Æneid.

ırcenis, hodiè nigra sylva, Germaniæ est sylva trans Rhenum, Suevos à Cheruscis disterminans. Volaterran.

ırcha cognomentum Amilcaris patris Annibalis, inter duces Pœnos ob res præclarè gestas celebris fuit, de quo Livi. & Volater.

ırcino, βαρκίνον, Barcelona vulgò, urbs est Hispaniæ Tarraconensis insignis. Auson.

ırraco & ostrifero super addita Barcino ponto.

ırderate, Plin. libr. 3. cap 5. urbs est in Gallia comata ad Apenninum.

ırdesanes, βαρδεσάνης, præsul fuit Mesopotamiæ, Syrorum lingua doctissimus, qui lingua patria contra Marcionem scripsit. Sunt & alia ejus scripta, de quibus Euseb. lib. 4.

ıardi, vates fuerunt Galliæ, ubi in singulari habiti sunt pretio, qui laudationibus & rebus poeticis studentes res gestas fortium virorum decantare solebant. Vide Strabon. libi 4. & Diodor. Siculum. Lucan. item lib. 1. ubi ita scribit poeta.

Vos quoq; qui fortes animas, belloq; peremtas
Laudibus in longum vates demittitis ævum.
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Barduli, aliàs Turduli & Tapari, populi sunt Cantabrorum in Hispania, Plin. lib. 4. cap. 22.

Barea, Plin. libr. 3. cap. 3. Hispaniæ Citerioris oppidum est, Bœticæ tamen asscriptum, Plin.

Bargeni, Plin. lib. 6. cap. 29. Africæ sunt populi ex gentibus Troglodytis.

Bargus. Plin. lib. 4. cap. 11. fluvius est Thraciæ in Hebrum delabens.

Bargylla, orum, Βάργυλλα τὰ sive Bargylos, urbs in Caria à Belleroohontis comite Bargyllo, quem Pegasus occidit, appellata, unde Bargylici Campi. Bargyletæ incolæ dicitur.

Barrabas, βαρράβας, dictio est Syriaca, apud nos idem significans, quòd filias patris בַר Bar enim idem idem est, filius, אַבָא Abba idem

quod

quod pater, Sedulius: Tunc coluêre Baal, tunc elegêre Barabbam.

Baris,idis, βάρις, sic Ægyptii cimbam nominabant, qua cadavera ad sepulcra devehebantur. Usus eo est Propert. lib. 3.

Baridos & Contis rostra Liburna sequi.

Est & Baris, Pisidiæ in Pamphilia locus. Plin. lib. 5. ca. 32. autore.

Barium, βαρίον, vulgò Barri, oppidum Apuliæ, quod teste Plinio, Japyge antea dicta fuit, à Japyge Dædali filio.

Barnichius, βαρνίχιος, Enipeus antea dictus, Peloponnesi fluvius est, qui in Alpheum se exoverat. Vide Strab. libr. 8. Meminit & Homerus in Odyss.

Barnus, Barnutius, Strab. libr. 7. Macedoniæ oppidum est prope Heracleam.

Barra, Plin, li. 3. cap. 17. Orobiorum in Transpadana Hispania est oppidum.

Barutus, vel Barutum, vide Berytos.

Basaborates, Plin. libr. 4. cap. 19. Galliæ Aquitanicæ sunt populi.

Basilea, vide suprà **Basel**.

Basilei, orum, βασίλειοι, dicuntur Sarmatæ cognomento Japyges & Vrgi, de quibus plura apud Strab. lib. 7.

Basilia, βασίλεια, ponti insula est maxima, de qua Plinius lib. 4. cap. 13.

Basilicus sinus, βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam minoris Asiæ regionem alluit, autore Plinio lib. 5. cap. 29.

Basilidæ, βασιλεῖδαι, populi sunt Scythiæ Europææ, qui ab Hercule & Echidna originem traxêre. Vide Pompon. lib. 2.

Basiliscos, βασιλίσκος, Latinè Regulus, serpens sic dictus vel à candida, quam in capite habet macula, diadematis instar, vel ab eo quod sibilo suo serpentes omnes fuget, ut Plinius indicat, libr. 8. cap. 21. Nam eum ex ovo galli gallinacei novem annorum per rubetam vulgò creditur ac fertur. Habitat in Africæ solitudinibus. Hominem illatum ejus cavernis inspiciat, solo intuitu perimit; virus tamen mustelarum exitio huic esse scribitur. Erasmus in convivio religioso: En vobis Basiliscum oculis igneis, ipsis etiam nocentissimis venenis formidabilis, Vide Jul. Cæs. Scalig. li. de subtilitate exercit 246. Levin. Lemnius lib. 4. de occult. natur., mirac. cap. 12. Vide etiam prima parte, **Basilisck**.

POETICE.

Basiliscus.

Venenosus, Lethifer. Virulentus, Venenatus, Formidabilis, Noxius, Venenifer. Lethalis, Veneniger, Dirus. Regnans in vacua arena. Natus in ardenti Libyæ arena. Effundens sibila terrentia cunctas pestes. Vulnerans aspectu, & luminibus necans.

Basilius, qui χαρίτων κῆπος Cyro prodromo dicitur, id est, Gratiarum hortus, Episcopus Cæsereæ in Cappadocia, omnium scriptorum Ecclesiasticorum, qui extant eloquentissimus. Athenis adolescens adhuc didicit, & postea docuit. Eusebio defuncto episcopus electus acerrima cum Arianis sustinuit certamina, veramq; de filio Dei, & Spiritu sancto doctrinam illustravit, Vita ejus à Nazianzeno descripta est. E vivis excessit circa annum Christi 390. Meminit etiam ejus Eusebius, à quo στῦλος ἀληθείας, id est, columna veritatis dicitur.

Basilius unus ex interfectoribus Cæsatis ponitur ab Appiano. Item alter pirata infamis fuit. Lucan.

Basilium videre ducem, non furta per æquor.

Bastitani, populi Hispaniæ, qui Bastuli etiam à Strabone lib. 3. appellantur.

Basoropeda, Medorum regio Armeniæ contributa, vide Strab. lib. 11.

Bassareus, ei, Bacchus dicitur Horatio lib. 1. oda à bacchantium, quibus in sacris utebantur, vestibus, quas βασσάρας Thraces appellabant.

Non ego te candide Bassareu
Invisum quatiam, &c.

Sunt, qui dici velint Bassareum à βάζειν, id est, clamare. Hinc Bassaricus, id est, Bacchicus propert. lib 8.

Cinget Bassaricas Lydia nostra comas.

Et Bassaris, idis, βασσαρίς, Bachi sacerdos, Stat.

Si dicet aurata Bacchum vestigia palla.

Sidonius Bassarides entheas vocat, id est, divinas & Deo plenas, cùm inquit: Rotat Enthea thyrsum Bassaris. Dicitur & Bassaris, vacca multifaria. Persius.

Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris.

Bassianus, Syracusis natus, Christi doctrinam Romæ amplexus est. Postea Episcopus Laudensis diu fuit, ac Ambrosio morienti affuisse scribitur. Vide Volaterran.

Bassus, poeta Epicus ingenio vehementi ac poetico, de quo Quintil. Item Aufidius Bassus historicus Quintiliani temporibus bellum Germanicum scripsit. Cæsius Bassus inter Lyricos ponitur, de quo Probus. Bassus item & Sextius Niger Romani homines, de medicina Græcè scripserunt, de quibus Volaterran. Bassus præterea alius Episcopus Nicenus fuit, propter Christi nomen, à calce ad verticem usq; verubus transfixus. Bassus deniq; alius quidam ob Evangelij confessionem submersus est Alexandriæ.

Bastarnæ, βαστάρναι, Europæ populi in Sarmatia. Vide Strabon. lib. 7.

Bastuli, Bæticæ Hispaniæ populi prope Turdulos, quibus aliquot sunt oppida.

Bata, orum βάτα τὰ, Asiæ vicus & portus Strab. lib. 11.

Batala, oppidum in Italia Sidicinorum antiquiss.

Batalus, tibicen lascivus fuit, qui locum fecit adagio, βάταλος εἶ, id est Batulus es, quod in effœminatos olim dictum fuit. Unde & βαταλίζεσθαι, id est, turpiter atq; effœminatè vivere apud Græcos factum est

Batavi, vide suprà **Hollander.**

Batavia, vide suprà, **Holland.**

Batea βάτεια, filia Teneri S... mandri fluvij filij, uxor D... dani. Stephan. in Dardai... Diodor, lib. 5.

Bathyllus, βάθυλλος, formæ ... modum egregiæ puer f... Anacreontis poetæ delic... ex Samo insula oriund... unde & Samius dicitur... Horat. in Epodis ode. 14.

Non aliter Samio dici...
arsisse Bathyllo,
Anacreonta Teium.

Hinc παντόμιμος, id est, ... culator & saltator fuit. ... de Juvenal.

Molli saltante Bathy...

Bathyllus præterea alius ... dam Phorci & monstri ... rini filius fuit, de quo T... odontius.

Batia, tumulus Ili in Troj... vide Strab. lib. 13. Etiam ... tiea βατίεια dicitur.

Battachus, sculptor ex L... nia oriundus fuit.

Batralus, vide Batalus.

Battiades dicitur Calli... chus, à Batto patre. O... in Ibin.

Nunc quo Battiades ...
micum devocet Ib...
Hoc ego devoveo teq;
osq; modo.

Battis, virgo fuit decorâ a... egregia forma, à Ph... Poeta elogiographo ad... ta, ejusdemq; versibus ... brata:

Nec tantum Coo Battis amata suo.

Batton, βάττον, Comicus fuit, cujus fabulæ apud Suidam reperiuntur.

Battus, filius Nelei, equarum pastor, de quo hanc fabulam refert Ovid. lib. 2. Metam. Cum Apollo Jovis & Latonæ filius Admeti regis pecus pasceret, fistulæ cantu solitudinem protegens, boves ejus in agro Pyliæ regionis progressæ sunt, quas Mercurius furto abactas in sylva occultavit. Quod cùm solus Battus equas pascens vidisset, Mercurius, ne cuiquam hoc furtum aperiret mandavit, in quo ut eò facilius morem gereret, ex armentis formosissimam ei vaccam concessit. Battus igitur nemini se hoc indicaturum recepit. Deus verò mortalis fidem ut experiretur, paulò post sumta alia figura ad eundem reversus est, seque amissas quærere boves simulavit, & præmium promisit, si demonstrasset. At ille, ubi spe muneris illectus sub quo monte pascerentur ostendisset, Mercurius perfidia ejus offensus in Lapidem eum mutavit, qui ab eventu Index * circa Pylium vocatur. Ovidius:

Senserat hoc furtum nemo nisi natus in illo
Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.

Hæc Batti fabula docet, sermonis fraude ac perjurio abstinendum. Fuit autem Battus ineptus poeta, cujus versus, κόκκυγος, q. sunt cantus, hoc est, in quibus eadem verba sæpius repetijt. Unde etiam vox βαττολογεῖν confecta est, & βαττολογία.

Baucis, βαυκίς, anus pauper, quæ cùm viro suo Philemone Jovem & Mercurium in hominum figuras versos hospitio suscepit, & honorificè pro modo facultatum tractavit, ubi in tota Phrygiæ regione à nomine ultrò hospitio exciperentur. Jupiter igitur & Mercurius casam eorum in templum converterunt, eosq; ipsos sacerdotes in eo constituerunt, post mortem verò in arbores sunt mutati, de quo Ovid. 8. Metamorph. Docet hæc Baucidis & Philemonis fabula, hospitalitatem ac frugalitatem Deo gratam esse. Verisimile est autem, Philemonem hunc Ovidij villicum fuisse. Poetæ enim data occasione ita celebrare suos solent. Summa porrò inter Baucidem & Philemonem conjunctio fuit, & pla-

nè

nè idem velle atque idem nolle, de quo idem Ovid. loco citato, ubi inquit:

Sed pia Baucis anus, pariliq; ætate Philemon.
Illa sunt animis juncti juvenilibus, illa
Consenuere casa, paupertatemq; ferendo.
Effecére levem, nec iniqua mente ferendam.
Nec refert Dominos illic famulosve requiras:
Tota domus duo sunt ijdē, parentq; jubentq;

Persius Satyr. 4. de Bauce ita:

Dum nec deterius sapiat Panuncia Baucis.

Panuncia, id est, sordido & crasso vestita panno.

Bavius, poeta ineptissimus fuit & malevolus, ut & Mevius, quorum uterq; Poetæ apud Latinos omnium optimo Virgilio suam in scribendis versibus felicitatem inquit. De quibus ipse eclog. 3.

QuiBavium non odit, amet tua carmina Mœvi.

Bauli, Campaniæ oppidum est in Italia, monti Massico vitibus insigni vicinum. Vide Volat. lib. 6.

Beatrix, virgo Romana, senatoris filia, in carcere necata ob Christi confessione[m] sub Diocletiano.

Bebius, cognomine Massa, [de]lator fuit Vespasiani te[m]poribus, de quo Juvenal. S[a]tyra 1.

Quem Massa timet, que[m] munere palpat Caru[s]

Bebriacum, vel Bebryacu[m] vicus est inter Veronam [&] Cremonam duab. Rom[a]nis cladibus notus inf[a]stusq;. Dicitur T. Bebri[ac]um, sive etiam Bebryciu[m]. Vide Cornel. Tacit.

Bebryces. βεβρυκες, vel Beb[ry]cij populi sunt Asiæ, qui [o]lim totum tractum usq; [ad] Ephesum & Magnesiam [te]nuére. Originem suam [(ut] Arrianus scribit) à Bebr[y]. una ex filijs Danai tra[xe]runt, quæ unà cum Hyp[er]mnestra præter paren[tis] mandatum viro peper[cit]. Quale & parentem fugi[ens] unà cum conjuge in hæc [lo]ca, Ægyptios docuit. [Pro] quibus meritis regio ab e[jus] nomine appellata.

Bebrycia. βεβρυκία, Asiæ reg[io] Mygdonia postea & Bit[hy]nia appellata. Inde [Be]brycius, a, um, & Bebr[y]ycis. Flacc. lib. 2.

Bebrycis, & Scythi p[ro]cul inclementia sa[xi]

Beda, natione Anglicus, [&] Latina & Græca lingua [o]ptimè versatus ob singu[larem]

vitæ modeſtiam venerabilis cognominatus fuit. Emicuit ſu Iohanne Sexto Pontifice, Commentatus eſt in Acta Apoſtolorum & in Lucam. Sepultus eſt Genuæ. Vide Volaterr.

duini, populi, qui pellibus utentes hircinis pro veſtib. orientem venerantur, & ad orant ſolem. Hi cùm ex Arabum Saracenorumque ſint ſecta, aliis tamen ſuffragantur opinionibus, unde & Hæretici dicti ſunt. Fato omnia fieri cùm dicant, mortem etiam vitari non poſſe aſſerunt. Unde etiam temeratio quodam impetu & inermes plane, una cum Saracenis in bella ruunt, Vide Volaterr.

a, rex Pannoniæ, qui per cædem fratris ad regni administrationem pervenit, quamvis bonus aliás princeps habitus, à multis populos vectigalibus immunes fecerit. Primus Byzantios, nummos, argenteamque monetam percuſſit. Extinctus eſt tandem, ubi triennium imperaſſet, equo lapſus & fractus membra, ſepultus in Cœnobio, S. Servatoris ab eo conſtituto. Quatuor autem hujus nominis Pannoniæ reges fuerunt, autore Volaterran. lib. 6.

bina, Βέλβινα, Stephano urbs eſt Laconiæ, Straboni verò libro 9. inſula regione Anaphlyſtiorum, apud quos templum Panos eſt, & aliud Veneris Coliadis.

Belga, Belgæ, Βέλγαι ſunt Galliæ populi vicini Germanis, quorum aliquot ſunt metropoles. Hinc Belgicus adject. Virgil. 3. Georg.

Belgica vel molli melius ferret eſſeda collo.

Vide etiam Niederländer

In Belgico primùm inventum dicitur genus vehiculorum, quod Eſſeda vocârunt: Quidam regionem ipſam Belgicam dici volunt.

Belgium, oppidum Belgarum apud Cæſar.

Beli, plures fuere, quorum primus Epapho natus eſt Ægyptio rege Iovis & Iſidis filio, ſive, ut Euſebius vult, Iſidis Telegoni cujuſdam: Cui poſt Apidis mortem Iſis nuſit regnante Cecrope, Is priſcus dicitur, ad differentiam Beli patris Didonis & item alterius patris Nini regis cui Babyloniæ templum eſt extructum, Ex Beſo Priſco Danaus & Ægptus, unde regio appellata, & Agenor geniti. Danaus cùm quinquaginta ipſi eſſent filiæ & Ægyſtho fratri totidem filij, quibus illas matrimo-

nio jungi petebat, ex oraculo didicit, se à genero interfectum iri, quare ut nuptias recusaret fratris, Argos secessit. Tandem cùm ad hoc ab Ægystho cogeretur, filiæ monitis paternis cultris clàm armatæ in nuptiarum nocte viros iam vino lætitiaq; sopitos omnes interfecerunt, sola excepta Hypermnestra, quæ Lynceo seu Lino viro pepercit, à quo Danaus post annum imperii sui quinquagesimum interemtus est. Conjuges verò quæ Danaides & Belides vocantur, propter flagitium illud perforatis urnis aquas apud inferos æternùm haurire coguntur. De his Ovid 4. Metam.

Moliriq; suis lethū patruelibus ausæ,
Assiduè repetunt, quas perdunt Belidês undas.

Idem in Ibin.

Quæq; gerunt humeris perituras Belides undas.
Ex lucis Ægysthi turba cruenta nurus.

Tybull. lib. 1.

Et Danai proles, Veneris qui lumina læsit,
In cura lethæas dolia portat abuas.

Referri lautem Belidum (
fluentes aquæ ad inexpleb
lem animi cupiditatem a
legoricè possunt. Pot
etiam Allegoria lepidè e
poni de fisco principi
quem omnes omnium civ
um fortunæ explere n
queant.

POETICE.

Inachides, Danaides.
Danai proles, puellæ.
Cruentæ nurus regis Æg
sthi.
Turba perniciosa marit
nece.
Sceleftæ Sævæ, Forte
Armatæ Sorores.

Belides

Iniquæ, Impiæ, Miser
Quæ luduntur undis. Plen
urnas frustrà ferentes. Qu
pòtuere puro ferro perd
sponsos. Quæ nunquam
captas undas captabunt
Ausæ moliri vel parare
thum patruelibus suis. A
sæ parare necem miseris p
truelibus. Pressæ assidua
aqua. Gerentes humeris
quas perituras. Repetent
assiduè undas, quas pe
dant. Quæ præmuntur co
assidua aqua. Quæ cogna
sanguine tinxerunt ferru
insidiatæ securis viris.

Belides, penult. bre. dicunt
50. filiæ Danai filij Beli,
fratris Ægysthi, vel, ut a
scribunt, Ægypti, de quib
ja

jam monuimus.

Belides, penult. long. βηλίδης filius seu aliquis de genere Beli ut apud Virgil. Æneid.

Fando aliquid si fortè tuas pervenit ad aures,
Belidæ nomen Palamedis, &c.

Belisarius fortissimus & clarissimus fuit ducum Iustiniani Imperatoris, qui bella Persidia & Vandalica in Africa feliciter gessit. Vide Volaterr.

Bellerophon, vel Bellerophontes, βελλεροφόντης, Glauci regis Corinthiorum filius fuit forma quidem eximia juvenis, sed tamen castissimus, mus, qui & ipse regnum apud Ephyram tenuit, quo privatus a Præto Argivorum rege, ab eodemq; servus domi habitus. Dedit hic proverbio locum: βελλεροφόντης τὰ γράμματα, id est, Bellerophontes literas, subintelligendum, affert, vel, simile quid. Dicitur enim autem de literis commentatitijs ejusmodi, quæ contra afferentem sunt descriptæ, quas vulgò literas Uriæ vocant. Bellerophontem enim ubi Præti Argivorum regis uxor deperiret, nullis tamē induci precibus potuit, ut stuprum cum ea committeret. Illa igitur dolore repulsæ indignata, adolescentem quamvis innocentē viro accusavit, ut insidiatum suæ castitati, qui tamen hospitij jure motus domi eundem interfici noluit, sed literas ad Iobatem socerum dedit, quibus interficiendi Bellerophontis negotium dabat. Iobates in ultionem criminis Bellerophontem ad domandos varios hostes misit, futurum aulumans, ut in pugna caderet. Verùm ipse palmam reportavit, posthac alijs cum periculis objecit, sed victor ille semper redijt. Postremò igitur ad superandam Chimæram ipsum misit, ut ibi tandem memorabilis pugnæ prætextu periret. Sed neque hac successit via. Sumto enim à Neptuno equo Pegaso hoc etiam monstrum superavit, & laudem reportavit amplissimam. Rex igitur juvenis virtutes admiratus alteram ipsi filiam Archimenem cum regni parte in uxorem dedit. Quod audiens Stenobæa seipsam laqueo suffocavit. Dictus autem est (ut hoc addamus) primô Hipponus, post ab interfecto Chorinthiorum primate Bellero, Bellerophontis nomen accepit. Vide Achil. Parm. in Chron. ubi inquit: Bellerophon primus equi vehi docet homines, atq; ita cum Pegaso

Chimæram superat, ante Christum natum ferè 1338. anuis Polidor. Virgilij lib. 2. cap. de rerum iuvent, Equo primùm omnium vehi Bellerophontem Glauci regis filium docuisse Plin. in 7. est autor, qui Pegasum alatum equum cùm in Chimæram iret, ascendit. Sabin. in Epistola dedicatoria fabularum Ovidij interpretationi præfixa: Bellerophontes cùm esset Lyciorum Dominus, bella gessit in Cylicia, ubi Chimæram domuit,&c. Et post: Vicit autem Bellerophontes donatus pegaso, & aureo freno à Pallade, id est, dato exercitu & fortitudine, quam de consilio rexit. At idem Bellerophõtes postea in rebus secundis factus insolens, cùm Pegaso intra cœlum ad Iovem vehi conaretur excussus est, & afflictus humi, postea mœrore perijt. Alciat. libro. j. emblem. 102.

Bellerophon ut fortis eques superare Chimæram,
Et Lycii potuit flectere monstra poli.
Sic tu tu Pgaseis vectus petis æthera pennis.
Consiliisq; animi monstra superba; domas.

POETICE.

Isthmiacus juvenis.
Certissima proles Glauti.
Bellerophon:
Castus, Fortis Bellator, Tetricus, Audax, Domitor Chimæræ, Cui præda Chimæra fuit. Qui cum laude rediit victor ab oppressa Chimæra. Cujus impiger equus feriens Aonias undas elicuit ictu pedis.

A Bellerophonte fit adject. Bellerophõtæus,a,um, Propert. lib. 3. eleg. 3.
Bellerophontæi quæ fluit humor equi.
Id est, Pegasi, Intelligit autem fontem Hippocrenen, quem Pegasus ungula excitaverat.

Bellerus, Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto, Bellephontes dictus est, cum antea Hiponous diceretur, ut jamantea ostensum.

Bello Citerioris Hispaniæ urbs ad Besiponem portum, de qua Plin.

Bellona, penult. long. ἐνυώ, Dea belli, & soror Martis; Polydor. Virgil. lib. 2. cap. 10. Huius (scil. militiæ) sicut Ciceroni Inde Natura Deorum 3. placet, inventrix Pallas fuit, ex quo Bellona dicta est. Claudian. in IIII. consulat. Honor.

Ipsa Palatino circumvalla
ta senatu
Iam trabeam Bellona ge-
rit: parmamq́ remo-
vit,
Et galeam, sacras hume-
ris vectura curules.

Vide plura in prima parte
Göttin des Krieges.

Bellon urbis & fluvij nomen in Hispania Bœtica. Strab. lib.3.

Bellovaci βελλόβακοι, Galliæ inter Belgas populi, belli gloria olim præclari: quos Cæsar, duce eorum interfecto, potestati suæ subjecit. Vide Cœsar in commēt.

Belunium, Monte belunio Venetiarum in Italia oppidum ut, Patavium Opitergium. Altinum concordia, Colonia. Volat.

Belus, Βῆλος, priscus pater Danai & Ægypti sub Cecrope. Vixit anno Mundi, M. DCC.X. Belus alter pater fuit Didonis. Tertius pater Nini primi Assyriorum regis. A Belo patronymicum est, Belides, de quibus antea, & Beliacus, a, um, possess. Belus item fluvius est Syriæ de quo videatur Polydor. Virgilij lib. 2. cap. 22. Ubi Plin. hujus fluvij descriptionem recitat. Item Ioseph.

Bemarchius, Βημάρχιος, Cæsariensis Cappadociæ sophista, scripsit rer gestas Constantini principis libris decem præterea declamationes quasdam & orationes Videatur Suid.

Bembina, βεμβίνα vicus est Nemeæ, unde Nemæus leo à Poetis Bembinatis belua dicebatur. Plautus in milit. Bembinatidis beluæ instar, id est, Nemæi leonis instar.

Bembinadia, nomen quo regio Nemææ appellata est, autore Plinio libro 4. capit.6.

Benacus, βήνακος, pen. long. prima verò indifferenter usurpata reperitur, est lacus Galliæ Cisalpinæ, vulgò Lago di garda. Hunc aureas arenas evolvere dicunt, & ex eis nutrire pisces, quas indigenæ Carpiones vocant nusquam alibi repertas. Ex hoc Mintius fluvius in Padum excurrit.
der Gardensee in Pycardey.

POETICE.

Unda verticosi Benaci.
Lucida unda Benaci lacus.

Benacus:

Piscosus, Vorticosus, Sonans, Assurgens fluctibus, & fremitu marino. Gignens odora Citrea ripis suis.

Benedictus, primus in Europa autor benedictini ordinis patria Nursensis fuit. Monasterium instituit in monte

Cassino in Campania. Aixit temporibus Iustini & Iustiniani. E vivis excessisse scribitur Anno Christi, 542.

Beneventum. βενέβεντον, urbs Samnitum in Italia, boni ominis gratia ita vocata, cùm Maleventum priùs diceretur. Servaus Campaniæ hanc uebem dicit. Extructa à Diomede fuit. Horat. 1. Sermon Satyr. 5.

Tendimus hinc rectà, Beventum ubi sedulus
hospes, &c.

Berecynthes, natio quædam est inter Phrygas, autore Strabone lib. 10.

Berecynthus, βυρέκυντος, mons Phrygiæ est, si nomen oppidi, in quo mater Deum Cybele: quæ inde Berecynthia dicta fuit. Priscorum ritu colebatur. Hinc Berecynthius adject. Horat. 1. carm. ode. 18,

Sæva tene cum Berecynthio
cornu tympana.

Id est, quo ad furorem Cybeles Berecynthiæ sacerdotes excitantur. Et rursum 3. carm. od. 19.

Cur Berecynthiæ cessant
flamina tibiæ?

Hoc est, Phrygiæ, & quæ in sacris Cybeles adhibebantur ut forsan buxeæ. Plurima enim in Berecynthio tractu est buxus, teste Plin. lib. 16. cap. 16. Scribunt & Berecynthus, Berecyntius sine aspiratione. Qua de re vide Servium in illud Vergilij Æneid.

Ipsa Deum fertur genitrix
Berecynthia magnum,
Vocibus his affata Iovem

Berenice, es, pen. long. βερενίκη, plures fuêre hoc nomine mulieres. Prima Ptolomei Lagi uxor cujus Theocritus meminit. Altera Ptolomæi Philadelphi, & Arsinoes reginæ filia, cujus capillum inter sidera Canon Mathematicus figmento gratiam regis Evergetæ mariti aucupatus retulit. Dè quo capillo Callimachus elegiam composuit, à Catullo deinde conversam. Tertia Herodis Ascalonitæ filia, Agrippę fratris uxor. Quarta Herodis Antipatris filij, ex Salomæ sorore neptis Aristobuli Herodis ejusdem filij uxor. Quinta Græcorum fuit berenice Callipatra quemadmodum Pausanias scripsit, cognominata spectatrix Gymnicorũ certaminum præ reliquis omnibus mulieribus sola, quòd & mater & soror & filia esset Olympionicarum velut Plinius retulit lib. 7. cap. 41. pherenicen eam dixêre Græci. Porro Berenices, Sipontino autore, crines, septem sunt stellæ ad

eandam leonis veluti in triangulo collocatæ. Berenicæus adject. apud Catull.

E Bereniceo vertice Cæsariem.

[B]erenice, βερενίκη, vel Beronice, nomen est multarum civitatum, quarum una est in Libya Cirenaica, prope Syrtes, ex illis quæ pentapolin efficiunt, à quo totus tractus Africæ, Cyrenaicæ nomen sortitus est. de quo tractu Lucan. lib. 9.

Separat ardentem tepida
Beranicida Lepti
Ignoret frondes, &c.

Silius lib. 3. Berenicis Nominativum facit, idis Genitivo.

[A]dfuit undosa cretus Berenicide miles.

[B]ergidium, βεργίδιον, urbs Hispaniæ, Ptolemæo

[B]ergium, vide suprà Albion.

[B]ergomum oppidum Italiæ Transpadanæ, à quo Bergomates, oppidi istius incolæ.

[B]erillus, Episcopus Bosiæ in Arabia docuit Deum patrē in Christo habitare, nec fuisse Christum Antequam ex virgine nasceretur. Sed ab Origine emendatus est. Euseb. lib. 6. cap. 16. 24.

[B]ernaba, urbs Hispaniæ, Ptolem.

[B]ernhardus, Abbas Clarevalcensis primus emicuit tempore Friderici Barbarossæ, Natus est Fontanis oppido Burgundiæ. patre Tecelino milite, matre Alotha. Ingressus est monasterium an. Christi 1112. anno ætatis 22. Defunctus est anno Christi 1163. Vita ipsius quinq; libris descripta operibus ejusdem adjungi solet. Propè enectos est jejunio, & ob tristem anhelitum non potuit versari apud homines in propinquo.

Beroe, es, βερόη, altera Semeles fuit Bacchi matris nutrix, in quam se mutavit Iuno Semele persuasura, ut à Iove veram illius formam peteret, qua tum Iunone de Bacho dictum est. Meminit Ovid. 3. Metam.

Ipsaq; erat Beroe Semeles
Epidauria nutrix.

Altera Dorycli Ismarij conjunx de qua Virg. lib. 5.

Fit Peroe Ismarij conjunx
longæva Doricli.

Berœenses, populi in Cœlesyria. Ptol. lib. 5. cap. 23.

Beronice oppidum in sinu Arabico, à matre Philadelphi Ptolomæi dictum. Vide Strab.

Berosus, pen. long. βέρωσος, Chaldæus fuit Babylonicus Astrologus celeberrimus, & rerum scriptor antiquissima

simarum, cui Athenienses in Gymnasio statuam erexerunt lingua in aurata, ob divinas, quibus claruerat, prædictiones Vide Plin. lib. 7 cap. 37. Est & Berosus historici nomen.

Bersane, è Damasco vidua, cujus amore exarsisse Alexandrum Magnum Diodorus prodidit.

Beryllus, βήρυλλος, Bostrenæ, Arabicæ urbis præsul fuit, de quo Volaterran. lib. 6. Est etiam hoc nomine gemma una ex virentibus Iudicisque apud Indos nascens, **Ein Beryl.** Primam habes productam, licet Prudentius eam corripuerit.

POETICE.

Beryllus gemma.

Glaucus, inæqualis Lucidus, Fulgens, Nitens, Splendens Viridis.

Berythus, βηρυτός urbs Phœniciæ, hodie Barutus vel Barutum dicta, primam & mediam producit.

Besippo βεσιππώ, portus Hispaniæ est, Mellatiæ Pomponij Melæ patriæ vicina Plin.

Bessa, urbs phocidis est, & arcis in Peloponneso nomen vide Strab.

Bessara, βέσσαρα, Assyriæ urbs Ptolem.

Bessi, βέσσοι, Thraciæ sunt populi, non procul à Põto, qui magna ex parte Æmum

montem incolunt, Ovid. 4. trist. eleg.

Vivere quàm miserum e
inter Bessosq; Getas
Illum, qui populi semper
ore fuit.

Bessyga, brev. pen. βήσσυγα Indiæ est emporium, Stephano teste, unde Bessygræ populi qui humanis ves carnibus scribuntur. Ibi mnis est nessygas, eode autore.

Bestia Appia legitur apud Volater. lib. 14. ex Livij lib. belli Punici, apud que Vestia Oppida nunc legitur.

L. Bestia, in Catilinæ conjura tione memoratur à Sal.

Bethania. pri. long. βηθανία בֵּית־עַנְוָא Lazari & Ma th. patria à Ierosolymis m liari dimidio meridiem ve sus distans. Ibi Lazarum i vitam revocavit Christu Ioh. 11. בֵּית־חֲנִיָּה id est domus afflicta vel afflictic nis. Poetis palmifera dicitu Bethania, à Balmis quibu fœcunda fuit. Est & alter Bethania trans Iordaner ubi Ioannes quondam ba ptizabat, autore Volater

Bethis, vide superius Bætis.

Betica tertia Hispaniæ pars in flumine Bæti appellata, in colæ Turdetaniam eam di cunt. Dicitur etiam Bætica & per aspirationem, Be thy

thyca. Vide Strab. lib. 3. Hinc est Bæticula, Bætis accola, Syl. lib. 1. utitur.

tullo, vel quod rectius Bælo cum diphtongo, hodiè Beson, Hispaniæ oppidum, & Betulo fluvius agrũ Barcinonensem irrigans. Vide Pompon. lib. 2. in descriptione Hispaniæ.

anor, oris, à longa, βιάνωρ, cognomento Ocnus appellatus fuit, Filius Tyberis & Mantus fatidicæ, & Mantuæ conditor. Virg. 9. Ecloga.

nc adeò media est nobis viæ namq; sepulcrum.

cipit apparere Bianoris, &c.

Fuit item unus ex Troianis principibus, qui cum Oileo aurigæ ab Agamemnone occisus est. Homerus lib. Iliad.

as, antis, βίας, Teudanidæ fuit filius patria prienæus unus ex septem sapientibus Græciæ, de quo Cicero paro paradox. 1. Nec non sæpè laudabo sapientem illum giantem (ut opinor) qui numeratur inter septem sapientes: Cuius cum patriam Prienem hostis cœpisset, cæteriq; ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, cum esset admonitus à quodam, ut idem ipse faceret: Ego verò inquit: facio. Nam omnia mea mecum porto. Intellexit autem vir sapientissimus eruditionem & sapientiam. Tribuitur inter cætera præclarè dicta & hoc ipsi, quod monuerit vitæ tempus ita metiendum esse q. & diu & parum victuri simus, ὡς καὶ πολλὼ καὶ ὀλίγον χρόνον βιωσομένους.

POETICE.

Bias:

Sapiens, Doctus, Sibi qui vixit. Non obnoxius auræ vulgi. Qui ajebat semper sua se bona omnia secum portare.

Bibaculus, patria Cremonensis, Eusebio autore, qui simul & Catullus inter Poetas Iamborum Latinorum ponuntur, Quintiliano. Est & alius hoc nomine, de quo Cæsar in commen.

Bibaga Indiæ insula ostreis & conchilijs abundans. Plin, lib. 4 cap. 21.

Bibiana Romana virgo, quæ Martyrio sub Iuliano coronata fuit. Hæc una cum parentibus corpora martyrum terræ mandabat. Sepulta apud palatium Lucianum jacet. Volaterr. lib. 3.

Biblia, vel secundum aliòs Bilia Duelli Romani teste Callepino, uxor, quem primum omnium Romæ navali certamine triumphasse ferunt: quæ adeò fuit pudica, ut pro exẽplo fuerit illo secu-

seculo, quo non vitium, sed monstri instar erat impudicitia.

Biblina, βιβλίνη, regio Thraciæ Hinc Biblinum vinum & quod vel ab hac regione, vel à Biblia vite sive etiam à Biblo fluvio Naxi Insulæ dicitur. Hesiod. καὶ βίβλινον οἶνον.

Biblis, idos Mileti filia & Cyanes, nefando Cauni fratris sui amore exardescens concubitum ejus expetiit, quem flagitium ejusmodi aversantem, & ob id etiam è patria commigrantē sequens, & non inveniens labore & dolore tandem victa consedit, & post multas lacrymas Naiadum beneficicio in fontem sui nominis mutata est. Fabulam describit. Ovid. lib. 9. Metamorph.

Biblida quid referam, &c.

Idem Ovid. de arte laqueo hanc præ amoris in patientia vitam finijsse scribit. Ita enim.

Biblida quid referam, vetito quæ fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter ulta nefas.

Ostendit autem nefandus Biblidos amor, tantum esse illicitæ libidinis impetum, ut etiam sanguinis, & cognationis rationem non habeat. Exemplo Biblidos monemur ut flagitiosas libidines execremur & fug…mus, ne illis indulgentes … xitium nobis accersamus.

POETICE.

Biblis:

Incæsta, Phœbeia, Milet… Misera, Mœsta. Quam m… te defecisse ferunt. Consu… ta lacrymis suis. Præbe… pectus insano amori, Q… per varias terras, per litt…ra gemens fratrem secut… fuit. Fortiter ulta, nefas queo.

Bibracte, vulgò Beauthe, H…duorum in Gallia oppidu… Cæsar in commentar.

Bibulus, Cæsaris in consula… collega, de quo Tranquill… ita.

Non Bibulo quicquam nup…
sed Cæsare factum est.
Nam Bibulo fieri consu…
nil nemini.

Idem Ciceroni proximam provinciam in Asia teneba… autore Plutarcho.

Bicurgium, vide suprà [illegible] furde.

Bidini sunt populi vicini C… tariis & Cacirinis, Plini lib. 3. cap. 8.

Biendium, portus est Hispan…æ Citerioris, de quo Pli… lic 4. in description. Cic… Hispan.

Bigargitani, Hispaniæ Citer…oris populi sunt, de quib… Plin. lib 3. cap. 3.

rones, Galliæ in Aquita-
a populi sunt, proximi Hi-
aniæ Citeriori, Cæsar, in
ommentar.

rra, βίγεῤῥα, Hispaniæ urbs
t, Ptolem. autore cui urbs
dabis tenuissimo nobili-
ta lino proxima est: Un-
Sudaria Setaba à Catullo
ommemorata, vulgò
eyer.

lis, βέλβιλις, vulgò Calata-
ijs, Hispaniæ Celtiberiæ
bs est, ferri gloria nobi-
tata, patria Martialis, sic
cta à Bilbili fluvio ei vici-
o. Vide Plin. lib. 34. cap.
. Martial.

bis altam Licine Bilbilim
quis & armis nobilem.

inc Bilblicius, a, um, ut,
lbilicus Poeta, id est, Mar-
alis

POETICÆ.

Bilbilis:

lara, insignis, Cincta irri-
ui Salonis aqua Condita,
eltis & priscis Iberis.

is, fluvius Asiæ vicinus He-
acleæ. Plin. lib. 6. cap. 1.

n, onis. βίων, Borysthenis
hilosophus & Sophista
uit auditor Crantoris Mul-
Multa scripsit injuria tem-
orum amissa. Hine Bionæ
us, a, um.

edimui, populi sunt Galli-
æ in Aquitania, Plin. lib. 4.
cap. 19.

acellum, civitas Tuscorum,
hodie viracellum dicitur, Ptolem.

Bisaltæ, βισάλται, Macedoniæ gens fuerunt inter Strymonem & Edonicum sinum. Plin. libro 4. cap. 10. Servius verò Bisaltas Scytharum vult esse populos, qui equino sanguine lacte permisto vivant, explicans illud Virgil. 3. Georg.

Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus.

Bisargis, βισαργὶς, Hispaniæ est Ptolemæo teste civitas.

Biston, onis, pen. brev βίστων, Martis & Callirhoes fuit filius, Fisthoniæ urbis Thraciæ conditor, à qua Thraces Bistones, ultimi scilicet Thracum, autore Seneca in Hercul. Oeth. & Thracia ipsa Bistonia, βιστονία, seu Bistonis (βιστονὶς) terra dicta fuit. Hine Bistonicus & Bistonius, a, um, adject. quod Thracem significat, Ovid. 13. Metam.

Est ubi Troia fuit, Phrygiæ cuntermina tellus
Bistonijs habitata viris.

Bilurgis, vide suprà, Weser.

Bithynia, βιθυνία, regio minoris Asiæ, Thracum sua terra egressorum quondam sedes opposita. Constantinopoli, in qua præter alias urbes insignes etiam Nicæa est, in quo Synodus Nicena contra Arium celebrata

fuit.

fuit. Hæc regio Antiqnitus etiam Pontus, item Bebrycia & Mygdonia, vocata est. Bithyniæ verò nomen à rege postremò accepit, Claudian.

Thynithraces erant, quæ nunc Bithinia fertur.

Vide & Herodot. & Strab. qui Mysos habitasse prius Bithyniam scribit. Manil. lib. 4. divitem vocat Bithyniam, cum inquit:

Cappadocum, Armeniæq; jugis Bithynia dives.

Fit eciam in sacris Bithyniæ mentio, ut Act. 16. 1. Pet. 1. in Bithynia Libyssa fuit, Annibalis tumulo clara. Hinc Bithynij, & Bithyninicus. Martial.

Iam te rem factam Bithynice credis habere.

Et aliud adject. Bithynus, apud Iuvenal.

Quanquam & Cappadoces faciant equitesq; Bithyni.

Hic Bithyna carina apud Horat.

Bithynium, βιθύνιον, vel Bithynum, civitas hujus regionis â qua Bithiniadæ, & Bithynienses populi dicti sunt.

Bitias & Pandarus, fratres fuerunt, ex Alcanore Troiano geniti, ab Hiera verò in sylvis nutriti, qui cum Ænea in Italiam profecti cum pertis etiam portis Rutulos lacessere ausi fuii ab ijsdem interemti Virg. 9. Æneid.

Pandarus ut Citias Idæo Alnore creti,
Quos Iovis eduxit luco silvestris Hiera, &c.

Eodem loco.

Tum sternit Aphidum,
Tum Bitian ardentem oculis animisq; frementem.
Pandatus ut fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res

Biton, vide infrà in dict. Cleobis.

Bituitus, Avernorum rex Gallia, qui colloquij specie blandè hospitio invitatus Cn. Domitio & vinctus Romam deportatus fuit.

Biturgia, βιτεργία, Tuscorum urbs, Ptolem. hodie m... num.

Bituriges, sunt populi Galliæ Aquitaniæ. Plin. libro 4. c. 19. Horum metropolis Avaricum erat: hodie Bourges en Berij. Lucan. in singulari usus est, lib. 1.

Et Biturix longisq; leves Axones in armis.

Biumbres, ἀμφίσκιοι populi sunt, quicunq; inter tropicos habitant, pro ratione etiam consistentis Solis in umbras habent incidentes

m in adversum. Vide
rab. lib. 2.

zia, vel, ut Plinio placet
yzia arx regum Thraciæ
rundinibus invisa, ob ne-
ndum Terei crimen, non
od facinus ibi sit patra-
m, (in Daulide enim
ocidis oppido contigit)
quod ea Terei patria
rit, Pausania & Thucy-
le testibus. Alias etiam
en legitur.

, vel ut Strabo vult, Bi
nia, Thraciæ urbs est in
dio Callatidis & Apol
iæ sita, hiatu terræ ru-
Plin. lib. 3. cap. 1.

, Ponti regio satis fe-
, per quam amnias flu-
n illabitur. Hoc in loco
ritades cognomento Eu
er exercitum Nicome-
Bithyni per Imperato-
suos profligavit, & plane
evit: Unde ille cum pau-
domum fugiens servatus
& in Italiam navigavit,
ib. lib. 12.

urbs est Italiæ in litto-
rutio, non longè a portu
henio, & Bato flumine
. lib. 3. cap. 3.

e, Hispaniæ Citerioris
est in agro Barcinonen.
l flumen Larnum sita,
, lib. 3. cap. 3.

n, prius Metina dicta,
la est in Rhodani ostio,
liæ ora. Strab. lib. 4.
. lib. 3. cap. 5.

Blemmyes sive Blemyes, unico in βλέμμυες, populi monstrosi & fabulosi in Æthiopia Plinio sunt lib. 5. cap. 8. capitibus carentes, ore & oculis pectore affixis.

Blenæ, arum; populi sunt Africæ sine capitibus faciem in pectore habentes. Alias etiam Blepta (βλέπται) dicuntur. Claud.

Errat
Per Meroen, Blenasq; feros atramq; Syenen.

Vide Blemmiæ.

Blerani populi Italiæ proximi Crotonensibus & Cepenacibus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Bliteræ, Narbonensis provinciæ urbs, Septimanorum olim colonia ut Arelate Sextanorum, & Arausio Secundorum. plin. lib. 3. cap. 4.

Boagrius, βοάγριος. amnis Locrensium urbem Thronion præterlabens. Strab. lib. 9. Etiam Homerus hujus meminit.

Bobium, oppidum situm ad juga Apœnnini, ubi nobile Cœnobium à Longobardorum regina Theodolinda extructum, quo in loco multi nuper inventi sunt libri, quos Volaterranus enumerat.

Bocalium, oppidum Arcadiæ, Parrhasiæ & Megalopoli proximum. Plinius lib. 6. cap. 4.

Bo-

Bocatius, Deorum gentilium genealogias scripsit. De fluminibus etiam & montibus. Fabulas præterea & alia, Volaterr.

Bochus, rex fuit Mauritaniæ & Getuliæ, cui successit Iuba, qui victus à Iulio Cæsare sibi ipse conscivit necem. Claud. in 4. consul. Honorij.

Et antiqui penetralia dura Bocchi.

Boccori, Lusitaniæ sunt populi Plin. lib. 4. cap. 22. teste, Aliàs etiam concordienses vocantur.

Boccenses, populi Sardiniæ, Plin. lib. 3. cap. 7.

Bochiana, Troglodytarum oppidum est, Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione maris rubri, Trogloditici & Æthiopi.

Boteria, Ptolem. æstuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum.

Bodincus, id est, Padus Ligurum lingua amnis ipse sic vocatus, id est, fundo carens Plin. lib. 3. cap. 16.

Bodincomachum, oppidum juxta Padum, Plin. lib. 3. cap. 16. aliàs etiam industria appellatur.

Bœa, Pelopoenesi est oppidum in Argolico sinu Epidauro proximum. Plinius lib. 4. cap. 5. in Achajæ descriptione.

Bœbe, Bœbes, βοίβη, Thes[...] urbs est.

Bœbedes, Thessaliæ lacu[...] ad quem sita est Bœbe. [...] bon. lib. 9.

Boemia, Gall Boheme, [...] Europe regio est sita [...] Danubium, cujus metr[...] lis est Praga urbs præ[...]

POETICE.

Boemia:

Insignis, Dives, Opulen[...] ma, Irrigua, fluminibu[...] boribus fœcunda. [...] etiam in prima parte, [...] merland. Incolæ Boemi, de quibus eti[...] prima parte: Behme[...]

Bœotia, Βοιωτία, regio est [...] ciæ dicta ita à bove, [...] Cadmus filius Agenoris [...] barum conditor im[...] vit, priusquam urbem [...] deret, Olim Aonia ap[...] ta est. Hinc Bœotic[...] um, adject. ut, Bœoti[...] ris, βοιώτιον οὖς, proverbi[...] de pingui judicio h[...] dicitur. Ita Bœotic[...] βοιώτια ὗς, de rudi & a[...] dicitur, Et Bœoticu[...] genium in iusulsum [...] lidum quadrat. Bo[...] cantilena de ijs diceb[...] quibus initia rerum [...] cia fuissent, & pacata [...] posteriora tristia ac t[...] lenta. Bœotij enim [...] tiò vitam agebant libe[...] & tranquillam, sed [...] ea defuncto Laio,

ijſq; triſtibus calamitatibus ſunt involuti, ita ut illorum cantilena à læto initio inluctumdeſijſſe videatur. Eſt & hinc Bœotus adject. aliud apud Ovid. 12. Metam. Et Bœotij ejuſdem regionis incolæ.

POETICE.

Bœotia tellus.

Aonia humus.

...etius, patricius Romanus, gener Symmachi, philoſophus & Poeta doctiſſimus, unà cum ſocero ob affectatæ libertatis ſuſpicionem proſcriptus à Theodorico Veronenſe & Ravennæ interfectus, cir ca annō Chriſti 520.

Et tu numeroſe Boeti.
...ui ſervare doces vocum intervalla, &c.

Alciatus vult ſcribi per aſpirationem Boethius.

...gadium, Germaniæ urbs Ptolem. quod hodie **Forſtleis** vocatur.

...ges, vir Perſa, cui cum ab Athenienſibus obſeſſo commeatus defuiſſet in caſtris, conjugem primum & liberos, demum ſeipſum intermit. Vide Herodotum l. 7.

...gudiana, provinciæ Tingitanæ in Africa pars eſt, teſte Plin. lib. 5. cap. 2.

...gus aliâs Bogud, Mauritaniæ rex, qui in pugna Actiaca ab *Antonij* partibus ſtetiſſe ſcribitur, Strab. libro. 8.

Bohemia, vide Boemia.

Bojanum, hodiè Bovianum, urbs Samnitum Ptol.

Boij, βοῖοι, Galliæ Ciſalpinæ populi inter Padum & Trebiam ſiti. Hos ſæpiſſimè olim ſedem ſuam mutaſſe teſtatur Strabo lib. 7. Hodiè Boiarij & Bavari. Mantuan.

Tunc Celtæ Boijq; truces ex alpibus altis, &c.

Sunt item Boij, Galliæ Lugdunenſir populi, autore Plin. lib. 4. cap. 18. Aliqui Borbonenſes eſſe dicunt. Vide ſuprà etiam **Beyern**.

Boin reigonis cyrenes oppidum Plin lib. 5. cap. 5.

Boion, βοῖον oppidum Doridis in Græcia, autore Plin. lib. 4. cap. 7.

Bola, βῶλα, Agri campani in Italia oppidum cujus T. Livius Meminit. Unde Bolani coriolanis & Fidenatibus vicini apud Plinium lib. 3. cap. 5.

Bolbitinum, oſtium Nili fluminis Plin. lib. 5. cap. 19.

Bolbulæ oppidum eſt maris mediterranæi. Eſt & inſulæ nomen ejuſdem maris, teſte Plinio in deſcriptione inſularum ante Aſiam lib. 5. cap. 31.

Bolentium, ſuperioris Pannoniæ utbs Ptolem.

Bolingæ, Aſiæ populi ſunt, Plin.

Plin. lib. 6. cap. 19.

Bomarei, Asiæ populi sunt à Caspijs versus orientem, autore Plin. lib. 6.

Bombos. fluvius Ciliciæ Plin. lib. 5 cap. 27.

Bomilcar filius Amilcaris Ducis Pœnorum & ipse Dux ubi in suspicionem venisset Carthaginensibus, ne & ipse cum Agatocle conspiraret, patibulo affixus est in medio foro: Unde ille animo excelso de cruce in Pœnos clamitando ingratitudinem atque crudelitatem eorum, & in patrem suum Amilcarem, & reliquos duces exprobrando, expiravit. Vide Trog. Pompeiũ lib. 53.

Bomitæ, Syriæ Antiochenæ oppidum est in Amano monte. Vide Plin. lib. 5. cap 22.

Bona Dea, μεγάλη θεός Varrone teste. adeò fuit pudica, ut nullus illam, dum in vivis fuit, excepto viro mas viderit, nec nomen ejus audierit: Unde & illi solæ mulieres Romanæ noctu in operto sacrificabant, & bonæ Deæ nomen tribuebant. A veteribus hæc Fauna sive Favina sive (ut alij volunt) Senta dicta fuit. Aliqui proserpinam hanc esse autumant, ideoq; ei porca rem divinam fieri, quia segetem quam Ceres mortalibus tri-

buere dicitur, porca de pa
sta est. Meminit hujus Pro
pertius lib. ubi inquit:

Fœmineæ loca clausa Deæ
&c.

Bonaventura Theologus Fran
ciscanus fuit, ob singularem
virtutem & libros aliquo
in lucem editos a Gregorio
decimo in Cardinalium nu
merum relatus. Instituisse
scribitur habitũ, quo nun
Franciscani Cardinales u
tuntur, cum aliorum ant
Cardinalium modò incede
rent. Fuit item Bonavent
ra alter ejusdem ordinis P
tavinus Cardinalis S. Cæ
ciæ factus sub Iohann
XXII. qui & eruditione
vitæ sanctimonia extellui
vide de utroque Volate
lib. 21.

Bonicius, Avernensis præsu
qui sanctitate vitæ emicu
cujus Tunica etiam hod
monstratur. Vide Volater

Bonifacius, natione anglus
Archiepiscopus, Mogunt
nus, & Evangelista Germ
niæ, cujus Ecclesias rex
annos 40. fuit tempo
Constantini. Propaga
Evangelium sua voce
Bavaria, Franconia, Th
ringia, Hassia & Frisia. I
terfectus tandem à Fri
js, cum post aliquot syn
dos coactus in Frisiam re
isset, qui ab Evangelio d
fecerant. Bonifacius e

am Martyr in Africa, à Vandalis Arianis necatus est, Alius quidem in Russia concionans Ottonis III. tempore interiit. Alius quidem, Aglaiæ Romanæ Oeconomus Tarsi martyrio coronatus fuit, cujus hoc Apophthegma fertur: Parvus labor, magna quies.

ni, Ætoliæ colles, cujus ccolas Bonnenses appellat Thucydides lib.3.

onia, βονωνία, civitas est Italiæ, non procul à Pado sita, Felsina appellata in octava Italiæ regione, secundum Plin. lib.3.cap.15. Mantuan. in Alphonso.

Felsinea tamen urbe senex
donatus abibat.

Idem:

ina Bononia Rheno.

POETICE.

Bononia:

Insignis, Præclara, Flos Italum, Divisa Æmilio Rheno Asma mater docti chori. Studijs suis clara. Spectata benignis factis.

nus, Romanus presbyter, sub Valerio Principe Romæ passus, Vide Volater.

oscœte, βοὸς κοίτη, urbs Hellesponti, quæ postea Germanicopolis dicta, Plin. lib.5. cap.ult.

osura, βοὸς οὐρὰ, insulæ Cypri urbs est, proxima Teretæ & Palæpapho, in qua antiquum est Veneris templum. Latinis est bovis cauda. Vide Strab.

Bootes, tis, vel Boores, tæ, vel Bootus ti, Βοώτης, ου, ὁ, signum cœleste proximum plaustro, id est, majori arcto, aliàs Arctophylaz (Ἀρκτοφύλαξ) dicitur, id est, ursæ custos. Septentrionales populi pigrum & tardum vocant hoc signum. Tardius enim volvitur, & polo lo adeò junctum est, ut nunquam totum occidat. Lycaonium etiam dicitur, à Lycaonis filia, quæ inter sydera à Jove est relata.

POETICE.

Bootes:

Tardus, Piger, Hyperboreus, Glacialis, Gelidus, Serus, Rigidus, Arctous, Ferus, Lycaonius, Nigrans ex axe, Urgens plaustra, Servans plaustra. Sequens sua plaustra. Resupinans plaustra: Inter trionos flectens plaustrum obliquo temone.

Borama, urbs Phœniciæ Berito & Bybio proxima, Strab. lib.16.

Borcani, Hirpinorum in Italia populi, non procul à Collatinis, Plinius libr. 3. cap.11.

Borcobe, oppidum Thraciæ, vicinum Eumeniæ & Parthenopoli. Plinius libr. 4. cap.11.

Boreas, βορέας, צפון Gall. Bize, ou vent de bize, north, ou vent de north. Ital. Borea tramontana. German. **Nordtwindt vonMitternacht.** Ventus frigidus, flans à Sarmatis, vel à Boatu, vel ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd sonorus sit, dictus aliàs Aquilo. Hinc secundum Aristotelem proverbiale est: Borea cessante navigandum est, de observanda in rebus gerendis oportunitate. Hinc Borealis & Boreis, item Boreetis, tidis. Vide plura in prima parte, **Nordtwind**. Vide & Polydor. Virgilii libr. 1. cap. 17. de rerum inventione, ubi inquit: Aquilo à vehementi aquilæ volatu dictus. Græcis βορέας vocatur, ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod est clamare, quia sonoro flatu est.

Boreostoma, pen. bre. βορεόστομα, unum ex ostijs Danubij fluminis. Vide Plin. de Danubij ostijs lib. 4. cap. 12.

Borgodi, populi Asiæ in Insula Asgilia, teste Plin. lib. 6. cap. 28. in Arabiæ descriptione.

Borion, sive Boreon, pen. long. βόρειον, promontorium est Africæ includens majorem Syrtim. Vide Plin. lib. 5. cap. 4. Strab. lib. 17.

Boron, oppidum Troglodytarum, autore Plinio libr. 6. cap. 29.

Borsippa, βόρσιππα, Dian Apollini sacra urbs est bylonïæ, in qua ingen vespertilionum copia, magnitudine superant quos, qui in cæteris cap tur locis, & in esum co duntur. Vide Strab. lib Artificiosum etiam in urbe est lanificium c meminisse videtur Ma lis, dum scribit carmē i

Texta Semiramia quæ v antur acu.

Borussi, pri. brev. Bructer Pruthenii, **Die Preus** Hinc Borussiacus, a, um Dux Borussiacus.

POETICE.

Borussi:

Feri, Feroces, Adoront dola vetusta, Ferox ho num genus. Qui pre legunt succina littori apud quos æquor cani quis succina nata pro do legunt. Præstantes domito Marte. Arctoi ris accolæ.

Borysthenes, bre. long. βορυσθένης, est Scythiæ fluvius ximus & uberrimus, de diligentissimè omnium psit Herodot. libr. 4. B sthenium amnem Ovi xit lib. 4. de Ponto.

Dumq; Borysthenio liquid mus amne Dryaspes.

POETICE.

Borysthenis amnis gelidus.
Borysthenis unda.

ry-
nes
- Amplivagus.
- Vastus.
- Flumen nobile.
- Amazonijs pivitijs.

rysthenidæ, Βορυστενῖται, Stephano populi, qui ad Borysthenem habytant, quos hybernos dixit Propert. libr. 2. eleg. 8.

sphorus, βόσφορος, Græci sine aspiratione scribunt, & ita ratio vera postulat, pen. brev. est maris angustia, vel, augustus maris meatus, per quem pontus in Propontidem fluit: à transitu bovis in bovem transformati sic dictus. Sunt sutem duo Bosphori, alter juxta Byzantium, qui Thracius dicitur, die enge des Meers bey Constantinopel. Alter in introitu Mæotidis paludis, qui Bosphorus Cimmerius dicitur, die enge des Meers bey palude Mæotica.

POETICE.

Bosphorus:

Refluens, Iners, Cimmerius Thrax, Thracius, Threicius Vastus, Astringens Scythicas undas. Æstuans Euxinis undis, Arctans Euxinas aquas.

Bostra, Βόστρα, urbs Phœniciæ, vicina Byblo, sita ad mare. Strab. li. 16. autore.

Botiæi, vel Bottiæi Βοττιαῖοι, populi Thraciæ, Plin. lib. 4. cap. 11. in Thraciæ descriptione.

Botrys, βότρυς, Syriæ Phœniciæ oppidum, de quo Steph. & Plin. libr. 5. cap. 20. in Libani descriptione.

Bovianum, vetus colonię Samnitium, Plinius libro 3. cap. 12.

Bovillæ, arum, Plinio teste, oppidum est in Latio non procul à Roma, unde Suburbana dicitur ab Ovid. in Fastor.

Orta suburbanis quædam fuit Anna bovillis.

Brabasthenes, montis nomen de quo Plin. lib. 4. de bello Macedonico.

Bracarum, conventus unus è septem Hispaniæ. In septem enim universa Hispaniæ provincia dividitur conventus, de quibus Plin. libr. 3. cap. 3.

Bracata Gallia, vide infrà, Gallia.

Brachara apud Ptolem. hodiè vulgo Bracha, cujus præsul metropoliticus simul & primas regis Lusitaniæ appellatur. Vide Volat.

Brachmanes, βραχμᾶνες, vel Brachmanæ, βραχμάναι, lon. pen. fuerunt gymnosophistæ & Philosophi apud Indos, veritatis maximè studiosi, quos quod in cœlestium rerum contemplatione assidui essent, in terra

esse, & non in terra Apollonius dixit, vide de his Strabo. libr. 15. & Plin. libr. 6. cap. 17. Vadian. item in Pomp. Mel.

Brachodis, βραχώδης, urbs extrema minoris Africæ. Ptol.

Brachybias, Dionysius vocat Æthiopas, quòd brevis sint ævi, nec ultra 40. annos vivant.

Bractia, insula est una Illyrici.

Bræcara, Augusta. Portugalliæ metropolis, aliàs Brachara.

Bragada, pen. brev. Βαγράδας, fluvius Africæ apud quem Regulus serpentem 120. pedum interfecit. Silius; lib. 5.

Turbidus arentis lento pede sulcat arenas
Bragada.

Stadius lib. 4.

Qualis Cinyphius, &c.

Bragæ, desertæ quædam sunt Insulæ, Plin. lib. 6. cap. 28.

Brana, oppidum Turdulorum in Hispania, & Cordubensis conventus. Plin. libr. 3 cap. 1.

Branchidæ, βραγχίδαι, sacerdotes Didymei Apollinis, apud oppidum Posideum, & Joniæ promontorium, Plin. lib. 5. cap. 29. Strab. lib. 14.

Branchus, puer Thessalus ab Apolline adamatus, cui post mortem in templo suo sacra fieri idem jussit.

Brancoli, Asiæ sunt populi, de quibus Plin. libr. 6. cap. 20.

Brasidas. Βρασίδας, dux Lacedæmonius circa Amphipolim à multitudine Atheniensium impar deprehensus, claudendum se præstitit, ut per longum coronæ ambitum hostium frequentiam extenuaret, quaque rarissimi obstabant erupit. Vide Frontinum.

Brautia, provinciæ Mœsiæ, quæ Pannoniis jungitur, insula est, teste Plin. lib. 4. cap. ultimo.

Brauron, βραύρων, oppidum Atticæ, ubi sacellum exstructum est Dianæ Brauroniæ. Vide Plin. libr. 5. cap. 4. & lib. 6.

Bravum, βραῦον, urbs est quemadmodum Ptolomæus vult, Hispaniæ.

Bregi, & Breges, ijdem sunt, qui Phryges, Strab. lib. 12.

Bregmenteni, populi sunt Asiæ in Troade. Vide Plin. lib. 5. cap. 26.

Brennus, βρέννος, vel Brennus Gallorum Senonum dux fuit potentissimus, in cujus mentione occupatissimus est Livius libr. 5. Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens Romam cepit, & Romanam superbiam retudit. Ad extremum tamen templum Apollinis Delphici ingressus prædæ causa ira numinis ipse sibi mortem conscivit. Unde & sacrilegum eum vo-

vocet Propertius lib. 3. cum inquit:

orrida sacrilegum testantur limina Brenum.

Vide de hoc & Plutarch. in Parall.

retena, hodiè Brintum, Italiæ urbs est, Ptolem. sub Venetia.

retolæum, hodiè Britium oppidum est Lusitaniæ.

reuci, populi sunt Pannoniæ, Plin. lib. 4. cap. 35.

reuni, Plinio inter Alpinas gentes numerantur. libr. 1. cap. 20. **Völcker in Beyerlandt / an der Perlacher Heyd.**

ria, aliàs Brutobria, βρετόβρια, urbs inter Tyritanos & Bætin fluvium.

Briareus, βριάρεως, ω, ὁ, filius, οὐρανοῦ καὶ γῆς secundum Hesiodum Gigas fuit maximus, alio nomine Ægæon αἰγαίων dictus, cui centum fuisse Bracchia poetæ scribunt, eúmque cum reliquis Gigantibus Superis bellum intulisse; sed superatum ad tartara deturbatum esse. Virg. 6. Æneid.

Et centum geminus Briareus, &c.

Homer. Iliad. α. ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον, ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ ἄνδρες, ἢ τε πάντες Αἰγαίωνα, &c. Vide etiam descriptionem hujus apud Virgil. 10. Æneid. Ægæon, qualis, &c.

POETICE.

Briareus:

Immensus, Vastus, Sævus, Centimanus. Centum geminus. Qui stetit contra armatum æthera.

Brias, Briadis, βριάς, regionis, Pisidiæ urbs in Asia. Vide Strabonem.

Brigantes. βρίγαντες, Hiberniæ populi.

Brigantium, Hispaniæ civitas vide Compostel suprà. Est & Brigantium, urbs Cenomanorum, Ptolem.

Brigiani, populi quos Plinius libr. 13. cap. 201. inter Alpinas gentes numerat.

Brigida, mulier vitæ sanctimonia præclara, quæ in Suecia & Romæ floruit, de qua Volaterran.

Brilessus, Ægialæus dictus, Atticæ mons est, Plin. libr. 4. cap. 7.

Brileton, Atticæ regionis mons est propè Tharnen. Plin. lib. 11. cap37.

Brisabritæ, populi Asiæ, Plin. lib. 6. cap. 20.

Briseis. pen. long βρισηΐς, puella Phrygia egregia forma, Achillis primùm, deinde Agamemnonis, aliàs Hippodamia dicta. Vide Homer. 1. Iliad. lib. primam & secundam syllabas longas habet. Horat. 2. carm. ode. 4.

Serva Briseis niveo colore
Movit Achillem.

POETICE:

Facies Briseidis.

Briseis:

Abducta, Pulcra, Formosa, Venusta, Lyrnessis, Troja, Rapta quæ in castris segnem detinuit Achillem. Qua abducta tristis fuit Achilles. Qua amissa magnus æstuavit Achilles. Qua amissa Achilles languens recusavit opem ferre Argolicis. Cujus facie Thessalus arsit. Quam captam Marte suo victor amabat. Quæ niveo colore Achillem movit.

Britannia, vide suprà. Engelandt.

Britius vel *Briccius*, Episcopus Turonensis, successor S. Martini. Vixit tempore Arcadij.

Britona, quæ Britomartis aliis dicitur, Nympha fuit Cretensis forma præstanti. Dianæ comes, quæ ut vim & stuprum Minois regis evitaret, in undas se præcipitavit. Claud. in laud. Stilic. pag. 3.

Ignea Cretea properat Britomareis ab Ida,

Et pòst:

Dalmatia lucos, abruptaque brachia Pindi,
Sparsa coma Britomartis agit.

Britones, vulgò Bretones, sunt Galliæ populi inter Aquitanos, die Bartenier in Franckreich.

Brivates, portus est, Ptolem. Galliæ Celticæ.

Brixellum, inter Cremonam & Mantuam oppidum est.

Brixia, vulgò Brescia, urbs Galliæ Cisalpinæ, Mant.

Qua dives ab alto
vertice subjectos speculatur
Brixia campos.

POETICE.

Brixia { optima. opulenta. jactans se fertilibus campis.

Est & Brixia Asiæ fluviu. Plin. li. 6. cap. 17.

Brixillum vulgò Bercelle oppidum apud Mutinam. Pli.

Bromius βρόμιος, Bacchi epitheton à βρέμειν, id est, fremere. Ovid. 4. Metam.

Thuraq; dant Bacchumq; vocant, Bromiumq; Lyæumq;.

Brongus, βρόγγος, nomen fluvij, de quo in dictione Argeus.

Brontes, æ, βρόντης, Cyclopum unus, minister Vulcani, dictus à tonitru. Alter Steropes à fulgore, tertius Pyracmon, ab ignea incude. Virgil 8. Æneid.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.

Mantuan.

Et fauce cloacam
Semper olens Brontes.

Broteas & Ammon, cæstibus claruerunt. Ovid. 5.

Hinc

Hinc gemini fratres Brote-
asq; & cæstibus Ammon.
Victi, &c.

Brotheus, per duas syllabas, Vulcani & Minervæ fuit filius, qui cum ob oris deformitatem à plerisq; ridetur, animi dolore se in ignem injecit, & ita extinctus est. Ovid. in Ibin.

Quosq; ferunt Brotheũ, &c.

Bructeri, populi sub Cheruscis & Longobardis fuerunt, in regione Brunscuicensi sub Goslaria, ubi adhuc reliqua est appellatio montis Bructeri, qui veteri appellatione Melibocus dicitur, **Der Brocken oder Brockersberg.**

Claud. in sing.

Venit accola sylvæ
Bructerus Hercyniæ.

Brullitæ populi Epheso tribuuntur à Plin. lib 5. cap.29.

Brundulum, vulgò Brondolo, portus, quem Athesis amnis ex Alpibus Tridentinis promanans, facit, Plin. libr.3. cap.16,

Brundusium, βρεντήσιον, hodiè Brandizzo, Branditio, portus & urbs Calabriæ celeberrima, Mesapia & Peucetia etiam dicta, unde tuta jam olim Romanis in Græciam via fuit. Celebris Pompeij à Cæsare obsessi fuga, & janua Appiæ viæ eo usq; stratæ. Vadian.

Br

Brusa, nithyniæ urbs condita ab Annibale sub Olympio monte, Plin. lib.5.

Bruti, plures fuêre apud Romanos, qui cognomen accepisse creduntur à Junio Bruto sororis Tarquinij filio, qui quòd stultitiam simulasset, ne ab avunculo occideretur, Bruti nomen adeptus est. Ad quod Ovidius allusit lib. 2. Fastor.

Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset
Tutus ab insidiis dire Superbe tuis.

De hoc & alijs, ut Decio, ad quem Ciceronis extant epistolæ, ejusdemque ad ipsum rursus, Lucio Marco, qui adjuvante Cassio Julium Cæsarem in senatu interfecit, Brutis, multa habent Livius, Plinius, Plutarchus & alij. Brutius adject. apud Silium.

Sævior his Latijs vectabat Brutia signa
Lælius increpitans.

Brutij, βρέττιοι, populi Italiæ in Calabria ultimi, qui Lucanorum pastores fuerunt; inde verò aufugêre, & furtim in regione consederunt, ubi Cònsentia est, quæ eorum metropolis fuit, quam regionem Ausones prius habitârunt. Brutius adject. ut, Ager Brutius apud Melamp.

Brutina, Hispaniæ urbs, Ptole.

Bryax, vel Brias, Sculptor fuit marmoreus, qui Mausoleum unà cum aliis fecit.

Bryazon, Asiæ amnis in Bithynia, Plin. lib. 5. cap. 23.

Brygion, Macedoniæ urbs est, Plin. lib. 4. cap. 10.

Brysani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur lib. 6. cap. 17.

Brysæ, populi Thraciæ, Plin.

Brysea, Laconiæ civitas, Porphyr.

Bubastis, βȣ́βαςις, urbs Ægypti, in qua Dianæ, quam Bobastin vocant, clarissimũ fuit templum. Strab. & Ptolemæus heroum hanc civitatem vocant, quibus etiam Bubastus, βȣ́βαςος, scribitur.

Bubeium, Cyrenes est vel oppidum vel natio, teste Plin. lib. 5. cap. 5.

Buberani, populi Campaniæ, vicini Corrolanis, Plin.

Bubinda, Hiberniæ fluvius, Ptolem.

Bubo, urbs est Lydorum in mediterraneis, Strabo. libr. 13. Plinio scribitur Buboni.

Bubula, cum Alijs Cyrenes urbibus Plinio commemoratur lib. 5. cap. 5.

Buca Frentanorum in regione Italiæ quarta oppidum est, Plin.

Bucephalus, βȣκέφαλος, equus fuit Alexandri Magni regis Macedonum, forma spectabilis atque ferocissimus, de quo Quintus Curtius lib. 6. ita:

Excepti sunt quidam, inter quos equus regis (Bucephalum vocabant) quem Alexander non eodem, quo ceteras pecudes, animo æstimabat. Nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium: & regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque sentire, quem veheret. Idem libr. 1. de rebus Alexandri. Vide & Plinium lib 5. cap. 42 & Gellium libr. 5. cap. 2. Dictus autem Bucephalus à particula βȣ, quæ in compositione intensionem significat, & κεφαλὴ, id est, caput. Erat enim equus magno quidem, sed tamen non bovino capite. Unde etiam Grammatici quidam errant sic explicantes, quod sit à βȣς, id est & κεφαλὴ id est, caput. Talis enim equus taurino capite esset prorsus, monstrum, & quare rex tàm generosus & illustris uteretur equo monstroso? Cum qualis equus, talis & eques. Si quis habet equum monstrosum, eum monstro simillimum etiam animum habere verisimile est. Hinc est Bucephalia urbs Indiæ juxta fluvium Hydaspen ab Alexandro condita, & à Bucephalo e-

quo, qui ibidem in prælio cecidit, quo Porum vicit, appellata. Aliâs etiam Bucephala dicta.

chia, Joniæ locus, Stephan.

cia, urbs Siciliæ extrema Ptolemæo. Butera hodiè dicitur.

cinna, una ex parvis insulis Siculi maris, Plin.

colion, βȣκολίων, Laomedontis filius.

da vide suprà, Ofen.

dea, βȣ́δεια, pen. long. Magnesiæ civitas, Homerus βȣ́δειον protulit. Est & Budæa, Phrygiæ urbs, & Budæi Medoaum, & Budini Scythiæ populi Plin.

doræ, insulæ sunt duæ prope insulam Cretam, Plin.

dorgis, vide suprà. Preßlaw.

doris, vide suprà. Heidelberg.

ges, Scythiæ Europæ amnis est Meotidis flexum secans. Vide Pomp Mel.

ulgari, Europæ in parte Mesiæ ad Danubium populi feroces, qui multas in Europa clades vicinis intulêre, Volaterr.

Bulla regia, oppidum liberum Numidæ in Africa, Plin. lib. 5. cap 3.

Bulleum, βȣ́λλειον insulæ Britanniæ urbs, Ptol.

Bullenses, populi & oppidum Locrorum, Plin.

Bullidensis, colonia est Macedoniæ, Plin.

Bulliones, Barbari incolæ Macedoniæ, Plinius libr. 4. capit. 23.

Bulva βȣ́λȣα, Ptol. Butua, Plin. vulgò Budonia, urbs Liburniæ, nunc Budæa.

Bunitium, vide suprà, Sundt.

Buphalus, & Amthernus, sculptores fuerunt insignes, Anthermi Chij filij. Hi quia Hipponacti Poetæ notabilis vultus fœditas erat, imaginem ejus Jocorum lasciyia proposuerunt ridentium circulis. Quod Hipponax graviter ferens carminum amaritudinem distrinxit in tantum, ut ad laqueum eos compulisse aliquibus credatur. Unde Horat. in Epod. Ode. 6

Qualis Lycambe spretus
infido gener,
Aut acer hostis Bupbalo.

Vide Plin. lib. 36 c. 5. Hinc & Cicero epist lib. 7. Hipponacteum præconium pro infami nota posuit.

Buprasium, βȣπράσιον, urbs, & fluvius & locus in Elide, cujus meminit Homerus. Dicitur à Buprasio conditore.

Bura, βȣ̃ρα, Stephano urbs est Achaiæ, Plinio verò urbs in sinu Corinthio, à mari absorpta. Vide Buris.

Burchana, insula nobilissima

Ponti. Vide Plinius lib. 4. cap. 13.

Burdegalla, vide suprà, **Burdeaux.**

Burgundi, vide suprà, **Burgunder.**

Buris, βȣ́ρος, urbs mediterraneæ, Achaiæ, de qua Ovid. 15. Metam.

Si quæras Elicæa & Burin Achaides urbes.

Burnistæ ex Illyrici Liburnorum urbibus una. Plin. lib. 4. cap. 21.

Bursaonenses, populi citerioris Hispaniæ Complutensibus & Calaguritanis vicini. Plin. li. 3. cap. 3. in descript. Cicer. Hispan.

Busæ, βȣ́σαι, Medorum populi à Deioce subacti. Herodot. lib. 1.

Busiris, idis, βȣ́σιρις, rex Ægypti adeò crudelis fuit, ut hospites cæsos, & aræ impositos Dijs suis immolaret. Ab Hercule verò, cùm & ipsum immolandum interficere voluisset, superatus & interemtus est. Claudian. in Eutrop. lib. 1.

Hospite qui cæso monuit placare Tonantem.
Inventas primum Busiridis imbuit aras,
Et cecidit sævi quo dixerat hostia sacri.

POETICE.

Mareoticus arbiter.

Busiris:

Dirus, Cruentus, F us, Tristis, Illaudatus, I lia- cus, Sævus. Hostibus if- diosus. Urens viros i ere clausos.

Butes, βȣ́της, sive Buthes A- myci regis Bebrytioru fi- lius, & pater Erycis. Fu & alius Butes, Cecropidi cu- jusdam filius. Est & I tes fluvius Scytharum.

Buthos, oppidum Ægypti to- lem.

Butrotum, βȣθρωτον, oppi um Thesprociorum est pc en- tissimæ Epiri gentis, E nio colonia Epiri non proc là sinu Ambracio lib. 4. ca 1. Virgil. lib. 3.

Celsam Butroti asce di- mus urbem.

Lucan. libr. 3. Thesproti kc

Butra, maris mediterrane in- sula prope Cretam insu am Plin. lib. 4. cap. 12.

Butua, unum ex Liburnia op- pidis, Plin. lib. 4. cap. 2

Butuntinenses, Calabriæ, po- puli sunt in Italia, de qu us Plin. li. 3 cap. 11.

Buxentum, Πυξȣ̃ς, vulgò Be re- dere Lucaniæ in Italia p- pidum ad fluvium Lav n, Plin. li. 3. cap. 5.

Buzæ, inter gentes Indica re- feruntur, Plin. libr. 6. ca te 20.

Buzeri, gens Themiscyræ e- gi is

ionis in Asia. Prin. lib.6.
ap.4.
igeus, Thessaliæ mons. Pli.
b.4.cap.9.
lessa, Asiæ urbs, de qua He-
odot.lib.1.
lis, βύβλις, insula parva &
otunda est cum oppido,
lin.libr.4. cap. 14. quam
Melon, & Zephyram &
Myrmallidam, &c. dictam
idem indicat.
lus, hodiè Gæta, βύβλος,
rbs Syriæ Phœniciæ, Be-
ito vicina, in qua Adoni
is templum fuit. Strabon.
b 16.
us, hodiè Buges, Sarmatiæ
n Europa fluvius, Ptole-
æo.
sa, æ, βύρσα, arx fuit in me-
ia Carthagine, à corio bu
ulo sic dicta, quod & Virg.
ndicavit 1. Æneid.

Mercatiq; solum facti de
nomine Byrsam.
aurino quantum possent
circumdare tergo.

Origo enim hujus nominis
alis est: Appulsa ad Liby
am Dido, cum ab Hiarba
pelleretur, callidè petijt, ut
tantum emeret terræ, quã-
tum bovino corio occupare
posset, quod cum permisis-
set, corium tenuissima in
frusta sectum retendit, &
stadia XXII. occupavit. Ita-
que ostensis thesauris socijs
suis, eisq; animatis civita-
tem construxit quam post-
ea vocavit Carthaginem.
Arcem, verò à bovino corio
Byrsam nuncupavit, βύρσα,
enim Græcis exuviæ sunt
pellis.

Byzacium, regio Africæ. Plin.
li.4. cap. 4. in descriptione
Africæ.

Byzantium, vide suprà, **Constantinopel.**

Byzares, (inquit Strabo) vo-
cabantur olim & Chalybes,
qui nunc Chaldæi, in quo-
rum terra sunt metalla nunc
ferri, prius etiam argenti.
Dicuntur & Byzeres, βύζηρες
Valer. Flac. lib.5.

Byzeresq; vagi, Phylitæq;
ex nomine dicta.
Littora, &c.

C.

Cabalaca, oppidum Albaniæ in
Asia, teste Plin. li.6.cap.10.

Cabalia, regio minoris Asiæ,
cujus incolæ vocantur Ca-
ballij, teste Herodoto li.3.

Caballinus, fons Bœotiæ, in
Helicone monte. Vulgatum
est enim fontem erupisse,
dum subjectam ibi rupem
Pegasus feriret ungula, un-
de & Pegaseus dicitur, au-
tor. Strab. Vide inferius
in dictione Helicon.

Cabellio & Cabellio, vulgò,
Cavaillon, secundum Stra-
bonem, oppidum provin-
ciæ Narbonensis. Plin. lib.
3. cap.4.

Cabera, filia Prothei ex Vulcano Caberos tres genuit. toridēq; Cabaridas, quibus omnibus templa dicata esse autor est Strnbo. lib. 10.

Caberon, fluvius Asiæ Plin.

Cabullinum, καϐύλλινον, Gallicè chalens sur saone, aliàs Catalaunum, Galliæ urbs, Ptol.

Cacidiri, inter Scytharum gentes celeberrimas, Plinio referuntur, lib. 6. cap. 17.

Cacidivi, populi Siciliæ, conditionis Latinæ. Plin. 3. lib. 3. cap. 8.

Cacus, κάκος, Euandri nequissimus fuit servus fur & latro, qui in Aventino monte boves & armenta suffurabatur, quæ versis vestigijs cauda trahebat in speluncam suam, ne furtum agnosceretur. Hinc Hercules interemit. Juven. Satyr. 5.

Duceris planta: velut ictus ab Hercule Cacus.

Virg. 8. Æneid.

Hic spelunca fuit vasto submota recessu
Semi hominis Caci, &c.

Vide & Livi. lib. 1. decad. 1. Julium Solinum cap. 2, & Ovid. 1. Fastor. ubi totam fabulam recitat. Propert. item lib. 4. & Mart. libr. 5. Poetæ fabulantur, Cacum hunc fuisse tricipitem, & ignem vomuisse, quòd a-

gros igne populabatur.

POETICE.

Cacus:

Ferox, Ferus, Imm
Rapax, Semifer, Sem
mo, Flammigena, R
Trux, Truculentus,
Ferox viribus. Sylv
tremor. Horrendum
strum. Tiberino gu
Proditus ab ore inclu
vis. Ipse mactatus
antro. Cui pectora
setis. Oculis atq;
mens flammas. Qui
tus ab ore inclusæ bov
rijt mactatus suo i
tro. Qui dabat partit
nos per tria ora. Q
certa forent signa m
stæ rapinæ, traxit in
boves aversos cauda.
solebat tacita fraude
re non recta boves in
Qui tractit in sua te
versos boves. Qui san
maculavit colles A
nos. Cui monstro Vu
erat pater. Qui peri
bere Herculeæ clavæ.
rendum monstrum.
dira erat facies Cujus
stri Mulciber pater
Qui sanguine tinxit
tinam humum. Ti
infamia Aventinæ
nec leve malum fir
hospitibus.

Caddusij, populi sunt Asi
diæ regionis prope A
& Cespios, Strab. lib.

dena , regia fuit in urbis modum instructa in Lycaoniæ montibus , autor Strab. lib.12.

di,Cadorum, urbs Phrygiæ. Sunt tamen ,qui ad Mysiam hanc pertinere dicant , Stra. lib.12.

discus, ex Cretæ montibus anus,Plin.lib.4.cap.12.

dmea,καδμεία , pro Thebis psis antiqui usurpare soliti sunt.Strab.lib 9.

dmus, κάδμ☉ , Milesius orationis prosæ primus autor,secundum Plin. Scripsit historiam Milesiorum. Attulit é Phœnicia literas in Græciam. Plin. libr. 7. cap. 56. De hoc & Eusebius in lo. de præparat. Evangel. sic scribit : Primus enim omnium ex Phœnicia Cadmus Agenoris filius mysteria,& solennitates Deorum Græciæ tradidit. Et polydor. libr.1. cap.5. de rerum invent. Cadmus è Phœnicia primum in Græciam attulit 16. literas numero: A.B. C. D, E. G. I. L. M. N. O.P. R. S. T. V. Cadmus alter Agenoris filius fuit, qui apud Tyrum & Sidonem imperavit. Hic à patre missus ad perquirendam sororem suam Europam,à Jove raptam : Jussusq; sine illa non redire , ex responde secutus bovem Bœotiam,ubi constitit, regionem vocavit , Thebasque ex nomine Ægyptiarum Thebarum , unde originem habuit.civitatem condidit.Socios insuper còm vidisset à Dracone absumtos, Draconem occidit : eiq, dentes evulsit ac sevit,ex quibus orti, qui mutuis se vulneribus confoderunt. Ipse tandem ab Amphione & Zetho pulsus in Illyricum secessit.Videtur autem ex hoc figmento,sæpè fieri , ut principes confœderati arte quadam distrahantur , & postea inter sese dimicantes pereàt.Quo ad historiam , Cadmus hic Agenoris filius occiso rege, cui nomen erat Draconi,regnū Bœotiæ occupasse scribitur:contra quem ubi amici & filij Draconis bellum conjunctis viribus suscepissent, ipse jecit inter eas semina discordiæ,qua tandem distracti atq; consumti sunt. Atque hinc fabula nata est de serpente eiusq; dentibus in terram seminatis, ex quibus subitò duæ acies galeis & hastis armatæ extiterint, quæ mutuis sese vulneribus confecerint. Hinc Cadmæus,a,um,ut:Cadmæum semen.

POETICE.

Cadmus:

Trux,Vetus , Dirus, Exul, Sidonius,Hiantius , Agenorides,Aonius. Agenore natus.

tus. Linquens mœnia Sidonia, Gener Draconum. Qui posuit urbem Phœbeis sortibus Cui animus præstantior omni telo. Hospes Sidonius. Qui exul constitit in Aonia humo pulsus Tyrijs ab oris. Victus luctu, serieq; malorum, & ostentis, quæ viderat plurima, Qui actus longis erroribus contigit fines Illyricos cum profuga conjuge. Qui profectus Sidone sparsit per humum vipereos dentes nova semina.

Cadmus etiam montis nomen est in Asia, ad Laodicæam urbem, ex quo monte Lycius amnis fluit. Est & Cadmus fluvius Cestrinus.

Caducifer, nomen quo Mercurius vocitatus est, à Caduceo. Fuit autem Caduceus vel Caduceum virga, quam cùm Mercurius ab Apolline accepisset, eamq; manu tenens in Arcadiam proficisceretur, dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes invenit, quibus cum ille virgam interposuisset, dicto citius prælium illorum diremtum fuit. Ex qua re virgam illam pacis virgam (Friedestab) habere cœpit, & Posteri ejus rei exemplo, Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine ubiq; affinxerunt. Sed de Caduceo copiosius Por- tus. Hinc Caduceatores dicuntur: qui legati ... sunt, Friednemer/Fr... legaten/Herolden.

Cadurci, καδȣ́ρκοι, vulgo ... hors populi sunt Ga... Mantuan.

Alverni, Meldiq; simul ... tesq; Cadurci.

Cadytis, maxima urbs S... Herod. lib. 2.

Cæa, & Cea vel Zea & Ci... Ptolomæo, κία, insula ... Eubæam, à Cæo Tit... lio sic dicta, Hæresi... clari medici patria &... mna Simonidis & Ba... dæ Poetarum. Celeb... propter vestes bomb... illic inventas. Hod... Venetorum imperio ... Virgil. 1. Georg.

Et cubitor nemorum ...
pinguia Ceæ,
Ter certum nivei tor...
dumeta iuvenci.

Hinc, Cæus, a, um, ut, ... Cææ Propert.

Et tenues Cæa vest...
vêre sinus.

POETICE.

Cæa:

Antiqua, Cincta, vel cir... data mari Ægeo. Ce... quondam Coritijs ... phis.

C...

ecias, καικίας, ventus inter Aquilonem & exortum attrahens nubes. Inde locus factus eſt proverbio.

Mala ad ſe attrahens, ut
Cæcias nubes.

κακ' ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὥστε καικίας νέφος. In eos, qui litium ac negotiorum materiam ſibi ipſis pariunt & acerſunt. Item: pecunias ad ſe attrahit, ut Cæcias nubes.

ecilius, Epirota. Grammaticus Romæ fuit, qui primus Virgilium, & alios Poëtas diſcentibus propoſuiſſe fertur. Meminit ejus Macrob. Cæcilius alius poeta comicus fuit circa tempora. Terentij, Ennij contubernalis quem Cicero ad Atticū malum latinitatis autorem apdellat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Horat. lib. 2. epiſtol.

incere Cæcilius gravitate,
Terentius arte.

Cæcilij verſus de ſenectute recitantur à Cicerone in Catone majore. vide de hoc Gell. li. 2. ca. 22. Hinc Cæcilianus, ut, Senex Cæcilianus.

. Cæcilia, Uxor Tarquinij Priſci, moribus integerrimis, Volaterr.

æcinos Siciliæ mons, Plin. lib. 3. cap. 10.

Cæcubum, καίκουβον, Campaniæ oppidum in Italia, quòd paludibus quidem adjacet, & vinera tamen vini feraciſſima, præcipuis enutrit arboribus. Strab. lib. 5.

Cæculus, filius Vulcani ſic dictus, quòd minoribus oculis fuerit, quam rem frequenter effecit fumus, qui adultus, cum ſibi objiceretur, quòd Vulcani proles non eſſet, ab eodem rogavit, ut ſi ejus eſſet filius demonſtraret. Ubi Vulcanus non diu commoratus fulmen miſit, à quo omnes, qui non credebant peremti ſunt: & hoc modo verus Vulcani filius eſt habitus. Hic poſt multa latrocinia, Præneſte oppidum condidit, ut demonſtrat Maro lib. 7.

Nec prænoſtinæ fundator
defuit urbis,
Vulcano genitum pecora
inter agreſtia regem.
Inventumq; focis omnis-
quem credidit ætas-
Cæculus.

Cæix, rex Thraciæ, Luciferi filius, cujus fabulam apud Ovid. 2. Metam. habet.

Cœleſtini, populi Umbriæ in ſexta Italiæ regione. Plin. lib. 3. cap. 14.

Cælius, diſcipulus Cicerónis, orator, notus ex defenſione

ſeu pro eo oratione, Ciceronis dignus, ut Quintilianus lib. 10. refert, vita longiore & mente meliore. Juvenis enim admodum deceſſit. Alius T. Cælius Tarracioæ ſplendido loco natus, cum in cubiculo quieſcens filijs altero cubantibus lecto, peremtus in lectulo eſſet, nec eſſent alij, ad quos ſuſpicio cædis pervenire poſſet, duo fratres cauſam dixêre Patricidij. Poſtquam verò conſtitit, eos inventos eſſe dormientes aperto oſtio, abſoluti ſunt, quoniam in tanto facinore veriſimile non fuiſſet, eos quietam capere potuiſſe. Valer. Max libr. 8 præter hos Cælius quidam hiſtoricus Plinio ſcribitur li. 3. cap. 19. Eſt & Cælius mons unus è ſeptem numero à Romulo incluſis, in quo Ennius habitavit. Servius apud Virgil. 6. Æneid.

Cælos, portus Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.

Cæne, καινὴ, urbs circa ſinum Laconiæ non procul à Tænaro promontorio. Hinc Cœnites portus apud Plin. lib. 4. & Cæneus Juppiter dictus eſt Ovidio:

Victor ab Oechalia Cæneo
ſacra parabat
Vota Iovi.

Cæneus, καινεὺς, Elati filius, à prima ætate puella fuit pri-ma venuſtiſſima, adeo ut Neptunus forma illius captus, cum ea concubuerit in mercedem autem concubitus perijt illa, ut in virum mutaretur, & eſſet invulnerabilis, quod factum eſt. Cæterùm cùm poſtea Cæneus ſuperbia elatus contemptis Dijs, juberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam ſuam jurare, Juppiter ejus ſuperbiam ultus eſt. Nam pugnans cùm Centauris, cùm ferro violari non poſſet, tanta arborum mole oppreſſus eſt, ut vivus ſub terram detruderetur, atque hoc modo interijt. Post mortem autem in avem mutatum dicit Ovid. 12. Metam.

O ſalve
Maximè vir quondam,
ſed avis nunc unica Cæ-
neus.

Virgil. libr. 6. Æneid. post mortem in ſexum eum rediiſſe ſcribit.

It comes & juvenis quon-
dam nunc fœmina Cæ-
neus,
Rurſus & in veterem fa-
to revoluta figuram.

Fingitur autem ideò Cæneus ex fœmina in marem converſus, quod ex molli & ignavo adoleſcente vi-
eti

xtitisset acer & bellicosus nvulnerabilis idem fingi-ur, quod rei bellicæ peri-us fuerit, adeò ut cum præ-ijs interfuisset plurimis, nullum tamen unquam ac-ceperit vulnus.

POETICE.

Cæneus:

Elateius, Atracides, Per-rhæbus, Inclytus factis. Qui incoluit Othryn.

re, is, neutr. & Cæres, itis, penult. bre. καιρή, & Cæres, etis, long. penult. oppidum fuit Thusciæ non procul à Tarquinijs, cujus frequens apud Livium mentio sit. Virg. 8. Æneid.

Est ingens gelidum lucus
propè Cæritis amnem

dem libr. 10.

Qui Cærete domo, qui sunt
Minionis in arvis.

Amnis Cæretanus apud Plin. Cæretes, pen. corr. in-colæ.

retum, oppidum Umbriæ inter Spoletum, ac Nursiam, Unde Cæretani appellantur totum orbem vano quodã, ac turpi superstitionis gene-re ludificantes, ob quam cau-sam ferè continuè peregri-nantur, familie atque uxori-bus domi relictis.

æsar, καῖσαρ, Julij fuit co-gnomen, à quo postea Im-peratores omnes Cæsares dicti sunt. Dicunt autem veteres & recepti Gram-mati, Cæsaris vocabulum à nomine Cæsareis, quod præclaros & insignes capil-los significat, derivatum es-se. Et hinc primùm conti-git hoc cognomentum Juli-js, quòd unus aut alter for-tasse ex eo genere insignem capillum habuit: & man-sit postea semper hoc nomen apud posteros, perinde qua-si cum ipso successionis ju-re in ipsum genus Cæsarum transiret, quemadmodum fieri solebat, quando succes-sores primum adoptari so-lebant.

POETICE.

Cæsar:

Magnus, Maximus, Egregi-us, Trojanus, Bellator, na-tus pulcra origine. Marte togaq; præcipuus. Qui vi-ctor extremis in oris Asiæ imbellem Indum arcib. Ro-manis avertit. Qui altum ad Euphratem bello fulmi-navit. Qui victor per po-pulos volenteis dedit jura, viamq; Olympo affectavit. Qui imperium Oceano, fa-mam astris terminavit. Qui Libycis in oris hontudit per fida arma magnanimi Jubę.

Cæsar Augusta, vel Augusta Cæsarea, Ptolemæo, Hispa-niæ clarissima urbs est, Nu-mantia primùm dicta, Sara-gossa hodiè est. Cæsarea au-

tem med. long. καισάρεια, in Mauritania fuit, in Cappadocia & Palæstina.

Cæsarienses populi Joniæ Ephesum convenientes, Plin. lib.5. cap. 29.

Cæsarium, Ægypti emporium est & secessus quidam, Strabo lib.17.

Cæsarobricenses, Lusitaniæ Hispaniæ populi, Plin. libr 4. cap.22.

Cæsenna, æ, Flaminiæ provinciæ urbs, à qua Cæsennates, & Cæsennatia vina, generosa, Plin. lib.14.

Cæyx, κήυξ, rex Thracius fuit, qui fratre in accipitrem mutato admodum territus fuit. Abiturum ad consulendum oraculum diu detinuit Halcyon uxor. Promissione verò facta quòd intra duos menses esset rediturus, a conjuge est dimissus. Sed Ægeo in mari navi fracta submersus satisfacere promisso non potuit. Ibi uxor pro mariti salute quotidie vota faciens in somnio admonita est de submersione mariti. Manè igitur ad littus maris pergens, & maritum plorans à longè cadaver conspicit. Ad quod per undas etiam propius accedere cupientem Dij miserti in avem Alcyonem mutârunt. Ubi ad os illa mariti advolavit, qui oscula uxoris sentiens in sui nominis

avem est mutatus. Ovid. li 11. Metam. Vide etiam Halcyon.

POETICE.

Cæyx:

Oeteus, Trachynius, fero genitus, Lucifero tore satus. Cui frat uxor visæ aves, Sidereu junx. Ore ferens pat nitorem.

Cajcus, pen. prod. κάϊκος Caycus Phrygiæ fluvi Mysia veniens. Virgil Georg. Ovid.2. Met.

Saxosumq; sonans I
mis Mysusq; Cajcu.

Fuit & inter Æneæ so Cajcus. Virgil.1. Æneid.

Aut Capyn, aut celsi
puppibus arma Ca.

Caieta, æ, urbs & portus Campaniæ, à nutricæ Æne dictus. Virg.7. Æneid.

Tu quoq; littoribus n
Æneia nutrix
Æternam moriens fam
Cajeta dedisti, &c.

POETICE.

Littora habentia nomen tricis.

Cajeta:

Aonia nutrix, Quem tu lavit alumnus.

Cajus, γάϊος, cognomen usitatum apud Romanos parentum lætitia factum γαίω, gaudeo, unde & G.C. ipsum profertur.

terd

erdum, tribus nonnunquā uabus in versu syllabis ronunciatur. Martial. libr. , & 9. Et Auson. Caja li erta autore. Quintil. lib. 1 Mulieres Caiæ apud Cice onem pro Mur. Cajanus pud Stat. Emtum plus mi us asse Cajano.

anas, fluvius Asiæ est in cythia navigabilis influens n Gangen.

abria, æ, penult. bre. καλαβρία, ora Italiæ Siciliæ proxima insulæ propemodum formam habens, omnium taliæ terrarum feracissima, n qua urbes sunt celebres, hegium, Tarentum, Brundusium, Calaber, bri, **Einer aus Calabria** / Et Calabri iospitis Xenia, pro exiguis & rusticis muneribus, quæ ccipienti magis oneri sunt, quàm usui. Horat. 1. epistol.

Non quo more Pyris vesci Calaber jubet hospes.

Calabri enim cum pyris abundent, affatim ea hospitibus apponere consueverunt, deinde saturos bellariorum vice, domum auferre jubent. Adjectivè Calabricus, Ut Olea Calabrica, apud Columell. item Calabrus, a, um, ut, Calabræ acies apud Stroz. Calabræ apes, Horat.

alaguritani, populi Hispaniæ, quorū alij Fibularenses cognominantur, alij Nascisci, Plin. lib. 3. cap. 3.

Calais, καλαΐς, Boreæ filius, & frater Zethi, Vide Zetus.

POETICE.

Calais:

Juvenis creatus Aquilone.
Perpessus multa sub claro Jasone.

Calamis, idis, Ovidio Calais dictus, insignis fuit cælator, de quo Plin. lib. 43. cap. 7.

Calamisus, oppidum Locrorum. Plin. lib 43. cap. 7.

Calamos, oppidum Asiæ in ora monti Libano subjecta, Plin. lib. 5. cap. 20.

Calamus, Gymnosophista Indicus cum Alexand. M. collocutus, eumque secutus, se adhuc vivum cùm ægrotare cœpisset, constructa pyra comburi jussit. Hujus disputationem apud Alexandrum habes, interitum verò Strabo lib. 15, fusius est persecutus.

Calapis, amnis Pannoniæ influens in Saum juxta Sisciam, alveo gemino Segesticam ibi insulam efficiens. Plin. libr. 4. cap. 25. in descriptione Pannon.

Calaris, oppidum Sardiniæ, Plin. lib 2. cap. 108.

Calathusa, καλάθουσα, deserta est inter Chersonnesum, & Samothracem insula, test. Plin. lib. 4. cap. 11. Calathusa alia est in Ponto, Stephan. Hinc Calathusius.

Calatas, Acervetis antea dicta, urbs est Thraciæ, Plin. lib. 4. cap. 11.

Calatiæ, καλατίαι, urbs Italiæ propè Cassinum & Bovillas Plin. libr. 3. cap. 8. Sunt & Calatiæ Indiæ populi apud Stephan.

Calatus, Jovis & Antiopes filius, Homer. in Odyss.

Calaurea, pen. prod. vel Calauria, καλαυρία, maris mediterranei insula exigua in sinu Argolico contra Trœzenem, non procul à Creta, quam in permutatione cum Latona Neptunus Delo neglecta habitavit. Unde origo proverbij pro Delo Calauriam. Αντ᾽ Δήλου τὴν καλαυρείαν, de mutua beneficentia, simile illi, χεὶρ χεῖρα νίπτει, id est, manus manum lavat. Est etiam urbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. Ovidius 7. Metam.

POETICE.

Calaurea insula.

Arva Colaureæ Latoidos,

Calaurea:

Conscia in volucrum versi regis cum conjuge.

Calbis, amnis Cariæ, Pomp. Mel. lib. 1.

Calce, urbs Campaniæ apud Strab. lib. 5.

Calchas, κάλχας, Græcus augur valdè celebris, qui cum divinandi certamine à Mopso victus præ mœsticia periit, ut festive Leoni[...] varr. histor. l. 2. c. 36. I[...] cũ Græcis ducibus, q[...] oracula reddebat; ad [...] ditionem Trojæ profe[...] Vide Alciat. emblem[...] libr. 1. in comment. [...] lib. 3. de arte in fine. C[...] lib. 1. de divinat. Alia a[...] subito tempore conje[...] explicantur, ut apud [...]merum Calchas, qui e[...] ferum numero annos [...] Trojani auguratus est.

POETICE.

Calchas:

Thestorides, Providu[...] gur veri.

Calcioli, Ptolem. vel ut[...] nius habet Carseoli, ur[...] proxima Sabinis.

Calciope, καλκιόπη, soror [...] syrti, filia Aetæ regis [...] chorum. Ovid. in epist.

Non erat Aetes, ad q[...]
despecta rediret,
Non Hypsea parens, [...]
ciopeq; soror.

Cale, Cales, Campaniæ o[...] dum, cujus meminit V[...] lib. 3.

Quaq; Cales linquunt, [...]

Calegia, Germaniæ urbs [...] berrima, Ptol. Vulgò [...] tenberg.

Calena, vide suprà, Oxenf[...]

Caleni agri in Campania [...] ad Massicos, in quibu[...] qua est vini in modum [...] mulentos reddens, u[...]

aphlagonia, Plin. libr. 3. i
m lib. 2. cap. 103.
num, oppidum Campa-
iæ nobilis vini ferax. Hinc
ro vino usus est Juvenalis
atyra 1.

Occurrit matrona potens,
quæ molle Calenum
Porrectura viro miscet.

orat. 1. carm. Ode. 31. Ca-
enum scripsit. καλὸς οἶνος.
s, καλινὸν, urbs Campaniæ
orat. 4. carm. Sed pres-
im Calibus ducere Libe-
um si gestis, h. e. vinum Ca
num. Cicer. ad Attic. lib. 8.
ales processi, ut ibi potissi-
num consisterem.
stra, Thessaliæ littoralis
rbs, juxta quam Axius,
uvius in Ægæum mare de-
endit. Herod. lib. 7.
te, insula ignobilis inter
mothracce & Chersone-
m. Plin. lib. 4. c. 12.
ti, (vel ut alijs placet) Ca-
tes, hodiè Caletz, inter Gal-
æ Belgicæ urbes ponuntur
traboni.
etranus ager in Italia est
on procul à Volaterranis,
lin.
cadnus, flumen est Ciliciæ.
lin. li. 5. cap. 27.
icula, Calucula dicta Pli
nio, Hispaniæ urbs. Ptol.
ingæ, Indicæ gentes ad
nare, quarum fœminas
quinquennes concipere an-

numque vitæ octavum non excedere, Plin. libr. 7. cap. 2. scribit.

Calingij, populi Asiæ, quibus Ampelone Milesiorum Colonia vicina est, Plin. lib. 6. cap. 28.

Calingon, promontorium Indiæ Plin. lib. 6. cap. 20.

Calinipaxa, oppidum Scytharum, Plin. 19. cap. 17.

Calinus, Statuarius fuit, de quo Quintilianus.

Calipolis, seu Callipolis, Europæ urbs ad Hellespontum, Stephanus καλλίπολιν dixit.

Callistous, καλλιστώ, filia Lycaonis regis Arcadiæ Dianæ comes dicta à pulcritudine, quæ in ursam mutata fingitur, vel, ut aliqui tradunt ab ursa dilaniata est in venatione. Potest autem esse, ut fabula conficta sit partim ex historia, partim ex moribus. Si ad mores referatur violatæ pudicitiæ deformitas ostenditur. Ut enim Calisto pellex Junonis in ursam bestiam turpissimam mutata fingitur: Ita puellæ & fœminæ amissa pudicitia omne suum amisere decus. Porrò Ovid. in Metamor, eruditè & astronomicè describit situm stellarum, quibus Ursæ sidus constituitur, ubi inquit:

Vbi circulus axem
Vltimus extremũ, ſpacioq́z
breviſſimus ambit.

Eſt enim Urſa circulo arcti-co, qui ad ſeptentrionem extremus eſt, & breviſſi-mus, incluſa: nec unquam ſub horizontem delabitur, ſed propter elevationem ſemper extat. Quare & ar-ceri ab Oceano, ne ſubeat aquas, hoc eſt ne occidat, fingitur. Meminit & Pro-pertius lib. 2.

Caliſto Arcadios erraverat
urſa per agros,
Hæc nocturna ſuoſidere ve-
la regit.

Vide ſuprà in dictione Ar-ctos.

Callet, oppidum Hiſpaniæ ſti-pendiarium: Plinius libr. 3. cap. 1.

Callias, æ, καλλίας, Athenien-ſes, quo nomine dicti fue-runt duo, alter poeta Co-micus, Schænion cognomi-natus, quod funes ob pau-pertatem torqueret, alter dux Athenienſium contra Artaxerxem miſſus, Suid. Tertius Grammaticus fuit Methymnæus, Strab.

Callicrates, pen. corr. καλλι-κράτης, artifex in marmore ſculpendo, qui formicas fe-cit tanta ſubtilitate ut par-tes earum perſpici non poſſent.

Callimachus, καλλίμαχ poeta Cyrenæus, diſcip Hermocratis tanta in ſtria, ut in omni genere minis fecerit poemata, jus hymni extant. Scr etiam contra Apollon Argonautici poematis torem Ibin, quod p Ovidius imitatus eſt. ruit ſub Ptolemæo P delpho & Euergete, O piade 127. regiæ præf bibliothecæ. Propertiu 4. Eleg. Romanum C machum ſe dixit:

Vmbria Romani p
Callimachi.

POETICE.

Battiades.
Callimachi manes.
Callimachus:

Inflatus, Solers, Lab ſus. Qui docto quon carmine cecinit Phœ Qui amori non eſt in cus. Qui dulcia Pier plectra tetigit. Cui Ly lecta. Cui volucris d eſt exiguo libello.

Callimachus alter ſcu fuit, de quo Pauſan.

Callinicus, med. prod. νικος, Sophiſta fuit S qui Athenis docuit. pſit de Cacozelia, de torica ad Cleopatram rebus geſtis Alexandri lia. Suid.

Calliope, pen. brev. καλλ

na Musarum, & quidē præstantissima, quæ & Calliopea dicitur; Ut Virgil. eclog. 4.

Orphei Calliopea Lino formosus Apollo.

Vide de hac etiam initio primæ partis.

lipidæ, pen. bre. καλλιπίδαι, omponio populi sunt Europæi ad Hypanim fluvium Græco Scythæ eidem, Solino vero Callipode.

lippus, κάλλιππος, Atheniensis Platonis auditor, lutarchus in Dione.

lirhoë, καλλιῤῥόη, Acheloi filia, quæ Alcmeoni nupsit e quo suprà dictum. De hac Ovid. lib. 9.

st & Calliroe fons regionis Atticæ novem habens apita & aquæ ductus, Stat. Thebaid.

Et quos Callirhoe novies errantibus undis Implicat, &c.

us est in Judæa, Hierosolymis proximus. Est item Calirhoe urbis nomen.

listhe, Vide infrà in dictione Thera.

listhenes, brev. pen. καλλισθένης, propinquus & auditor Aristotelis, Alexandri comes, a quo, quòd non ut cæteri assentatores adorandum eum putavisset, indignis modis interfectus est. Trogus lib. 24. Legitur de Aristotele, quod Callisthenem hunc discipulum suum liberius multa dicentem apud Alexandrum admonuerit his verbis:

Talia nate loquens haud multo tempore vives.

Et rectè quidem divinavit, nam libertas illi exitium creavit. Callisto, Vide suprà post Calipolis.

Callistratus, bre. penult. καλλίστρατος, Statuarius Plin. lib. 34. Alius ejusdem nominis Græcus fuit scriptor, cujus extant icones pulcerrimæ seu hypotyposes, Philostrati iconibus adjuncti.

Callistus, unus ex comitibus expeditionis Juliani principis, cujus historiam versibus scripsit Volaterr.

Καλὸς λιμὴν, id est, bonus portus est in Euxino super Tauricos: Pomp. lib. 2.

Callon, κάλλων, Statuarius, de quo Plin. lib. 34. cap. 8. Quintilian. lib. 12. cap. 10.

Calostoma, καλόστομα, inter Danubij ostia refertur Plinio.

Calpas, Plinio portus est Bithyniæ prope Rhenum fluvium & Sangarium. Straboni tamen libr. 12. amnis est.

Calpe, κάλπη, mons est Europæ, ut Abysa Africæ, inter se oppositi, Plin. vide suprà in Abila.

Calucula, vulgò Cabra, Bœotiæ oppidum stipendiarium, Plin.lib.3.cap.J.

Calvus antiquus Poeta æqualis & amicus Catulli. Horat.1. serm.

Nil præter Calvum, & doctus cantare Catullū.

Calyba, urbs Thraciæ, Strab. lib.7.

Calycadnus, καλύκαδνος, fluvius Ciliciæ, ad quem Seleucia civitas sita est: Strabo.lib.14.

Calydium, oppidum Italiæ in via Appia, Strab. lib. 5.

Calydna, κάλυδνα, oppidum Cariæ, Plin.libr.5. cap.27. Est etiam insula è Sporadibus una, Plin. libro 4. cap. 12.

POETICE.

Calydna:
Fœcunda melle.
Abundans melle.

Calydon, καλυδών, Ætoliæ oppidum, Oenei regis Meleagri patris regia, prope quam Meleager ipse vastissimum aprum cum Atlanta interfecit. Virg. lib.7.

Concessit in iras
Ipse Deûm antiquum genitor Calydona Dianæ.

Fuit autem aper Calydonius, à quo Ætolia Meleagri tempore vastata est, latro Phœæ mulieris filius, quæ à Poetis sus Crōmyonia sive Cremmionia vocatur. Et Calydonio hui pro assimilari possunt retici, à quibus vinea mini sæpè vastatur. H est Calydonius,a,um,ut, lydonia sylva, quæ e Britannia. Et Calydon dis, patron. Ovid.8.Met

Plangunt ora simul ma
Calydonides.

POETICE.

Oenei agri.
Calydon:
Invisa Dianæ.

Calypso, us, καλυψώ, pr brev. Nympha, Ocea Tethyos filia, cujus h tio Ulyssæs utitur, & à difficulter dimittitur, Homerum lib.5. Odyss. Atlantis filiam dixer Claudianus Alcinoi fi eam facit.

POETICE.

Calypso:
Diva, Pulcra, Formosa, lantis, Atlantias, Æ rea, A Dulichio juvene sa. Quæ sæpè doluit perare Ulyssem, & ne remigio aptas esse a Quæ amore capta rec tem virū detinuisse dic Quæ amore flagrabat.

Camacæ, populi, quos Scythicas gentes refert nius lib.6.cap.17.

Camæ, populi inter Sc cas gentes, Plinius li cap. 17.

nalodunum, vulgò Dun:aſtre urbs Britanniæ, Plin. ib.2. cap. 75.

mara, Κάμαρα, Cretæ Inſulæ urbs, Ptolem.

marica, Ptolem. Hiſpaniæ urbs alio nomine Victoria.

marina, καμαρίνη, ſive Camerina vulgò Camærana, urbs Siciliæ Strab. lib.6. juxta quam palus ejuſdem nominis eſt fœtidiſſimi odoris. Virg. lib.3.

pparet Camerina procul.

audjan. libro 2. Rapt. Proſerpinæ:

igravado Camerina procul.

Hinc proverbium natum eſt: Non movendæ Camerinæ. Μὴ κιεῖν καμαρίναν: ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Stephan. Id eſt, Ne moveas Camarinam, etenim non tangere præſtat. hoc eſt, Malum quieſcens ſive benè conditum ne moveris.

amarinum, hodiè Camerinum, urbs umbrorum, Ptolem.

ambala, orum, locus Aſiæ eſt in Cyſpiretide regionis, ubi auri metalla effodiuntur. Strab. lib.11.

Cambalidus, mons, Caucaſi ramus in Suſianis, Plinius lib.6. cap. 27.

Cambodunum, vide ſuprà, Mönchen.

Cambolectri, populi inter Galliæ Narbonenſis gentes Plinio commemorantur, lib. 3. cap. 4.

Cambuſis, urbs eſt Æthiopiæ, Plin. lib. 6. cap 29.

Cambyſes, æ, pen. long. καμβύσης, Cyri Perſarum regis filius, ſed paternis veſtigijs non inſiſtens, & exemplum omninò ejus, quod vulgò dicitur. Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. Multa enim nefanda patravit, de quibus paſſim in hiſtoricis. Inter cætera, ſororis, ut eſt apud Herodotum amore flagravit, & quæſivit ſatellites, Perſicos, an liceret ſororem ducere? Illi reſponderunt, ſe in legibus Perſicis nullam invenire, quæ hoc concederet, ſed ſe habere aliam legem, quæ eſſet: Regi licere quæ vellet. Ita caute ipſi reſponderunt metuentes ipſius tyrannidem. Unicum tamen hujus tyranni factum laudatur, quod Herodotus narrat, quanquam ſatis inhumanum & tyrannicum. Præſidem Siſamnē, qui pecunia corruptus injuſtam ſententiam tulerat, interfecit, & toti corpori cutem detraxit, eamq; inſtravit tribunali. Poſtea filium Siſamnis Otonem in eam ſedem collocavit, ac juſſit eum intuentem patris exuvias juſtè judicare, ne ſimi-

li supplicio afficeretur. Chr. Philip.

POETICE. Cambyses: Impius, Injustus, Illicito sororis amore flagrans. Qui Jovis Libyci templum violavit.

Camelani, populi Italiæ in sexta regione, vicini Narniensibus & Nucerinis. Plin. lib. 3. c. 14.

Camelidæ, duæ sunt in ora Joniæ regionis insulæ, Plin. lib. 5. cap. 31.

Camerina, vide Camarina.

Camerinum, καμέρινον, Ptolo. oppidum Italiæ juxta Collatiam. Plin. lib. 3. c. 5.

Cameropis, Indiæ urbs est, Straboni.

Camertes, Umbriæ sunt populi incolentes montes, quibus à Picenis Umbri ipsi separantur. Hinc Camers adject. ut, in agro Camerti vel Gallico. Cicer. pro Syll. & Camertinus aliud adject. ut, Fœdus Camertinum apud eundem pro Corn. Balb.

Cameses, vel Camesis. Italiæ indigena vel consors Jani, de quo Perottus.

Camilla, καμίλλη, prim. brev. fuit regina Volscorum, quæ suppetias venit Turno contra Latinos & Æneam, in quo etiam bello perijt. Virg. 7. Æneid. sub finem.

Hos super advenit Volsca de gente Camilla.

POETICE.

Priverna virgo: Camilla: Fortis, Bellatrix, Volsca, [A]nimosa. Quæ non assu[eta] colo vel calathis Miner[væ], sed dura prælia pati.

Camillus κάμιλλος, priv. br[ev.] nobilissimus fuit Roma[nus] Vejorum expugnator, [qui] post damnationem, q[ua]... equis albis triumphas[set] quintum Dictator creat[us] octogenarius Romæ m[or]tuus est. Liv. Plutarc. V[ir]gil. 6. Æneid.

Aspice Torquatum, & re[fe]rentem signa Camillum.

Hic cum obsideret Fal[is]cos, eorum ludimagist[rum] quasi spaciatum egressus [cum] Faliscorum filijs, illos C[a]millo tradidit. Sed Cam[il]lus hominem nudatum, [et] à pueris cæsum in urbem [re]misit. Quapropter Fali[sci] justitiam Camilli admira[ti] se ultro dediderunt.

POETICE. Camillus: Nobilis, Magnus, Egregi[us], Celebris, Præstans, Fort[is]. Cujus fama nunquam e[st] moritura. Qui patriam rep[a]ravit. Quē Roma damnavi[t]. Qui vindex fuit patriæ su[æ].

Camirus, pen. long. κάμειρος, una ex urbibus Rhodi ins[u]la, Strab. Plin.

Camœnæ. Vide in 1. parte Göttin des Gesanges.

Campania, καμπανία, Italiæ re[gio] fertilissima, amœnissima, aerisque saluberrimi, locis, ut Livio placet, cam[pestri]

pestri

pestribus sic dicta, in qua illustres sunt civitates. Neapolis & Capua. Propertius pinguem Campaniam appellat. Campani vocantur illius populi. Et Campanus, a, um, adject. Ut, littus Campanum, supellex Campana, apud Horatium.

mpsiani, populi Germaniæ indigentia laborantes, de quibus vide Strab. lib. 7.

ına, vide superius, Cana.

ınace, κανάκη, Macarei soror Æoli filia, de qua Ovid. in epistol.

POETICE.

Æolia virgo.

Canace:

Nobilis amore fratris. Uxor fratris. Nupta fratri. Nimium projecta.

ınajus, Æolidis amnis, Plin. lib. 5. c. 30.

ınaria, æ, insula una ex fortunatis, Plin. lib 6. c. 32.

ınarij, populi Africæ, de quibus Plin. lib. 5. c. 1.

ınas, Lyciæ regionis Asiaticæ oppidum, Plin. lib. 5. ca. 27.

ınastræum, καναςραῖον, promontorium Macedoniæ, in sinu Thermaico, Plin. lib. 4. cap. 10.

ınatha, κάναθα, oppidum est, in Decapolitana regione, quæ Syriæ jungitur, Plin. lib. 5. c. 8.

ınchlei, populi Arabiæ, Plin. lib. 5. c. 30.

Candace, es, κανδάκη, sive Candacis, brev. penult. regina Æthiopum, animo virili mulier, â qua postea omnes reginæ Candaces appellatæ sunt. Juvenal.

Candacis Æthiopum.

Plin. lib. 6. c. 29.

Candaria, promontorium in insula Coo, Strab. lib. 14.

Candavia, mons est Epiri, dividens Illyriam à Macedonia. Lucan. lib. 6.

Devia quâ vastos aperit Candavia saltus.

Candaules, κανδαύλης, quem Myrsilum Græci vocant, Sardium tyrannus fuit. Is conjugis amore exardebat tanto, ut omnium fœminarum pulcerrimam eam esse existimaret. Unde etiam apud Gygem Dastyli filium non solùm eximijs eam laudibus ornabat: Verum etjam nudam tandem conspiciendam ei proponebat. Quare ab uxore & Gyge est interfectus.

Candebæa palus est in Carmeli montis radicibus, de qua Pl. lib. 36. c. 26.

Candei, populi sinus Arabici, qui serpentibus vesci consueverunt. Unde etiam Ophiophagos (ὀφιοφάγους) eos appellant. Plin. lib. 6. ca. 22.

Candidum, λευκὸν, Zeutiganæ regionis, quæ Africa, pro-

propriè dicitur, promontorium. *Plin*. lib. 5. cap. 4.

Candiope, κανδιόπη, Oenopionis filia, & soror Orionis, secundum Theodontium, quam cùm in venatione frater in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit, quod ubi Oenopion rescivisset, indignatus filium exulatum abire jussit, qui oraculo edoctus versus Orientem in Thraciam cum Candiope & parvo filio delatus est, ubi ob insignes virtutes in magno fuit precio.

Candyba, κάνδυβα, urbs Lyciæ, ubi Oenum nemus celebratur, Plin. lib. 5. cap. 27.

Cane, Æolidis regionis promontorium, Steph.

Canens, Pici Laurentum regis fuit uxor, à canendo dicta, quæ amissi conjugis interitū nimium lugens contabuit, & rectè in auras mutata fingitur, quia omnis sonus, omnis vox in auras evanescit. Meminit ejus, Ovid. 14. Met.

Caninius, eodem, quo consulatum adeptus, diem obijt, unde Cicero ita de eo: Vigilantissimum habuimus consulem Caninium, qui toto consulatu suo somnum non vidit. C. Caninius alter eques Romanus fuit, de quo Cicer. 3. offic.

Canis, poeta, Martialis familiaris, qui natura ita hilaris fuit, ut semper riser
de quo Martial. lib. 1. E
gram. ad Maximum.

Cannæ, arum, κάνναι, Apu
vicus, Romanorum cla
hoc est, quinquaginta m
libus ab Hannibale cæsis c
rus. Lucan. lib. 2.

Quid non in Punica n
Tempora Cannarum fuim
Trebiæq; juventus.

Hinc Cannensis, ut, pug
Cannensis, quæ fuit an
tertio secundi belli Puni
Et Cannenses populi It
liæ, de quibus *Plin*. libr.
cap. 11.

POETICE.

Cannæ:

Insignes, Ferales, Spuma
tes, Celebres, Graves, Cr
entæ. Romano sangui
spumantes. Quam imp
rant tristia funera. Rom
no sanguine insignes.

Canobus, gubernatot na
Menelai, quo tempore M
nalaus ipse in Ægyptum pe
rexit.

Canopicum, oppidum Zeug
tanæ regionis, Plinius lib
5. cap. 4. Est & Canop
cum ostium Nili, Strab. li
ultim.

Canopus, pen. prod. κάνωπ
sidus ingens & clarum
summo gubernaculo Argu
quod ab omnibus locis no
conspicitur, de quo Pli
libr. 6. cap. 22. Dicitur it

u

ut nonnullis videtur, ab insula Canopo , ubi primum cognita & observata. Est & Canopus insula parva , maris mediterranei , Nili ostio Canopico obvia , còndita à Spartanis , & hoc nominis à Canopo rectore navis Menelai ibi mortuo & sepulto sortita est. Juvenal. Satyr. 15.

Barbara famoso non cedit ripa Canopo.

Veteres Canobus & Canobita dicebant, teste Quintiliano. Nos verò Canopus & Canopita. Virgil. 4. Georgic. Dicitur incestus à Propertio , ut inter epitheta videbitur, propter libidinem Cleopatræ.

POETICE.

Genitalia arva Canopi.

Canopus:

Famosus , Argivus, Incestus, Pellæus , Argivus, Iliacus, Pharius, Spartaeus, Australis, Parætonius, Pelusiacus, Therapnæus. Ubi mollis turba.

Canopitanum, oppidum liberum Zeugitanæ regionis, Plin. lib.5. cap.4.

Cantabri, κάνταβροι, brev. pen. populi Hispaniæ Tharraconensis bellicosissimi , & olim efferi, ac ad arma nati, ut etiam negotium fuerit Augusto eos subjugare. Hodiè Gascones & Vascones dicuntur, vulgò Vizcaya, y Lepuzcua Juvenal. Sat. 15.

Pro vita facienda putat , sed Cantaber unde?

POETICE.

Cantabri:

Sævi, Efferi, Bellicosi , Truces animi. Patientes famis & laborum. Gens formidabilis indomitis armis. Acres in armis. Habentes invictas manus.

Cantabria, κανταβρία, Cantabrorum regio, unde Cantabrius, & Cantabricus adject. ut , bellum Cantabricum, Horat. 1. epist.

Militiam puer & Cantabrica bella tulisti.

Cantarus, Poeta Comicus Atheniensis , cujus fabulas nonnullas Suidas habet.

Canthus , filius Abantis inter Argonautas ab Apolline ponitur, itemq; ab Orpheo. Apollonius in Libya cum perijsse scribit , Flaccus autem noster in Aea.

Cantium, κάντιον, vulgò Canturberi, promontorium, Britanniæ, vulgò **Kent**. Ubi civitas Cantuaria est, **Kantzelburg**.

Cantia regio, ubi urbs est Cantuaria.

Cantiæbis, vide suprà , **Amberg**.

C. Canuleius, Trib. pleb. fuit cujus orationem edversus

COSS. Livius habet libr. 4.

Canusium, κανύσιον, urbs Apuliæ maxima, laudatissima lana celebris. Horat. 1. sermon.

Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior una.

Qui locus à forti Diomede est conditus olim.

Pro Canusij, Canusij in colæ, Canusina lana. Canusini more bilinguis, hoc est, lingua utens ex duabus, Græca & Latina mixta. Horat. ibidem Canusinatus apud Martial.

Vt Canusinatus nostro Syrus assere suadet.

Id est, Canusina veste indutus.

Capaneus, tribus syllabis. bre. pen. καπανεύς, unus fuit è septem ducibus, qui Thebas expugnârunt. Is cum admotis scalis Thebanos muros conscendere vellet, magna lapidum mole à Thebanis fuit obrutus. Unde etiam est, quod fingunt, ipsũ Jovem in cartamen provocasse, à quo fulmine ictus perierit. Ovid. libr. 3. trist. eleg. 3. Uxor ubi Evadne fuit, admodum amans mariti, de qua inferiùs suo loco. Capaneus lon. pen. adject. Stat.

Capaneaq; misimus umbris Pectora.

Capaneius aliud adject. qu-que syllabarum apud e-dem lib. 12. Theb.

Ausa ante alios Capaneia c-junx.

POETICE.

Capaneus:

Ferus, Turbidus, Mag-nimus, Temerarius, A-licus. Satus Hipponoo. -tior factus fulminis i-Qui altis turribus Jov-gne ruit, atque ustus ad -bras descendit. Qui ce-subito ictu. Qui impa-ora ferienda dedit cor-fulminibus.

Capara, καπάρα, Ptolem. Capera, urbs Hispaniæ L-taniæ.

Capastite, ex Asiæ præfect-una, quas aliàs Nomo-cant. Plin. lib. 5. c 9.

Capena, æ, long. pen. oppi-Romæ vicinum à quo penates populi Italiæ d-Et porta Romæ, per q-Capuam itur, quæ & A-dicta fuit. Juvenal. Sat-

Substitit ad veteres arcus -didumq; Capenam.

Hodiè vocatur Divi S-stiani Porta.

Caper, Strab. Plin. verò -prus, fluvius est Laodic-cum Lyco & Asopo amn-alluens.

Caphareus, καφαρεύς, mon-Euboiæ altissimus, H-spontum versus, impe-

as & formidolosus propter scopulorum frequentiam & crebros undarum vortices. Hic Nauplius rex Euboiæ ilij Palamedis, mortem U yssis dolo interemti ultus st, Cùm enim Græci Troja redirent, Nauplius facem n montis cacumine posuit ibi locus fidem portus face et. Quo cùm venissent, nulti naufragium fecerunt. Virg. lib. 11.

POETICE.

Euboicæ cautes,
Caphareus:
allax, Dirus, Durus, Tritis, Ultor, Scopulosus, Procellosus, Euboicus, Importunus, Tegens saxa rapidis vorticibus clausa.

hareum, unum ex tribus uboeæ promontorijs, Plin lib. 4. c. 12.

heris, una ex Insulis deserlis, quæ inter Chersonesum & Samothracen sunt, Plin. lib. 4. c. 12.

pillati, populi inter gentes Alpinas, Plin. lib. 3. c. 20.

pissene populi Asiæ Capissam urbem habent, quæ à Cyro dirura fuit, Plin. libr. 6. c. 22.

italia, mons altissimus Indiorum, Plin. lib. 6. c. 20.

pito, Lycius historicus fuit, de quo Volaterr. lib. 14.

pitolium, καπιτώλειον, alij καπιτώλειον, καπιτωλεῖον, καπιτωλιεια, summum templum sive arx Romana in monte Tarpeio sive Saturnio, à Tarquinio Superbo extructa à capite humano, ibi cùm extrueretur, invento dicta, Vide Livium lib. 1. decad 1. Hoc cùm aliquandò Galli oppugnantes, dormientibus vigilibus seu excubitoribus penè ascendissent, & potiti essent, anseres strepere inceperunt, quorū strepitu experrecti dormientes custodes hac se occasione descenderunt, & Gallos rursum abegerunt, propter quod beneficium publicis sumptibus in Capitolio anseres aluerunt.

POETICE.

Arx Jovis.
Julia templa.
Solium magni Jovis.
Capitolium { aureum, celsum, auratū, Rōanū } { illustre, spectabile. }

Hinc Capitolinus, ut, Jupiter Capitolinus, Clivius Capitolinus, Cicer.

Capitulum urbs Italiæ, propter Bovillas. & Calatias.

Capote mons Asiæ, Plin. lib. 5. cap. 24.

Cappadocia, æ, καππαδοκίαν, מֶשֶׁךְ secundum aliquos, כַּפְתֹּר regio Asiæ frumento & pecudibus abundans, Plinius libro 6. cap. 5. famil. Hinc Cappadox, cis, καππάδοξ, οκος,

ex

ex Cappadocia oriundus, Cappadocus, ein Cappadocier. Lucan.

Cappadocum montana cohors.

Prover. τρία κάππα κάκιστα, id est, Tria Cappa pessima, quo trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Ctetensium & Cilicum.

Cappagum, oppidum Hispaniæ Bœticæ, Gaditani conventus, Plin. lib.3, cap.1.

Capraria vulgò Isola de Capri, insula Italiæ adjacens, à Græcis Ægilos dicta, de qua Plinius lib.3.c.6.

Caprassa, ostium Padi fluminis, Plin. lib.3.c.16.

Capreæ, καπρέαι, ἡ καπρήνη, Ste. Neapoli proximæ insulæ. Tiberij arce nobiles. Plin. lib. 3.cap.6. Meminit hujus arcis Suetonius in Tiberio.

Capria locus est apud Strab. in Pamphiliæ descriptione lib.14.

Caprullon, portus est prope montem Atho, Pomp. Mel. lib.2.

Capsitani, populi Zeugitanæ regionis, sive Asiæ minoris.

Capua, æ, κάπυα & καπύη, Stephan. & Ptol. urbs Campaniæ clarissima, altera Roma, ut Cicero in Philipp. eam vocat, quæ Hannibalem victoriis fatigatum luxu atque ocio perdidit, Condita fuit à Tuscis seu Trojanis, Virgil.8. Æneid.à. C py eam conditam osten Et capis hinc nomen Ca panæ ducitur urbi, al. puanæ.

Capys, yos, κάπυς, filius Ass ci, pater Anchisæ, à quo V gilius dicit conditam puam.

Carabis, κάραβις, flumen S thiæ, Plin. lib. 6. cap.17.

Caracia, hodiè vulgò Guada ra, Hispaniæ urbs.

Caralitani, populi insulæ diniæ, de quibus Plin. li cap.7. in descript. Sard insulæ.

Caralitanum, unum è Sa niæ promontoriis. Plin 3.cap. 6. in descript. In Sardiniæ.

Carambis, κάραμβις, Cam pisello, promontorium phlagoniæ est in medi psius regionis littori Plin lib.1.cap.12.

Carambucis, fluvius Scyt ad montes Ryphæos, lib.6.cap.3.

Carana, κάρανα, oppidum ti, à quo regio Caranen citur, Strab. lib. 12. Geo phiæ.

Carantis, majoris Arm præfectura est, Plin. li cap.14.

Caranus, rex Macedoniæ quo Justin. libr. 7. Est Caranus portus Arc rum in Phœnicia prope tum urbem. Strab. lib. 1

Caraseni, populi reg

auricæ, Plin. libr. 4. cap.

..

ıſtaſci, circa mœotim ſunt opuli Plin. lib. 6. cap. 7.

ıxus, Sapphûs frater fuit, naſius Rhodopes mere-ıcis, quam Sappho Dori-um appellat alij, (ut dictũ) hodopen. Perott.

bania Stephano καρβανία. na ex parvis inſulis Italiæ djacentibus, Pomp. Mel. b. 2.

bas vel Carba, ventus A-ricus eſt, quem hodiè Li-ycum, nautæ verò Carbi-um vocant.

bileti, populi Thraciæ, Pli-ius lib. 3. cap. 11. in Thraciæ eſcript.

bilius, Romanus fuit, qui anium primus conjugem terilitatis cauſa repudiavit p. Carbilius ejus libertus rimum ludum Grammati-æ Romæ apperuit mercede ocens. Vide de utroque Plutarch. in Problematis.

rbo, κάρβων, orator Romæ eximius quidem, ſed qui rempub. malé adminiſtra-vit de quo Cicero in Bruto videatur.

rbulo, Hiſpaniæ Bœticæ oppidum eſt Prope Cordu-bam Plin. lib. 8. cap. 3.

raſum, hodiè Carcaſſonam vocant, urbs Galliæ Narbo-nenſis. Plin. libr. 3. cap. 4. in deſcript. Narbonenſis provinciæ.

Carcothiocerta, urbs majoris Armeniæ Tigri proxima Plin. lib. 6. cap. 11.

Carchedon, καρχηδὼν, long° pen. dicitur Carthago, inde° καρχηδόνιος, Carthaginen-ſis dicitur. Dicta eſt autem Carchedon, à Carchedone conditore. Vide infrà Car-thago.

Carcinites, Scythiæ Europæ ſinus eſt, Plin. lib. 4. cap. 12. In eodem ſinu urbs eſt Car-cine, καρκίνη. Eſt & Carci-nites, (aliâs Carcitus) fluvi-us oppidum præterfluens.

Cardamyla, καρδαμύλη, urbs fuit in Argo, Pylo vicina, & ſub Agamemnonis do-minio.

Cardia oppidum Thraciæ, Plin. lib. 4. cap. 11. Fuit & Cardia ſive Cardinea Dea, apud Romanos, quæ Cardi-nibus præerat, q. Cardinia, vide Carne.

Carenſes, populi Hiſpaniæ Complutenſibus proximi, Plin. liq. 3. c. 3.

Cares, κᾶρες, populi Aſiæ circa Tanaim, Clazomenijs, & Mœonibus proximi. Cares item. κάρης, ſtatuarius fuit Lyſippi diſcipulus.

Careſius, Trojæ fluvius, teſte Homer. lib. 12. Iliad.

Caretha, inſula eſt in mari Lycio, quam Dionyſiam poſtea vocârunt, Plin. lib. 5. ca. 30.

Caria, καρία, vulgò Largo pri-

mà regio minoris Asiæ, in qua celebres multæ sunt urbes, ut Halicarnassus, Troezen, Laodicea, Antiochia. Meminit Cariæ hujus Cic. in oratione pro Flacco. Fit etiam Cariæ mentio 1. Macc. 15. Hinc proverbiale: πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν, id est, multi duces Cariam perdiderunt. Simile illi: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω. Multos imperitare malum est, rex unicus esto. Quod Germani ita: **Viel Köche machen selten was guts.**

Cares, Carum, Caribus, populi Cariæ. Virgil. 8. Æneid.

Hic Nelegas Carasq; sagittiferosq; Gelones.

Carius & Carius adjectiva, Cariæ, æ, Caryatis, idis κάρυκ, καρυατίς.

Carinæ sunt ædificia Romana facta in modum Carinarum, quæ intra Telluris templum erant, Autor Servius in illud Virg. 8. Æneid.

Passimq; armenta videbant
Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis.

Carini populi Germaniæ, Plin. lib. 4. c. 14.

Cariosuelites, populi Galliæ Lugdunensis, Plin. libr. 4. cap. 18.

Carisa, cognomine Aurelia urbs est Hispaniæ Bœti conventus Gaditani, Pl 3. cap. 1.

Carius, Jovis & Daneis f cui divinos in Lydia h res tribuerunt.

Carmace, populi Asiæ Mœotim. Pli. lib. 6. cap.

Carmani, populi Asiæ, p capita toto corpore hi qui solis piscibus vescu eorumque cute se te Unde & ἰχθυοφάγοι, ce minati, Plin. lib. 7. cap & Pompon. lib. 3.

Carmania, καρμανία, Ind gio ultra Persidam, cuju puli Carmani dicuntu quibus modò diximus. can. lib. 3.

Carmanosq; duces, &c.

Carmellum, vel Carmelus μηλ@, long. penult. duo sunt montes hoc n ne. Alter in tribu Jud solitudine Maon, ub gratus Nabal habitav Reg. 25. Alter mons gnus infra Ptolemaide tribu Zebulon & Isas Iosu. 19. quem torrens C alluit. Ubi Helias pre suis pluviam à Deo i travit, & sacerdotes Ba tiam trucidavit. 3. Reg In hoc monte hodiè a urbs est ejusdem nomi qua Propheta Elias ha vit.

Carmenta, κάρμεντα, & mentis, Evandri mater,

ƈta à carminibus, hoc eſt, raculis vel reſponſis. Fuit iim Arcadica vates. Julius olinus. cap.2. Habitaculum Carmentis fuit pars inina Capitolini montis, ubi armentis nunc fanum eſt, qua Carmentali portæ omen datum eſt.

POETICE.

rcadica Dea.
arthaſia Dea.
Tegeæa patens.
Mœnalis Diva.
Evandria mater:
Carmenta:
Docta Fatiloqua, Veriloqua.
Vates fatidica.

Hinc Carmentalis porta Romæ, quæ & ſcelerata poſtea icta fuit, die vnglückſelige pforten. Quòd per eam ex & trecenti Fabij cum lientum quinque millibus greſſi adverſus Hetruſcos, omnes interfecti ſunt. Virgil.8. Æneid.

carmentalem Romanus
nomine portam.

Vide Strab libr. 5. Et Carmentalia dicuntur ſacra Carmentæ.

rmon, κάρμων, locus eſt in Meſſenia, & Apollinis in Laconia templum, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneſo.

arna, κάρνα ſive Cardinea Dea, quæ vitalibus humanis ſeu cardinibus præeſſe putabatur, cui pulte fabacia, & larido ſacrificabatur, Inde Ovid. 6. Faſt.

Prima dies tibi Carna datur, Dea Cardinis hæc eſt,
Nomina clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Carnam à Cardine derivat, & contractio quædam eſſet Carna pro Cardinia. Hæc nocturnas ſtryges puerorũ, ut dicebant, cunas infeſtantes à limine ſubmovebat.

Carnapæ, circa Mœotim ſunt populi, Plin. lib.6. cap. 7.

Carne oppidum Phæniciæ ad montem Libanum, dicitur & Carnus, κάρνος, quæ inſula etiam eſt Armeniæ.

Carneades, pen. brev. καρνεάδης, Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Chryſippi ſtudioſus, Zenonis Stoici, confutator, de quo Gell. lib. 16.

Carni, κάρνοι, populi Venetis vicini Galliam togatam inhabitantes, die Kramer.

Carnia, καρνία, urbs Joniæ.

Carnutes, populi inter Celtas Oceano proximi.

Carnunti, Germaniæ populi ſunt inter Danabium, & Hercynium ſaltum, Plinius lib.4.c.21.

Carnuntum, vide ſuprà, Peternel:

Caronium, καρώνιον, vulgò Cherga, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptol.

Carpasium, insulæ Cypri oppidum est, Plin. lib. 5. cap. 31.

Carpathos, κάρπαθος, sive Carpathus, brev. penult. insula inter Ægyptum & Rhodum sita, à qua mare Carpathium Horat. 1. od. 15.

Lacessit Carpathium pelagus carina.

Idem 4. carmin. od. 5.

Carpatij maris æquora.

Et Carpathiæ undæ, apud Propert. lib. 2.

Carpathus, mons Sarmatiæ in Europa, Ptolem.

POETICE.

Carpathus:

Altus, Celsus, Alto verticè prospectans frigida jugera Sarmathiæ. Cujus summa juga adusta canis pruinis rigent.

Carpentoracte, urbs Galliæ Narbonensis, Plin. libr. 3. cap. 4. vulgò Carpentras dicitur.

Carpetani, καρπητανοὶ, Hispaniæ populi ad Tagum fluvium, Plin. lib. 3. c. 3.

Carpi, Zeugitanæ regionis populi, Plin. lib. 5.

Carpis, Scytharum fluvius, Herodot. lib. 4.

Carpophorus, amicissimus Domitiani Cæsaris, de quo Martial. in Amphitheatro ipsius Cæsaris.

Carraca, Italiæ urbs sub Venetia, Ptolem.

Carrha, æ, κάῤῥα, urbs Arabiæ, Pl.

Est & Carrha, urbs Me[so]tamiæ, Crassi clade, & C[...] callæ Imperatoris etiam [...]ce nobilis, Plin. lib. 5. c[...] Lucan. lib. 1.

Arma ducum dirimens, &[...]

Carrodunum, Rheinb[...] in Vindelicia ad Rhe[...] Aliud etiam est Carr[...]num ad Vistulam.

Carseolani, populi in q[...] regione Italiæ, Plin. li[b...] c. 12.

Carseoli, orum, oppidum i[n] Valeria non procul à [...]gnis, Ovid. 4 fastor.

Frigida Carseolis nec [...] apta ferendis

Terra, &c. Carseolanus.

Cartheia, καρθηία, Hisp[...] ad Calpem urbs. Plin. li[b...] cap. 1.

Cartenna, Colonia August[...] Tingitana provincia, [...] lib. 5. cap. 2.

Carthago, καρχηδὼν, à [...]chedone quodam sic d[...] urbs Africæ à Colonis [...]rijs ædificata, quæ ἐργασ[τήρι]ον πολέμου à Polybio ap[pel]latur, id est, officina b[elli] cujus ambitus fuit sta[dio]rum 360. h. e. miliar[ium] Germanicorum 8. & [am]plius. Stetit annis [...] Carthagines porrò duo[...]re, in Hispania altera ve[...] altera nova dicta.

POETICE.

haginis arces.
a urbs.
ca humus.
a mœnia annosæ terræ.
nia late patentia.
Carthago vetus.
elebris, Inclyta, Tyria,
lara, Alta, Nova. Urbs
ntiqua. Dives opum. A-
errima studijs belli. Quam
yrij coloni tenuêre. Invi-
iosa finitimis locis. Jactans
eonis. Hinc Carthaginen-
es fraudulenti & menda-
es, Cic. pro lege Agr. Virg.
, Æneid. bilingues eos vo-
at, ubi inquit:
riosq; bilingues.
theia, oppidum Insulę Cæę,
quam Ceon alij vocant.
Plin. lib. 4. c. 12.
tij, Persiæ populi, Strab. lib.
Geograph. 11.
rtris, peninsula Cimbrorũ,
Plin. lib. 4. c. 13.
rya, κάρυα, vide Caria.
ryanda, καρύανδα, lacus est
& insula ejusdem nominis
Cariæ regionis.
ryſtos, κάρυστος, sive Cari-
stus urbs insulæ Eubœæ, in
qua Carystiarum columna-
rum λατόμιον, id est, lapidum
incisso est. Strab. lib. 10. Ibi
Apollinis marmorini tem-
plum est. Hinc Carysteus,
a, um, ut, Carystea vada, a-
pud Ovid. 4. Fastor.

POETICE.

Carystos, pri, brev.

Undosa, Saxosa, Lapidosa, Argiva. Furax, Graia, Titana.

Casandra, insula contra Persidem, Plin. lib. 6. c. 25.

Cassandrus deserta est insula in Oceano Indiam versus, Plin. lib. 6. c. 25.

Cascantenses, populi Hispaniæ. Plin. lib. 3. in descript. Hispaniæ.

Casilinum, oppidum Italiæ in Campania, Plin. libr. 3. capit. 5.

Casinum, penult. long. urbs Campaniæ in Italia, Plin. lib. 5. c. 5.

Casius, κάσιον ὄρος, mons est Arabiæ petrææ non procul à Pelusio urbe, juxta quem Casij Jovis delubrum est, & Pompeij Magni nobilis Romani tumulus. Nostri Sinai montem esse dicunt, ubi lex à Deo data, & D. Catharinæ sepulcrum est. Alius etiam Casius supra Seleuciam est. Plin. libr. 5. cap. 25.

Casos, pen. brev. κάσος, vulgò Caso, insula est ex Cycladibus una, Astrabe etiam dicta, Plin. lib. 4. cap. 12.

Caspij, κάσπιοι, Scythiæ populi ad sinum Caspium, apud quos sævissimi sunt canes, Pompon, libr. 3. Sunt portæ Caspiæ, κάσπιαι πύλαι, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Siciliæ vocantur. Est præterea Caspium mare

mare, ſeu Hircanicum, Das Hirckaniſche Meer in Aſia. Hinc Caſpiacus, a, um.

Caſſandane, filia fuit Pharnaſpis, & mater Cambyſæ generi Aſtyages, Herodot. hiſtor. lib. 1.

Caſſandra, κασσάνδρα, Priami filia vates, quam ab Agamemnone in Græciam abductam Clytemneſtra inter fecit. Virg. 2. Æneid.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, Dei juſſu nonnunquam credita Teucris.

Eodem loco:

Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus, &c.

POETICE.

Serva Phœbas amata Micœnæo duci.
Phrygia Vates.
Pergamea Vates.
Priameia virgo.
Phœbas.

Caſſandra { Iliaca. effrena. verax. Ilia. amata Mycœnæo duci. Antiſtita Phœbi. }

Caſſera, oppidum Macedoniæ, Plin. li. 4. cap. 10. in deſcriptione Macedoniæ.

Caſſianus, martyr apud forum Cornelij, ubi & jacet. Ibi enim cùm doceret: [...] liani Imperatores juſſu [...] prohibuerat Chriſtiano[...] cere, diſcipulorum [...] confoſſus eſt, quam h[...] riam Prudentius deſc[...] in hymno de paſſione [...] ſiani. Alius ejuſdem n[...] nis Alexandrinus fuit [...] Joviano. Alius Mona[...] Honorij tempore, Ma[...] in Gallia præsbyter.

Caſſiodorus, lon. pen. κασσιόδωρος, Ravennas fuit [...] ceptor Theodorici [...] Gotthorum, ſenator p[...] deinde monachus fa[...] ſcripſit in Pſalmos. V[...] ter. Mortuus eſt tempor[...] Juſtiniani Imperat.

Caſſiope, κασσιόπη, ſeu Ca[...] peia, Cephei fuit regis [...] thiopum uxor, mater [...] dromedes, relata inter [...] ra. Hæc quòd forma e[...] leret, Nymphis ſe con[...] non dubitavit. Quare i[...] gnatæ illæ, filiam ejus [...] dromeden ſcopulo ma[...] alligârunt, ut à belua [...] voraretur, ſed à Perſeo [...] rata eſt.

POETICE.

Caſſiopeia:

Infelix, Infortunata, [...] gens, Radioſa, Aſtri[...] Inter ſidera fulgens. O[...] ra ſpecie.

Caſſiterides, κασσιτερίδες, [...] lantici maris inſulæ, de [...] bus Plin. li. 4. cap. pen. [...]

ſeriùs in dictione catti-
rides.
us, κάσσιος, caſſij non
uci Romæ fuerunt,ut Sp.
aſſius equitum magiſter,
aſs. COS. L. caſſius Tri-
unus plebis, quem veriſſi-
um, & ſapientiſſimum
dicem appellat cicero in
at. pro Roſcio Amerino.
lius c. caſſius inter per-
uſſores cæſaris fuit. caſſij
everi Oratoris meminit
Quintil. lib. 10. Alius M. A-
idius caſſius præfectus
xercitus Antonini Imp. in
Oriente. caſſij deniq; Poe-
æ Parnonſis meminit Ho-
at. in epiſt. Et lib. 1. ſerm.
atyr. 10. ſcripſit elegias &
pigrammata.

alius, κασταλία, fons fuit
a radicibus Parnaſi, qui &
aballinus & Liberhrys di-
tus fuit. Unde bibere di-
untur Poetæ. Appellatus
hic fons dicitur à caſſalia
virgine, quòd injuriam A-
pollinis ipſa fugiens in eum
ſe præcipitârit. Sunt ta-
men, qui à Caſtalio Apol-
linis Delphici filio dictum
putârunt. Hinc caſtalides
Muſæ dicuntur. Virgil. 3.
Georg.

Caſtaliam molli divertitur
orbita clivo.

Eſt & Ciliciæ urbs Caſtalia
Stephano.

aſthenes, ſinus Thraciæ ju-
xta Byzantium, Plin. lib. 4.
in deſcript. Thraciæ.

Caſtianira, καστιάνειρα, Priami uxor formoſiſſima, quam ex Thraciæ urbe Æſymo uxorem dixit. Hom. lib. Iliad 8.

Caſtologi, inter Galliæ Belgicæ populos referuntur Plinio lib. 4. in deſcriptione Galliæ.

Caſtor, κάστωρ, frater Pollucis filius Tyndari. Vide infrà in dictione Pollux. Vide etiam Gell. libr. 11. cap. 6. Romæ ædes extructa his fuit, quoniam pro Dijs habiti, & hinc jurandi adverbia, Ecaſtor, Mecaſtor, & Percaſtor, quaſi per ædem caſtoris apud Plaut. & Terentium. Hinc & Caſtoreus a, um. Ut, Manus Caſtorea apud Senecam. Alius præterea Caſtor medicus fuit antiquiſſimus, qui Piperitim herbam, quam aliàs Siliquaſtrum vocant, contra comitiales bibi morbos tradidit, Plin. lib. 20. cap. 17.

Caſtra Cornelia, Zeugitanæ Africæ locus, Plin. libro 5. cap. 4.

caſtromonienſes, populi Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 5.

Caſtritius, tempore Syllanæ defenſionis Placentiæ magiſtratum geſſit, de quo Valerius. T. caſtritius alter Rhetoricæ doctor Romæ fuit, de quo Gellius libro 13. cap. 20.

Castrum novum, oppidum est Italiæ, non procul à Tiberis ostijs, Plin. libr. 3. cap. 5. vulgò Corneto.

Castulonenses, Hispaniæ Bœticæ sunt populi, Plin. lib. 3. cap. 3.

Casuentillani, populi in sexta Italiæ regione, Plin. libr. 3. c. 14.

Casuentum, fluvius est in Tarentino sinu, Plin. libr. 3. cap. 11.

Casurgis, Vide **Prage** suprà.

Catabanes, Plinio, Straboni verò Catabanenses, populi sunt Arabiæ desertæ.

Catabathmus, κατάβαθμος, oppidum & vallis repentè connexa ad Cyrenaicæ regionis finem. Vide Salust. in Jugurthino.

Cataceti, populi Asiæ circa Mœotim. Plin. lib. 6. c 7.

Catadupi, locus est Æthiopū, & gens Arabiæ. Plin. libr. 6. c. 29.

Catana, pen. bre. κατάνη, Stephano & Catinasiti, vulgò Catania, oppidum Siciliæ, apud *Plin.* lib. 3. c. 5. Unde Catanæi & Catanenses dicti.

Catari, populi sunt Pannoniæ, Plin. li. 4. c. 25.

Caternia, regio Asiæ, de qua Plin. lib. 6. c. 2. & 3. in Cappadociæ descriptione.

Cathon. insula à Pompon. inter Cycladas numerata, à Plinio tamen alibi collocata.

Catilina civis Romanus [...] nobili quidem genere n[...] magnaq; vi corporis &[...] mi, sed ingenio mal[...] pravo, homo planè in[...] tus & factiosus atque i[...] triam ac cives sedition[...] cibus armatus, cui eloq[...] tiæ satis, sapientiæ pa[...] fuit. Cui etiam ex consc[...] tia scelerum ac menti[...] quietudine, color exan[...] fœdi oculi, citus modò, [...] dò tardus incessus, pr[...] in facie vultuque vec[...] inesse visa est. Lege d[...] 4. paradox. Cicer. & Sa[...] à quo graphicè descrip[...] & vivis coloribus pic[...] Lucan. Satyr. 8.

Quis Catilina tuis natal[...]
atq; Cethegi,
Inveniet quicquā sublim[...]
arma tamen vos
Nocturna & flammas do[...]
bus templisq; parastis.

Meminit & pœnæ ejus [...] gil. lib. 8.

POETICE.

Catilina:

Ferox, Nobilis, Seditio[...] Inquietus, Sanguinolen[...] Sævus. Qui in patriam [...] ma tulit. Qui temerè [...] clades ruit. Cujus ort[...] sublimius vidit Roma, d[...] triumphati orbis capu[...] rat.

llus, Amphiarai fuit filius, qui cum fratribus Cotò & Tyburtino sive Tyburto in Italiam venit, ibiq; liquis adjuvantibus Tybur ppidum condidit, Virgil. . Æneid.

atillusq; acer Coras, Argiva juventus, &c.

ina vulgo Catinia, eadem uæ Catana, Hermolao apud Plinium autore, urbs st Siciliæ, Unde Catinenes. Fuit ea in urbe simularum Cereris ut Cicero in ctione contra Verrem septima scribit, quod à viro non modò tangi, sed ne conspici quidem fas fuit: Est & Catina Arcadiæ oppidum Plin. lib. 4. cap. 6. in descriptione Arcadiæ.

izi, Pygmæorum gens à Barbaris dicuntur, quos à gruibus fugatos credunt, Plin. li 4. cap. 11.

tones, aliquot celebres fuêre, ut M. Portius Cato senex, vel primus optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator, Plin. libr. 7. cap. 27 Omnium bonarum artium magister, idem libr. 25. cap. 2. cujus orationes se laudare dixit Cicero de clar. orat. Idem Cato dicere consuevit inter amicos, se trium duntaxat rerum per omnes vitæ gradus pœnitentiam agere. Primum, si quid arcani credidisset mulieri: Secundum, si quo pedestri itinere proficisci licuisset, eò navigio pervenisset: Tertium, si quem diem per incuriam absque fructu passus fuisset elabi. M Cato Uticensis senioris nepos, qui post perlectum Platonis Phœdonem de animi immortalitate, gladio incubuit. Hunc sapientis nomen in senectute habuisse scripsit Cicero de senectute. Valerius Cato Grammaticus fuit: Romæ, Latinæ Syrenis habens cognomen. Meminit ejus Suetonius. Hinc viros cordatos, graves, & sapientes, Latini Catones nonnunquam vocant. Qua de causa & puerili libello de moribus, & vita regenda titulus præfixus videtur: Disticha Catonis, Lucan. lib. 2.

Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, servare modum finemq; tenere.
Naturamq; sequi, patriæq; impendere vitam,
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.

Plutarchus etiam hæc fuisse Catonis præcepta refert lib. de cohibenda ira:

μὴ κλέπτε, μὴ ψεύδε, διὰ τί ῥαθυμεῖς? h.e.

Ne furare, ne mentitor, &
quare cessator es?

Catoni, Plinio populi sunt Scythiæ circa Mœotin agentes, lib. 6. cap. 7.

Catthi, sunt populi Germaniæ, Cheruscis & Hermunduris finitimi.

Cattiterides, insulæ sunt decem in Oceano occidentali Ptolem. lib. 3. cap. 6. Cassiterides Græci vocant à plumbi & stanni copia, quod κασσίτερος dicitur, Plin. lib. 5. cap. 22.

Catularia, porta Romæ dicta est, quia non procul ab ea, ubi ad placandum caniculæ sidus frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur.

Catuli. Q. Luctatius Catulus, Romanus fuit, qui contra Pœnos cum Amilcare duce profectus finem primo bello Punico imposuit, de quare Livius, Catulus alter Orator & Consul cum C. Mario Cimbros fudit, sed ab eodem postea urbe occupata per dissensionem mori frustra pro eo civibus precantibus, jussus, & in cubiculo inclusus, carbonum ardentium vapore suffocatus est. Meminit hujus Catuli sæpe Cicero in claris oratoribus. Lucan. lib. 2.

Quid sanguine m
Placatos Catuli refer?

Sylla enim Mario int cto Catuli necem poste tus est.

Catullus, C. Valerius C lus, Veronensis fuit, p lascivus nimium, nec castus, adeò, ut sine pe lo juventuti proponi possit. Scripsit de pa suæ Lesbiæ, amavit Ipsi lam & Clodiam, quam nomine Lesbiam vocat da Ovid. 2. trist.

Sic sua lascivo cantata
sæpe Catullo
Fœmina, cui falsum Le
nomen erat.
Nec contentus ea, m
vulgavit amores.
In quibus ipse suum f
adulterium.

Martial. lib. 4.

Tantum magna suo d
Verona Catullo,
Quantum parva suo M
tua Virgilio.

Scripsit & alia multa. M tuus est Romæ, anno æt circiter trigesimo. Hinc tullianus, a, um, ut, nun Catulliani apud Stroz.

POETICE.

Aurea Musa Catulli.

Catullus:

Doctus, Doctiloquus, Te Mollis, Nitidus, Suavis,

…uis, Argutus, Lascivus. In …enerem pronus. Non in…iavis Poeta. Cui Lasciva …esbia cantatur. Qui flam…ias suas cecinit.

…uractonium, κατευρακτόον, vulgò Caerdulia, oppi…um Britanniæ insulæ Ptol.

…uriges, populi Transpada…æ Italiæ in undecima regi…ne, Plin. lib. 3. c. 16.

…ares, Pomp. Mel. Strabo…i Catari, populi sunt Galliæ …æ Narbonensis, in quorum …gro urbs Avenio sita est.

…ca aliâs Conça, urbs Hispa…iæ, Ptolem.

…icasus, καύκασος, montium …nagnorum & celebrium u…ius est, in Asia prope Alba…iam & Iberiam inter Hir…anum mare & pontum Eu…inum, maximam orbis …partem perpetuis jugis pe…etrans, in quo vinctum Promethea antiquitas credidit. Frequens est multis scopulis & nivibus riget perpetuis. Pars est Tauri montis, qui & ipse Caucasi nomine interdum intelligitur. Virg. 4. Æneid.

…uris genuit te cautibus horrens
Caucasus, &c.

Vide Quintum Curtium libr. 7. de rebus gestis Alexandri, & Aristotel. libr. 1. meteororum cap. 3. ubi dicit: Caucasum esse tantæ altitudinis, ut tertia parte noctis verticem ejus radij Solis adhuc illustrent. Unde & scopuli Causali in proverbium abierunt. Hinc Caucasius, a, um, ut, Caucasiæ volucres, id est, vultures in Caucaso monte Promethei jecur comedentes. Virg. Eclog. 6.

POETICE:

Caucasea rupes.
Saxa Promethei cruore madentia.

Caucasus:

Frigidus, Ingens, Nivalis, Asper, Horrens, Multifidus, Inhospitalis. Duris cautibus asper. Arboribus varijs floridus.

Cauchæ, sunt campi quos Tygris versus septentrionem flexus secat. Plin. lib. 6. cap. 27.

Cauchi, vel Cauci, & Caici, vel Cayci, Germaniæ populi majores & minores. Majores ad Albim fluvium accoluêre, ubi hodiè est ducatus Lunæburgensis, & Marchia vetus. Minores ad Visurgim fluvium, ubi urbs Brema, itemque episcopatus VVerdensis & Mindensis. Die Lünebürger/vnd im Bisthumb Bremen.

Caudis vel Caudium, oppidum Samnitum in Italia prope Beneventum, unde Furcæ Caudinæ, & Fauces Caudinæ, Romanorum ignominia & clade nobilita-

ta,

te,quam T. Calvino, & Sp. Veturio COSS. acceperunt, Livi.

Caulum,& Caulon, onis, καυλῶν, oppidum Italiæ. Virgil. 3.Æneid.

Caulonisq; arces, & naufragum Scylacæum.

Strabo Cauloniam, καυλωνίαν vocat, dictum prius Auloniamq. Valoniam à vicina valle.

Caumas, filius Ixionis ex Centauris unus, Bocat.lib.9.

Caunus, καῦνος, vulgò Roxa, oppidum Cariæ, juxta quod Calbis fluvius labitur, & licet sit regio valdè felix, tamen omnis fatentur, urbem & æstate & autumno gravem esse propter æstus, pomorumq; copiam. Unde & jocus Stratonici Citharœdi hominis faceti, de quo Strabo lib.14. Inde afferebantur fici Cauneæ dictæ. Fuit & hoc nomine filius Mileti, frater Biblidis, à sorore sua adamatus, ut suprà diximus. Ovid.

Attonitus subita juvenis Mæandrius ira.

Hinc Caunius, a, um, ut, Caunius amor, de fœdo amore proverbial. dicitur.

Caurium, aliâs Caura vulgo Corra, oppidum Lusitaniæ, Ptolem.

Cauros, καῦρος, insula cum oppido, Andros prius, de-

inde etiam Antandro di-cta, Plinius libr. 4. cap
Est & Caurus ventus ab oc-casu flans, qui japy-putatur. Gell.libr.2. ca
Vide in 1. parte : **W-wind.**

Caycus, καΐκος, fluvius est My-siæ, in cujus ripa freque-esse dicuntur Cygni, de-bus Aristoteles scribit, suaviter canere soleant jam morituri. Unde e Cygnæa vox, vel car **Ein lieblicher Gesa- predigt oder Rede e- seinen gelerten Man- kurtz für seinē ende/ i- im alter.** Virg. 4. Georg

Saxonumq; sonans Hy-nis, Mysusq; Caycu.

Ovid.2.Metam.

Cayster, sive Caistrus, καΰ-fluvius Asiæ juxta am-Cenchrum, in cujus etiam frequentes sunt ni, ut apud Caycum, & oloriger à Propertio citur. Virg.1.Georg.

Dulcibus in stagnis rim-prata Caystri.

Hinc Caystrius, ut, ales Caystrius apud Ovid. pro gno.

POETICE.

Undæ, Aquæ, Stagna Caystri.

Cayster

Amœnus, oloriger, cuju-pa Cygni gaudent.

strì campi, καΰστρια πεδία, ubi Sardi subjacent, Cori & Hermi campis contigui sunt, camporumq; omnium optimi & foecundissimi, à fluvio Caystri sic dicti.

[Ce]a, vel Ceos (utrumque enim scribitur Plinio lib. 4. cap. 12.) insula est juxta Euboeam, de qua Ovid.

Transit & antiquæ Car-
theia moenia Ceæ.

Vide suprà in dictione Cæa, & infrà in dictione Cos & Chios.

[Ce]adus, κέαδος, fuit vir Thrax ex his, qui Trojanis auxilium miserunt, teste Homer lib. 2.

[Ce]bes, etis, prod. pen. κέβης, Thebanus fuit Philosophiæ professor, Socratisq; & auditor & morum suorum imitator. Scripsit dialogos tres, ex quibus unus tantùm πίναξ, Tabula humanæ naturæ & vitæ cursum proponens, donata Latinitate & exposita à Johanne Camerte, extat.

[C]ebrenia, æ, κεβρηνία, vel Cebrinia, regio duplex, altera in Troade, altera in Thracia, Plinio & Strab. Hinc Cebrenus, Auson.

Sic qui venalis tàm longa
ætate Cebrenus
Non habet emtorem, &c.

Cebrenis idis, patronym. foeminin. apud Ovid. lib. 11. Metam.

Aspicit Hesperien patria
Cebrenida ripa.

Cebrion, κεβρίων, aliâs κεβριόνης, Cebriones, à quo Cebrenia nomen habere potuit, Priami filius nothus fuit, quemadmodum Homerus scripsit Iliad. π.

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος πριάμοιο.

Id est:

Celebrionem haud propria
Priami de conjuge natū.

Cecina, vulgò Cæsena, fluvius est ad Volaterras, autore Pomp. lib. 2.

Cecina, æ. A. Cecinna, Ciceroni familiaris fuit, ab eoq; in hæreditatis quadam causa defensus. Seneca Cecinnam hunc virum dixit facundum, sed Pompeianarum in bello civili partium.

Cecrops, opis, κέκροψ, pen. bre. conditor Athenarum, & primus etiam Atheniensium rex fuit. Vide urbs Cecropia dicta est, & ejusdē incolæ Cecropidæ, id est Athenienses. Cecropia enim arx Athenis fuit, & oppidum ipsum. Hinc Cecropius a, um, κεκρόπιος, possess. ut, Cecropia oliva, Cecropium solum. Sic Virgil. 4. Georgic.

Cecropias innatus apes amor
urget habendi.

Fingitur autem Cecrops geminus sive Bicorpor, vel ob duas, quas tenuit linguas, Græcam Nimirum & Ægyptiacam, vel ab conjunctionem maris & fœminæ, quia revocasse scribitur suos à vagis libidinibus ad matrimonium, vel etiam ob diversum, quo in regni administratione usus est, animum. Initiò enim regni asper & durus, postea verò lenis & humanus fuisse scribitur. Vide Justinum, Gregor. Nazianzenum & Plutarchum.

Cecryphalea, κεκρυφάλεια, promontorium seu insula Peloponnesi, Ubi Athenienses ab Æginetis victi sunt. Stephan. de urbibus.

Cedras, vel quod rectius Cedreæ κεδρέαι, Carij oppidum, à quo Cedriatæ & Codræi. וְשִׁפְי קֶדָר

Cedropolis, κεδρόπολις, oppidum in Caria, à quo Cedropolitæ.

Cedros, insula est in littoribus Germaniæ, Cedri genere sylvosa: Inde electrum in petras effluere dicitur. Vide Perottum.

Celadon, κελάδων, ignobilis est amnis influens in Blphæum. Strab. lib. 8. Geographiæ.

Celadusa, κελάδουσα, parva insula Adriatici maris, Plin. li 4. c. 26.

Celæno, us, κελαινὼ, Harpy-

rum princeps Virgilio e. 3 Æneid.

Vna in præcelsa con[...]
rupe Celæno
Dura vates.

Juvenal. Satyr. 8.

Curvis
Vnguibus ire parat ni[...]
raptura Calæno.

Celæno etiam una est ex [...] jadibus Atlantis & P[...] nes Nymphæ filia, cum [...] Jupiter concubuit. Ovi[...]

Et te formosa Cel[...]
Majam & Electam, [...]
getamq́ Iovi.

Scil. concubuisse fer[...] Vide infra de Plejadibu[...] Celena verò, vel Cælen[...] jam lon. pen. locus Ca[...] niæ est Jnnoni sacer, de[...] Virg. 7. Æneid.

Atq; arva Celenæ.

Celænæ, arum, κελαιναὶ, [...] caput quondam Phr[...] Livio. Lucan.

Lugent damnatæ Ph[...]
victore Celenæ.

Celegeri. Mæsiæ, quæ Pa[...] niæ jungitur, populi, [...] libr. 4. cap. 26. in desc[...] Mæsiæ.

Celcia, vulgò Cilia, urb[...] Noricorum Cili.

Celendris, Colonia Samie[...] in Cilicia. Lucan.

Ad profugum collecta [...]-
cem, parvisq́ Celen[...]

Di-

icitur enim & celendræ
plurali.
rini, citerioris Hispaniæ
nt populi Plin. lib 3.
enses, etiam sunt Hispa-
iæ citerioris populi, Plin.
b.3. cap. 3.
us, duabus syllabis, κελεὸς
uem celionem Plautus
ocat, Eleusinæ rex fuit,
riptolemi pater, cui Ce-
es, quòd esset ab illo exce-
ta hospitio, totius agri-
ulturę ratione comonstra-
it. Unde proverbialiter
elei supellex, pro vili &
usticana supellectile dici-
ur. Virgil. 1. Georgic.

Virgea præterea Celei vilisq́ supellex.

us, Plagiarius, Horatiano
rmine notus.

Quid mihi Celsus agit monitus multūq́ monēdus, Privatas ut quærat opes, & tangere vitet.

Alter fuit cornelius Celsus
cujus medicinam habemus
de quo Quintilian.
tæ, κέλτοι, populi Galliæ
Belgis proximi. Hi cùm di-
tione sua deserta ad Iberum
Hispaniæ fluvium consedis-
sent, retenta prima nominis
parte fluminis celtiberi,
κελτίβηρες dicti sunt, & re-
gio eorum Celtiberia, vulgò

Ara. Vnde Lucan. lib. 13.

Profugiq́ à gēte vetustâ Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi:

Inde celtibericus, a, um, κελτιβηρικὸς, possess. ut Bellum celtibericum.

celtiaca, Hispaniæ oppidum est conventus Hispaniensis, ut autor est Plinius libr. 3. cap. 1.

celtiberi, Hispaniæ populi, ad Iberum fluvium. Strab.

celtiberia, celtiberorum regio pars illa Hispaniæ intra Iberum, ein Landschaft in Hispanien / κελτιβηρία, Latinè si pronuncies, pe. br. est, catul. cuniculosæ celtiberiæ fili, Hinc celtiberius & celtibericus.

celtica, pen. bre. κελτικὴ, tertia pars Galliæ. Hinc celticus ut, Rura celtica.

celtici, populi Hispaniæ.

celticum, κελτικὸν, Hispaniæ promontorium, vulgò Finis terræ.

cemelleo, cemellio aliâs & cemellion, Liguriæ oppidū est in Alpibus situm.

cemeneleum, urbs in littoreis alpibus Ptol.

cenchreæ, κεγχρέαι, plural. oppidum Peloponnesi propè corinthum in Isthmo. Cenchreensis Ecclesiæ meminit Paulus Rom. 16.

cenchrius, κέγχρειος, amnis est Joniæ, ad Ephesum caystro

proxi-

proximus fluens per lucum Ortygiam, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu. Vide Tacitum lib.3.

Ceneum, Euboie promōtorium est, à quo Jupiter Cenæus dictus est, quòd ibi cum primis coleretur ad aram constructam ipsi ab Hercule filio, cùm ab Oechaliæ expugnatione redijsset.

Ceneus, Thessalus, Lapitha, qui cum multis interfuisset prælijs nunquam tamen lædi potuit, id quod Neptuni ipsum munere habuisse, Poetarum fabulæ referunt. Unde & proverbium natū; Ἄτρωτος ὑπάρχεις, ὡς καινεὺς, Invulnerabilis es, ut Cæneus. De ijs, qui lædi nequeunt, Nestor apud Ovid. lib.12.

Vestro fuit unicus ævo
Contemtor ferri, nulloq; forabilis ictu
Cygnus, &c.

Persius de hoc ita: Ceneus virgo fuit, quæ à Neptuno pro stupri precio mutationem sexus meruit. Virgil. lib.6. Æneid.

Et juvenis quondā, nunc fœmina Ceneus.
Rursus & in veterem fato revoluta figurā.

Inde Ceneia Atalanta, Ceneí filia dicta apud Ovid

Talia dicentem molli [...]
neia vultu
Aspicit &c.

Cenica, κενίνη, urbs Italiæ [...]mæ vicina, à Cenite co[...]tore, autor Festus Po[...]jus lib.3. Incolæ sunt C[...]nenses, κενινῆται.

Cenomani, κενομανοὶ, i[...] dicti fuère qui Celtæ, [...]gò Les Manceaux: & [...] ipsa Cenomania, vulg[...] maine. Plinius & in [...] Cenomannos collocavi[...] eorumque agro Cremo[...] lib.2.cap.18.

Centauri, κένταυροι, The[...] sunt populi ad monte[...]lium, natio dura & agr[...] equitandi periti, qui d[...]tur etiam invenisse ra[...] pugnandi ab equis, cùm[...]te eos equis vehi Bel[...]phon, frenis atq; ephi[...] uti Peletronius mon[...]sent. Dicti sunt Centa[...] κεντρῶν. id est, stimulan[...] Hippocentauri, ab [...] stimulis urgendis. Fir[...]tur Centauri etiam bi[...]bres, quòd primi, ut [...]bunt, equites fuerint. [...]quitibus enim mixta sp[...] equi & viri procul app[...] Cum his populis Herc[...] quoq; pugnasse scribun[...]dem & nubigenæ fingu[...] propter arces in alti[...] montibus sitas, ubi fu[...]

iti. Thessalia enim mon
i est regio. Habetur et-
i locutio proverbialis:
; ὐκ ἐνι κενταύροισιν, id
Mens non inest Centau-
De stultis & vecordi-
, viribusque majora ag-
dientibus. Centauri por-
fabulosi Semiferi fuerunt,
:. homines sine pedibus,
equi sine capite, vel par-
superiori homines, infe-
ri equi. Centauri insi-
es fuerunt, Chiron, Eury-
, Amycus, Gryneus, Rhœ-
, Arneus, Lycidas, Me-
n, Pisenor, Caumas, Mer-
eros & Pholus, Herculis
ospes, Lucan. lib 6.

ospes & Alcidæ, magni
Phole.

illo verò Virgilij 5. Æ-
id. Centauro invehitur
agno, de navi accipien-
m est. Hinc Centaureus,
ject. pen. prod. Horat. 1
rm. ode. 18.

entaurea manet cum La-
pithis rixa super mero.

t Centauricus adject. ali-
d. penult. corr. Ut Centau-
ca lustra, apud Stat. Cen-
auricè adverb. Ut, Pulsare
ores Centauricè, Anklo-
ffen daß das Haus zit-
tert.

POETICE.

Quadrupedes homines.
Populus biformis.
Agmen equestrè malè con-
fisum pedibus & forma bi-
membri pulsis Hhessalicis
jugis.

Centauri:

Sævi, Truces, Feroces, Super-
bi, Semiferi, Bimembres, Fu-
rentes, Ixionidæ, Ossæi, Se-
mihomines, Minaces, Bifor-
mes, Nubigenæ, Ixione nati.
A Jove superati, Jovis igni-
bus usti & extincti.

Centinum, hodiè Sentinum, Umbrorum urbs in Italia Ptolem.

Centrones, inter Alpinas gentes sunt populi, Plin. libr. 3. cap 20.

Centuripini, populi Siciliæ, quorum oppidum Centuripinum.

Cephalènia, κεφαληνία, vel Cephallene, κεφαλλήνη, insula maris Jonij, apud Pomp. Mel. libr. 2. Plinius Melænam etiam victam aliquandò tradidit libro 4. cap. 12. Dicta est à Cephalo Amphytrionis socio. Hinc cephalenes populi. Silius.

Saxa Cephalenum, & sco-
pulosis Neriton auris.

Cephalædis, hodiè Cephalodum fluvius Siciliæ, de quo Plin. lib. 3. cap. 8.

Cephalatomi, populi Colchicæ regionis, Plin.

Cephalus κέφαλος, filius Æoli venator dilectus Auroræ, à qua raptus etiam fingitur in venatione, quia ve-

natores ante lucem ſurgere conſueverunt quaſi aurora ipſos rapiente. Fingitur idem habuiſſe jaculum & canem Dianæ, idque ideò, ut oſtendatur, inſignem ipſum fuiſſe venatorem. Meminit ejus Xenophon in libr. de venatione, & Ovid. de arte amandi.

Latmius Endymnon non eſt tibi luna pudori,
Nec Cephalus roſeæ præda pudenda Deæ.

Vide infrà & Procris.

POETICE:

Cyllenia proles.

Cephalus:

Actæus, Ælides, Clarus ſylvis, auroræ carus. Quo percutiente multæ per herbam conciderant feræ. Præda roſeæ Deæ.

Alter fuit Cephalus orator Athenienſis. Suid.

Cepheus, diſſyllabum, κυφεὺς rex Æthiopum, pater Andromedæ, ſocerq; Perſei, à quo Cepheni Æthiopes dicti ſunt. Poetæ fabulantur, hunc cum conjuge filia & genero Perſeo inter ſidera translatum. Cepheius, quatuor ſyllabis, ut Cepheja arva, apud Ovid. 4. Metam.

POETICE.

Æquoreus juvenis.

Cepheus:

Impius, Stellatus, Jaſides.

Cephis, ſtatuarius fuit e... us, Plin. lib. 34. cap 8.

Cephiſia, κηφισία, regio... ca, & fons etiam eju... regionis Plinio.

Cephiſis, lacus eſt juxta ... lanticum mare, Plin. li... cap. 2.

Cephiſodorus, κηφισόδ... Athenienſis Tragicus ... tiquæ tragœdiæ ſcr... cujus fabulæ à Suid... merantur. Alius hoc n... ne ſtatuarius fuit Pra... filius. Alius præter... ſignis pictor. Plin. li... cap 9.

Cephiſodotus, ſtatuarius ... Plin. 34. Fuit & aliu... nomine dux Athenien... Suid.

Cephiſus: pen. prod. fl... Bœticæ ex Parnaſſo. ... 3. Metam.

Iam vada Cephiſi, Pan...
que evaſerat arva...

Claudian in præfat. li... in Ruffinum.

Et qui vipereo ſpum...
ſæpè veneno
Cephiſus, liquidis pur...
bat aquis.

Lucan. libr. 3. fatidic... quam Cephiſum vocat... quod Deucalion & P... in Themidis templo f... nis hujus aqua hauſta ... cerunt, qua ratione h... num genus reparari p...

c Cephisias iadis; long. ult. & Cephisis patrony- a duo fœminina. Ovid. Metam. de Deucalione & rha.

lla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas.

,consul Romanus, Hi- niam, duce Viriato re- lantem pacavit. Procon capta Tolossa in terra lliæ è templo aurum sus- it. Unde & ipse & qui- nq; ex ea direptione au- n attigissent, ad suppli m tracti miserabili mor- genere perierunt.

,κῦπος, Suid. oppidum Bosphori Cimmerici, Pli- is lib.6.c.6.

micus, κεραμικός, sinus Cariæ Halicarnasso vici- s Pomp. li.1. in descripti- e Cariæ, Ceramici item io fuerunt Athenis de ibus Suid.

stæ, insulæ sunt in Ara- æ latere prope Syrenen, æ est in Æthiopiæ fine, lin. lib.5. cap. 9. Cerastæ tiam appellatæ sunt Pro- oetides ideò, quòd, ut, Ovid. libr. 10. Metam. in- uit,

Frons ipsis aspera fuit gemino cornu.

Græcis enim κέρας, cornu est. Vide Propoetides.

rastis, κεραστίς καὶ κεράστης, Steph. aliquando dicta est Cyprus insula, h.e. cornuta. Quia promontoria etiam vocantur cornua, Plin. libr. 5. cap. 31.

Cerasus, untis, κερασοῦς, vulgò Zesano, Ponti civitas, à qua in Italiam Cerasum detulit. L. Lucullus, Plinius lib. 16.

Cerathus, urbs insulæ Cretæ à præterlabente flumine appellata. Strabo. libr. Geograph. 10.

Ceraunij, prim. corr. aliâs Ceraunia, & Acroceraunia montes sunt Epiri, ita appellati quòd fulminibus infestentur, Κέραυνος, enim Græcis fulmen est. Virg.

Provehimur pelago vicina
Ceraunia juxta.

POETICE.

Ceraunia:

Alta, Excelsa, Scopulosa. Prærupta, Ignea, Tollentia montes, violenta saxis.

Ceraunus, κέραυνος, Cappadociæ amnis, Plin. lib. 6. in descriptione Cappado.

POETICE.

Ceraunus:

Tumidus, Rapidus, Formidandus ratibus.

Cerbalus, amnis Apuliæ, Plin. lib. 3. cap. 11.

Cerberus, κέρβερος, canis infernalis, triceps fingitur, Unde Poeta:

Exoranda canis tria sunt latrantia colla.

Dictus Cerberus, q. κρεοβόρος, hoc est, Carnivorus. Intelligitur autem per Cerberum tricipitem terra, quæ & fecundum veteres Geographos trifariam divisa est, & defunctorum corpora instar canis devorat & absumit. Luthero tria Cerberi capita sunt, peccatum, lex & mors, vide plura in prima parte: Hellhund.

Cercasorum, oppidum in Ægypto. Herod. lib. 2.

Cerceis, κερκηΐς, Hesiodo nympha, Oceani & Tethyos filia.

Cercetæ, minoris Armeniæ populi. Plin.

Cerceti, Thessaliȩ montes, Plin lib 4. ca 8.

Cercina, maris mediterranei insula est cum urbe ejusdem nominis, ex adverso Africa ad promontorium minoris Syrtis sita, Plinius libro 5 cap. 7.

Cercinitis, insula perparva Cercinæ superiori Carthaginem versus ponte jungitur, Plin.

Cercion, Thessaliæ rex fuit, cui filia Alopes, à qua urbs appellata.

Cercyon, κορκύων, latro fuit insignis & robustus à Theseo apud Eleusin interemtus. Ovid. lib. 7.

Cercyonis lethum vidit
realis Eleusis.

POETICE:

Cercyon:

Cruentus, Grassans,
stus, Sanguinolentus,
perijt Thesea manu.

Cercopes, pen. brev. κερ
populi fuerunt, qui
mias à Jove commutat
guntur Ovid. lib. 14. O
ditur autem hoc figm
Pithecusanos fuisse as
& frudulentos. Apud A
nienses enim antiquitu
postores & dolosi dice
tur Cercopes, q. Cau
sumpta metaphora ab
malibus, quæ cauda bla
consueverunt.

Cerdonia urbs Italiæ si
via, quæ Româ in Græ
ducit, Strab. lib. 6.

Cerealis, Aliâs Ebura,
Hispaniæ, Plinius lib
cap. 1.

Ceres, Vide in prima p
Göttin des Korns.

Ceretani, κεῤῥετανοί. Hisp
populi apud quos ger
sa nascebantur vina,
Ceretana appellata.
tial.

Ceretana nepos ponat
tina putabis.

Cerinthus, κέρινθος, inte
bes Eubœæ insulæ Pl
numeratur libr. 4. cap
Cerinthus item hæret

t

mpore Trajani Imperat. vente adhuc Iohanne apostolo, de quo Eusebius libro 3. cap. 28. & lib. 7. cap. 3. Irenæus libr. 3. cap. 25. libr. 3. cap. 3 Ubi & historiolam recitat de Johanne postolo, qui casu in balne in eum incidit, quæ à Stilio expressa est hisce versibus:

Impia Cerinthus sancto cõ-
vicia Christo.
Dum facit, & stulta garrulitate furit:
Concitit, & rapido blasphemum contudit ictu
Collapsæ subitò facta ruina domus.

morum, Macedoniæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 10. in Macedoniæ descript.

rna vel Cerne, maris Æthiopici insula est, de qua Plin. lib. 6. cap. 31.

rretani, populi Hispaniæ, Plin.

rvaria, locus ad templum Veneris, finis Galliæ Aquitanicæ.

esena, oppidum octavæ regionis Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 15.

esperia, vel Casperia, Sabinorum urbs fuit, ex qua Turnus contra Aeneam auxilium habuit, teste Virgil. lib. 7. Æneld.

Cesperiamq́ colunt, &c.

Cessero, vulgò Castres, oppidum Galliæ Narbonensis, Plin.

Cestria, oppidum Epiri, cujus incolæ Cestrini dicuntur, Plin. lib. 4. cap. 1.

Cestrus, κέστρος, Pamphiliæ regionis fluvius, Strab.

Cethegus consul fuit Romanus eloquentia præstans, quemadmodum Cicero scripsit in Bruto. Cethegus alter socius fuit conjurationis Catilinæ, de quo Saluſt. Juvenal.

Clodius accusat mœchos,
Catilina Cethegum.

Cetij, populi inter Cilices & Pelasgos, Strab. lib. 13.

Cetius, Vide suprà, **Kalenberg.**

Ceus, Titani & terræ filius, qui ob Latonam filiam à Jove stupratam adversus eundem arma movit, sed victus perijt. Virgil. 6. Æneid.

Extremam ut perhibent
Ceo, Enceladoq́ sororē.

Quibusdam etiam Cæus scribitur.

Ceyx, Vide Cæyx.

Chaa, urbs Peloponnesi, vicina Lepræo. Strab. lib. 6.

Chaala, Ægypti vicus Strab. li. 16.

Chabria etiam Agypti vicus est prope Arabiam, Strab. lib. 17.

Chabrias, æ, χαβρίας, clarissi-

 mus

mus Athenienſium dux & Philoſophus, Suid. Meminit & hujus Demoſthenes,& ſæpe etiam Cicero.

Chæremon, χαιρήμων, Græcus poeta Comicus fuit. Fuit item alter, qui ἱερογλυφικὰ, ſcripſit. Suid.

Chærephon, χαιρεφῶν, Philoſophus fuit Athenienſis Socratis auditor, ſtudijs adeò deditus, ut macilentiam & pallorem contraheret, & originem proverbio prębęret: οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος, id eſt, Nihil à Chærephonte differs. Suid. Quod in pallentes & macilentos dicitur.

Chæris, χαῖρις, nomen Citharœdi inepti, de quo Ariſtophanes in Comœdia, quæ inſcribitur ἀχαρνεῖς. Suid.

Chæronea, χαιρώνεια, olim Acarne, vicus eſt Bœotiæ, patria Plutarchi Chæronæi, Athenienſium clade memorabilis. Plin. libr. 4. cap. 7. Stephano urbs eſt in Phocidis confinio, dicta à conditore Chærone. Hinc Chæronæus, & fœminin. Chæronis poſſeſs. Chæronicus Stephan.

Chalce, χάλκη, inſula eſt cum oppido, circa Rhodum, Plin. lib. 5. cap. 3. Hinc Calcæus vel Calcites gentil.

Chalcedon, χαλκηδὼν, ſive Chalcedonia, urbs Thraciæ ad Boſphorum prope [By]zantium à Megarenſi[bus] condita. Pompon. lib. 1.

Chalceritis, aliàs Aria, M[...] ſacra inſula eſt in Ponto. [Plin.] lib. 6. cap. 12.

Chalcia, inſula inter Cy[cla]das Plin. lib. 4. c. 12.

Chalcydene, regio fertil[iſſi]ma, de qua Plin. lib. 5. in [de]ſcript. Cæles Syriæ.

Chalcis, χαλκὶς, inſula eſt, [...] quæ aliàs Caryſtos dici[tur] de qua ſuprà. Hinc Cha[l]dicus, a, um, χαλκιδικὸς, V[irg.] 6. Æneid.

Chalcidicaq; levis tan[dem]
ſuper aſtitit arce.

Eſt etiam ampliſſima u[rbs] in Eubœa, de qua Luc[an.] lib. 5.

Chalcidos Euboicæ vana
rapte parabas.

Alia eſt in Ætolia, Ali[a] tem in agro Eleo.

Chalcitis, χαλκῖτις, inſula contra fauces Rhyndaci [flu]vij in Aſia, Plinius libr[o 5.] ca p ult.

Chaldæa, χαλδαία, χαλδ[αι]χώρα, עראַרץ כַּשְׂדִּים Aſiæ majoris regio, Ara[biæ] contermina, plana, fo[ntium] indiga, cujus met[ro]polis eſt Babylon. Inde Babylonicus dicitur [...] Chaldæorum. Jerem. 37. 39. 40. & in Daniele Eb[rai]cè Chaſdim vel à שׂד Sch[...]

eſt, Dæmon, vel vaſtato-

dæi , χαλδαῖοι כַּשְׂדִּים
puli regionis Chaldai-
, qui olim cæteris Aſtro-
gia maximè præſtabant.
rab. libr. 7. Cicer. de di-
n. Hinc Chaldaicus, a, um,
ectans ad Chaldæos. Cicer.
divin.
ltæon, portus Bœotiæ, de
o Plin. lib. 4. cap. 3.
leſtra χαλέςρα, Theſſaliæ
ttoralis urbs, juxta quam
xius fluvius in mare Æ-
æum deſcendit.
lybes, χάλυβες, pen. brev.
opuli in Ponto ferro, præ-
anti celebres, quod Cha-
bs ab ijs dictum eſt, Staal
vid. 1. Metam.

Æs erat in precio, Chaly-
bis jam maſſa placebat.

lybs, Hiſpaniæ fluvius eſt,
quo ferrum optimè tem-
eratur. Unde ejuſdem ac-
olæ, quod cæteras ferri
ræſtantia ſuperarent. Cha-
lybes appellati ſunt. Cha-
lybs aliquandò pro ipſo
ferro accipitur. Virgil. 8.
Æneid.

Vulnificusq; Chalybs vaſta
fornace liqueſcit.

amæleon χαμαιλέων, beſtio-
la, lepore major, ſemper
hians & ſubinde mutans co-
lorem, ein Katteneyder.
Hinc adagium χαμαιλέοντος
ἐυμεταβολώτερος, id eſt, Cha-
mæleonte mutabilior, in ho-
minem verſipellem & in-
conſtantem, der unbeſten-
dig/ vñ keine Farbe helt.
Alciat. emblem. 88. libr. 1.
Chamæleontis naturam fe-
ſtivè in adulatores detorſit,
ubi ita ſcribit:

Semper hiat, ſemper tenu-
em, qua veſcitur, aurã
Reciprocat Chamæleon,
Et mutat faciem, varios ſu-
mitq; colores:
Præter rubrum vel can-
didum,
Et ſolùm mores imitatur
principis atros
Albi & pudici neſcius.

Vide Gellium libr. 10. cap.
12. Jul. Cæſar. Scalig. libr.
de ſubtilitate exercit. 196.
nu 4. exer. 239.

Chaones, plural. brev. penult.
χάονες, primi Epiri populi,
à quibus Chaonia dicta eſt,
tametſi Servius in 3. Æn.
à Chaone fratre Heleni ap-
pellatam eam regionẽ ſcri-
pſerit. Hinc Chaonius, ut,
Chaoniæ columbæ apud
Virgil. eclog. 9. Glans Cha-
onia apud eundem 1. Geor-
gic. Et Chaonis, idos, ut,
Chaonis quercus.

Chaonia, χαονία, pars eſt Epi-
ri montana, quæ prius Moloſ-
ſia, à Moloſſo Pyrrhi filio
nominabatur, poſtea ab He-
leno, cui à Pyrrho ea regio
cum

cum Andromache conjuge concessa erat, Chaonia dicta est, à Chaone fratre suo, quem imprudens in venatione occiderat. Virgil. 3. Æneid.

Chaoniamq; omnem Trojano à Chaone duxit.

Chaos, Vide in prima parte: **Vermischter wüster hauffe.**

Charandæi. populi juxta Pontum Vide Orphe. in Argonaut.

Chorauxus, χάραξος, Mitylenæus fuit, frater Sapphûs, de quo Hetodot. in epistola Sapphûs.

Gaudet & è nostro surgit mœrore Bharaxes.
Frater, & ante oculos itq; reditq; meos.

Chares, etis, pri. genitivi prod. χάρης, Dux quidam fuit Atheniensium. facilè & benignè, promittens, sed nihil eorum, quæ promisisset, præstans. Unde natum adagium, αἱ χάρητος ὑποσχέσεις, id est, Charetis pollicitationes. Dici solitum, ubi quis facilè ac benignè promittit, juxta Ovidianum illud:

Promittas facito, quid enim promitcere lædit?
Pollicitis dives quilibet esse potest.

Charidemns, χαρίδημος, dux Chersoblepta Thrariæ regis militum, de quo Demo nes in oratione contr mocratem.

Charilaus, χαρίλαος, Lac moniorum dux, qui T atas superavit. Vide Pa

Charisius, Atticus fuit tor, cujus in Bruto C meminit.

Charites, χάριτες, Grati cuntur beneficiorum Sunt autem tres: Aglai Pasythea, Thalia, & Eup syne, Jovis & Antono liæ, quamvis de earum gine varia sit opinio, apud Perottum. Dicu esse in comitatu Ven Est autem Ἀγλαΐα, læ Læti enim in dandis be cijs esse debemus, Θάλε est, virens, quòd ben um semper virere de Εὐφροσύνη, id est, delect quod nos jis, qui in n berales fuerunt, gratos oporteat. Una earu versa pingitur, duæ a conversæ, quod pro b ficijs à nobis profecti plex gratia rependi d at. Nudæ sunt, bene enim sine fuco esse opo Connexæ, quòd benefic semper beneficium pa sitque perpetuum ami fœdus. Hilares, Tales e esse debemus in dandis cipiendisque beneficijs venes, beneficij enim a pri gratia senescere no

t sed perpetuò florere.
·gines sunt, & in Acida-
fonte, qui est Orchome
Bœotiæ urbe, lavantur,
iòd vel beneficia pura es
, nullamque retributionis
em habere, vel nihil tur
rogare oporteat. Cæte-
im à quiqusdam Liberi &
eneris filiæ dicuntur, nec
nmeritò, horum enim mu
eribus præcipuè gratiæ
onciliantur, Euripides:

αύσομαι τὰς χάριτας ταῖς
ούσαις
αταμιγνύς ἡδίσταν συζυγίαν,
ἡ ζώην μετ' ἀμουσίας.

id est:

n desinam Gratias Musis nmiscere, suavissima conunctione.
vivam alienus à Musis.

Varro scripsit, numerum Convivarum non debere minorem esse, quàm sit Gratiarum numeris, neq; numerosiorem, quàm Musarum, **Vnter drey / vnnd vber Neun sollen keine Geste seyn.** Gell. libr. 13 c. 15. Hinc Charitonius, χαριτώνιος, adject. **Holdselig.** Vide plura de Gratijs in priori parte, **Göttin der Liebligkeit vnd Gutwilligkeit.**

Charmione, χαρμιόνη, ancilla Cleopatræ spontaneam dominæ mortem imitata. Plutarch.

Charmonia, urbs Hispaniæ Ptolem. Carmo Straboni dicta.

Charon, χάρων, historicus Lamosacenus, qui Darij primi tempore emicuit. Charon item Carthaginensis historicus. Tertius ejusdem nominis Naucratita fuit historicus. Charon (χάρων) ontis, inferorum etiam nauta à Poëtis fingitur, dictus ita per antiphasin, q. Acharon, id est, tristis, austerus. Hinc adagium: Alterum pedem in cymba Charontis habere, dici solitum de senibus decrepitis. Vide plura de hoc in 1. parte: **Hellisch Schiffman.**

Charondás, χαρώνδας, legislator fuit, cujus aliquot leges recenset Diodorus libr. 12. bibliothecæ suæ. Vide de eo Valer. lib. 6 c. 5.

Charops, χάροψ, Homer. libr. Iliad. 11. Vir Trojanus Hippasi filius & Soci frater, quos ambos uno die Ulysses interemit. Est & nomen cujusdam inter Epirotas Primarij. de quo Plutarch. in vita Flaminij.

Charybdis, χάρυβδις, vulgò Galofaro, locus maris periculosus nautis, non procul à Sicilia, Poetæ fabulantur, mulierem rapacissimam in hoc monstrum fuisse conversam. Iidem dicunt monstrū esse supernè canem, infernè fœminam. Unde proverbium:

um: τὴν χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ σκύλλῃ περιέπεσον, id est, Evitata Charybdi in Scyllam incidi, Simile illi: Fumum fugiens in ignem incidi, quod Germani ita: **Ich bin aus der Drüpffen in dē Schlachregen kommen.** Et notus est versus:

Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin.

Id est, vitare volens unum malum in alterum diversum, idque gravius incidit. Charibdin etiam hominem admodum edacem bibacem aut rapacem, heluonemve dicimus.

POETICE.

Charybdis:

Dira, Sæva, Avida, Rapax, Rapida, Humida, Minax, Trux, Metuenda, Implacata, Atra, Vastra, Agitata, Inimica, Irrequieta, Torta, Oblatrans, Sicula, Impacata, Concava, Panchæa Zanchæa, Taurominitana, Ratibus inimica. Austro agitata. Tumidis torta aquis. Sorbens cymbas, Hauriens naves. Absorbens haustas naves. Dira latrans. Vorans raptas evomensque carinas. Fundens & receptans ore effusas aquas. Scylla adversa.

Hinc Charybdæus, a, um, ut Charybdææ Syrtes.

Chatti, Germaniæ populi, Plin.

Chelidoniæ, χελιδονίαι π[...] Steph. Insulæ contra C[...]donium Tauri promon[...]um pestiferæ navigant[...] duæ sunt, quarum una [...]rydela, altera Menalipe [...]citur Stephano. Strab. [...] 14. trium meminit.

Chelidonium. χελιδόνιον, [...]montorium est Tauri m[...]tis, Plin. lib. 5. cap. 27.

Chelonates, vel Chelon[...] Ptolem. Achaiæ prom[...]torium est.

Chelonophagi, χελωνοφά[γοι] populi sunt in Carma[...] carnibus testudinum ve[...]tes, & superficie earum [...]sas tegentes, de quibus P[...] lib. 6. cap. 25. χελώνη e[...] Græcis testitudo est, φ[...] comedo. Hæ, teste Pl[...] libr. 9. in mari Indico [...] sunt magnæ, ut singula[...] superficies habitabiles c[...] integant, Strabo libr. 1[...] libi adeò reperiri ma[...] scribit, ut navigij vice Ch[...]nophagi illis utantur.

Chemnis, χέμνις, Herodot. [...] 2. Echemnis est, alijs C[...]mnis. Est autem urbs [...]gna, & insula in quo[...] Ægypti lacu, quæ lucos [...] vasque, & Apollinis gra[...] sustinens templum na[...] & quocunq; venti agunt, p[...]pellitur. Autor Pom. Mel[...]

Cheops, sive Cheopes, rex [Æ]gypti, Herodot. lib. 2.

Chephren, Cheopis frater [Æ]gy[...]

ti & ipse rex post fra- m. Herodot. lib. 2.

.us, poeta fuit Alexan- Magni, non usque adeò x, cum quo ita rex pa- s est, ut pro quolibet ver- bono Philippeum aure- , pro malo verò cola- ım acciperet.

onesus, penult. prod. vel ersonesus fœmin. χερρόνησ©, peninsula est undique è mari cincta, & ob ex- lentiam pro Peloponne ponitur, Celebrantur au- n Chersonesi quatuor, urica, Thracia, Aurea & mbrica, χέρσ© νῆσ©.

sidamas, χερσιδάμας, vir ojanus ab Ulysse in bel- interemtus, de quo Hom. . Iliad. 11.

sus, nomen proprium viri.

sonesus, Vide Cherrone- s.

usci, χερῦσκοι, populi Ger aniæ, qui ab Albim sedes abuere. - Die Hartzlän- er bey Halberstadt. laudian.

ingentes Albim liquêre Cherusci.

lo, onis, med. prod, χίλων. Philosophus Lacedæmoni- us fuit unus ex septem sapi- entibus Græciæ, cujus tria dicta, Delphis in Apollinis templo scripta & consecra- ta fuerunt, teste Plin. lib. 7. nimirum: Nosce teipsum, (γνῶθι σεαυτὸν) Nil nimium

cupias. Comes æris alieni atque litis est miseria. Scribitur de eo, quòd cùm audisset filium Olympiæ victorem evasisse, gaudio expirârit, ubi tota Græcia funus prosecuta est.

Chimæra, χίμαιρα, prim. corr. in fabulis pingitur ut belua referens leonem prima corporis parte, postrema Draconem, media confusam ospecies ex multis, ignem evomens. Inde elegans Horatij metaphora à puero obsoleti scorti amore capto, lib. 1. carm.

Vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimæra.

Est autem Chimæra, Servio teste, mons Lyciæ, leonibus & serpentibus inhabitabilis, flammas quoque in morem Ætnæ evomens. Unde Poetæ finxerunt monstrum esse habens tria capita flammivoma, unum leonis aliud Chimæræ, tertium draconis. Lege Julium Solinum Polyhistor. cap. 52. & Alciat. lib. 1. emblemat. 102. Chimæram banc occidisse fertur Bellerophon Glanci filius, cùm contem habitabilem fecerit. Plutarchus scribit, Chimæram fuisse navim prædatoriam, cujus prora ignivoma Leone, & puppis Dracone insignita erat: eamq; à Bellerophonte sublatam fuisse, interem-

tis piratis, à quibus maritima Lyciæ ora infestabatur.

POETICE.

Chimæra.

Ignifoma, Fera, Rabida, Furens, Ignea, Ignifera, Tremenda, Triformis, Triplex, ardens, Flammivoma, Lycia. Flammis armata. Furens triplici incendio. Flammas ore vomens, Quam sæva monstra tenent. Celsa mole. Mole ingenti.

Chimerion, χειμέριον, mons Phthiotidis in Thessalia. Plinius lib.4.c.7.

Chione, χιόνη, scortum fuit nobile, à nivis candore nomen habens, Martial. item Juvenalis:

Et dubitas altam Chionem deducere sella.

Vide etiam Chyone.

Chios, Χῖος, insula maris mediterrane, inter Samum & Lesbum, in qua olim optimum nascebatur vinũ. Chius. adject. prim. prod. protulit Horat. in libr.2, serm. Satyra 3.

Si positis intus Chij veterisq; Falerni

Mille cadis, &c.

Chios verò prima corrept. lib.1. Epist.

Romæ laudetur Samos & Chius, & Rhodus absens.

POETICE.

Chiæ telluris ora.

Chios:

Ferax vini.

Vina ferens.

Chiron, onis, pen. prod. χ

Centaurus, Saturni &
lyræ filius, quamobre
Phyllirides appellatus
A Thetide custos & p
ptor Achilli traditus
Ovid.

Phillyrides citharæ pu
præfecit Achillem, &c

Herbarum vires, & me
menta reperit, teste P
libr.7. Hic in bello adv
Centauros, lethali ab
cule vulnere accepto, p
Unde χειρώνειον ἕλκος
est, Chironeum vulnus
medicabile malum dic
Poetæ hunc biformem
fingunt, ut reliquos
tauros. Relatus tande
ter astra Sagittarij fig
in Zodiaco constituit.

POETICE.

Phillyrius heros.

Phillyrides.

Senex biformis.

Æmonius Phillyrides.

Chiron:

Samifer, Semivir, Bifo
Sagittifer, Æmonius,
vus, Herbiponens. Sat
gena, Geminus, Philli
Amythaonius, Doctus,
stus. Longævus, Thess
Armatus arcu. Doctor
gni Achillis. Torvus
gister. Morum quon

ci

...haræq; megifter. Nobilis ...ntaurus. Æacidæ præce...r. Miftus corpore flavi ...i. Qui cithara præfecit ...hillem.

...nydia, χλαμυδία, vulgo ...les, infula ex Cycladibus ...a, Plin. lib. 4. c. 12.

...ris, χλωρὶς, filia Amphi...is Nerei uxor, Cui Ne...rem & alios filios peperit, ...in odyſ. Homerus tefta... Chloris etiam alia fuit ...mpha, Zephyri conjunx, ...quo omne in flores, jus i... conceffum. Vide in pri... parte: Göttin der blu...en.

...rus, Ciliciæ fluvius, Plin. ...3. c. 27.

...træ, circa Mœotim gens ...bitans, Plin. lib. 6. c. 7.

...ilus, poeta fuit Samius ... Herodoto inftitutus. ...ripfit inter cætera victo...am Athenienfium contra ...erxem, fingulorumq; ver...um fingulos ftateres au...os accepit. Horatius ve...eum res Alexandri Ma...ni fcripfiffe dixit, & ut ma...m Poetam taxat, libro 2. ...piftol.

...us Alexandro regi quon-
...am fuit ille
...rilus, incultis qui verfibus
& malè natis
...tulit acceptos regale nu-
mifma Philippos.

...s tamen ad extremum in-

edia perijt, apud Alexandrū captivus, ut teftatur Ovidius:

Inclufusq; necem carea patia-
ris, ut ille
Non profecturæ conditor hi-
ftoriæ.

Fuit & alter ejufdem nominis poeta Tragicus Athenienfis. Vide de utroq; Suidam.

Chorineus, peritus jaculator apud Virg. lib. 9.

Emathiona Liger, Chorineum
fternit Afylas
Hic jaculo bonus, hic longè
fallente fagitta.

Choræbus, Athenienfis primus figulinæ inventor. Pli. lib. 7. cap. 56. Fuit & Adolefcens apud Virgil. 2. Æneid. de quo Servius videatur.

Chofroes, e. pen. corr. χοσρόης, rex fuit Perfarum, quo tempore imperium Romanum Mauritius adminiftrabat, Fuit quidem eruditus, Græcæ Philofophiæ & Ariftotelis ftudiofiffimus, fed in imperio non fatis laudatus. Patrem Hormifdam fuftibus ad necem ufque deverberari juffit. Zonatas. Vide de eo & Suidam.

Chremes, χρέμης, perfona fenilis apud Terentium, & ruftica, ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι, id eft, ab expuendo, exfcreando,

do, Horat. in arte Poet.

Iratusq; Chremes tumido delitigat ore.

Et lib. 1. ferm. Satyr. 10.

Argutæ meretrice potes, Davoq; Chremeta

Eludente senem, &c.

Chrestus, χρῆστος, Byzantius inter Sophiſtas extitit, Herodis Attici auditor, tempore Hadriani, qui vino quidem deditus, & in cæteris tamen rebus continens & ſtudioſus fuit. Vide Philoſtrat.

Chriſtodorus, χριστόδωρος, poeta fuit Anaſtaſij Cæſaris tempore, è Copto Ægypti urbe, qui Iſaurica ſcripſit. Fuit & alius hujus nominis ſcriptor Thebanus, qui de Coſmo & Damano ſcripſit. Vide de utroq; Suidam.

Chromis, filius Herculis, cui equi fuêre Thraces humanis veſci carnibus conſueti, quos interemto Diomede Hercules abduxerat. Vide Lactant. Et Statius de hoc ita ſcribit:

It Chromis, Hippodamusq; alter ſatus Hercule magno.

Chronius vir Argivus, de quo Herodot. lib. 1.

Chryſa, ſive Chryſe, es, χρύση, Troadis urbs, in qua delubrum fuit Apollinis Sminthei, Strab. libr. 13. Eſt & Chryſa agri Syracuſani fluvius.

Chryſantus, Alexandrinus mam ſtudiorum cauſa fectus cùm ex Chriſtia librorum lectione didi doctrinam Chriſti & c teretur, lapidibus ob eſt. Volaterr.

Chryſaor, χρυσάωρ, filius ptuni, qui Heſiodo in ogonia autore ex Me capite, ut & Pegaſus fuit.

Chryſe, es, χρύση, inſula Indi oſtia Plinio eſt, & Appollinis prope Lem Ovid. lib. 13.

Me Tenedon, Chryſen Cillen Apollinis urbes

Et Cyron cœpiſſe, &c.

Chryſeis, vide Briſeis.

Chryſes, χρύσης, Apollin cerdos, apud Homer. C ſeis panult. product. p nymic.

Chryſippus, χρύσιππος, sophus Aſianus fuit. S ſis aut ſecundum alios ſenſis Dialecticus ſum ita ut Laertium dixiſſe bant, neque Deos in co Dialecticam habere ve aliã habituros, quàm C ſippi. Diſcipulus Cl fuit, & poſt eum ſchola corum princeps, de q tuſtas etiam hunc H verſum retulit.

Οἶος πέπνυται, λοιποὶ σκια σσουσι. Id eſt:

Hic ſolus ſapit, aſt alij umbra feruntur.

Qe

uem versum etiam Cato
ajor de Scipione Nasica
cere consuevit, Horat. 2.
m. Satyr. 3.

m mala stultitia, &c.

isoceras, χρυσόκερας, Thra-
æ promontorium est ad
zantium, liberæ conditi-
is oppidum, Plin. libr. 4
p. 11.

sogonus, χρυσόγονος, pen.
rr. Syllæ libertus, de quo
cero in oratione pro Ro-
o Amerino. Juvenal. Sa-
ra 6.

qui Chrysogonum canta-
vetent, Hispulla
œdo gaudet, &c.

it & Chrysogonus Cate-
eta, S. Anastasiæ martyr.
b Diocletiano Volat.

sopolis, χρυσόπολις, urbs
thyniæ, Plin. libr 5. cap.
tim.

sorroas, æ, χρυσοῤῥόας, no-
en est quatuor fluyijs au-
m ferentibus, quorum
imus in Bithynia est, se
undus in Lydia non pro-
l à Tudolo & Pactolo, ter-
us in regione Temiscyra,
uartus in decapolitana re
ione, Ein Goldbach/à
ρυσὸς, id est, aurum, & ῥέω
uo. Quo nomine etiam
actolum dictum Plinius
cripsit, lib. 5 cap. 29.

ysostomus, χρυσόστομος, os
abens aureum, fuit hujus
nominis scriptor Ecclesia-
sticus præstantissimus, Johannes Antiochenus Episcopus Constantinopolitanus, tempore Arcadij & Honorij Imperat. qui ob excellentem eloquentiam, Chrysostomi cognomen est adeptus. Dictus idem est & χρυσόλογος, item, χρυσόγλωττος, a Nicephor. Mentio etiam fit ejus in Damasceni hymnis, quos Aldus olim excusos dedit.

Chrysothemis, χρυσόθεμις, Agamemnonis filia. Homer. lib. 9. Iliad.

Chyone, Dædalionis filia fuit, quæ cum ob formæ elegantiam à multis in uxorem peteretur, tandem Peonio Epidauriensi nupsit. Vitiata verò deinde à Mercurio & Phœbo ex utroq; concepit, atque huic Philamonem, illi verò Autolicum peperit. Quia verò, quòd Dijs placuisset, insolentior facta Dianæ se ob pulcritudinem præferre non dubitavit, sagittis, ab ea commota est interemta. Ovid. 11. Metam.

Nota erat huic Chyone, quæ
dotatissima forma
Mille procis placuit, bis septē
nubilis annis.

Cibarci, populi Hispaniæ Plin. lib. 4. in descriptione Hispaniæ.

Cibotus, aliàs Apamia, Asiæ

urbs eſt, Plinius libro 5.c. 25.

Cibyra, κίβυρα, urbs Aſiæ auſtralis, in ea parte Lyciæ regionis, quam Cabales inhabitarunt.

Cicero facundiæ literarumque Latiarum teſte Plinio, parens, & lux doctrinarum, Arpini natus fuit patre, ut quidam volunt, incerto, Romæ, quo puer deductus fuerat, tantùm in diſcendo profecit, ut poſtea nihil admirabilius Romana theathra audierint. Omnes enim æquales ingenij magnitudine ſuperavit, unde graves etiam viri fama ſtudiorum ejus, & admiratione feliciſſimæ indolis adducti, ad eum vicendum in ludum uſque in quo didicit, profecti ſunt. Pueri verò & ipſi ingenium divinũ admirati, ſeu domo ſua, ſeu ludo exeuntem medium inter ſe acceptum deduxerunt. In Philoſophia adeò profecit feliciter, ut in admirationem ſui, & ſtuporem omnes Græcos converterit, ut non immeritò de Cicerone Plinius ſcriptum reliquerit, cum extra omnem ingenij aleam eſſe poſitum. Rectè homo novus dici poteſt, quòd, cùm ex equeſtri ordine eſſet, patritijs tamen propter virtutem & eruditionem ſit annumeratus, &

ad conſulatum evect
Novi enim homines d
bantur, qui ex infimo
genere ad ſummos hon
evehebantur. Ad Q.
trem ipſe ſcripſit, à pue
ſe adamatum fuiſſe Hon
hunc verſum:

αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπεί
ἔμμεναι ἄλλων.

Id eſt, Semper optimè
re, & præſtantiorem
alijs. Veritatis & rei
ſtudio tantum potuit
omnes honores ſuo or
obtinuerit. In conſ
autem ita ſeſe geſſit
maximam reportarit g
am, Ex incendio enim
maximis urbem peri
eripuit & liberavit. Pr
& alijs beneficijs reipu
præſtitis eandem repor
gratiam, quam benè r
tis mundus referre
Periit enim miſerrimè
num ingreſſus ætatis
64. interceptus inſidijs
tonij, in cujus ſatelliti
pilius quidam fuit,
ab homicidio Cicero
quandò defenderat, &
pitis ſupplicio libera
Is manus ei & cervicem
putavit. Poſtea cap
jus pro roſtris poſueru
manus ab utraque part
populus Romanus n
intueri caput ipſius, ſe
doluit, talem virum
tragico exitu vitam fi

Ite

Asiæ Syriæ proxima, inclusa ab ortu, Amano monte & Syria, à Septentrione Tauro monte: Ab occasu Pamphilia, à meridie mari Cyprio. Dicta est à Cilice regis Phœnicis filio in Syria. Hodiè verò Caramania dicitur. Metropolis Ciliciæ fuit Tarsus patria S. Pauli Apostoli. Fit Ciliciæ mentio passim in sacris, Actor. 6.15. 21.23.27 Galat.1. 1.Maccab.11. Judith. 12. 13. Hinc Cilix, icis, pen. corr. Ein Cilicier. A moribus Cilicum natum est proverbium:

Κίλιξ οὐ ῥαδίως ἀληθεύει.

Id est:

Cilix haud facilè verum dicit.

Quod quadrat in hominem lucri avidum, & ob id sæpenumero dicentem nō quæ vera sint, sed quæ utilia. Cilicismus, vel Solœcismus barbara locutio apud Plautum & D. Hiorony. Terra Cilissa apud Ovid. in Ibin. Cilicensis apud Ciceronem ad Q. fratrem.

POETICE, populi.

Cilicenses.

Feri Vagi, Inconsi Hispidi, Squalidi, Rigidi. Crocomadidi, Tauri accolæ.

Cilissa, vide mox retrò Cilicia

Cilla, κίλλα, urbs est Ætoliæ.

Cillus, auriga fuit Pelopis.

Cimbri, κίμβροι Germaniæ populi ultimi Saxonum Erant

homines ingenti corpore, magnisque oculis, Die im Hertzogthumb Holstein / vnd Schleßwig/in Dennemarck. Hinc adject. Cymbricus,a, um.

POETICE.

Cimber:

Bellicosus, Bellisonus, Robustus, Fortis, Furens, Furibundus, Arctous, Bibax Maris incola. Arctous accola gelidi maris. Insigni a origine.

Cimmerij, κιμμέριοι, populi sunt Scythici, perpetua abundantes caligine, apud quos somni habitationem esse Ovid. lib. 11. fabulatur.

Est propè Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cavus, ignavi domus, & penetralia somni, &c.

Cimmerius, a, um, adject. ut, Cimmeriæ tenebræ, quæ proverbialiter de multa obscuritate, aut animi Caligine dicuntur. De Cimmerijs eruditam vide Vadiani expositionem.

POETICE.

Cimmerij:

Caliginosi, Superstitiosi, Latrones. Quos terra expers sideris tenet. Tenentes arva semper opaca caligine, & nebula umbrarum. Tenentes locum sub obscuro climate densi cœli. Quos lucidus Phœbus nunquam aspicit, aut aliquo lumine tur, sive veniens adeat na stellantis cœli, si rum in terram deceda mo olympo. Queis ve nox perniciosa æterni nebras. Quos oriens usve, cadensve Phœbu js nunquam adire p Quorum atra tellus bili situ riget. Mersi tua caligone. Latente inter obscuras casas. Phaeton non circum ignifero ore, seu latet Eoo axe diem vehit.

Cimmeris urbs Troadis, nis priùs vocata, Plin l cap. 30.

Cimolis, urbs Paphlag autore Plin. libro 6. c Cimolis item urbs Ga Ptolem.

Cimon, onis, pen. prod. Atheniensis fuit Mil filius, munificentia & ralitate in pauperes mè celebris, Plutarch lerius Maximus Cim etiam eum vocat, que carcere filia aliquand cte sustentavit. Vide V libr. 5, cap. 4. Cimon alius pictor fuit, d Plin.

Cinara, rex Cypri, Cili lius Belei fluvij, qui Myrrha filia sua nu astutia ignarus con bens Adonin suscepit. à Venere dilectus cu

ras sectabatur, ab apro interemtus fuit, & in florem sui nominis conversus Strabo, libro 16. Cinyras scribit, eumq; in Phœnicia regnasse.

Cincinatus, vel L. Quintius Cincinnatus, Romanus fuit cui aranti viator attulit Dictaturam, & nudo quidem plenoq; pulveris ore, Plin. libr. 18. cap 3. Cicer. libro 2. de finibus.

Cincius, prætor Siciliam per secundum bellum Punicum administravit, autore Livio. Cincius alter Senator Romanus fuit, qui de re militari scripsit.

Cineas, κίνεας, vir Thessalus, amicissimus Pyrrhi. Vide Plutarch. in vita Pyrrhi.

Cinesias, κινησίας, Thebanus fuit Dithyramborum scriptor, sed ob impietatem & flagitia malè audiens, Suidas.

Cinna, æ, Trib. plebis Romæ à Cn. Octavio còllega pulsus bellum urbi cum C. Mario intulit.

In quo bello duo fratres alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ eyercitu ignorantes concurrerunt. Et cum victor mortuum spoliaret, cognito fratre ingenti edita lamentatione ac rogo extructo se insuper cremavit. Tandem Cinna & Marius in urbem recepti cædibus omnia complevêre &c. Livius Cinna alius Poeta fuit, qui Smyrnam scripsit, & elimavit annis decem, cujus Virgilius meminit ecloga 9.

Nam neque adhuc Varo videor, vel dicere Cinna
Digna, &c.

Cinna etiam urbs est Castellanorum in Hispania, Plin.

Cinyps, yphis, fluvius est Garamantûm. Horodot. libr. 4. Claud.

Quos vagus humectat Cynips &c.

Hinc Cinyphius, a, um, adject. Virg. 3. Georg.

Cinyphij tondent hirci, &c.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas.

Et Cinyphes dicitur ea Aphricæ regio, & Cinyphes ejusdem populi.

Cinyras, bre. pen. κινύρας, Cinyræ duo fuerunt, Phœniciæ rex alter, Cypri alter, à quo Cinyreia apud Ovid. libr. 10. Metam.

At virgo Cinyreia pervigil igne Carpitur indomito.

Cios, κίος, fluvij & oppidi nomen, atque emporij adeò Phrygiæ, Plin. lib. 3. cap. 32. Palæmon ex Dionysio.

Qua Chius egregio decurrens, murmurat unda.

Cippus Genutius, proprium Romani, cui victori ab hoste redeunti, priusquam triumphans portam intraret cornua q. in capite apparuerunt. Ejusdem verò exemplum docet, patriam non esse occupandam, etiamsi occasione aliqua id fieri possit. Vide Ovid. libr. 15. Metam.

Cirannus, vir fuit Lycius & Sargedonis comes, quem teste Homero in Iliade, Ulysses in bello Trojano interemit.

Circe, κίρκη, filia Solis è perse de Oceani filia, quæ veneficiis dedita multarum herbarum ac radicum vires varias mirabilesque invenit. quamvis à matre prius in ijs instructa esset. Ulyssis hæc socios in sues transmutavit. Quod videns Ulysses, prius à Mercurio accepta Moly herba, stricto gladio ad eam irruens coegit, ut pristinæ socios formæ restitueret. Quod & factum. Significata est autem per Circen voluptas, qua in belluas & sues immundas homines mutantur, quemadmodum Socratem docuisse Xenophon tradidit libr. 1. de dictis & factis Socratis, Virgil. 8. Æneid. Et Alciat. libr. 2. emblem. 36. Ubi ita scribit.

Sole satæ Circes tàm magna potentia fertur
Verterit ut multos in nova monstra viros.
Testis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,
Atq; Ithaci postquam vina bibere sues.
Indicat illustri meretricem nomine Circe
Et rationem animi perdere quicquis amat.

Solis verò filia à Poetis fingitur Circe, ob insignem formam, qua cùm impudica fuerit, insanos atque ebrios potatores facilius dementare potuit, vel etiam propter herbarum noticiam, ob quam causam Æsculapius etiam Apollinis seu Solis filius dictus est.

POETICE.

Ææa venefica.

Prodigiosa Circes atria plena variarum ferarum.

Circe:

Magica, Meretrix, Blanda, Docta, Fallax, Insidiosa, Pulcra, Ingeniosa, Venefica, Callida, Vitrea, Dira, Ææa, Rabida, Dædala, Magnifica, Titania, Veneranda, sole sata. Solis filia. Patens Telegoni. Docta fallere viros. Herbis nocens. Habitans inaccessos lucos. Vertendis nata figuris: Plena variarum ferarum. Solis ed[illegible]

edita semine. Docta mutare homines in varias figuras. Quæ pestiferum habuit virus. Quæ Ithaci socios in turpes vertit sues. Pulcris capillis. Quæ carmine tantùm potuit, quantum gramine. Quæ in mille figuras potuit vertere homines. Creata quondam ex Persa,& lepido Sole. Quæ soror dicitur Æetæ Ducis. Quæ Ulyssis socios fecit turpes esse sues.

Hinc Cirtæus,a,um, adject. Virgil.7.Æneid.

Proxima Circææ raduntur
littora terræ.

Ovid. libr.16. Metam. Tellus Circæa. Sic Circæum poculum Cicer. actione in Verrem. Circeium, κιρκεῖον mons Campaniæ, in cujus summo etiam oppidum fuit Circæum,(κιρκαῖον)& Circei(utrumque enim apud Livium habetur) appellatum. Hinc & Circeienses, incolæ. Cicer. libr.3. de natur. Deor.

Circeum. Tuscorum promontorium.

Circes domus, Campaniæ oppidum Pomponio. Strabo Circeum vocat, à quo Circeij.

Circius & Certius, ἰάπυξ, ventus impetuosissimus, Galliæ Narbonensis peculiaris, sic dictus, quod quidvis turbet ac circumvertat, Gellius libr. 2. cap. 22. Lucanus libr.22.

Solus sua littora turbat
Circius,& tuta prohibet statione Monæci.

Cirrha, æ, κίῤῥα, oppidum Phocidis, Apollinis templo qui inde Cyrrhæus cognominatus est, clarum. Et camporum Cyrrhæorũ Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte,& Plin. lib. 4. meminerunt. Templa Cyrrhæa apud Senecam.

Ciris, vel Cirrhis, κεῖρις, κιρὶς, κιῤῥὶς, dicitur Scilla, Nisi regis filia, mutata in avem Cirim, id est, alaudam.

Quemadmodum Ovidius fabulatur lib 8. Metam.

Plumis in avem mutata vocatur
Ciris & à tonsa est hoc nomen
adepta capillo

Κείρειν, tondere est. vide Scilla.

Cirta, æ, sive potius Cirtha, κίρθη, Numidiæ urbs munitissima, & optimè structa Micipsæ opera, Strabone teste. Meminit & Cirtæ Salustius.

Cirtiscus, Scythiæ fluvius, Herodot.

Cisalpina Gallia, quæ & citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, à fluvio Rubicone finitur, cujus basim Alpes efficiunt. Cicer. pro lege Manil.

Cisamus, κίσαμος, hodiè Ephithisa,

tisa, Cretæ urbs. Ptolem.

Cisianthi, populi ad Ocean. Scythici oram, Plin. libr. 13. cap. 6.

Cissa, Ponti Capadocij fluvius, Ptolem.

Cisseus, κισσεὺς, rex Thraciæ pater Hecubæ. Inde Cisseis patronymic. Ut, Hecuba Cisseis. Virg.

Cisseis prægnans ignes enixa jugales.

Cistena vel Cisthene, Plinio urbs Æolidis, de qua Pompon. lib. 1.

Citarij, Siciliæ populi, Plinius lib. 3. cap. 8.

Citarista vel Citaristes, provinciæ Narbonensis promontorium, non longè à Massilia, Plin. lib. 3. cap. 4.

Cithæron, κιθαιρὼν, jugum est alterum cum Helicone Parnassi montis Thessaliæ juxta Servium, Baccho sacrū, Cithæron à cithara Orphei, quòd sub ipso frequenter ipse caneret, secundum Lactantium. Virg. 3. Georg.

Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron.

Cittium, κίτιον, oppidum Cypri Insulæ, Plin. libr. 5. capit. 13.

Citorus, Vide Cytorus.

Cius, κίος, Thraciæ fluvius, ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, Strab. lib. 12.

Cixicus, Vide Cicius.

Clæon vel Gelon, Phrygiæ

sunt fontes, ab effectu Græcorum nominum dicti, παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν. Quæ verba lugere & ridere significant.

Campetiæ, Italiæ locus in Brutijs. Plin. lib. 3, cap. 5.

Clanius, Campaniæ fluvius prope Neapolin. Virgil. 2. Georg.

Vacuis Clanius non æquus acerris.

Clariæ, Thraciæ populi sunt apud Plin. lib. 4. in Thraciæ descriptione.

Clarium, κλάριον, oppidū Colophoneorum, à quo Clarius Apollo dictus est. Ibi enim specus & lacuna fuit, cujus potu mira sunt reddita oracula, vita tamen bibentium breviore, Plinius lib. 2.

Claros, κλάρος, insula una è Cycladibus Apollini sacra, quem inde Clarium (κλάριον) dictum putant. Ovid. Metam.

Mihi Delphica tellus
Et Claros & Tenedos Patareaq; regia servit.

Claterna oppidum inter Bononiam & forum Cornelii, Mant.

Qua montana jugis undas Claterna sonantem
Elicit.

Claudia, æ, κλαυδία, virgo Vestalis Romæ, & familia pa-

trici

tricia, sic appellata à Claudio Sabinorum duce, quemadmodum Servius retulit. Virg. libr. 7.

audia nunc à quo diffundi-tur & tribus & gens.

Est item hoc nomine Insula maris mediterranei non procul à Creta Insusa, Porto Gabeso hodiè dicta. Est & urbis nomen, Vide Closternenburg.

audianus, κλαυδιανὸς, Poëta fuit Ægyptius, cujus carmen non modò sonorum, elegans, volubile, & valdè dulce, sed & floridum est. Emicuit sub Theodosio & Honorio Cæsaribus.

udiopolis, urbs est Cappadociæ.

udivium, Ptolem. Claudia Plinio urbs est in Norico.

udius, vel Ap. Claudius æcus orator fuit Romanus, qui à pace cum Pyrrho ineunda senatum revocavit. Ab hoc Appia via nomen sortita. Claudius alius Centianus, à nonnullis Centimalus, primus pro Fusijs Furios dixit, r litera in ejusmodi nomina introducta, ut Valerius indicat. Claudius Nero Consul Livij Salinatoris collega, advenientem ex Hispania cum auxilio Asdrubalem interfecit. Claudius Nero præter ea Tyberij principis pater fuit. Horatio denique in epistolis Claudius Augusti privignus est.

Clazomene, es, sive Clazomenæ, arum, κλαζομεναί, penult. corr. urbs Joniæ Asiaticæ insignis Colophoni vicina Anaxagoræ patria, ubi Apollinis oracula consulebantur. Horat. 1. serm. Satyr. 7.

Persius hic permagna negotiæ dives habebat Clazomenis.

Mela tamen Clazomenã etjam in singulari dixit. Clazomenij sunt incolæ. Hinc Clazomenius, a, um, adject. ut vina Clazomenia quæ apud Romanos olim in precio fuerunt.

Cleanthes, κλεάνθης, Philosophus Stoicus, Cratetis primum discipulus, deinde Zenonis, cujus etiam successor fuit, præceptor Chrysippi. Diogenes eum φρεάντλην appellatum scribit, ab eo, quòd noctu præ inopia puteos in hortis exhauriret, ut interdiu sibi esset, quo studia sua sustentare posset. Meminit ejus rei & in epistolis suis Seneca. Dicere is solebat, homines rudes sola foema à brutis differre. Idem etiam interrogatus quid interesset inter Dialecticam & Rhetoricam pugnum ostendit, & mox e-

andem manum explicatam protulit.

Cleanthis, nomen mulieris apud Suidam.

Clearchus, κλέαρχος, Solensis senior de varia scripsit historia. Clearchus itē junior, Ponticus Athenas profectus, ut operam Platoni daret, in somnis monitus à literarum studijs recessit. Suid. Clearchus alius Lacedæmoniorum dux fuit, de quo Frontin.lib.4.

Clemens, historicus scripsit de regibus ac Imperatoribus Romanis & ad Hieronymū de figuris Isocratis. Suid. Clemens item Alexandriæ Ecclesiæ presbyter, Alexandriæ scholam tenuit & κατηχήσεων magister fuit. Euseb.lib.5.c.10.

Cleobis, κλεόβης, frater Bitonis, qui duo Argiam sacerdotem matrem suam currui insidentem equorum penuria ab oppido traxerunt ad fanum, seq; jugo alligârunt. Quod jus esset sacerdotem ipsam ad sacrificium curru vehi. Vide Cicer. Tuscul. quæstion.1. Claud.

Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres.

Cleobulus, pen. prod. κλεόβουλος, Lyndius fuit Evagoræ filius unus è septem Græciæ sapientibus, robore & pulcritudine corporis eximius. Filiam habuit Cleobulinam virginem doctam, quæ versibus hexametris ænigmata quædam scripsit. Decessit Cleobulus annos natus 70.

Cleocritus, κλεόκριτος, taxatur apud Comicos ut mulierosus & cynædus, & ut Cobeles filius. In Rheæ etiam mysterijs molles tantùm intersunt. Autor. Suid.

Cleodamas, κλεοδάμας, Achneus (Achne autem Thessaliæ urbs est) de equorum cura scripsit. Steph.

Cleomachus, κλεόμαχος, pugil Magnesius, qui cynædos mores & orationem imitatus est. Vide Strab.

Cleombrotus, κλεόμβροτος, brev.penult. adolescens fuit Ambratiota, qui lecto Platonis de animarum immortalitate libro, cum adversi ei nihil accidisset, præcipitem se de muro in mare abjecit, quemadmodum in 1. Tuscul. quæst. Cicero refert, eoq; Ovidius allusit

Vel de præcipiti venias in Tartara saxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus

Fuit alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux, de quo Cic.lib.1.de officijs.

Cleomedes, κλεομήδης, Astypaliensis robore & magnitudine eximia præditus fuit,

quicùm Siccũ Epidaurium pugil interfeciſſet, victoriæ præmijs fraudatus præ dolore ad inſaniam redactus eſt. Vide de eo plura apud Suidam & Plutarchum. Fuit & alius hoc nomine Græcus autor, qui de circulis cœleſtibus eleganter ſcripſit. Suid.

Cleomenes, pen. corr. κλεομένης Lacedæmoniorum dux, qui cum ab Antigono rege in prælio victus ad Ptolemæum ſe recepiſſet, ac mutuis vulneribus cum alijs quibuſdam, quibus cum carceri traditus fuerat, confligens perijſſet; mortuus â Ptolomeo pelle nudatus cruciq; affixus eſt. Plutarch. Cleomenes alius Siculus fuit, luxuria & nequitia Verrem imitans, de quo Cicero in 7. Verrina.

Cleon, κλέων, Athenienſium dux, Niciæ in adminiſtratione reipubl. adverſarius. Cleon alius poeta Argonautica ſcripſit, à quo Apollonius Rhodius argumentum mutuatus eſt. Fuit item Cleon Orator Halicarnaſſeus. Suid.

Cleone, es, pen. long. κλεωνὴ, & Cleonæ arum, oppidum prope Argos, juxta quod leonem Hercules occidit, non procul à Nemæa ſylva. Ovid. 6. Metam.

Humilesq; Cleonæ,
Et Nelea Pilos.

Hinc Cleonæus, a, um, ut, Cleonæus leo dicitur, à loco ubi ab Hercule interemtus. Ita ſidus Cleonæum, leonis ſidus dicitur.

Cleonymus, κλεώνυμος, ῥίψασπις, id eſt, deſertor ſui ordinis, & qui clypeo abjecto fugit, Unde κλεωνύμου δειλότερος, id eſt, Cleonymo timidior, proverbialiter de quovis meticuloſo dicitur.

Cleopatra, κλεοπάτρα, uxor fuit Phinei regis Thraciæ, ex quo Orythum & Crambim filios peperit. Alia fuit Ægypti regina ſuperba illa & luxurioſa, quam Antonius perſuaſus & illectus ab ea duxit, Auguſti ſorore derelicta. Quamobrem Auguſtus accenſus bellum in ipſum movit, in quo Antonius victus ad mortem ſibipſi inferendam ab Auguſto compulſus eſt. Cleopatra verò Antonio extincto, ubi rebus jam deſperatis nihil omninò ſubſidij vidit, brachio à quibus necaretur, ſerpentes adhibuit, ne ignominiosè in triumphum captiva duceretur. Vide Plinius lib. 9. cap. 53. Virgil. 8. Æneid. Ægyptiam conjugem hanc vocat. Hinc Cleopatricus, a, um, ut Cleopatricæ dapes, id eſt, ſumtuoſæ.

POETICE:

Ægyptia conjunx,
Ptolemais,
Cleopatra:
Ferox, Actias, Incesta. Meretrix regina incesti Canopi. Meretrix scelerata, quæ Pharium tenuit Canopum Circumdata sistro patrio. Quæ asperas tractavit serpenteis, ut atrum venenum combiberent corpore.

Cleopatrus, apud Corinthios præfectus fuit, de quo in Arato Plutarchus.

Cleophantus, medici nomen, de quo Plin. lib. 24. cap. 16. Fuit & alius hoc nomine pictor Corinthus, de quo etiam Plinius.

Cleostratus, κλεόστρατος, Philosophus antiquissimus, qui teste Plinio primus scripsit de signis cœlestibus.

Cleoxenus & Democritus historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam inchoatam Polybius Megapolitanus absolvit. Suid.

Clesis, fluvius est prope Bryxiam. Mantuan.

Pauperiore vado Clesis montanus ab ortu.

Clipea, Clypea aliquibus & Clupea, urbs minoris Africæ Ptolem.

Clio, Clius, κλειώ, una est ex 9. Musis, de qua initio 1. partis.

Clinias κλεινίας, Musicus & Philosophus Pythagor se-ctæ, qui ad iram commotus sumta statim cithara animi motus lenire cõsuevit, quod etiam de Achille scribit.

Clitarchus, κλείταρχος, historicus, qui Alexandri comes fuit in expeditionibus, & ejus res gestas scripsit, de quo Quintil. libro 10. ta Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.

Cliternia, vulgò Celano, Ptolemæo Cliternum, oppidum est Italiæ ad montem Garganum.

Clitomachus, κλειτόμαχος, Philosophus Carthaginensis, Carneadis successor. Alius hujus nominis Athleta fuit, Pancratiastes nobilis. Suid. & Ælian. de var. histor.

Clitor, oris med. corr. κλείτωρ, sive Clitorium, Arcadiæ urbs, juxta quam locus in fons Clitorius appellatus aquam fundit, quæ po abstemios facit. Vide locum in 15. Metam. Ovid qui sic incipit:

Clitorio quicunq; sitim de fonte levârit, &c.

Et Plin. lib 32. cap 2.

Clitorium. κλειτόριον, Arcadiæ oppidum, ubi fons est, qui potantibus odium inducit & vini tædium. Plin. lib. 1 cap. 2. Meminit & Ovid. 15

Me

tet. Vide Clitoris, quod ræcedit.

umnus, fluvius in Mœna- a, quæ umbriæ pars est, ujus aqua à pecudibus po- ta albos fœtus creat. Virg. Georg.

linc alibi Clitumne gre- ges, & maxima taurus, Victima, &c.

in. lib. 2. cap. 103.

anthus, vir Trojanus, co- es Æneæ, cujus meminit irgil. libr. 3. Ubi fortem am vocat.

lia, fœmina Romana fuit piosa & locuples, de qua icero ad Atticum, libr. 21. b hac Cicero prædium e- ere voluit.

lij forum, octavæ regionis aliæ oppidum. Plin.

liorum familia, à Clodio icio Æneæ dicta. Festus.

dius, Ciceronis inimicus, omo libidinibus & adul- erijs deditus. Vide Cice- onis orationem pro Milo- e. Juvenal.

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum.

Fuit & Clodius pulcer ora tor Romæ inter Patronos simul cum Cicerone in cau- sa Scauri. Plutarchus in Numa etiam Clodij cujus- dam meminit, qui tempo- rum argumentum scripsit. Sext. Clodius Rhetor è Si cilia Latinæ Græcæque elo- quentiæ professor, de quo Cicero in Philippicis. Clo- dius Quirinalis, Arelaten- sis, Rhetor Romæ docuit circa Neronis tempora. Clodius Albinus, dux ex- ercitus fuit in Gallia, de quo Herodianus.

Clælia, virgo Romana data obses Porsenæ Hetruscorum regi cum reliquis juveni- bus & virginibus, quoad bellum componeretur. Cu- stodes rogavit, ut paulatim discederent, dum se in pro- ximo fluvio lavaret. Qua re impetrata, cæteras omnes hortata est, ut se sequeren- tur, ipsaque primùm fluvi- um tranare cœpit, reliquæ sequebantur, atq; ita ad suos redierunt. Quapropter in honorem Clæliæ posita est ei statua in via, qua ad fo- rùm itur. Vide historiam apud Livium libr. 2. decad. 1. Meminit ejus & Virgil. in fine lib 8. Æneid.

Et fluvium vinclis innaret Clælia ruptis.

Clonius, κλόνιος, unus è quinq; Bœotorum ducibus, qui cum quinquaginta navibus ad Trojam navigârunt. Homer. lib. Iliad. 2.

Cloris vide Chloris.

Clota, & Glota Tacito maris Britannici æstuarium, Pto- lem.

Clo-

Clotho, κλωθώ, όος, ἡ, filio Noctis, unà ex parcis, de quibus Hesiod. in Theogonia. Vide & in 1. parte: Göttin des Menschlichen Lebens.

Cluentius, ex municipio Latino fuit, accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum vitricum interfecisset. defensus est à Cicerone oratione longè optima pro Cluentio.

Clunia, Hispaniæ oppidum finis Celtiberiæ, Plin.

Cluniensis, conventus Hispaniæ, de quo Plin. lib. 3.

Clupea, quæ & Clypea dicitur, vulgo Quipia, urbs Africæ littoralis in Mercurij promontorio. Luc. lib. 4.

Et Clupeam tenuit stationis littora notæ.

Dicitur & Clypea à quibusdam.

Clusini, Hetruriæ populi novi & veteres, Plinius lib. 3. cap. 5.

Clusiolum, Umbriæ oppidum quod interijt, Plin. libro 3. cap. 14.

Clusium, vulgò Chiusi, mediterraneum est in Thuscia oppidum, sub quo Porsena sepultus scribitur, Plin. lib. 36. cap. 13.

Clymene, κλυμένη, Oceani & Tethios filia. Hesiod. in Theogonia. Virgil. 4. Georgicor.

Inter quas Clymene cura... narrabat inanem.

Ovidio Phaetontis mat... etiam Clymene est, & Cl... meneides sorores Phaeto... tis.

Sic flevit Clymene, sic & Cl... menides altæ.

Et proles Clymeneia, Pha... ton ipse lib. 2. Metam... nistra denique Hele... Clymene Homero li... Iliad.

Clytemnestra, κλυταιμνήστρα, u... xor fuit Agamemnoni... Orestis mater, quæ cu... gamemnonem ab Ad... interfici curasset, inte... & ipsa est ab Oreste, ... in elegijs:

Et vindex in matre p... malus ultor Orest...

POETICE.

Sæva Agamemnonis u... Clytemnestra:

Impia, crudelis, oblita... connubij & fidem, q... Ægystho arsit.

Clytemnestra propter c... tota Mycenis infamis... pro stat Pelopeia domu...

Clytia, æ, vel Clitie, es, κλ... ex Oceani nymphis e... na, de qua Perottus. I... est à gloria. Quia κλ... Græcis gloria est. C... lib. 4. Metam. Clytien à ... le adamatam fuisse fi... ab amatore verò deser... in herbam ac florem ...

ersam, quæ primum con-
ervans amorem ejusdem
)ei, Heliotropium dicitur
ursumque Solis observat.
escribit autem hac Meta-
norphosi Poeta naturam
Ieliotropij, in qua herba
olis amor tantus est, ut
im ipso circumagatur, &
uocunq; se verterit Sol,
odem flectat cacumen, no-
u etiam tanquam deside-
o Solis contrahat florem.
ujus herbæ similes sunt
natones aulici, accommo-
antes se in omnibus ad vo
ntatem principum: Unde
:pè in magna sunt gratia,
iò primas tenere videntur,
xta Menandri illud: Aula
aximè delectatur impro-
s. Primus & beatissimus est
lulator, secundas partes
abet Sycophanta, tertius
t Cacoitis.

:ius, κλύτιος. Homero Lao-
edontis filius & frater Pri
mi est, libr. 10. Iliad. Virgi-
o juvenis à Cydone ada-
atus lib. 10. Æneid.

Dum sequeris Clytiū infe-
lix nova gaudia Cydon.

:mides, κνημίδες, munitis-
mus locus Thraciæ, Strab,
ib. 9.

dos, κνίδος, vulgò Cabo-
ria, Cariæ urbs est & pro-
nontorium, Ptol.

ı, felicis Arabiæ oppidum
Ptolem.

Coaspis, χόασπις, Medorum fluvius in Tygrim apud Persas defluens.

Coatræ, vel Coastræ, sive porius Choastræ, urbs ad Persidem, juxta quam inauditæ magnitudinis sunt arbores Lucan. lib. 3.

Ætera tangentes sylvas liquere Coatræ.

Cocalus, κώκαλος, rex Siciliæ ad quem ex Creta Dædalus aufugit, quem illuc usq; rex Cretensium Minos persecutus est, sed à Cocali filiabus (ut Aristoteles refert) interfectus est.

Cocles, itis, brev. pen. Romanus Porsenæ exercitui in ponte sublicio solus restitit, hostiumq; impetū sustinuit, donec à tergo pons à socijs frangeretur: quo facto in Tyberim se cum armis præcipitavit: Et licet læsus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad suos pervenit. Unde est illud ab eo dictum, cum ei in comitijs coxæ vitium objiceretur, per singulos grasius triumphi mei admoneor. De hoc Valerius li. 3. cap. 2. Et Virg. 8. Æneid.

Illum indignanti similem, similemq; minanti,
Aspiceres pontem auderet quod vellere Cocles.

Vide

Vide Livium libr. 2. decad. 1. Vide & infrà in dictione. Horatius.

Cocynthum, κόκυνθον, Italiæ promontorium longissimum, Plin. 3. cap. 10.

Cocytus, κωκυτὸς, pen. longa infernalis fluvius, dictus à luctu; κωκύειν enim lugere est. Virgil. 6. Æneid. Vide in prima parte: Hellisch Wasser.

Cocytia, κωκυτία, erant sacra, quæ in honorem Proserpinæ à Plutone raptæ fiebant.

Cadanonia, Vide suprà, Seelandt.

Codanus, ingens super Albim fluvium (ut jam indicatum) sinus, magnis parvisque insulis refertus in Germania. Der Sundt.

Codrus, κόδρος, alius antiquissimus rex Atticæ fuit, alius quispiam hoc nomine pauperrimus, de quo Juven.

Tota domus Codri rheda
componitur una.

Hinc proverbia illa.

Codro antiquior.
Codro pauperior.

Codrus tertius, Atheniensium dux fuit, pro patria non timidus mori, quemadmodum Horatius dixit 3. carm. Od. 19. Meminit hujus & Virgil. eclog. 9.

Incipe Mopse prior, si qu
aut Phillidis igne
Aut Alconis habet la
aut jurgia Codri.

Dicit Poeta jurgia C... Quia cùm bellum es... tum inter Lacones & ... nienses, respondisset ... culum, illos posse vi... quorum dux in bello ... ret. Codrus sumta ... & familiari veste juxt... stilia castra jurgio ... ita lacessivit, ut incol... necaretur, atque hoc ... victoria penes suos ... Vide Justin. lib. 2. & ... 1. Tusculan.

POETICE. Poster...
Codrus:

Fortis, Magnanimus ...
jus maximus ardor ...
cives. Qui hosti se ...
pro suis.

Cœle, alio nomine Syria ... Cœlesyria, vel Cœl... κοίλη συρία, id est, Ca... ria dicta. Tota est reg... tra Seleucidem, in ... ptum & Arabiam rec... sed proprie, quæ L... terminatur & Antil... Nomen sortita est à ... vitate, quam Græci ... τητα nominant. Popu... tem nominantur Græ... λόσυροι.

Cœlus, κοῖλος, por... Thraciæ, de quo M... bro 2.

cembra, Gedrosiæ urbs Ptolem. hodie Cambria, seu Gambaia, regni caput.

cœnœum, vide suprà Laudenburg.

Coeos, vide Cea.

Cœus, κοῖος, nomen Gigantis, Titani & Terræ filij, de quo Virgil. 1. Georg.

Cœumq; Iapetumq; creat, sævumq; Typhœa.

Cogamus, fluvius Lydiæ. Plin. lib.5.cap.29.

Colaicum, promontorium insulæ Taprobanæ, Plin.

Colchis, idos, κολχίς, & Colchos, item Colchi, orum, κόλχοι, regio est Asiæ juxta Pontum, in qua Caucasi iuga ad Riphæos rorquentur montes, altero latere in Euxinum, & Mœotin devexa, altero in Caspium seu in Hircanum mare. In ea est Phasis amnis. Regnum fuit Æetæ oatris Medeæ. Unde non rarò etiam pro Media Colchis accipitur, apud Poetas. Horat.

Nec impudica Colchis intulit pedem.

In Epod. Colchi sunt populi ipsi, veneficij maximi autores, & Medeæ ac Jasonis, fabularumq; involucris nobiles, habent ab ortu Iberiam & Albaniam usque in Caspium. Vadian. ex Ptolem. Apud Valerium gens Colchis, pro gente Colchorum reperitur. Colchus, qui ex Colcho est. Hor. in arte:

Colchus an Assyrius?

Domus Colcha apud Ovid. 3. Fastor; Colchicus adject. aliud. Horat. 2. carm. ode. 13. Venena Colchica. Et Colchiacus, a, um, ut, Propert.

Colchis Colchiacis urat anhela focis.

POETICE.

Reg.

Colcha littora. Manus Colcha. Regna beata. Terra Phasiaca. Patria Phasidis. Ponti qua plaga læva jacet.

Colchos:

Ultima Ponti. Petita Graiis viris.

POETICE. Populi.

Colchi:

Sævi, Truces, Feroces, Algentes, Impii, Phryxæi, Ææi.

Colidos, brev. pen. Veneri sacra insula est in Indico Oceano, quam scribunt altitudinis esse tantæ, ut aves illuc non advolent.

Collatia, κολλατία, oppidum prope Romam, à quo porta Romæ Collatina appellata fuit, quæ & Pintianæ nomen habuit. Collatia dicta fuit, eò, quòd ibi aliarum civitatum opes fuerint collatæ. Fieri tamen potest, ut Albani eam fundârint, Tar-

quinius auxerit, Autor Servius enarrans illud Virgilij 6. Æneid.

Hic tibi Nomentum, &c.

Vide & Festum, Plautus in Curcul. Collatinum ventrem, magnum & turgidum dixit, quia omnia in eum edulia congerantur.

Collina, æ, porta Romæ eadem, quæ & Quirinalis, Hodiè porta Salaria est. Juvenal.

Stantes Collina in turre mariti, &c.

Colocaurum, urbs Germaniæ Ptolem.

Colophon, κολοφὼν, brev. pen. latinè altum significat, quo nomine dicta est insula, de qua Horat lib. Epist.

Quid tibi visa Chios Bullati notaq; Lesbos?
Smyrna quod & Colophon?

Est & urbs Joniæ Apollinis oraculo celebris. Hinc Colophonij incolæ, qui, quia teste Strabone, navalib. olim abundarunt copijs, tum equestribus usque adeò præcelluerunt, ut, ubicunque gentium bellum gereretur, quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur, locutio inde proverbialis est: Colophonem addere. Pro summam rei manum imponere, aut id adhibere, sine quo

negocium confici non
est. **Ein ding zum**
bringen Hinc & Colo
nius, a, um, adject. ut, C
phonium aurum, id est,
mum. Tale enim apud
lophonios fieri solet.

Colophonia ferocia.

Κολοφώνεια ὕβρις, proverb
ter, de jis dicitur, qui cir
veniunt & affligunt
qui fortunæ sunt tenu
vel de ijs, quibus ferocia
perniciem creat. Colo
nij enim arrogantes sun
insolentes.

Colopiani, populi Pann
Plin.

Colorbasus, hæretici, no
qui in septem siderib
mnium hominum v
consistere affirmabat.

Colosse sive Colossis, &
lossæ, arum, prim.
κολόσσαι urbs in mino
sia, ad confluentem Ly
Meandri sita, vicina
diceæ, cujus mentio fit
Xenophontem libr. 1.
Pagina 244. Herodot.
7. pagin. 206. Hinc C
senses, urbis incolæ, Pa
pistola celebres.

Colpe, κόλπη, regionis J
urbs Plin.

Colubiæ populi, qui inte
dicas gentes à Plinio
runtur lib 6. cap. 19.

Colubraria Græcis Op
sa, vulgò Dragonera,
la maris mediterranei

imis ijsq; maleficis serpen-
ibus scatens, Unde & inha-
itabilis. Pompon. Mel. lib.
. Plin. lib. 3. cap. 5.
umella, Lucius, Junius,
Modetarus, Columella, tàm
ersu; quàm prosa de agri-
ultura scripsit.
umna, urbs regia in Brutio.
omp. Mel. lib. 2.
nagena, κομαγηνὴ, long.
enult. pars est Syriæ, juxta
manum & Ciliciam, in
ua aruspices claruerunt.
uvenal.

Tractato Armenius vel Co-
magenus aruspex.

nari, populi Asiæ super
cythas, Scytharumq; de-
rta ac super Caspium si-
um, Pomp. Mel. lib. 1.
nata Gallia: Vide infra.
Gallia.
nenses, Galliæ Cisalpinæ
opuli dicti à Como, Plin.
omum verò ad Latium
cum est.
nmone, insula est urbi E-
heso adjacens. Plin.
npitalia, orum, festivitates
el feriæ, quæ in compitis
eragebantur post calendas
anuarias Feldtäntze/Lo-
ketäntze. Compita verò,
utore Servio, idem sunt,
uod quadrima, Creutzwe-
ge. Persius:

Deducit trepidas ramosa
in compita mentes.

Dies ipsi earum festivitatum

Compitalitij, dicebantur, Ludi compitalitij, apud Ciceron, in Pison, Et compitalitia substant: apud eundem ibidem.

Complutenses, populi Hispaniæ, ab urbe Compluto appellati, Plin, libr. 3. cap. 3. vulgò Alcana de Hancres.

Compsani, populi Hirpinorum in Italia, Plin.

Comum, κῶμον, Italicè Como. Germ. Chum in Italië am See gelegen. Galliæ Cisalpinæ urbs, juxta Larium umlacrum, Mediocris primùm fuit Colonia trans Padum, sed aucta est postea à Scipione, Pompeio & Cæsare. Dicitur etiam Novocomum. Atque inde Novocomenses, qui antea Comenses dicebantur, incolæ.

Concordia, Italiæ urbs, Camorum, Plin. libr. 3. cap. 1. vulgò concordia.

Concubienses, Umbriæ sunt populi in Italia, Plin.

Condatæ, urbs Rhedonum in Gallia. Ptol. creditur esse eadem cum illa, quam hodiè vocant. Renes en bretaigne.

Condigramma, oppidum Carmaniæ, Plin.

Cone, insula est ad ostium Istri, Lucan. lib. 3.

Et barbara Cone
Sarmaticas ubi perdit a-
quas, &c.

Conibrica, vulgò Ceymbra, oppidum Lusitaniæ, Plin.

Congœdus, juxta Bilbilim est amnis, qui per agri planiciem fluens, exiguum efficit lacum, tepentibus aquis, qui in Bilbilim erumpit, Perottus.

Conon, onis, pen. in genitivo prod. κόνων, dux Atheniensis fuit egregius tempore Lysandri Lacedæmonij, qui Lacedæmoniis superatis patriæ libertatem restituit, de quo Plutarch. Alius fuit Conon Mathematicus insignis, cujus meminit. Virg. eclog.3.

In medio duo signa Conon
& quis fuit alter?

Vide superius in dictione Berenice.

Cononienses, Narbonensis provinciæ populi, Plin.

Consaburenses, Hispaniæ citerioris populi, Plin.

Consentia, vulgò Consenza in Calabria, Brutiorum urbs Plin.

Consilinum, oppidum Italiæ vicinum Tarento.

Consoranni, Galliæ Aquitanicæ populi, Plin.

Constantia, κονσάντεια urbs ad Rhenum, Vide Gannodurum.

Constantinopolis Vide suprà, **Constantinopel.**

Consuanetes, inter Alpinas gentes, Plinio numerantur lib.3.cap.20.

Consus, Deus consiliorum o-lim dicebatur, cujus memi-nit Ovid.lib.3.Fastor.

Festa para Conso, &c.

Hinc Consualia festa, qu[...] in Dei hujus honorem ce[...] brabantur.

Contestantia, oppidum ci[...] oris Hispaniæ Plin.

Coon, ontis, κόων, Homer. [...] 11. Ili. primogenitus fil[...] Antenoris, qui cùm I[...] damantis fratris mor[...] ab Agamemnone illa[...] vindicare vellet me[...] Agamemnonis manum [...] brer cubitum lancea, tra[...] fixit, ob quam rem indi[...] tus eum confodit, moribu[...] doque caput supra co[...] fratris præcidit.

Coos, Coum, sive Cos, C[...] Κοως, κῶς, insula in Aeg[...] seu, ut alij, in Icario Rh[...] vicina, optimo celebri[...] no. Est & urbs eodem [...] mine. Cous adject. pri. [...] Ovid. de arte.

Si Venerem Cous nunqu[...]
pinxisset Apelles.

Et ibidem rursus.

Sive erit in Tyriis, Ty[...]
laudabis amictus,
Sive erit in Cois, Coa de[...]
puta.

Tenuissimæ enim apud [...] um insulam fiebant ve[...] ad ornamentum fœmi[...] rum. Sed in primitivo C[...] pri[...]

prima corripitur. In Coi suburbano templum fuit insigne & opulentum Æsculapij.

opæ arum, κῶπαι, oppidum Bœotiæ, Plin.

ophantus, apud Bactros Indiæ populos mons est semper ardeus, Plinius libr. 2. cap. 106.

phes, fluvius celeberrimus Asiæ in India, Pompon. libro. 3.

optus, κόπτος, urbs fuit Aegyptijs & Arabibus communis, & mercium emporium insigne vergens ad mare rubrum. Juvenal. Satyr. 15.

Gesta super calidæ referemus mœnia Copti.

oralli, populi immanes regionis Ponticæ, Ovid. lib. 4. de Ponto.

Hic mea cui reticem, flavis nisi scripta Corallis?

oras, Vide suprà Catillus.

orasmi, Asiatici sunt populi Herodot. lib. 2.

orax, acis vel racos, κόραξ, Rhetor Siculus antiquissimus, qui Aristotele autore, dicendi artem & præcepta primus conscripsit, de quo Cicero in Bruto, & lib. 1. de Oratore. Est & Corax montis nomen in Sarmatia Europæ. Ptol. Est item Corax fluvius in Caucaseis montibus originem habens. Fuit & Corax sive Coras, qui oppidum Tybur in italia cùm fratre constituit. Autor Servius apud Virgil. in illo Æneid.

Tu geminis fratres Tyburtia.

Constat etiam Archilochum interfectum fuisse in bello à quodam, cui nomen erat Corax.

Corazi, κοραξοὶ, populi regionis Colchidis, Plin. libr. 6. cap. 5.

Coraxicus, mons, Ptolomæo Corax dicitur, κοραξικὸς, Tauri montis pars est, Plin.

Corcyra, Vide suprà, **Corfun.**

Cordilio, Philosophus fuit, Stoicus Pergamenus tantæ severitatis, ut omnium regum, ac principum amicitias sperneret. Quem tamē Cato Uticensis in Macedoniam cum exercitu missus, exoratum in castra sua duxit. Volaterr.

Corduba, penul. brev. κορδύβη, vulgò Cordova, Bœticæ urbs est Hispaniæ clarissima utriusq; Senecæ & Lucani patria, Romanorum quōdam colonia fuit, Osio episcopo Constantini Magni tempore celebris. Martial. lib. 1.

Duosq; Senecas unumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Hinc Cordubensis.

POETICE.

Corduba:

Dives, Docta, Facunda, Fœcunda, Placidam Bethin amans. Genitrix præstantum virorum.

Cordus, inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur. Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, de quo Tranquillus in Caligula. Fuit & Cordus historicus, qui vitas Imperatorum scripsit, de quo Capitolinus.

Coresia Helladis, id est, Græciæ insula. Plinius libro 4 cap. 12.

Corsinienses, populi Pelignorum, Plin.

Coricæ, duæ sunt insulæ ante Peloponnesum, Plin.

Corinium, κορίνιον, Dalmaciæ urbs Ptol. Est & Corinium urbs Britanniæ, eodem autore, aliàs Claudiana claustra, hodiè Claudiocestria.

Corinna, κόριννα, nomen mulieris. Fuêre autem tres hoc nomine, prima Thebana Lyrica, quæ libros & Epigrammata scripsit. Secunda fuit Thesbia, veterum monumẽtis plurimum celebrata. Tertia Ovidio fuit charissima, cujus temporibus emicuit, de qua Martial.

Norat Nasonem sola Corinna suum.

Et Stroz.

Vivit Pelignis nota Corinna sonis

Corinnus κόριννος Iliensis, ante Homerum iliada scripsit belli Trojani tempore, a quo Homerus putatur omnem hausisse sui operis materiam. Suid.

Corinthus, κόρινθος, priv. br. aliàs Corcyra. Achaiæ metropolis, quam Græciæ oculus Lucius Florus, & totius Græciæ lumen Cicero dixit in oratione Pompeiana; urbs fuit locupletissima, emporium commodo situ loco, inter duo maria, Ionium & Ægeum, unde mercatores ex plurimis regionibus frequentes convenire consueverunt. Arcem habuit editam, quam Acrocorinthum veteri nomine dixerunt. Vide Pomp. Mel. libr. 2 capit. 2 Virgil. 6. Æneid. Difficilis verò, nec satis tutus Suida teste, in Corinthum cum portum nautis est appulsus. Unde & adagium natum:

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς.

Id est:

Non est cujusvis Corinthum appetere.

De rebus arduis, aditúque periculosis, quasque non sit cujuslibet hominis affectare.

te. A quo fortasse non alienum Germanicum illud. **Wir können nicht alle Doctores werden.** Corinthiari (κορινθιάζεσθαι.) verò olim vulgato joco dicebantur ij, qui scortationib. ac lustris indulgerent, vel qui lenocinium exercerent, Sumtum est à meretricibus Corinthiensibus, Porrò apud Corinthum antiquitus homines ex fungis nati feruntur ob primævos incolas illius loci stultos & fatvos. Fungi n. proverbiali locutione stolidi & stulti dicuntur. Meminit O. vid. 7. Metam.

Corpora vulgârunt pluvialibus edita fungis.

Hodiè hæc urbs coranto dicitur, & Turcis paret, à quibus expugnata est anno à nato christo 1458.

POETICE.

corinthus.

Graia, Alta, Vetus, Uncta, Ephiræa, Prisca, Superciliosa, clara, Nobilis, Bimaris, Pyrenis. Nobilis ære. Opibus superba. Duobus cincta mœnibus. Solo nomine nunc clara.

Hinc corinthij incolæ, qui teste Strabone, opibus & artibus egregiis præcelluerunt, ad quos etiam Paulus aliquot scripsit epistolas. Item corinthius, ut vasa Corinthia, preciosa & ex ære elegantia proverbialiter dicebantur. Claruit enim Corinthus ære laudatissimo, & Corinthiacus, ut terra Corinthiaea, pontus Corinthiacus.

Coriolanus, long. pen. vir fuit illustris Romanus, alter Themistocles Ciceroni, qui ejus meminit inter claros Oratores, & in Lælio, ubi viginti Coriolanum annis ante Themistoclem celebrē fuisse indicat.

Corioli, κοριόλλα, Steph. oppidum in Latio. Hinc Coriolani incolæ, Plin. libro 3. cap. 4.

Coritus, Hetruriæ oppidum, sub parvo colle ejusdem nominis positum, conditumq; à Corito rege, Virgilius 7. Æneid.

Cornelia, κορνηλία, Romana fuit matrona, Aphricani majoris filia, Sēpronij Gracchi uxor, Tiberij & caij Gracchi mater, quos in benè dicendi arte, quā illa plurimum valebat, ipsa instituit.

cornelius, Romæ plurimi fuerunt hoc nomine, cornelius cossus, Tribunus militum de quo Livius libr. 1. Cornelius Asina, de quo Macr. libr. 1. Satur. cap. 6. cornelius centimalus consul, cornelius Merula consul. Cornelius Balbus, genene

Calidanus, quem Cicero defendit. Vide ejus orationem. Cornelius Nepos vitas scripsit illustrium virorum, sed de quibus vita tantùm Pomponij Attici hodiè reliqua est. Cornelius Gallus, poeta eximius ex Virgilij Bucolicis notus, cujus fragmenta adhuc extant. Hic cum in Octavij, cujus antè amicus fuerat, conjurationis suspicione odium incurrisset, violentas sibi manus intulit, de quo Ovid.lib.3.Eleg.

Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.

Alius fuit Cornelius Severus Poeta Epicus, cujus Quintil.meminit lib.1.

Cornificius, Poeta fuit lepido & eleganti ingenio, qui Epigrammata scripsit. Habuit & Cornificiam sororem, cujus carmina laudantur. Cornificius alter amicus paternus & collega fuit Ciceronis, cujus ad eum multæ extant epistolæ.

Cornutns, κορνοῦτος, Leptites genere, Romæ sub Nerone floruit, cujus scripta non pauca, & in Philosophia & Rhetorica feruntur. Interfectus tandem fuit unà cum Musonio Philosopho â Nerone. Fuit & cornutus prætor urbanus Romæ Ciceronis temporibus, de quo lib. epist.10.& ad Atticum l. 1.epist.9.

Corœbus, κόροιβος, vide su rius in dictione Chorœb

Coronæus, κορωναῖος, Ach sinus, ab ejusdem regio oppido Corone appella Plin.lib.4.cap.5.

Corone, vel Corona, Strab ni, κορώνη, Achaiæ oppidu à quo Coronæus sinus κόλπ κορωναῖος, vulgò Golfo Coron, qui & Messeniac dicitur.

Coronea, κορώνεια, oppidu Bœotiæ, Plin.lib.4.cap.7

Coronis, dos, κορωνίς, nympha fuit Phlegiæ, vel, ut a volunt, Leucippi filia, qu ob formæ elegantiam a Apolline adamata, & ab e dem etiam vitiata Æscul pium enixa est, postea ve quod cùm Elati filio, cui Ischis nomen fuerat, conc buisset, ab Apolline sagitt confossa est. Vide suprà, c Æsculapio. Vocata aliâs fu Arsinoe. Ovid. 2. Metam.

Pulchrior in tota, quàm
Larissæa Coronis
Non fuit Æmonia.

Extincta autem Coronis e peste; atq; inde est, quod te lo interemta fingitur ab A polline. Solares enim radi sagittis assimulantur, & ni mio ejus fervore aer in terdum pestilens redditur. Quare Homerus etiam fingit

git, interemti ab Apolline. qui pestis contagio extinguuntur. Monemur autem exemplo hoc Apollinis, ne proditoribus statim credamus, neve ex animi impotentia quicquam faciamus, cujus postea nos pœniteat.

rpilli, Thraciæ sunt populi Plin.

rsica, brev. pen. Gallis & Italis Corsega, insula est in mari Ligustico, inter Italiam & Sardiniam, sic dicta Corsa muliere, cujus taurus cum ex continenti insulam tranasset, nomen, quod habet, retulit. A Græcis Cyrnos, κύρνος, vocatur à Cyrno, Herculis filio, cum antea Teraphne nominaretur. Terra ejus aspera est, in multis locis inaccessibilis. Celebris est propter optimum, quòd in ea crescit, vinum. Athenæus scribit, incolas Corsicæ μακροβίους esse, quod mellis cibo, quo abundant, assiduè vescantur. Quod mirari quis potest, cum ejus insulæ mel, ob taxi copiam: venenatum sit quemadmodum Ovid. testatur elegi I.

Molle sub infami Corsica mittit apis:

Hinc Corsicus, a, um, adject. ut, mare Corsicum, vina Corsica, & Corsicanus aliud, ut, Mella Corsicana, quæ amara sunt & venenata, ut indicavimus.

Cortyna seu Gortyna portus, βόρτος, Steph. & Gortinia, γόρτυνα, Straboni, urbs est Cretæ insulæ, à qua Cortinia tela Silius dixit, & Cortiniam vestem pro venatoria Claud. Est alius & Cortina, vas æneum vel plumpeum, **Ein Pfanne/ Kessel.** Virgil. pro tripode Apollinis posuisse videtur, lib. 6. Æneid.

Neq; te Phœbi Cortina fefellit.

Coruntanus, primus de plebe pontifex Max. factus, teste Livi. Ejus meminit Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices, & peritissimũ fuisse pontificem dicit. Fuit & alius hujus nominis, qui adversus Amilcarem Barcham in Siciliam missus est, de quo Polyb.

Corus, Vide in priori parte: **Westwind.**

Corybantes κορύβαντες, Cybeles ministri fuerunt, Jovis adhuc infantuli custodes, de quibus plura in dictione Curetes. Virgil. 3. Æneid. Corybantia æra dixit. **Das klingen mit den Cymbalē der schwermenden Priester.** Claudianus casu singulari usus est Corybas.

POETICE:

Sordidus chorus Coribantũ ab Idæo prodiens antro.

Corybantes:

Clamoſi, Cibeleij, Truces, Armigeri, Idæi. Quibus tympana ſonant. Saltantes & cantantes, Cymbala pulſantes, Sacro correpti furore. Geminantes acuta æra. Tympana moventes ſub Idæ colle.

Corycæi, Exploratores dicuntur. Tota enim montis Aſiatici, ſeu (ut alij volunt) promontorij in Creta præterna vigatio referta fuit latronibus, qui per portus diſperſi furtim mercatores accedebant & quid rerum ferrent, quòq; navigarent, ſubauſcultabant. Poſtea illis diſcedentibus, adoriebantur illos, ac diripiebant. Atq; hinc omnes curiosè ſe creta auſcultantes Corycæi (κορυκαῖοι) dicuntur.

Corycus, corr. penul. κώρυκος, mons & oppidum item portus & ſpecus Ciliciæ croco nobiliſſima. Horat. libro 2. ſerm. Satyr. 4.

Corycioq; croco ſparſim ſtetit inſuper addes, &c.

Chorycides Muſæ vel ab antro Corycio in Parnaſſo, vel à nympha Corycia. Ovi. 2. Metam.

Corydon, κορυδὼν, paſtor Theocrito & Virgilio per quem apud hunc ipſe autor intelligitur.

Coryneta, κορυνήτης, filius

Vulcani latro famoſiſſin qui juxta Epidaurum c quadam Coryna dicta h tes interfecit. Unde & ſibi nominis ſumſit: an enim Periphatum vocat ſcribunt. Hic à Theſeo teremtus eſt.

Corythus, pen. corr. κόρυθ vulgò Cordona Thuſciæ pidum prope Aretum; parvo ejuſdem nominis c le, Virg. 10. Æneid.

Venerat antiquis Coryti finibus Acron.

Corytus, penult. prod. rep torium arcus eſt, & int dũ ſagittarũ, Köcher / d ein man den Boden le Legitur & Choritus.

Cos, Κῶς, ſive Coos, ſive (um, ſive Co, Κῶ, inſula in mari Ægæò, ex Cycla bus una, ſuave proter vinum, quam, ut ſcribit Hercules olim diripuit, regem Eurypylum, Nept filium unà cum conjug liberis interemit, eò qu reverſum ipſum à vaſtat ne Trojæ & Laomedon eoque tempeſtate appulſ & impeditum ab urbe hoſpitio prohiberent. Si qui tenuiſſimas ibi veſ fieri dicant, Unde Ovid. Arte:

Sive eris in Tyriis, Tyr laudabis amictus,

S

*Sive eris in Cois, Coa dece-
re puta.*
Hinc Cous,a,um,κῷος,Ion.
pen. denominat. Unde
Hippocrates & Apelles Coi
dicti sunt, cum ibi nati scri-
bantur. Ovid.
*Venerem Cous nunquam
pinxisset Apelles.*
ssa,Orbitellum hodiè, oppi-
dum Umbriæ,Plin.
ssyra,med. long. κοσσύρα vel
Cosura, maris mediterranei
insula est prope Africam
cui Gaulus vicina est &
Melite. Plin. libr.5. Ovid.3.
Fastor.
*rtilis est Melite,sterili vici-
na Cosyræ.*
otiso,rex fuit Dacorum, cu-
jus exercitus cum Pannoni-
as invasisset, à Cornelio
Lentulo duce Augusti Cæ-
saris victus est. Volaterr.
otta,æ, orator fuit insignis,
cujus plurimam facit men-
tionem Cicero in libris de
Oratore, & in Bruto. Fue-
runt eodem tempore & alij
Cottæ duo. Unus contra
Mitrydatem sinistro Marte
pugnavit, Syllam Cæsari re-
conciliavit. Alter legatus
Cæsaris in Gallia insidiis
circumventus ab Ambiori-
gis ducis exercitu interem-
tus est, Pædian.
Cotys,κότυς, Rex Thracum,
qui à Pompeianis stetit par-
tibus, de quo Plutarch. in
apophthegmatis.
Cous,vel Coos, κῷος, Vide in
dictione Cos.
Cragus, κράγος, mons Lyciæ
Apollini sacer. Ovid. lib.9.
*Iam Cracon & Lymiræ xan-
tique reliquerat undas.*
Horat. lib. 1. carmin.
Sylvis aut viridis Cragi.
Cranaus,κραναὸς, rex Athena-
rum fuit & Cecropis suc-
cessor, à quo Athenienses di-
cuntur Cranai.
Craneus,κρανεὺς, primus Rex
Macedonum, cujus succes-
sores usque ad Alexandrum
viri 37. annis ferè quingen-
tis numerantur. Volaterr.
lib.13.
Crantor, oris,κράντωρ Solensis
fuit, Xenocratis auditor, &
admirator Homeri & Euri-
pidis ob eam virtutem,
quòd uterq; tragicè, & cum
affectu misericordiæ scribe-
ret, τραγικῶς ἅμα καὶ συμ-
παθῶς. Acerrime inveheba-
tur in Stoicos, ἀπάθειαν, i.e.
indolentiam eorum taxans,
quòd ea nullo modo esse
possit, nisi hominem saxe-
um esse velimus, omnisque
sensus expertem. Horat. lib.
1. epist.
*Quicquid sit pulcrū quid tur-
pe, quid utile, quid non
Plenius & melius Chrysippo
& Cantore dicit.*
Alius fuit hoc nomine Pe-
lei armiger, de quo Ovid.

12. Metam.

Crassus, P. Licinius Crassus Pontifex Max. fuit Romæ. Filium habuit alterum L. Crassum oratorem, quem cum Antonio disputantem Cicero introducit in libris suis de oratore. Elegantissimè verò in Bruto eundem comparat cum Antonio eodem & Scævola, mortemq; ejus multis deplorat verbis in exordio lib. 3. de Oratore. Alterum filium habuit P. Crassum juris peritissimum. Cujus filius M. Crassus Romanorum ditissimus, unde & cognomentum divitis ei additum est, cujus opulentia in proverbium abijt: *Crasso ditior.* Dicere is consuevit: Neminem esse divitem, nisi qui fructibus aut reditibus suis exercitum alere posset. Sed ubi opibus suis minimè contentus Parthicum etiam somniaret aurum, & in gravescente jam ætate, & summa autoritate constitutus, eò avaritia sua impelleretur, ut contra Parthos arma susciperet, in Parthia cum toto suo exercitu, ita ut vix nuncius relictus esset, perijt. Parthi verò ut tantæ ejus avaritiæ illuderent, liquidum aurum in extincti jam os infuderunt his additis verbis:

Bibat nunc sanè aurum istud quod vivens admodum sitiit.

Dictus idem fuit teste L[illegible] lio apud Ciceronem, A[illegible] lastus (ἀγέλαστος) quod se[illegible] mel tantùm in vita, ri[illegible] Hujus rursus filius Cic[illegible] nis discipulus fuit, cuju[illegible] Bruto Cicero memin[illegible]it legatus Cæsaris in b[illegible] Gallico in Cæsarianis [illegible] dem partibus adolescens [illegible] cubuit.

Crassitius, genere Surrenti[illegible] ordinis Libertini cogno[illegible] ne Pasides, Romæ lud[illegible] Grammaticæ aperuit, c[illegible] cuitq; inter alios Julianu[illegible] Antonium, Antonij T[illegible] um viri filium, Autor Tra[illegible] quillus.

Cratæus, Scyllæ mater fuit, [illegible] quidam volunt. Virgil. Cyr.

Ipsi seu Lamiæ mater sit, si[illegible]
Cratæus.

Craterus, penul. lon. Macedo[illegible] comitibus Alexandri, à qu[illegible] etiam res ejus gestæ fui[illegible] scriptæ, Plutarch.

Crates, etis, κράτης, Philoso[illegible] phus fuit Thebanus, Cyni[illegible] cus, Diogenis discipulus, qu[illegible] pecunias suas omnes proje[illegible] cit in mare, ut liberius phi[illegible] losopharetur, quemadmo[illegible] dum Philostratus tradidit sed rem aliter enarrant Suidas & Laertius. Possibile non esse dixit inveniri, qui lapsus nunquam fuisset ἀδύνατον ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, Laert. Crates alius Athenien-

fis.

fuit. Poeta Comicus sive
omericus cognominatus,
ammaticus fuit qui Gram
aticæ studium primus Ro-
am intulit. Scripsit in I-
ta, & odysseam Homeri
bros 9. commentariorum,
id.
his, idis, κρᾶθις, fluvius A-
aiæ & Calabriæ, qui teste
rabone, multis medetur
orbis. Hujus etiam aquis
cora albescere, & capillos
vescere scribunt. Ovid. 25
etam.

his, & hinc sybaris no
ris conterminus oris
ro similes faciunt, auró-
ue capillos.

anc & lapidosum esse ait
r. 3. Fastor.

rope piscosos lapidosi Cra-
idis amnes
us ager.

nus, κρατῖνος, Athenien-
Poeta. Veteris comœdiæ
iptor vinosus & puero-
m amator. Horat. libr. I.
ist.

o si credis, Mecœnas do-
e, Cratino
a placere diu, nec vivere
rmina possunt,
e scribuntur aquæ potori-
us.

inc & Proverbium:

est Dithyrambus, si bibat
quam.

Cratippus, κράτιππος, Athe-
niensis Philosophus, præce-
ptor filij Ciceronis, ut est
in proœmio librorum de of-
ficiis.

Cratylus, κράτυλος, Philoso-
phus alius Atheniensis, di-
scipulus Heracliti & Plato-
nis, mortuo Socrate, præ-
ceptor.

Cremera, pen. bre. κρέμερα, flu-
vius est Italiæ ubi trecenti
& sex Fabij pugnantes à
Vejentibus occisi sunt. O-
vid. 2. Fastor.

Vt celeri passu Cremeram te-
nuere capacem
Turbidus hybernis ille fluebat
aquis.

Cremona, pen. prod. κρεμῶνα
Italiæ civitas, Pado pro-
pinqua, nota ex Virgilij
eclog. 9.

Mantua væ misera nimium
vicina Cremonæ.

Conqueritur Poeta, quòd
nimium propinqua fuerit
Cremonæ Mantua. Quia
cùm cives Cremonæ contra
Augustum unà cum Anto-
nio sensissent, Cæsar victor
veteranis suis eorum agros
dedit, qui cum non suffecis-
sent, acceperunt etiam vici-
norum agros, ut Mantuano-
rum, &c.

POETICE.

Malè tuta mœnia Cremo-
næ.
Arva divitis Cremonæ.

Cul-

Cultiſſima rura frumenti-
feræ Cremonæ.

Cremona:

Turrigera, Turrita, Dives,
Pulcra, culta, armipotens,
Propinqua Mantuæ, juncta
Eridani vadis.

Cremmyon, κρεμμύων, oppidum non procul à Corintho, juxta quod Theſeus ſuem, quæ omnes agros devaſtabat, occidit. Ovid. lib. 7.

Quodq; ſuem ſecurus arat Cremyona colonus, &c.

Ubi alterum, m, verſus gratia à Poeta eſt eliſum. Eſt etiam urbs Lybiæ, à quo Cremmonius derivatur.

Creon, ontis, κρέων, Rex Corinthiorum, Creuſam filiam Jaſoni in Matrimoniū Medea repulſa dedit. Creon alter rex Thebanorum filiam ſuam Megaram Herculi junxit. Vide tragœdias Senecæ Medeam & Herculem furentem. Creon item Lesbi inſulæ mons eſt. Plin.

Creontiades filius Herculis ex Megara filia Creontis Thebani, ut eſt autor Homerus in odyſſ.

Creophilus, pen. brev. κρεόφιλος. Samius fuit, Homeri hoſpes, de quo Strabo libr. 14.

Crepſa, Ptolemæo urbs Liburniæ, Crexa dicta Plin.

Creſſa, κρῆσσα, portus eſt Cariæ contra Rhodum inſulam, Plin. Hinc Creſſæus, a um.

Creſſæa, Herodot. lib. 7 ... Pallenæ vicina ac Th... ſinui contermina.

Creſeis, nymphæ mari... men, â fontibus dictæ... enim fons dicitur. ... tus.

Creſton, κρήστων, oppidu... quo Herodot. libr. 1. S... no urbs eſt Thraciæ, ... Creſtoneos vocant, au... ſtonios. aut Creſtona: ... & nomen regis Bithin... quo Juſtin. lib. 38.

Creta, æ, & Crete, es, ... inſula eſt in medio ... centum urbium fama ... unde & à Græcis ἑκατ... λις, dicitur. Hodiè C... dicitur, à montibus ej... ciduis, qui λδῦκοι, ... candidi dicuntur. Fer... optimi vini, quod Cre... ſive Malvaticum di... **Malvaſier oder Ala... tenwein.** Venetis ja... ret, qui tertio quoque ... ducem illuc mittunt & ... ſtituunt. Derivantur ... alia, ut, Cres, Cretis, ... tes, ut, Epimenides Cre... eſt, Cretenſis. Creſſa f... na, puella Creſſa. Sic ... ſius, Cretis, Creticus, & ... tenſis, e, κρῦς, κρηταῖος. ... adagium.

Cretiza cum Cretenſi.

πρὸς κρῆτα κρητίζειν, Id... Adverſus mendacem ... dacijs utere.

Sumtum à Cretenſium ...

nit

Cr

itate , de qua Epimenidis ersus:

τες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία,
γαστέρες ἀργοί.

Id est:

tenses semper mendaces,
malæ bestiæ, ventres pigri.

ecerunt, & cretensium mores locum hisce proverbiis: κρῆς τὸν κρῆτα , subaudiendum, provocat , vel fallere udet, vel simile aliquid. Et li: κρῆς πρὸς αἰγινήτην , id t, cretensis cum Ægyneta, bintelligendum , agit, de ribus improbis, qui mutu inter se fallaciis agunt. Ænetæ enim olim malè au erunt , in quos etiam oralum illud quidam editum tant. Neque tertij, neque arti.

POETICE.

essea regna.
nossiacum regnum.
nossia humus.
nossia castra.
ictæa rura.
uretis terra.

creta :

endax , clara , celebris, tens, Speciosa, Aeria, Mibia, cœrula , curetis , Ois. Urbibus inclyta centum. Potens centum oppis. clara mero. Latè innis cauris circumsona. uæ jacet medio ponto. uæ colit Dianam. Digeacentum per urbes. Terra superba nutrito Jove. Sustinens centum urbes. Colenda nutrito Jove. Nobilis centum urbibus. Superba suo Jove. Quæ tunditur fluctu multo. Jovis Insula. Jovis incunabula. Terra nognita puero Jovi. Tellus regnata justo Minoi.

Cretheus , Per duas syllab. ingenit, eos, κρηθεὺς, filius fuit Æoli Jovis filij, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æsonem genuit, Alcimedontem & Amythaonem , ut est apud Homer. lib. Iliad 3.

Crethon , & Orsilochus , filij fuere Dioclis. Hi una cum reliquis Græcorum Principibus ad Trojam profecti sunt ex Pheris civitate. Homer. lib. Iliad. 3.

Creusa, κρέουσα, Æneæ conjunx cui Ascanium filium peperit Virg. 2. Æneid.

Nos contra effusi lacrymis cõ-
junxq; Creusa.

Fuit & Creusa alia Creontis Corinthiorum regis filia, de qua Ovidius libr. 1. de arte , & in epistol. Vide Creon. De hac & Propertius lib. 2.

Aspice quid donis Eryphila in-
venit amaris
Arserit & quantis nupta Cre-
usa malis.

Medea enim ductæ ab Jasone Creusæ indignata scriniola ei quædam dono misit, quibus

quibus apertis flamma protinus exiit, quæ Creuſam tota cum regia combuſſit.

Creuſis, κρέουσις, oppidum partim Bœotiæ & Locrenſium, partim Ætolorum eſt. Vadian.

Crimiſſa, κρίμισσα, nomen urbis. Strab. lib. 6.

Criniſius, κρίνισος, Siciliæ fluvius eſt Oceani & Terræ filius, de quo ita fabulantur, Cùm Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro murorum Ilij extructione recuſaret, Neptunus indignatus Trojæ cete immiſit, ut eam vaſtaret. Conſultus Apollo ſiniſtra dedit reſponſa, puellas ſcilis belluæ eſſe obijciendas. Hippotes igitur nobilis Trojanus timens, ne & Ægiſtha filia ſua ceto, ut Heſiona exponeretur, navi eam impoſuit, ut potius ſe non vidente mergeretur fluctibus, quam coram devoraretur. Illa verò caſu in Siciliam delata Criniſio placuit, qui in canem ſive urſum mutatus eam oppreſſit, ex eoq; concubitu Aceſtem Siciliæ regem ſuſcepit. Virg. 3. Æneid.

Troja Criniſio conceptum flumine mater
Quem genuit, &c.

Criſa, κρίσα, oppidi nomen à Criſo Phoci filio conditi. Hinc Criſæus ſinus. Sunt &
aliæ nomine hoc appe[...]
urbes. Dicitur & Criſſa [...]
geminato.

Criſpus Saluſtius, Rom[...]
ducatus à puero literis [...]
buit. Ingenio fuit acri [...]
in ſtudiis accurato, C[...]
familiaris fuis, ſed Cic[...]
inimiciſſimus. Scripſi[...]
ſtoriam de conjura[...]
Catilinæ contra ſena[...]
de bello item Jugurth[...]
gis Numidiæ: Extat &[...]
tio ejus invectiva c[...]
Ciceronem, ut & Cice[...]
contra eum aliquot, ex[...]
bus, quantum odij [...]
utrumque & inimicitia[...]
fuerit, perſpicuum eſt [...]
pſit hiſtorias Romano[...]
& primus quidem, ſe[...]
quibus reliqui nihil h[...]
mus. Laudat divinam a[...]
inimitabilem ejus brev[...]
Quintilianus lib. 10. & [...]
lius ſubtilitatis brevi[...]
artificem ipſum vocat. [...]
Saluſtianus, a, um, ut, S[...]
ſtiana brevitas.

Critheis, κριθηΐς, filia fui[...]
tellis, quā poſt mortē M[...]
nis fratris tutelæ reli[...]
Hic autem cum puellam[...]
tiaſſet, gravidamq; feci[...]
atque ob id facti veretu[...]
famiam, Phœnio eam Sm[...]
næo Grammaticæ præce[...]
ri in matrimonium de[...]
Illa verò non multò p[...]
cùm in lavacra, quæ pr[...]
Meletum fluvium erāt, [...]
fici[...]

iciſceretur, Homerū juxta luvium peperit, obidque Meleſigenes appellatus eſt, qui poſtea, ut quidam vo-lunt, cœcus factus Homeri nomen accepit. Cumæi enim & Jones oculis captos Homeros, id eſt, itineris duci-bus egeant. Vide Plutarch. n vita Homeri.

tias, κριτίας, unus è trigin-a tyrannis Athenienſium, cujus Cicero libr. 2 & 3. de Oratore meminit.

to, κρίτων, Athenienſis fuit ocrati familiaris. Alius iſtoricus fuit, ſcripſitq́; res erſicas & Macedonicas, nd.

obulus, κριτόβουλος, medi-us fuit magni nominis, de io Plin. lib. 7. cap. 37.

olaus, pe. prod. κριτόλαος, thenienſis nobilis Peripa-ticus, cuius Cicero memi-t in 5. Tuſculana. Crito-us alter Achæorum dux orinthum evertit. Cic. lib. de natura Deorum.

ιμέτωπον, Criumetopon, eſt, arietis fons. Promon-orium eſt inſulæ Cretæ, ad ccidentem verſus Cyrenas, in. lib. 4. cap. 12.

cilus, paſtoris nomen apud heocritum.

codilon, ſive Crocodilorum ppidum, κροκοδείλων πόλις, ppidum Phœnices, non lon-è à Carmelo promontorio, lin. lib. 5. cap. 29.

Crocodilos, κροκόδειλος, Ci-liciæ mons eſt, Plin. lib. 5. c. 27. Crocodilus etiam ani-mal eſt ἀμφίβιον, horrendæ in Ægypto & India magni-tudinis, unguibus immani-bus, cuteque adeò invicta, ut ictus tormento quovis ada-ctus eludat atque repercuti-at quod, ut quidam ſcribunt, conſpecto procul homine lacrymas emittit, atq; eum mox devorat. Unde & pro-verbium natum: Κροκοδείλου δάκρυα, id eſt, Crocodyli la-crymæ, de ijs, qui ſeſe ſimu-lant graviter angi incom-modo cuiuſpiam, cui perni-ciem ipſi attulerint. Vide de Crocodilo Plin. libr. 8. cap. 25 Jul. Cæſar, Scaliger. libr. de ſubtilitate cap. 169 nu-mer. 5. 6. 7. item. cap. 182. nu-mer. 2. & Hadrian. Junium Emblemat. 19. in comment. Item in prima parte noſtra Crocodil.

Crocyllus, vir Athenienſis, cu-jus Plutarchus meminit.

Crœſus, κροῖσος, Lydorum rex ditiſſimus fuit, ita ut opulentia ejus proverbio locum fecerit: Crœſo ditior, de admodum divite. Hic ubi Solonem aliquandò ad ſe accerſitum interrogaſſet, utrum ſe feliciorem cogno-viſſet, unquam, ſapientiſ-ſimus vir reſpondit: Ne-minem ante extremum vi-tæ finem beatum eſſe vo-

candum

eandum. Hoc responsi tum quidem non tulit admodum patienter, sed paulò pòst à Cyro Persarum rege, cui aliquoties rebellasset, captus est, igniq; addictus. Cumque jam in rogo cremandus sederet, recordatus verborum Solonis, Cyro & aliis spectantibus, quam potuit, altissima voce exclamavit.

O Solon Solon

Interrogante Cyro, quid sibi vellet iste clamor, aut quis esset iste Solon: Respondit Crœsus: Solon vir sapientissimus olim me monuit, neminem ante obitũ beatum dicendum, quod jam experior. Hæc Cyrus audiens, cautior & ipse factus Crœsi periculo ejusque sortem miseratus; non solùm ab incendio eum liberavit, sed ad ultimum usq; diem in aula sua inter proceres & consiliarios eum habuit. Ex quo visus est Solon eadem oratione alterum servasse è regibus, cautiorem & prudentiorem alterum redidisse, Plutarch. in vita Solonis. Vide de eo, & Gellium lib. 5. cap. 9. Justin. lib. 1. Claudian. lib. 3. in Europ. Juvenal. Sat. 3. Ovid. 3. trist. eleg. 7. propert. lib. 3.

POETICE.

Crœsus:

Dives, Dis, Superbus, Ma-

gnus, Lydus. Cui magu
trimonia. Quem Cyru
peratum domuit. Cui ma-
gna opulentia. Quer
cũda vox Justi Solonis j
respicere ad spacia ult
longæ vitæ. Quem solio
lentem victoria Cyri fre
Regum ditissimus. Qu
ptus ab hoste vitam tuli

Cromma, oppidum Phal
nia, de quo flaccus lib.

Mox etiam Crommam,
jugo pallente Cytor

Crommyon, κρομμύον, urbs
lestinæ non procul ab A
lone. Item alia in Libi

Cronciades, unus ex præf
rioribus Herculis filiis,
Megara Creontis Th
norum regis filia. Perot

Croton, κρότων, sive Cro
prim. corr. vulgò Crat
urbs Italiæ in sinu Tare
no, Milone athleta me
rabilis & celebris, tum
genti numero Pythagor
rum, tum multitudine p
stantiam athletarum. U
& proverbium.

Qui Crotoniatarum po
mus est, is reliquorum Gr
corum primus est, natu
inde, quod in uno aliqu
dò certamine Olympi
victores omnes Croton
tæ fuerunt. Et vetus pr
verbium alterum: Κρό
νος ὑγιέστερον. Dere neq
qua

quam noxia , ſed undequaq́; ſalutifera, ortum inde, quòd ocus iſte ad ſalubritatem, & bonas corporis habitudines, propter athletarum multitudinem plurimũ cõ erat. Plurimos enim (ut jam indicatum) Olympionicas habuit. Item illud: μάταια τ᾽ ἄλλα παρὰ κρότωνα τ᾽ ἄστα. Id eſt, Nihil aliæ civitates ad Crotonem.

otopus, Argivorum rex fuit , ex cujus filia Pſamnate Apollo Linum ſuſcepit, qui patre matris Crotopiades nominatur. Ovid in Ibin.

uiq; Crotopiaden diripuére
Linum.

inos, pontus Thraciæ , ab quis ſalientibus, quæ κρȣ̃νοι unt Græris , appellatus, Pomp. lib. 2.

ıſtumerium , κρȣςωμερία, Steph. oppidum eſt in Latio, Albanorum colonia. Virg. 7. Æneid.

lea Cruſtumeriq; & turrigeræ Antemnæ.

Hinc gentile Cruſtumerinus.

uſtumium , vulgò Conciatio de Romana , Italiæ oppidum juxta Vicus , à quo pira Cruſtumina, ex gene roſiſſimorum genere, Plinio & Columedæ Virgil. Cruſtumia dixit 2. Geor.

uſtumiis, Syriisq; piris, gravibusq; Volernis.

Cr

Ubi Servius, Cruſtumia pira ſunt ex parte rubentia, ab oppido Cruſtumio nominata. Eſt & Cruſtumium flumen non longè ab Arimino urbe Italiæ, Lucanus lib. 2.

Cruſtumiuḿq; rapax , & junctus Sapis Iſauro.

Cetatus, κτέατος, Peloponneſius fuit , pater Amphimachi , unus è Græcorum ducibus, qui ad Trojam venerunt.

Cteſias, κτησίας , vel Tiſias orator Siculus, cujus & Coracis meminit Cicero. Fuit & hoc nomine medicus Cnidius Steph.

Cteſiphon, ontis, κτησιφῶν , Athenienſis fuit , quem Demoſthenes ab Æſchyne accuſatum defendit. Eſt & nomen architecti , qui templũ Dianæ Epheſiæ extruxiſſe traditur , quod poſtea ab Heroſtrato incenſum eſt, hac tantùm de cauſa, ut ob aliquod facinus nominaretur. Fuit & Cteſiphon vicus maximus prope Seleuciam, in quo Parthorum reges hyemabant.

Cteſippus, κτήσιππος, Chabriæ filius , in cujus moribus impuris & incultis corrigendis ſtudioſum admodum fuiſſe Phocionem Plutarchus teſtatur in vita Phocionis.

Cuma, κύμη, urbs in Locrensi agro, qui est Joniæ, Asiæ minoris, à qua Cumæa Sibylla, quam aliqui à vicinitate loci Erythræam vocarût. Hæc in Italiam profecta multa vaticinata est de Romanis.

Cumæ, arum, κύμαι, Lucaniæ civitas est in Italia, quam Sibyllæ illustrat divinitas cujus libris pro oraculo Romana usa est prudentia. Vadian. Silius singulariter extulit:

Linturnum, & quendam fatorum conscia Cuma?

Ut sit, Cume, es. Dictas autem Cumas Servius putavit, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, h.e ab undis seu fluctibus, quibus littus illud abundat. vel ab auspicio mulieris prægnantia, qua conspecta Chalcidenses prope Bajas urbem ibi condiderunt, ἔγκυον enim gravidam Græc dicunt. Hinc Cumæus, a, um. Virg. 3. Æneid.

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem.

Et Cumanus, ut, Vates Cumana, & asinus Cumanus vel apud Cumanos. ὄνος παρὰ κυμαίοις, Proverbialiter dicitur, & competit in eos, qui cùm inepti sint & ridiculi, apud ignotos tamen ipsa novitate in precio habentur, aut in eos, quibus honos aliquis præ[ter] meritum additus à fortuna timorem & insolentiam, ita ut ferè sit, conciliat, [...] matilis color, Cæsius, [...] Cœruleus, quem Cym[...] lem alij dicunt, à κύμ[...] Wasserblawe Farben [...] titur Plaut. in Epid. Cu[...] tile, aut Plumatile, aut C[...] num.

POETICE.

Euboica urbs.

Cumæ:

Veteres, Euboicæ, Phœb[...] Consciæ fatorum.

Cuneus, ager, σφὴν Strab. [...] gò Cabo de S. Maria, [...] montorium est Lusitan[...] de quo Strab. libr. 3.

Cuniculariæ, parvæ sunt, [...] nio teste, insulæ, vicinæ C[...] sicæ.

Cunina, Dea, quam prisci [...] luerunt, quæ infantum [...] nis præsidere putabatur.

Cupido, pri. brev. penult. lo[...] mascul. ἔρως, Deus am[...] filius Veneris & amor i[...] Duplex est Ovidio dicent[...]

Alma fave, dixi, gemino[rum] mater amorum, &c.

Honestus videl. & tur[...] illumque ex Venere & J[...] patre natum. hunc aut[...] Herebi & noctis filium [...] Perottus ex Tullio cit[...] Vide plura in prima pa[...] Gott der liebe. Ubi eti[...] ex epithetis habebis qua[...]

hi[...]

hunc DeumPoetæ finxerint. Hinc Cupidineus,a, um, ut, Sagittæ Cupidineæ. Tribuuntur enim Cupidini sagittæ & faces, ad amoris vim exprimendam. Ut enim nihil igne & ferro: ita nec amore quicquam acrius, magisque penetrabile est. Quod porrò sagittis disparibus, videl. acutis & obtusis, auratis & plumbeis armatur Cupido, eo ostenditur, non uno eodemque modo omnes in amore affectos esse. Alius enim alio vehementius amat, & sæpè accidit, ut vel puellæ aversentur procos, vel proci puellas, à quibus ardentissimè amantur.

pra, oppidum Italiæ in littore Apulo.

res, Curium, plural. κούρεοι, apud Steph. oppidum fuit Sabinorum, cui imperavit T. Tatius. Cujus cives Quirites, κουρῖτες dicti sunt Virg. 8 Æneid.

mulidus Tatioq; seni, Curibusq; severis.

uretes, κουρῆτες, autem Cretæ sunt incolæ, seu primi ejus Insulæ cultores, quemadmodum Servius inquit: in illud Virg. 3. Æneid.

tandem antiquis Curetum allabimur oris.

Est Curetes Jovis fuêre Curatores in Dictæo monte Cretæ, aliàs Telchines dicti Vide infrà Telchin. Curetes deniq; sacerdotes Cybeles numine & furore correpti fuerunt. Unde κουρήτων στόμα, id est, *Curetum os*, proverbialiter dicebatur, si quandò quis nomine afflatus loqui videretur. Dicti aliàs Corybantes (κορυβάντες) à κορυβαντεῖν, id est, insanientium more caput jactare, vel à κόρυς, quod est galerus, quòd galero quodam capite tecti incedebant vel etiam, quod apertis oculis leporum more dormirent, quod Græcis κορυβαντιᾷν est. Hos imbre genitos Poetæ fabulantur. Uude & imbrigenæ dicuntur. Id quod fingitur propter gentem histrionibus, scurris & morionibus affluentem. Ubi enim maxima est stultorum copia, ibi pluisse fatuis vulgò dici solet. Coretes verò prim. correp. populi sunt Dalmatiæ, de quibus Lucan. lib. 4.

Curifugia, nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro Sentinati habebat inter duo fluenta Sentinum & Nevolam, ubi saluberrima est cœli temperies. Perottus.

Curio, Q. Curio, Tribunus plebis magnus fuit Orator, Cæsaris inimicus, cujus fi-

lius C. Curio, vir fuit luxu & audacia singulari. Ad eum scriptæ sunt epistolæ Ciceronis libro 2. Vide de Curione patre Lucan. 1. lib. belli Pharsal. Et eundem in fine libr. 4. ubi scribit de eo quod à sabura præfecto victus sit, ubi deniq; addit:

Lybicas en nobile corpus
Pascit aves, nullo contectus
Curio busto.

Vide & Ramum in Ciceroniano fol. 51. & 124.

Curius, Familia Curiorum Romæ fuit admodum pauper, sed nihilo tamen minus cōmendabili virtute. Præcipuam in ea laudem meruit M. Curius, qui frugalissimus fuit, & in cibis parcissimus, adeò ut Valerius Maximus eum vocet exemplum humanæ frugalitatis. Per omnem enim vitam rapis pro cibo usus est. Quare cùm ad focum sedentem, & rapas torrentem legati Samnitum reperissent, eique magnum auri pondus obtulissent, se non indigere auro respondit, donec cibis hujusmodi uteretur, ἐκ ἔφη δεῖσθαι χρυσίου, ἕως ἂν τοιαῦτα δειπνῇ. Athenæus lib. 2. Claud. lib. 7.

Pauper erat Curius, reges cùm vinceret armis,

Meminit & Curionum Juvenal. Satyr. 2.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Id est, qui simulant frugalitatem, & sunt interea helluones. Die sich für den Leuten eingezogen vnd messig stellen / vnd aber daheim in allerley völlerey leben. Vide de C[...] Ciceronem paradox. [...] in Catone majore. Et C[...] dian. de bello Getico.

& Curius Alexandri[...] præsbyter sub Diocleti[...] tantæ doctrinæ fama, u[...] rigenes junior appellare[...] Vide de eo Hieronymu[...]

Curtius, M. Curtius ad[...] scens insignis Roma[...] qui se pro patria devo[...] Cùm enim in foro Rom[...] terribilis hiatus terræ s[...] tò esset exortus, dixer[...] vates, Plutonem petere [...] bilissimam victimam, & [...] si nobilium aliquis in il[...] hiatum se immitteret, g[...] de urbi periculum imm[...] re. Quod audiens Cur[...] armatus inhiatum illum [...] quitavit, qui postea co[...] nuo desiit. Autor Arist[...] apud Plutarch. in para[...] lis. Meminit hujus & V[...] gilius in Culice.

POETICE.

Curtius:

Romanus. Animosus. N[...] bilis. Qui laudatur pe[...] mane ævum. Qui patri[...] mo[...]

morte sua levare voluit.

Qui acer erat bello. Quem eductum Curibus vetustis antiqua nobilitas avorum laude & serie decorabat. Qui ardenti in certamine sæpè victor quæsierat decus manu. Quem patriæ amor ursit Qui pro patria infernis aris se destinavit. Qui non frigidus erat armis. Quem sublimem cœlo retulit maxima virtus. Qui Cadens servavit ultrò patrias arces obita morte. Qui patriæ amore exitio sese, & fatis communibus unus tradidit.

Alius Q. Curtius historicus nobilis res gestas scripsit Alexandri Magni. Extant ejus lib.12.

Cyane, es, nympha Proserpinæ comes, quæ cùm Plutonem inhibere vellet, ne Proserpinam taperet ab eodem in sui nominis fontem fuit mutata, qui Anapi Siciliæ fluvio junctus juxta Ortygiam insulam in mare labitur. Scribunt autem Cyanem propter ejusmodi cum Anapo conjunctionem eidem nupsisse. Matrimonio enim juncti fontes esse finguntur, qui vel confluunt, vel contigui sunt. Ovid. 5 Metam.

Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.

vide Claudian. lib 3. de raptu Proserpinæ

POETICE.

Cyane:

Formosa, Quæ dum luget dominam ademtam, subito fonte humum Sicelidum rigavit. Præstanti corpore nympha. Pulcerrima inter Sicelidas.

Cyaneæ, κυανέαι contra Thracium Bosphorum insulæ duæ parvæ, parvoq; distantes spacio, & aliquandò creditæ dictæque concurrere. Plin. libr. 4.c.13. Flaccus in Argonat.

Hinc iter ad Ponti caput errantesq; per altum
Cyaneas, furor his medio concurrere Ponto.

Alijs etiam Symplegades eædem appellantur, de quibus suo vide loco.

POETICE.

Cyaneæ:

Errantes, Præcipites, Furentes, Rorantes, Habiles, Instabiles, Patulæ, Capaces, Vagæ, Arctæ.

Cyanee, κυανέη, nympha Meandri filia, ex qua Miletus Solis filius Caunum & Biblida suscepit. Ovid. 9. Metam.

Hic tibi dum sequitur patriæ curvamina ripæ,
Filia Meandri toties redeuntis eodem,

Cognita Cyanee præstanti corpore nympha.

Cyanippus, κυάνιππος, natione Syracusanus soli Baccho sacra facere neglexit. Iratus ergò Deus ebrietatem ei incussit, quæ tanta fuit, ut occurrentem in tenebris filiam Cyanem quanquam reluctantem vitiârit. Ea verò annulum surripiens nutrici commendavit, ut violatoris esset indicium. Postmodum cùm pestilentia urbem invasisset, à Pythio redditum est oraculum, ut impietatis autor dijs liberatoribus, immolaretur. Ignorantib. cunctis, quid oraculum portenderet, conscia rerum Cyane apprehensum capillis stupratorem patrem ad aram traxit, mactavitque ac se super eum necandum injecit ad sedandam pestem, qua propter facinus laborabant. Vide Plutarchum in parallelis.

Cyaraxes, κυαξάρης, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui in regno successit. Herodot. lib. 1.

Cyathus, fluvius est in Ætolia ad Arsinoen.

Cybale, ancilla fuit pauperis cujusdam Symili cujus paupertatem Virgilius in Moreto describit.

Eruit interea Cybale quoque sedula panem,

Cybele, penult. brev. Cybel, vel is, κυβέλη, Cœli & T ræ filia, & Saturni uxor, dicta vel à Cybalo Phryg monte, vel à rotundita quod terra rotunda sit, ἀπὸ τοῦ κύβου, quod quid terram quadrilateram crediderint. Vocatur it Rhea, & Ops & terra, Vesta, & Berecynthia, Pales, & Bellona & Isis, quibus nominibus suo lo Martial.

Et Cybeles picto stat Coryba te tholus.

Sed Propertius.

Vertice turrigero juxta D magna Cybella.

Veteres finxerunt, eam dere in curru leonibus t cto. Lucretius ait gallos c tos Cybelæ, quoniam violant matrem digni su ut emasculentur, & virili te priventur, quò minus vam creare progeniem p sint. Observandum etia ll, interdum per epenthe geminari, ut Lucan.

Et lotam parvo revocant A mone Cybellem.

Lege Claud. libr. 1. de rap Proserpinæ, Virgil. 3. & 1 Æneid. Sil. Italic. libr. Hinc Cybeleius, a, um.

POETICE.

Dindymene.

Turrigera Dea.

Magna parens.

æa parens,
ybeleia
ælestis
recynthia
urrita
rygia
agna Deûm   mater:
rarum
æa
inuntia
thea
randæva Deûm
ea turrita
ea magna.

Cybele:

Torva, Entheata, Alma, Sacra, Veneranda. Præno- ſcens omnia. Vecta leoni jugo curru. Redimita fron- tem turrigera corona. Ge nitrix fœcunda Deorum. Onerata caput turrigera co- rona. Exululata Phrygijs modis.

yclades, κύκλαδες, inſulæ in mari mediterraneo circum Delon clariſſimam earum ſitæ, ſic dictæ, quòd circula- ta figura ſitæ appareant, poſt quas Sporates ſunt, ſparſim & ſine ordine ſitæ, unde & nomen acceperunt. Ovid. 2. Metam.

xurgunt montes, & ſparſas Cycladas augent.

POETICE:

Cyclades:

Fulgentes, Nitenteis, Æge- æ. Sitæ ſpar ſim & ſine or- dine, Sparſæ per æquor, Al to in æquore ſitæ. Quibus facies ipſa rotunda nomen dedit. Sparſæ Ægæo.

Cyclas, adis. κύκλας, veſtis eſt fœminea longa & ſpacioſa, Ein Weiberrock mit ei- nem weitem Schweiff. Propert.

Cyclade longa verrit humum.

Cyclops, κυκλωψ, vide in di- ctione Polyphæmus.

Cyclopes, penult. lon. κύκλωπες Theophraſtro teſte Phœni- ces fabricam ærariam inve- nerunt. Proinde Poetis mi- niſtri vulcani in Cilicia U- noculi dicti, Neptuni filij ex Amphitrite. Dicuntur Jovi fulmina conficere a- pud Liparam, quæ ex Æo- lidis inſulis una eſt. Omni- um præcipui fuerunt, Bron- tes, Steropes, Pyragmon. De quibus Virgil. libr. 8. Æneid. Ovid. libr. 4. Faſt. Item Claudianus de tertio Honorij conſulatu. Cùm verò Cyclopes pinguntur, credibile eſt, in illo Ciliciæ littore fuiſſe homines feros & latrociniis terra marique graſſantes. Quòd autem uno oculo pinguntur, ma- nifeſtè ſignificatur galeæ fi- gura. Exitus autem oſten- dit, puniri à Deo injuſtos, & quidem vinci potentiam & vires conſilio, quod Deus gubernat. De vita Cyclo- pum pulcerrimũ habet elo-

gium Euripides cùm inquit: ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενὸς Et Homerus Odyss. libr. 9. impios, barbaricos, & truculentos esse Cyclopes testatur, ubi ita:

οὐ γὰρ κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν.

Id est:

At non Cyclopes numen cœleste verentur.

Unde & vita Cyclopica, barbarica & impia dicitur, **Ein wildes/ wüstes vnd Gottloses leben vnd wesen.** Hinc sunt Cyclopeus, & Cyclopicus adject. ut, Cyclopica monstra, Cyclopica vita. Βίος κυκλώπειος, quæ neq; legibus ullis, neque disciplina, neq; religione Deorum gubernatur, ut & antea monuimus.

POETICE.

Ætnæi fratres.
Æriferæ manus.

Cyclopes:

Vasti, Unoculi, Infandi, Immansueti, Rabidi, Immites, Feri, Terribiles, Horrendi, Æriferi, Ærisoni, Cruenti, Portentosi, Sanguinei, Feroces, Siculi, Ætnæi. Turba ferina. Vasto in antro morantes. Ætneis in antris. Altis montibus errantes. Properantes fulmina lentis massis. Torvo lumine. Ferentes capita alta cœlo. Habitantes loca per deserta Si-

Cy

ciliæ, Sacrilegi atq; inimi turba ipsis Diis. Qui ne justiciam agnoscunt neq verentur jura. Qui omn temerata pro libitu gerun Quorum antra exusta su positis caminis. Latitant certatim in cœcis cavern sine lege, Ubi excelsus mo agit se summo vertice. Q non discunt fori jura, neq sceptra vereri, nec Dijs par re sciunt.

Cycnus, Vide Cygnus.

Cycones, populi sunt ad H brum habitantes. Crinitus

Arma deponunt Cycones fer ces.

Cyda, κύδας, proprium V Cretensis, quem audaciss mum & perditissimum, i sulæq; portentum vocat C cero Philip. 5.

Cydias, κυδίας, pictor est P nio libr. 35. qui pinxit A gonautas, quam tabula CXLIV. talentis Horte sius orator mercatus est, e que ædem in Tusc. suo fec

Cydippe, κυδίππη, puella ad mata ab Acontio, & pom decepta ab eodem, ut sup rius ostensum. Ovid. libr. de arte amandi:

Litera Cydippen pomo præl ta fefellit,
Insciaq; est verbis capta pue la suis.

Est etiam nymphæ nome apud Virg. 4. Georg.

Cydnu

is, κύδνος, fluvius Ciliciæ
rsum perfluens, cujus a-
s podagra laborantibus
bres esse, cruribus in eis
sis testatur Vitruvius,
8. cap. 3.

POETICE.

Cydnus:

his, Cœruleus, Flexilis,
nspicuus. Dirimens flu-
ne Tharson. Qui aquæ
uore conspicuus Thar-
interfluit, Tacitis un-
leniter habens. Placidis
uis per vada serpens. Un-
tacitus.

n, onis, κύδων, oppidum
igne Cretæ, unde Cydo-
poma advehuntur: Cu-
incolæ Cydones sagit-
ndi olim arte claruerunt,
pleriq; Cretenses. Hinc
donæus & Cydonius, a,
n. Virgil, eclog. 10.

bet, Partho torquere Cy-
onia cornu.

ula.

uit & hoc nomine Corin
hius quidā hospitalitate a-
eò insignis, ut etiam in pro-
erbium abierit:

εί τις ἐν κύδωνος, id est
emper aliquis in Cydonis
omo.

lonia, κυδωνία, insula est an-
e Lesbon. Plin.

gnus, κύκνος, filius Martis
uit, quem Hercules eque-
tri vicit certamine adjutus
equo Arione, quem Neptunus in faciem equi transformatus ex Erynny genuit, deditq; Capreo Heliarti regi, qui eundem Herculi donavit, cujus auxilio apud Thebas evasit, cum reliqui duces ferè omnes occiderentur. Fingitur idem à Poetis invulnerabilis, quòd cum multa fecisset prælia, nunquam tamen vulneratus sit.

POETICE.

Cygnus:

Contemtor ferri.
Nullo forabilis ictu.
Stheneleia proles.

Fuit & Cygnus Lygurum rex, Phaetontis amator, ob cujus interitum cum nimium lugeret, in sui nominis avem mutatus fingitur ab Ovidio in Metam. Quo ostenditur, Musicæ ipsum fuisse studiosum, sumta ex nomine allusione. Cygnos enim præsertim ante mortem suavissimè canere scribunt. Unde ille:

Cantator Cygnus funeris ipse sui.

Virgil. libro 10. dicit Cygni filium Cupavonem in galea pennas Cygni habere, ad formæ paternæ insigne mōstrandum.

Cyleno, filia Atlantis Nyctæi mater Bocat. lib. 10.

Cylicrani, populi quidam sunt in Hispania, habitantes a-

pud Heracleam.

Cyllabarus, Stheneli fuit filius, cum quo Servius Ægialen Diomedis conjugem concubuisse memoriæ tradit. Vide suprà.

Cyllarus, κύλλαρος, unus fuit ex Centauris forma insigni, qui amantem habuit Hillemonem, quæ & ipsa fuit forma egregia. Meminit Ovidius 12. Metamorph. Fuit & Cyllarus equus Pollucis, ut est apud Virgil. 3. Georg.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis,
Cyllarus & quorum Graij meminére Poetæ.

Servius autem explicans hunc locum, Cyllarum non Pollucis, sed Castoris equum fuisse tradit, poetamq; fratrem pro fratre posuisse poetica licentia.

Cyllene, es, κυλλήνη, insignis mons est Arcadiæ Mercurio sacer, qui, quod in eo sit editus, Cyllenius & Cyllenia proles dictus est. Virgil. 4. Æneid.

Materno vivens ab avo Cyllenia proles.

Hinc & Cyllenius, a, um, ut, Testudo Cyllenia apud Ovid. lib. 3. de arte.

POETICE.

Vertex Cyllenius.
Cacumen Cylleneum.

Cyllenes

Cupressifera.
Cupressis abundans.

Cymen, urbs Æolidis, P lib. 1.

Cyninus, lacus Hetruriæ nino monti suppositus Appianus ostendit. V 7. Æneid.

Et Cynini cum mont cus.

Cymodoce, κυμοδόκη, n pha Oceani & Tethios de qua Virgil. 4. Georg citur & Cymodocea.

Cymothoe, κυμοθόη, uxor ptuni, cursus fluctuum, τὸ θέειν, καὶ κύμα. Servius. gil. 1. Æneid.

Cymothoe simul & Tr adnixus acuto.
Detrudunt naves scopu

Cynædi, Socratici vocant Juvenale, qui cùm sint ruptissimis moribus, ni ominus fragilitatem & stinentiam Socratis si lant.

POETICE.

Cynœdi:
Improbi, Semiviri, Obsc ni, Secreti, Mali, Sotad Facilis turba mulierum.

Cynægirus, κυναίγειρος, penu corr. Atheniensis in bel Persico magna hostes co sectatus est pertinacia. N & navem onustam dext manu tenuit, eaq; ampu ta sinistram injecit. Qua &

psam cum amisisset, na-
mordicus arripuit, mor-
ne retinuit furenti simi.
Trog. Herodot. Valer.
on. in Cæsar.
as, vel ut alij, Cyniras,
fuit Cypri (Strabo verò
t, hunc in Biblo Phœni-
oppido regnasse) Paphi
us, qui ex conjuge sua
rrham filiam suscepit,
e cum esset formosissima
rem impio dilexit amo.
cujus concubitu nutricis
opera, dum mater Ce-
is sacra celebraret, in qui-
s per novem dies viri ab-
nere conspectum oporte-
potita est: Unde gravida
ta Adonem filium pepe-
, postea tamen ob scelus
fandum in arborem sui
minis est transformata.
id. 12. Metam.

litus & ille est, qui si sine
prole fuisset,
iter felices Cynaras potu-
isset haberi.

inc Cynareis patronym.
em Cynareus & Cynare-
is, a, um. Fuit & hujus no
inis Assyriorum rex.
eas, κύνεας, Thessalus Pyr-
ni regis legatus, qui facun-
ia sua plures Pyrrho civi-
ates subegit, quam armis
pse expugnavit. Demosthe-
nis enim auditor fuerat.
Plutarch. in Pyrrho Memo-
riam hujus commendat Ci-
cero in Tuscul. quæst. 1.

Cynici, pen. brev. κυνικοὶ, Philosophi erant, quorum principes habebantur Antisthenes, & Diogenes, sic dicti vel à Cynosargo gymnasio, ubi Antisthenes versabatur, vel à mordaci insectatione & castigatione vitiorum, vel à rabiosa obscœnitate, & licentia sermonis, vel à nimia sua impudentia quia canum more publicè cum uxoribus suis coibant. Cicer. 1. offic. Nec verò audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici specie Cynici, qui reprehendunt & irrident, quod ea, quæ turpia re non sunt, verbis flagitiosa ducamus: illa autem, quæ turpia sint nominibus appellemus suis, &c. Juvenal. Satyr. 14. Diogenem Cynicum nudum appellat. Cynice, es, secta Cynicorum apud Auson.

Cyniphis, sive Cyniphos, Africæ in Libya fluvius, apud quem magni sunt hirci. Hinc Cyniphius, a, um, ut Virgil. 3. Georg.

Cyniphij tondent hirci.

Dicitur & Cyniphius grex, & Cyniphia pellis hircina. Martial. de Udonibus.

Non his lana dedit, sed olentis barba mariti.

Cyniphio poterit planta latere sinu.

Cynocephali, κυνοκέφαλοι, hominum produntur esse monstra, facie canina & latratu apud Indos. Plin. lib. 7. Gell. lib 9. cap. 4.

Cynopolis, κυνόπολις, canum civitas, in qua Anubis colitur, & honor & sacer quidã cibus est canibus constitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata est. Qui in ea habitant, Canarij dicuntur. Perottus.

Cynos, Latinè canis dicitur urbs in Locride, Livi. Est & Cynos fluvius. Plin. lib. 6. c. 28.

Κυνὸς σῆμα, Cynossema, id est, canis sepulcrum, Hellesponti promõtorium est Tumulus Hecubę, sive ex figura canis in quam conversa traditur, sive ex fortuna, in quam inciderat humili nomine accepto. Pomp. Mel. in descriptione Cyersonesi Thraciæ, lib. 2. Ovid. lib. 13. Metam.

Cynosura, κυνόσουρα, prior. duab. correptis. Ursa minor vocatur, **der kleine Heerwagen** / relio poli, major Helice dicitur, utraq; ἄρκτος, Ursæ. Ovid.

Magna minorq; feræ. &c.

Vide supra in dictione Arctos & Arcas. Vide & Cice. lib. 2 de nat. Deor.

Cynthia, κύνθια, Diana dicitur, à Cyntho monte in Delo in quo nata scribitur. Cynthia etiam luna dicitur ut Horat. lib 3. carm.

Lathonam, & celeris spicula Cynthiæ

Est præterea Cynthia fictæ virginis nomen à Propertio adamatæ. Vide dictionem Propertius.

Cynthius, Apollo dicitur, itajam à Cyntho monte Delo imminente, in quo cum Diana natus est. Horat. lib 1. carm. od. 21.

Intonsum pueri dicite Cynthium.

Cynthus, κύνθος, Deli insulæ mons est tantæ altitudinis, ut umbra sua totius insulæ ambitum tegat.

Cyparissa, κυπάρισσα, urbs Achaiæ: Et Cyparissius, sinus. Plin. lib. 4. in descriptione Achaiæ.

Cyparissus, κυπάρισσος, Telephi filius, à Sylvano & Apolline dilectus, qui cum cervum quem amabat, imprudens occidisset, nimio dolore in Cupressum sui nominis arborem est mutatꝰ. Græci enim κυπάρισσον, Cupressum appellant. Vide Ovid. lib. 10 Metam. Ideò verò Apolline hic dilectus fingitur, quod & Poetices fuit studiosus, & poetarum scriptis celebratus est. Talis

enim

enim Apollini aut Musis chari habentur. Et quoniam Cupressus succisa nunquam regerminat, ideò in exequiis antiquitus adhibita, & ante defunctorum ædes funeris signo posita. Quo ritu innuebatur, vitam hanc esse mortalem, & semel amissam non recuperari. Est & Cyparissus urbis nomen circa Delphos, cui ab arboris ejus frequentia nomen inditum Pomp. lib 2.

Cyprus, κύπρος, Ital. Cypre insula in sinu Issico, Ciliciæ ac Syriæ objecta, abundans vino, oleo, & metallis, quæ per 1400. stadia in longitudinem extēditur. Culta in ea potissimū Venus fuit. Unde & Cypria, Cypris & Cyprigena dicta est. Appellatur etiam aliàs Macaria ob fertilitatē. Undiq; alluitur mari, unde & Neptunia epitheton ei tribuitur. In hac etiam Evangeliū primi anunciárunt Paulus & Barnabas, Actor. 13. Fuit patria Barnabæ, Acto. 4. Fuit in eadem & mons Olympus ac multæ aliæ urbes insignes. Vide Strab. lib. 14. Geographiæ, & Plin. libr. 5. cap. 31.

POETICE.

Cyprus:

Fœcunda, Idalia, Rorulenta, Cynareia, Beliaca Beata, Opima, Teucria Cythereia, Pulcerrima Veneris tellus, Circumflua Undis æquoreis. Veneri sacra & Neptuno. Quæ avulsa est Phœniceis ab oris.

Hinc Cyprius, a, um, Ut, Venus Cypria, Æs Cyprium, seu Cyprium absolutè, vulgò Cuprum, Kupffer. Et: Bos cyprius (Κύπριος, βοῦς) proverbialiter homo sordidus dicitur, & impurus, Ein Unflat / propterea quod boves in Cypro humanis excrementis vescerentur. Vel in stolidum etiam dicitur, quod Cypri boves magis bruti videantur.

Cypsella oppidum Thraciæ, Strabo Cypselum vocat.

Cypselus, κύψελος, tyranni nomen apud Corinthum, cujus meminit Cicero in Tusc. quæst. libr. 5. & lib. de fato.

Cypralia, vulgò Carosa, urbs est Galatiæ Ptolemæo.

Cyrenaica, fertilissima regio Africæ, eadem Pentepolitana, à quinque civitatibus dicta, quarum præcipua, & quæ regioni circumjacenti nomen daret, Cyrene visa est. Eam Strabo lib ultimo à Thereis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconia profecti Theram insulam prius incoluerint, hinc in continente Cyrenem ædificaverint,

caverint, Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit autor, quod alibi ibidem Strabo indicat. Inde Battiadas Cyrenses Silius nominat libr.2.& 3 de Cyrene multa Straboni consentanea Herodotus refert in Melpomene. Vide etiam Diodorum Siculum lib.5. & Herodot. in fine lib.4.

Cyrenaici, Philosophi, omne bonum in voluptate posuerunt, de quibus Cicero Tuscul.quæst.libr 3. De Philosophia Cyrenaica lege Diogenem Laertium libr. 2. in vita Aristippi.

Cyrene, Pelei fluminis filia, quam Apollo amore ardens à Pelio Thessaliæ monte rapuit, & in Libyam duxit ibiq; ex ea Aristeum, Nomium, Auctonum & Argeum suscepit. Virgil. 4. Georgicor.

Et nati fletus cognovit inanes Cyrene.

Cyrene, es, κυρήνη, קִיר sive Cyrenæ, arum, urbs Aphricæ à Batto filio Polymnesti, ex illustri Minyarum familia orto condita, & à Cyrene Pelei filia, quam ad ea loca Apollo asportârat, appellata. Patria fuit Callimachi poetæ & Aristippi Philosophi. Hinc Cyreneus & Cyrenaicus.

Cyrillus, κύριλλος, Episcopus Alexandrinus, cujus extant scripta. Vixit tempore Theodosij Junioris. In synodo Ephesina Nestorium damnavit. Fuerunt & alij Cyrilli diversarum religionum & professionum, de quibus historiæ Ecclesiasticæ consulendæ.

Cyrinus, κυρῖνος, martyr Carthaginensis.

Cyrnos, κύρνος, Vulgò Gorsega insula eadem, quæ Corsica. Vide igitur supra in dictione Corsica. Unde Cyrnius,a,um, ut, Cyrnia terra, & Cyrnij populi hujus insulæ, qui μακρόβιοι esse scribuntur.

Cyrnus, filius Herculis à quo Corsica dicta est. Hinc Cyrni, & Cyrnuus, a, um, κυρναῖος, Virgil.

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Cyrrestica, regio à Cyrre[illegible]cta est, ubi Cyrrestis Dea colebatur, quã Minervam interpretantur. Plin. & Polem.

Cyrrha, κύῤῥα, oppidum est in Phocide, situm in radicibus Parnasi montis. In eo colebatur Apollo, qui propterea vocatur Cyrrhæus.

POETICE.

Cyrrha:

Opaca, Celsa, Docta, Apollinæa, Parnasis, Phœbæa, Scopulosa.

Hinc

Hinc Cyrrhæus, a, um, ut, Antrum Cyrrhæum, secreta Cyrrhæa, id est, Apollinis oracula apud antrum Cyrrhæum, apud Poetas Lucanum & Claudianum.

Cyrsilus, κύρσιλος, Athieniensis, propterea, quòd inhonesta suasisset, lapidibus obrutus est Cicer. 3. offi.

Cyrus, κῦρος, prim. long. primus Monarcha Persarum, qui imperium ab Astyage rege Medorum, & à Babylonijs ad Persas transtulit. Nutrix ejus Spaco fuit, quæ dictio, quia Medorum lingua canem significat, factum est, ut à cane nutritus sit creditus Cyrus. Herodot. libro 1. Anno monarahiæ primo edictum proposuit de reductione populi Israelitici ex captivitate Babylonica in Jerusalem & Judæam, 2. Philip. 36. Esdr. 1. Hic cùm Scythis tandem post Asiam subactam bellũ intulisset, infeliciter pugnãs cœsus cum exercitu est. Caput ejus amputatum in utrem humano expletum sanguine conijci à Scytharum regina Tomyri jussum est, cum exprobatione ista:

Satiare nunc sanguine, quem sitijstu, cujusq; insatiabilis semper extitisti.

Xenophon contra placidè Cyrum mortuum esse scripsit. Sepulchrum hujus aperuisse scribitur Alexander M. Vide de eo Justin. libr. 1. & Quintum Curtium lib. 4. & 10.

POETICE.

Cyrus:

Clemens, Pius, Maximus ille. Ingenio placido. Qui crevit per varia pericula. Quem licet externum tota canit Græcia. Cui decus partum fuit labore.

Cyrus alius Poeta fuit præfectus prætorij Theodosij Junioris, de quo Suid. Cyri duo sunt fluvij, unus Armeniæ, & alter Mediæ.

Cyta, æ, & Cite, es, κύτα, oppidum regionis Colchicæ, Medeæ patria. Cytæi, populi Colchici, Cyteinus, pen. long. ut carmina Cyteina. h. e. Medeæ Colchicæ, apud Propert. lib. 1. eleg. 1. Cyteis, saga fuit Colchica, Propert. lib. 2.

Cyteorum, Ptolem. Cotyorum Plinio, Cappadociæ oppidum.

Cythera, κύθηρα, & Cythera, orum, neut. genere apud Virgil. κύθηρα τὰ, insula est in Laconico sinu, à qua Cytharea & Cythereis dicta Venus est. Inde Cythereius adject. quinq; syllab. ut Cythereius heros, id est, Æneas Veneris filius apud Ovid: lib. 3. Fastor. Et Cytheraicus, ut

Nuda

Nuda Cytheraicis edita fertur aquis.

Idem:

POETICE.

Cythera:

Clara, Fluctu pulsa. Aquis circumdata. Veneri sacra.

Cytheris, κυθηρὶς, meretrix, quam Cornelius Gallus Poeta adamavit, Lycoris aliâs dicta. Vide suprà diction. Cornelius Gallus.

Cytheron, κυθερὼν, ῶνος, ὁ. mōs est Bœotiæ, Musis & Apollini sacer. In eo etiam fiebant nocturna Bacchi sacrificia. Unde Virgilius 4. Æneid.

Orgia nocturnusq; vocat clamore Cytheron.

Ovid 2. Metam.

Natusq; ad sacra Cytheron.

Cythnos, κύθνος, insula ex Cycladibus una, in mari Cretæo, non procul à Cymolo, aliâs Ophiusa, & Dryopis dicta. Ovid 7. Metam. Hinc Cythnius, a, um, κύθνιος.

Cytis, κύτις, Arabiæ insula, ubi Toparius lapis invenitur, Plin.

Cytorus, prod. pen. κύτωρος. mons est Paphlagoniæ buxo abundans. Unde pecten, quo discernuntur & comuntur capilli, vocatūr Cytori acus, quòd buxo fiat. Hinc & Cytharius Virgil. 2. Georg. Est etiam huius nominis urbs Sinopensium imporium, à Cytoro Phrixi filio condita.

Cyzicus, κύζικος, vulgò Chizico, sive Cyzicum, insula est in Proponride duobus pontibus juncta continenti, habens ejusdem nominis urbem præclarissimam arte, mœnibus, portu turribusque marmoreis. Nomen traxit à Cyzico rege, quem Jason Colchos navigans per imprudentiam interfecit. Ovid. 1. trist. eleg. 9.

Hincq; Propontiacis hærentes Cyzicon oris
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Hinc Cyziceni.

D.

Dacæ, arum, Δάκαι, Scythæ sunt populi ex Nomadum genere, Servioque teste in Virgilij illud. 8. Æneid.

Indomitiq; Dacæ, & pontem indignatus Araxes.

Dacia, δακία, regio est Scythiæ utramq; Mysiam dividens. Die grosse Wallachey. Ejus populi Daci & Dacæ dicuntur, olim Davi appellati, Dacicus, δακικὸς dictus est, qui Daciam vicit,

POETICE:

Pop. Daci:

Leves, Truces, Crudi, Atroces,

ces, Sylvicolæ, Feroces, Asperi. Alto vertice trepitantes. Iaculo armati.

Dactyli Idæi δάκτυλοι Ἰδαῖοι. ijdem qui Corybantes, quos Iovem nutrivisse ferūt, & ne vagitu puer proderetur, novo lusus genere excogitato clypeolis æneis inter se concursantes æris tinnitu & numerosi pedes compositione quiDactylus inde dictus est, Saturnum cælaverunt.. Idæi autem à monte Ida dicuntur.

Dadicæ, Δαδίκαι, Scytharum populi ex parte *Asiæ*.

Dædala, n. g. Δαίδαλα τὰ oppidum est in confinio Licyæ & Cariæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Dædalus, Δαίδαλος. pen. bre. Atheniensis fuit faber, clarus Architectura, qui primus in formis animalium, quas veteres plastæ cœcas fingebant & immobiles, oculos induxit & abditis quibusdam nervis effecit, ut huc & illuc moverentur, ut spectantibus vivere & ingredi viderentur. Fecit & ligneam Venerem, quæ infuso argēto vivo movebatur item & labyrinthum in Creta multiplici & intricata viarū perplexitate irremeabilem quo inclusus alis sibi & Icaro nato confictis, per viā mortalibus negatā periculū effugit. Quod ideo finxerunt Poetæ, quoniam vela Icarus, malum & antennam Dædalus invenit, autore *Plinio*. Idem ptimùs fabricam materiariam, item serram, asciam, perpendiculum & terebram invenit. Ejus quoq; opera Pasiphae se tauro commiscuit, & Theseus labyrinthum effugit, Quod ægrè ferens Minoa rex Cretæ interimere eum constituerat, nisi illi remigio alarum Cumas convolasset, ubi periculi securus Apollini templum extruxit Autore Virgilio. Martial. lip. 1.

Dædale, Lucano cnm sic laceraris ab urso,
Quàm cuperat pennas non habuisse tuas.

Hinc Dædalus, a, um, ingeniosus, artificiosus, Kunstreich/ut Dædala recta apud Virgil. Dædala rerum natura apud Lucretium, item Dædaleus, a, um, ut Dædalea fuga Stroz. Et Δαιδάλεια ποιήματα, id est, Dædali opera, de mirè & artificiosè fabricatis proverbialiter dicuntur.

POETICE.

Dædalus:

Doctus, Callidus, Vafer, Volucer, Ingeniosus, Cres, Cecropius, Labyrinthæus, Ausus se credere cœlo præpetibus pennis, Qui volavit ceratis alis. Qui audacem

viam repperit pennis. Qui clausit semibovem virum, & semivirû bovem matris crimine conceptum.

Dætor vir Ttoianus apud Homer.

Dahippus, δάϊππος, statuarius nobilis, cujus opera enumerat. Plin. lib. 34. cap 8.

Dai, populi Persarum omnes pastores. Herodot. lib. 1.

Dalmatia, Vide suprà / Dalmacey.

Dalmatæ, vide suprà Dalmacier.

Demascene, part Sytiæ, quæ & Ceje & Mesopotamia dicitur circa Lybanum, sic dicta à Damasco, celeberrima urbium. Pompon. Mel. lib. 1.

Damascius Sigiæus historicus Herodoti tempore, qui de rebus in Græcia gestis: & alijs compluribus scripsit. Suid.

Damascus, δάμασκος, prim. bre. דַּמֶּשֶׂק urbs Syriæ vetustissima & nobilissima, & ante conditam Antiochiam totius regni caput Unde & ἑώας ἁπάσης ὀφθαλμὸς, id est, Orientis totius oculus Iuliano apostatæ appellata est. Palmis eadem fœcundissima est & prunis, quæ adhuc ætate nostra vocantur Damascena Twetschen. Vide Plin. lib. 5. & Sebastian Munster. A. Damasco Damascena vel Damascene, regi circa Libanum appellatur. In sacris Damasci passim fit mentio.

POETICE.

Damascus:

Palmifera, Antiqua, Prisca Pia, Ventosa, Peregrina, Bellipotens. Hominum para rens. Palmis abundans.

Damasithymus, δαμασίθυμος, unus fuit è ducibus Xerxis regis Persarum. Herodot, lib. 7.

Dameas, statuarius nobilis, Plin. 34. cap. 8

Damianus Ephesius, δαμιανὸς Sophista nobilis fuit, divus item & potens, de quo Philostratus in Sophistis.

Damœtas, pri. long, δαμοίτας, nmen pastoris, Theocrito & Virgilio.

Damocles, Vide Democles

Damon & Phytias, δάμον καὶ πυθίας Pythagorei, hoc animo (inquit Cicero) intere fuerunt, ut cum eorum alteri Dionysius Tyrannus diem necis destinavisset, & is, qui mortis addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter sistendi eius: ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi: Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidē tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. Cicero lib. 3. offic. Meminit & Valerius

Damophila δαμόφιλα, mulier Græca, Pamphili uxor, Sapphus Poeticæ ſocia, multa ta ſcripſit poemata partim amatoria, partim in Dianæ laudes. Vide Philoſtrat. in vita Apollinij.

Damophilus, δαμόφιλος, Sophiſta quem Iulianus conſul, ſub M. Antonio principe nutrivit. vide Suid.

Damoſtratua, δαμόστρατος. Phi- Philoſophus de piſcibus lib. 10. conſcripſit, Suid.

Damoxenus δαμόξενος, Athenienſibus Comicus, cujus fabulas nonnullas Atheneus recitat in Dipnoſophiſtis.

Damyndas, vir fuit Macedo. Plutarcho teſte.

Danaæ, triſyllabum, δαναὸς. Acriſij Argivorrum regis filia à Iove in aurum converſo expugnata & compreſſa. Cum enim Acriſius rx oraculo didiciſſet, mortem ſibi futurum ab eo, qui ex filia naſceretur, illam in turri, ænea concluſit, ubi tamen à Iove in guttam auri commutato vitiata eſt, ex eoq; concubito natus eſt Perſeus qui poſtea Acriſium Gorgonis capite objecto in lapidem convertit; Docet autem imber aureus, quo Danae turre ahenea incluſa à Iove eluſa eſt omnia quantumvis firma & communita diligenter cuſtodita, auro expugnari poſſe. Meminit Virgil. 7. Æneid. & Terent. in Enuch. act. 3. Scena 5. Ovid lib. 2. de triſt. & lib. 2. amor. eleg. 19. Horatius item lib. 3. ode 15. Hinc Danaejus, a, um, Ut Danaejus heros, id eſt Perſeus Ovid.

POETICÆ.

Danae:

Formoſa, Facie ſpectabilis Auro deluſa. Decepta cudine fului nimbi. Quam incluſam ahenea turris ſatis munijt ab adulteris nocturnis. Quam ningens amans fulvo imbre fefellit. Quam Iuppiter luſit fulvo auro, Acriſonea ſera non prohibente. De Iove facta parens. Quam clauſam fœcundo auro Iupiter implevit. Circundata muto ærato.

Danaus, δαναὸς, Beli filius in Ægypto regnavit cujus filiæ quinquaginta matrimonio cum totidem filijs Ægypti regis junctæ, primæ nocte ſponſos eos omnes interfecerunt, una excepta Hinc Danaides patronym. fœminin. δαναΐδες.

POETICE.

Danaus:

Magnus, Pelaſgus.

Dani & Dauia, Vide ſuprà, Dennemarck.

Dantes, Poeta Florentinus, regum & principum amici-

tijs clarus, de quo Volater. lib. 12.

Dantiscum, vide suprà. Dantzig.

Danubius, ἴςρος, fluvius Scythiæ perquam maximus, qui oritur prope Rautacos montes, & 60. penè in se fluvios recipit, cujus nomen pro diversitate loci variatur In Pannonia enim Ister dicitur, in Germania Danubius, Vide plura in 3. parte. Donaw.

Daphne, δάφνη, Penei fluminis filia fuisse scribitur, Phœbo adamata quorum illud ideò fingitur, quod Penei fluminis ripæ lauro abundant. hoc verò, quia non vulgarem medicinæ usum habet laurus, estq; spectatissima, (ut Plinius testatur) apud Delphos, ubi Apollo colebatur. Fingunt præterea & Poetæ, Daphnem in laurũ esse mutatam, quo docere volunt, immortalem virginibus pudicitiam conservantibus, paratam esse gloriam. Vide Ovid. 1. Metam. lege etiam Plin. lib. 35. cap. 30. Ubi μυθολογίαν fabulæ subjicit.

POETICE.

Nympha Peneis, Peneia, Phebeia virgo.

Daphne:

Rigida, Peneia, Fugitiva, Fugax, Proterva, Odorata, Nivea, Apollinea, Thessala, Phœbæa, Perpetuò servans viridem colorem, Primus amor Phœbi.

Hinc Daphnæus, a, um, ut Daphnæa corona.

Daphne altera Tiresiæ Thebani vatis filia fuit. Diod. lib. 5. Est & Daphne Suburbanum Antiochiæ metropolis Syriæ amœnitate singularis 2. Maccab. 4.

Daphnis, δάφνις puer formosissimus poetis est, & pastor bucolici carminis inventor. Suid. Ovid. 4. Metam. scribit Daphnidem, ubi conjugij fidem non servasset, in saxum mutatum. Id quod ideò finxisse videtur, quod hausto philtro, stupro oppressus fuerit Daphnis. Hac enim ratione amantes irati amoris desertores ulcisci consuerunt, ut dato ejusmodi poculo stupidos & saxeos q. eos reddant.

POETICE.

Daphnis:

Formosus, Venustus, Qui forma erat egregia. & viridа juventa.

Dardanus, Δάρδανος, Iovis & Electræ filius, primus rex Trojanorum. Virgil. 8. Æneid. Hinc Dardania & Dardanis, idis, fœmin. Dardanides, æ, item masculin. Virgil. 3. Æneid. & Dardanius, a, um, adject. & Dar-

dana

danarius qui annonæ flagel-gellator est Ponitur & Dar-danus inrerdum adject. ut; Dardana pubes, id est, populus Trojanus, apud Virgil. lib. 7. Gens Dardana, Horat. od. 15.

POETICÆ.

Dardanus:

Iovis Proles.

Electra Atlantdita natus.

Dardnia, δαρδανία, à Dardano, ut scribit Strabo, lib. 3. & Ovid. lib. 1. Tristium regio est Phrygiæ,

Dardanidæ dicuntur Troiani Virgil. lib. 7. Dicite Dardanidæ.

Dares, etis, pen. prod. aqud Virgil. 5. Æneid cum Entello congreditur, de quo proverb. Dares Entellum provocat, cujus usus esse pot est, quando juvenili quispiam temeritate lacessit, cui viribus sit impar. Alius hoc nomine Phrygius historicus bello Troiano interfuit, idq; descripsit lingua Græca quam in Latinam transtulit Cornelius.

Darideus δαριδαῖος, rex Persarum tempore Apollinis Tyanei. id est, tempore Tiberij. Caij. Claudij Imperatorum. Vide Philostratum in ejus vita.

Darij, Persarum reges, de quibus historici passim.

Dariorigum, vulgò Vannes, urbs Galliæ Ptolem.

Darius, prod. penult. δαρεῖος דָּרְיָוֶשׁ rex Persarum quartus fuit, cui Xerxes successit. Mantuan.

Nec qua morte ferunt Persam cecidisse. Darium

Daruernum, δαρούερνον, vulgò Douurnes, Ptol. Britanniæ insulæ portus, unde in Galliam trajititur.

Darus, vide suprà, Trab.

Dascylos, oppidum Bithyniæ, Strab. Dascylium, δασκύλιον nominat.

Dassaretæ, δασσαρῆται populi Thraciæ à tergo juncti Epyro, Plin.

Dastylus, Gygis regis pater fuit.

Dates, è Darij ducibus unus fuit apud Marathonem victus Herodot. lib. 6.

David, δαυίδ דָּוִד populi Iudaici rex fuit, cuj9 patria fuit oppidum Bethlehem, patris nomen Isai seu Jesse fuit. Vide integram ejus historiam in libris Regum & c. 1. Paral. Hinc Davidicus a, um, ut Davidicus cantus, Davidicum carmen.

POETICE.

Psaltes.

Iessides.

Iessiades.

Isaides.

Psalmographus.

Vates Psalmographus.

Idumæus vates.

Hebræus vates.

Ieſſæus Prophetes.
Iſæus vates.
Sanctiſſimus Pſaltes,
Ieſſæus Rex.
Ieſſæus vates.
Ieſſeius heros.
Ieſſeia proles,
Vates illi ſacri operis David.

Vates, Pius, Exul, Fratrum, ultimus. Liræ Fundæq; peritus. Evectus ex caula ad aulam Qui paſtor Euphratæis montibus ſectabatur agnos, Qui parvus, & abjectus erat inter fratres. Qui licet puer, & non util armis Goliam tamē immani mole dejecit verbere agreſtis fundæ. Qui Giganthæa mole Goliam proſtravit. Contra quem abſolo ſceleratus turbator regni paterni arma tulit. Quem Maachides regno pepulit. Ducens genus ſanctum à patre Ieſſæ. Qui contactus pectora aurea cœleſti flamma fecit verba notanda ad argutam chelyn. Qui tetruit exul externos agros. Cui Deus olim armavit manus ad pia bella. Qui ſolicitavit vetitos toros. Qui vivo numine canit facundum carmen de Chriſto. Qui ad citharam ſonat verba numeroſis Camœnis, dum memori ore Deum canit. Quem Deus præfecit populo ſuo Berſabeæ forma captus. Qui movit plectra argutæ lyræ, Qui parvus erat, Qui ſtridente funda ſtravit Goliam Qui verbere actæ fundæ dejecit Gigantem vaſta mole, inſultantem cœlo & ſuperos vocantem in bella. Qui captus imagine Berſabes torſit pectus ſuum illico igne: In cujus ulnis urſus fremens gravirer efflavit ſupremum halitum. Cujus preſſu vaſtificus olim leo diſcerptus occidit. Qui per teterrimum Gigantem vaſta corporis mole neci dedit Qui Deo grata uſq; carmina concinebat. Quem Deus afflavit ſācto numine.

Daulia vel Daulis, δαυλὶς, oppidum, Phocidis ſub ditione Terei regis Thracum, unde Philomela dicitur Daulias apud Ovid.

Deflet Threicum Daulias ales itim.

Dicitur & Daulis, δαυλίς.

Daunia, æ, δαυνία, vulgò Puglia piana, Apulia dicta fuit à Dauno, Dauni populi. Hinc Daunius ur regna Daunia apud Silium. Et, Camœnæ Dauniæ apud Hor. 4. carmin. op. 6.

Daunus, Pilumni & Danaes filius fuit & avus Turni, qui in Apulia regnavit, à quo etiam regioni nomen Dauniæ inditum Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Ve-
ni

nilia sorore Amata Turni suscepit, de quo infrà Virgil. lib.12.

Dauni miserere senectæ.

Est etiam fluvij nomen in Apulia, de quo Horat. lib. 3. carm. od. 13.

Quæ pauper aqua Daunus agrestium
Regnator populorum.

Daurifer, sive Daurises unus ex Darij ducibus fortissimus pui in carijs ceciderunt.

Decapolis, δεκάπολις, sive Decapolitana regio Syriæ Iudææ propinqua, cujus mentio fit Marth.4. Mar.5. & 7. sic dicta à numero decem, quas continet, urbium, de quibus Plin. lib. 5. cap.18. Die Zehen Städte.

Deceates, Ligurum populi. Plin.

Decius Δέκιος, à decem. Fuerunt autem tres Decij Romani nobilissimi, pater filius & nepos, quemadmodum in prima Tuscul. Cicero scripsit. Mas, si timeretur, inquit, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Pyrrho nepos se hostium telis objecissent.

POETICE.

Decij:

Fortes, Animosi, Bellicosi. Qui propria morte hostes, fugarunt, dum fera bella gerunt pro populo.

Fuit & hoc nomine Romanus Imperator, persecutor Christianorum atrocissimus Anno Christi. 253.

Decoontes filius Herculis ex Megara filia Creontis Thebani. Homer. in Odyss.

Deianira, prim. long. δηιάνειρα, filia fuit Oenei regis Ætoliæ, quæ à multis procis ob elegantem formam adamata est. Ejus causa ortum est duellum inter Herculem & Acheloum, de quo Claud. Hanc postremo cum rapuisset Nessus Centaurus, ab eodem Hercule raptum ulciscente sagitta confossus est. Ipse demum Hercules cum acceptam ab ea interulam Nessi cruore tinctam induisset, versus in furias seipsū in monte Oeta combussit. Nessus enim cum expiraret vestem Deianiræ cruentans dixit, remedium futurum erga conjugem deserti amoris: qui tamen cruor in veneni partem cessit. Monemur autem exemplo Nessi ne fucata hostium benevolentia decipi nos sinamus. Reprehendit etiam stultitiam eorum qui venenis vim & illecebram amoris inesse opinantur.

POETICE.

Deianira:

Oeneis, Ætolis, Impia, Calido

lydonia. Cui præstantia miræ formæ. Cui grata venustas, & decor oris insignis.

Deidamia, pri. lon, δηιδάμεια filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, ex qua Achilles habitu muliebri apud Lycomedem latens genuit Pyrrhum. De ejus forma vide Statium lib. 1. *Achilleidos.*

POETICE.

Scyrias puella. Ita dicitur ab insula Scyto, in qua vitiata est.

Deidamia:

Regalis, Pudibunda, Pulcra Scyria. Hœmonio viro victa. Pulcerrima turbæ suæ Efferens gradum arcanis tenebris.

Dejoces, rex Medorum Phraorte filius, teste Herodot.

Deione, δηιόνη. mater fuit Mileti quem ex Apolline peperit, hunc enim Deioniden vocat. Ovid. lib. 9.

Tunc erat invalidus, &c.

Deiopeia, pri. prod. δηιόπεια, sine Deiope: nympha Iunonis apud Virgil. 1. Æneid.

Quarum quæ forma pulcerrima Deiopeiam
Connubio jungam stabili, &c.

POETICE.

Deiopeia:

Pulcra, Venusta, Fovens niveo sinu Hippotaden afsum rapido ventorum urbine.

Deiotarus δηιόταρος, ante pn. & penult. brevibus, rex Galatiæ fuit Senatus Romani beneficio prœfectus. Cæsari amicus fuit, & tamen accusatus à Philippo quodam, quod insidias ipsi apud se divertenti struxisses à Cicerone defensus est luculenta illa pro Deiotaro rege oratione.

Fuit & Deiotarus alter Adramitenus, ludi literarij magister, apud Gargara Troiadis de quo Steph.

Deiphobe, δηιφόβη, filia Glauci Sibylla Cumæa ad Amphrysum Thessaliæ fluvium natam, unde & Amphrysia dicta, quæ ad inferos duxit Æneam. Vide inferius de Sibyllis. Virgil. lib. 6.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla

POETICE.

Chaldica vates.
Euboica Sibylla.
Cumœa Sibylla.

Deiphobe:

Docta, Vates, Cumana, Longæva sacerdos.

Deiphobus, δηίφοβος, Priami filius, Helenæ post paridem interemtum maritus, cujus tamen dolo & proditione à Græcis, quos illa in dormientis cubiculū intromisit e

sit, est interfectus . de quo Virg. 6. Æneid.

Atque hic Priamidem lania
tum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum
crudeliter ora, &c.

POETICE.

Deiphobus:

Acer, Armipotens, Fortis, A Craijs interemtus. Cui infida marita exitium attulit.

Deiphile δηϊφύλη, Adrasti fuit filia, quæ Tydeo juncta Diomedem peperit.

Delia, vide inferius Diana.

Delos, δῆλος, quæ hodie Sdiles dicitur, insula media Cycladum clarissima, Apollinis & Dianæ natalibus celebris, unde & hæc Delia, ille Delius appellatur. Dicta autem est hæc insula à repentina, posteaquam undis aliquando obruta esset, apparitione, δηλόω enim ostendo est, δῆλον manifestum. Dicta fuit & Ortygia, à coturnicibus ibi primum repertis aut visis, ὄρτυξ, coturnix. Alij etiam Asteriam, alij Cynthiam, à Cyntho monte. Pyrpilem ab igne primùm ibidem reperto, item Lagiam, Cenciam, Mydiam. Cynethum nominunt. Ovid. 6. Metam. Erraticam eam appellat, Poetæ enim scribunt, vagam eam & mobilem ante Latonæ portum fuisse. Virgil. Latoniam dicit, quia Latonæ, quæ ibidem peperit, sacra, Vide Iulium Solin. cap. 17. Vide & Servium in explicatione versuum. Virgil. 3. Æneid.

Sacra mari colitur, &c.

Cicer. item in Vetrem. 3.

POETICE.

Delia tellus.
Apollinea urbs.

Delos prim. lung.

Candida, Instabilis, Apollinea, Ortygia, Latonia, Erratica, Errans, Levis, Grata Latonæ. Patria Phœbi. Media Cycladum, Amata Clario Deo. Quæ circumflua trahitur aurato ponto. Moto in stamine errans. Quæ Apollinis ortu gavisa est. Quæ lætatur gaudens claro Apolline. Hinc Delius δήλιος, ut Apollo Delius vates Delius, & Deliacus. δηλιακὸς, qui est ex Delo, unde vasa Deliaca dicta sunt ex ære precioso, ab insula Delo, ubi prima æris nobilitas fuit.

Delphi δελφοὶ, plurale oppidum nobilissimum Bœotiæ templo & oraculis Appollinis celeberrimum. Unde & Apollo Delphicus vocatus est. Livius orbis umbilicum Delphos vocat lib. 8. belli Macedon & Ovid. lib. ult. Metam.

Mediamq́; tenentis.
Orbis humum Delphos adeunt oraclaq́; Phœbi.

Sed id falso creditum fuit Deletum verò funditus templum Delphicum terræ motu & fulminibus, necunquã postea restructum. Dicti etiam sunt Delphi Oppidani. Hinc est Delphicus, δελφικὸς, ut, Delphica laurꝰ quòd Apollini esset sacra.

Delta, δέλτα, urbs juxta Syriam & insulam Ægypti.

Demades, δημάδης, orator Atheniensis, potens dives, luxuriosus & libidinosus, de quo multa Plutarch. in Demosthene.

Demaratus, δημάρατος, Tarquinij Superbi pater fuit, & alius Lacedæmoniorum dux, cùm exularet apud Athenienses, belliq́; contra patriam cerneret apparatus, plus se debere patriæ, quam Atheniensibus, clàm certiores fecit Lacedemonios. Vide Plutarchum in vita Alexandri.

Demea, persona senilis, rustica, dura & morosa apud Terent. in Adelphis. Dicitur ἀπὸ τοῦ δήμου; à populo q. popularis non admodum benè excultus.

Demetrius, δημήτριος, Antigoni Macedoniæ regis filius fuit, qui post Alexandrum præter alios Macedonas nomine & virtute celebris multas res præclarè gessit. Meminit hujus Plutarch. in Parall. Demetrius alius Phalereus, δημήτριος ὁ φαληρεὺς fuit Theophrasti auditor: de quo multa in Bruto Cicero. Meminit etiam ejus idem. 1. offic. ubi in: Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest disputator subtilis orator parum vehemens, dulcis tamẽ ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. Demetrius Tertius Syrus fuit Ciceronis præceptor, quemadmodum ipse testatur in Bruto.

Democedes, pen. long. δημοκήδης, Brotoniata medicus insignis, qui cùm inter Darij captivos esset, regemq; ex pede laborantem sanasset, cùm à suis medicis non juvaretur, summo in honore apud regem & Persas omnibus habitus est. Herodot. lib. .

Demochares pen. br. δημοχάρης, orator Atheniensis Demosthenis nepos ex sorore. Legatus cum alijs ad Philippum regem ab Atheniensibus missus, expositis mandatis, petenti regi, quid gratum Atheniensibus facere posset, respondit, Suspendi te. Indignantibus ob eam tem cæteris, rex incolumem dimisit, vos inquiens, cæte-

ris Athenienſibus renunciate, quoſnam cenſeant ſuperiores, utrum, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter, Seneca libro 3, de ira. Meminit ejus & Cicero in Bruto.

Democides, medicus, qui Polycratem Samiorum tyrannum curavit duobus talentis, librumq; ſcripſit de medicina. Suid.

Democles, δημοκλῆς, adulator ille fuit, quem, quòd Dionyſij beatam vitam prædicaſſe tyrannus regio induit habitu, & menſam copioſè inſtructam apponi ei juſſit, ſed ſuper caput eius gladium ſuſpendi ex tenuiſſimo filo dependentem ut Tyrannicam vitam miſerrimam eſſe inde animadverteret. Vide Ciceron. 5. Tuſculan. qui Damoclem eum vocat.

Democoon δημοκόων, nothus fuit Priami equorum velociſsimorum patris apud Abydum cuſtos in bello ab Ulyſſe interfectos, Homer. lib Iliad 4.

Democrates, δημοκράτης, Alexandri architectus, qui Alexandriã metatus eſt, Fuit & Democrates athleta, qui facto in ſtadio circulo conſiſtens à nullo dimoveri poterat, de quo Ælianus de var. Hiſt. Fuit Democrates medicus, de quo Plin.

Democritus, δημόκριτος, philoſophus oculis, Gellio teſte, ſeipſum privavit ut ſublimimius ſecreta naturæ indageret. Cognomen ipſi datum eſt γελασῖνος quia humana omnia riſit ſicut alter Heraclitus Epheſius deploravit. Multa ipſi egregia Cicero tribuit. Meminit ejus & Iuvenal. Satyre 10. ubi inquit.

Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat.
Democritus, quoties à limine moverat unum.
Protuleratq; pedem : flevit contrarius alter.

Vide & Plin. Diogenem item Laertium in Democrito & Suidam, qui αὐτοδίδακτον ipſum fuiſſe ſcribit. De delyrio ejus require epiſtolas Hippocratis & inprimis eam quæ ad Damagetum exarata eſt.

POETICE.

Democritus:

Prudens, Siccus, Abderites phyſicus. Qui mille facit mundos. Humana omnia ridens. Qui deſcendi cauſa ſapientes adijt Indos. Qui omnia riſit. Qui inanes hominum curas ridebat. Excludens Helicone ſanos poetas.

Demodocus, prim. long. cæter. brevibus δημόδοκος fuit Gytha,

Citharœdus, quem Homerus lib. Odyſſ. 8. inducit in convivio Alcinoi regis Phœacum cithara pulſantem & ſimul canentem, ut eſt apud Virgilium lib. 1. Æneid. in Didonis convivio,

Cithara crinitus Iopas
Perſonas aurata, &c.

POETICE.

Demodocus:

Clarus, Qui carmina deduxit facili plectro. Ciens aurea plectra docili pollice, Qui epulas celebrans citharam movebat cum voce, ſono eliciente lacrymas.

Demolchus, Syracuſanus Comicus, Epicharmi medici filius, docuit fabulas 14. lingua Dorica Suid.

Demonax, δημώναξ, Philoſophus fuit Adriani temporibus, qui nihil potius inter homines amicitia putavit, de quo Ovid.

Demonica, δημονικὴ, mulier quæ urbem Epheſum auri aviditate Brenno duci prodidit. Vide Plutarchum in Parall.

Demophon, δημοφῶν, vel Demophoon, δημοφόων, filius fuit Theſei & Phœdræ, qui ab expeditione Troiana rediens, adverſis ventis pulſus eſt in Thraciam, ibique à Phylide loci regina per humanè hoſpitio ſuſceptus conjugioque functus fuit.

Quam poſtea cùm immemor beneficij reliquiſſet doloris impatiens puella ei-pſam laqueo ſuffocavit, de quo apud Ovid in Epiſtol. Vide Phyllis.

Demopolis & Neocles, filij Themiſtoclis cùm apud Athenienſes mentionem feciſſent, legum, quæ adverſus exules latæ erant, â Parentis inimicis lapidibus obruti ſint.

Demoſthenes, prim, long. δημοσθένης, Athenienſis oratorum Græcorum princeps Platonis diſcipulus. Natus fuit patre Demoſthene admodum paupere. Hinc cùm ab initio ætatis balbus eſſet, neque literam artis ſuæ primam, r nimirum, pronunnunciare poſſet, calculis quibuſdam in os conjectis prope maris littus naturæ vitium emendavit ut eloquentiſſimus poſteà evaſerit. Eloquentiæ ſtudio ita flagravit, ut aliquot ſæpè menſes domi latitarit, partemque capillorum, ut exundi ita facultatem ſibi præſcinderet, ipſe ſibi abraſerit. Plus olei, quam vini expendiſſe dicitur, unde & Enthymemata ſive argumenta ejus lucernam olere dicebant hoc eſt, elucubrata. Omnes etiam opifices Athenienſes nocturnis ſemper vigilijs præveniſſe ſcri-

bitur

bitur, de quo & Cicero 4. Thusculan. Dolere se ajebat Demosthenes, si quandò opificum antelucana victus esset industria. Venenum tandem ex calamo, quo scribebat, sugens parijt, de quo Iuvenal. Satyra. 10, Meminit etiam ejus Cicero in Proœm. 1. officior. item Plutarch. & Lucianus, à quo θαυμαστὸς δημοσθένης dicatur.

POETICE.

Demosthenes:

Gravis, Disertus, Facundus, Magnus, Torrens, Tumultuosus. Qui Pandioneam caveam movebat. Quem sævus exitus eripuit. Quem Athenæ miratæ sunt.

Fuit & Demosthenes alius genere Thrax, grammaticus Iliada Homeri & Hesiodi Theogoniam in prosam orationem convertit. Suid. Fuit item ejusdem nominis Atheniensium dux in bello Peloponnesiaco apud Thucydidem.

Derbices, δέρβιοι, juxta Caucasum montem sunt populi qui delictum quodq; exiguum supra Stoicam etiam se veritatem capitis pœna plectunt, terram venerantur, fœmineum animal, neque edunt neque sacrificant, qui 70. Annot excesserunt, jugulant, carnes cognatorum vorant, anus strangulant, deinde sepeliunt: citra septuagesimum annum obeuntes non edunt, sed humant. Vide Strab. lib. 2.

Dercyllus, præfectorum Pyrrhi unus, Plutarcho teste.

Dersæi, δερσαῖοι, Thraciæ sunt populi, per quos Xerxes iter fecit, teste Herodot lib. 7.

Derses, Græcorum populi in littoribus Thraciæ, autore Herodot. lib. 7.

Dortona, urbs Taurinorum Ptolem. Stephano δερτὼν, Hodie Tortana vocatur.

Derusæi, δερουσαῖοι, δερούσιοι, Steph. oratores fuerunt Persici, ut ostendit Herodot. lib 6.

Deva, δηοῦα, Britanniæ fluvius Ptolem.

Devana δηουάνα, aliâs Duana Castra urbs Britanniæ insulæ, Ptolem.

Deucalion, δευκαλίων, Promethei filius, Rex Thessaliæ, cum Pyrrhi Epimethei filia matrimonio junctus. Is post diluvium cum Pyrrha jactis post tergum lapidibus humanum reparasse genus dicitur, De eo Iustin. l. 2; Ita: Posthunc (Creontem videlicet) Amphitryon regnavit, qui primus Minervæ urbem sacravit & nomen civitati Athenas dedit. Hujus temporibus aquarum illuvies majorem partem Græciæ absumsit. Superfuere, quos refugia montium recepere aut ad regem

Tessaliæ Deucalionem ratibus vecti sunt, à quo propterea genus humanum conditum dicitur. Ab Ovidio Promethides dicitur. Vide eundem 1. Metam. Virgil. 1. Georgic. Iuveval. Satyr. 1. Fuit autem id diluvium annis aliquot non ita multis ante exitum Israelis ex Ægypto, anno scilicet mundi 2440. Sunt qui per diluvium Deucalionis intelligi velint non inundationem illam, quæ olim Græcia & Italia vastata, atque Atlanta insula, absorpta est, sed diluvium universale, quod fuit Nohæ temporibus. Idque ut affirment Luciani in libello de Syria Dea testimonium allegant. Finxerunt autem poetæ de lapidibus homines ortos esse. ut cum animi tum corporis quam habemus, duriciem significarent. Occasionem fabulæ præbuit nominis similitudo. Quia λαῒς Græcis lapis est, potest præterea ad Historiam referri fabula. Consentaneum enim est, homines diu post diluvium in montibus & speluncis saxeis sparsim habitasse, Deucalionis verò opera revocatos cœtus ad extruendas urbes, atq; ita lapidibus post tergum jactis id est, speluncis relictis homines reparasse: idq; Themidis instinctu. Est autem Themis lex sive jus naturæ. Cujus suasu & instinctu civilis vitæ institutio inventa est. Vide plura inferius in dictione Themis. Hinc Deucalioneus, a, um, ut, Deucalioneæ aquæ.

POETICE.

Deucalion:

Innocuus, Amans æqui. Promethides.

Dexippus δέξιππος, Herennius appellatus, orator Atheniensis sub Valeriano, usq; ad Aurelianum. Fuit & Dexippus Cous medicus Hippocratis discipulus. Suidas.

Dia, Δία Insula è Cycladibus una Plin. lib. 11. c. 7.

Diagoras Διαγόρας, philosophus fuit milesius, & Poeta Melicus post Pindarem & Bacchilidem ut Suidas tradit. Vocatus est ἄθεος, quod nullos Deos esse putavit. Cicer lib. 1. de nat. Deor. Rhodium seu hunc seu alium fuisse, & gaudio examinatum scripsit. Cùm enim tres filios haberet, adolescentes, unum pugilem alterum pancratiasten, tertium luctatorem, eosque omnes videret vincere, coronatique eodem. Olympiæ die, ibique tres cum adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis, sa-

ſuaviarentur, Cumque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo in oculis, atque in manibus filiorum animam efflavit. Idem Gellius refert lib. 3. cap. 15.

Diana, ἄρτεμις, ιδος, ἡ, & ἄρτεμος, Æolicè per tert. inflex. Dea venationis, quam veteres etiam montium & nemorum Deam vocârunt. Dicitur alias etiam Lucina Juno, Trivia, Proſerpina, Hecate, Luna & Delia. Inditum eſt autem huic Deæ poſterius hoc nomen à ſolo natali. In Delo enim Apollinem & Dianam uno partu Latona enixa eſt. De hac prover. *Venari irata Delia*, quod eſt inanem ſumere operam. Templum habuit celeberrimum apud Epheſios, aliud item in Taurica regione, ubi carne tantùm humana litabatur. Septem porrò comites Dianæ tribuuntur, quarum prima *Opis*. 2. *Lycaſte*. 3. *Britomaris*. 4. *Leontodame*. 5. *Thero*. 6. *Nebrophone*. 7. *Erimanthe* dicitur. Vide Claudian. in laudem Stiliton. paneg. 3. Catull. carmin. 32. Vide etiam plura in I. parte: **Göttin der Jäger und wälden.** Eſt hinc Dianius, a, um, Turba Dianiâ apud Ovid. 5. Faſtor.

Dias Δίας, Sophiſta Epheſius Philippi Macedonis tempore ponitur à Philoſtrato.

Dibutates Sicyonius, primus fuit figulus Corinthi, qui ex creta fingere docuit primusq; perſonas tegularum ex tremis imbricibus impoſuit, Plin.

Dicæarchus, δικαίαρχος, Siculus è Meſſana, Ariſtotelis auditor, Philoſophus, orator & Geometra, cujus paſſim meminit Cicero. Fuit item alter Lacedemonius Crammaticus, Ariſtarchi auditor. Suid.

Dicæogenes, δικαιογένης, poeta, Tragœdias & Dithyrambos ſcripſit Suidas.

Dicte, es, δίκτη, mons Cretæ Ptolemæo eſt & Straboni, à quo Iuppiter, qui ibi nutritus, Dictæus vocatur. Virg. 2. Georg.

Ante etiam ſceptrum Dictæi
regis & ante, &c.
Item eclog. 5.

Dictæa Nimphæ, id eſt, Cretenſes, item Dictæa arua apud eundem.

Dictynna, δίκτυννα, Dianæ cognomen eſt à retibus, quæ invenit, & Græcis ſunt δίκτυα. Eſt & Cretæ Inſulæ urbs Dictynna, à qua mons Dictynnæus Straboni,

Dictys δηκτυς, unus ex Centauris fuit, & Hiſtoricus Cretenſis, qui bellum Troianum

num cui interfuit, descripsit lingua Phænicum. Extat ea descriptio hodiè Latinè quemadmodum & Daretis Phrygij.

Dido, onis, Διδὼ, & Didus declinat. Græca, proprium ei nomen Elisa fuit, conjunx Sichæi, & soror Pigmalionis, cujus scelus, quod maritum suum vi oppressisset aversata, Tyro relicta in Africam profugit, & Carthaginem condidit, Hiarbe regis Mauritanorum ad postremum nuptias fugiens, gladio vitam finivit. Historiam Didonis brevibus exposuit Iustinus lib. 18. Meminit etiam ejus Virgilius lib. 1. & 6. Æneid. Silius Italic. lib. 1. Punic. & Ausonius Epigrammate 117. Epigrammate de Didone sic eleganter vertit Sleudanus:

Olim talis eram venerando splendida vultu,
Cum populos dixi regia jura meis.
Pectoribus non illa tamen mens insita nostris
Qualem circumfert publica fama fuit.
Æneas etenim nunquã mihi visus & illo
Nec Libyæ campus tempore noster erat.
Ancipiti sed ego pectus mucrone peregi.
Cum fugerem lectos improbe Iarba tuos.

POETICE.

Elisa (quod proprium ejus est nomen, post Dido dicta) Sidonis
Formosi Iuli mater.

Dido:

Profuga, Advena, Misera, Tenera, Furiata, Tyria, Optima, Lacrymosa, Candida, Dives, Infelix, Pulcerrima, Sidonia, Sidonis, Miserabilis, Sanguinolenta, Phœnissa. Squallenti coma, Sanguinolenta. Huc illuc errans. Quæ gravi amore arsit. Quæ impatiens dolore & amore necem sibi intulit. Quæ flagravit Æneæ amore. Quæ vicit invictum virum. Quæ igne Æneæ arsit. Quæ arsit in sua fata extructis rogis. Quæ concidit ipsa sua manu. Ab in sano igne cemata. Quam incenderat fera flamma pectori sui.

Didymaon, Διδυμάων, insignis armorum artifex apud Virg. lib. 5.

Et Clypeum afferri jussit Didymaonis artes.

Didyme, Διδύμη, insula maris Siculi. Pompon.

Diespiter, Iupiter dictus est, Horat. lib. carm.

Dinarchus, Δείναρχος, Corinthius jusse Polypercontis jugulatus est.

Dy-

Dindymus, pen. corr. plurali. Dindyma, mons Phrygiæ Cybele ſacer, à quo Dindymene ipſa appellata fuit, δίνδυμος, δινδυμήνη. Virgil.

Ite per alta Dindyma.

POETICE.

Idæus collis.

Dindyma:

Summa, Edita, Præalta, Celſa.

Dinocrates, δεινοκράτης, Meſſenius, Romæ in convivio, temulentus muliebri ſaltavit habitu, de quo plura apud Plutarchum in Philopæmene.

Diocles, διοκλῆς, Athenienſis, Comicus Poeta antiquus, de quo Athenæus, Diocles, item medicus Caryſtius. Suid.

Diocleus, Orſilochi, filius, in Phæra habitabat. teſte Homero.

Diodorus, διόδωρος. Fuerunt hoc nomine multi, ut Diodorus Chronus Dialecticus, Euclidis auditor, Platonis tempore. Alter Diodorus Stoicus Ciceronis præceptor in Dialecticis, quemadmodum in Bruto teſtatur ipſe. Fuit & alius Diodorus Alexandrinus Adriani temporibus. Sed ſub Auguſto Diodorus Siculus emicuit, qui hiſtoriarum libros ſcripſit quadraginta, quos Bibliothecam inſcripſit.

Diogenes, διογένης, prim. prod. antepe. & penult. correptis Cynicus Philoſophus Antiſthenis diſcipulus Athenis fuit, qui Alexandri Magni tempore vixit. Habitavit in dolio. Pro ſectæ ſuæ inſtituto riſit ac reprehendit omnia. Obijt verò nonagenarius Corinthi, ubi Xeniadæ cujuſdam liberorum pædagogus fuerat.

POETICE.

Diogenes:

Impurus, Mirificus, Rigidus, Synopæus Cynicus. Incola verſatilis cellæ. Qui abjecta faginea patera ſitim lenijt manibus ſuſcepta unda. Qui habitator magnus in teſta exigua latuit.

Diogenianus, διογενιανὸς Grammaticus fuit ſub Hadriano principe.

Diogænetus. διογαίνετος, ſive Diogenetus, vel etiam per ſyncopen Diognetus, διόγνητος, ſcripſit itinera Alexandri meminit ejus Pli l. 6.

Diomeda, διομήδη, Homero Iliad. 9. Phorbantis filia, quã è Leſbo abduxerat Achilles, & cum qua post raptam Briſeida dormire conſueverat.

Diomedeæ Inſulæ, διομήδειοι νῆσοι, in mari Adriatico ſunt, in quarum altera, non procul à Calabria fuerunt aves Diomedeæ ardeis perſimiles, quæ advenas bar-

ros clangore infestarunt, (aut certe non adierunt,ut Varinus scripsit(Græcis tantùm adulantes alis,explicatis tanquam manibus ad prensationem & complexũ. miro discrimine velut generi Diomedis hoc tribuentes ædemq; ejus,quæ in ea fuit Insula,quotidiè pleno gutture madentibus pennis perluerunt atq; purgârunt. Unde origo fabulæ,Diomedis socijs in earum effigies mutatos.Plin. lib. 10. cap. 44.Vide fabulam apud Ovid. 14.Metam.

Diomedes, διομήδης, Tydei filius celebratus ab Homero Græcorum fortissimus, qui in bello Trojano cum Ænea congressus est,& Venerem ipsam Æneam protegentem percussit. Unde indignata illa multas ipsi miserias attulit.

POETICÆ.

Dux ætholus.
Tydides gentis Danaum fortissimus.
Calydonius heros.
Ætholius heros.

Diomedes:

Impius, Ferus, Fortis, Oenides. Græcorum fortissimus heros. Sævus in hoste.

Diomedes alter rex Thraciæ fuit, quem Hercules equis,quia humano eos aluisset sanguine, objecit laniandum. Scribit Aristophanis interpres, Diomedem hunc Thracium solitum hospites suos compellere ad stuprum faciendum cum filiabus suis deformissimis, & stupro facto illos interemisse. Unde Diomedis filias à viris exagitatas, dictas esse equas, quæ pabuli vice humana vescerentur carne. Hinc etiam proverbio locus datus est: Διομήδειος ἀνάγκη id est, *Diomedæa necessitas* De ijs qui non sua sponte, sed vi coacti quid faciunt.

POETICE.

Diomedes:

Sanguineus,Immanis, Immitis,Cruentus, Impius, Asper, Crudus, Geticus, Thrax,Efferus, Bistonius, Qui terribiles equos pavit humano sanguine. Horrenda cæde cumulans præsepia. Semineces artus hospitum equis præbens vorandos. Præsepia habens sanguinolenta. Qui pavit æquos humana dape,

Dion, Δίων, Syracusanus potens & dives fuit auditor Platonis, de quo Plutarch. Dion Cassius Niceæ in Bithinia natus historiographus fuit. Dion Chrysostomus, philosophss & sophista apud Trajanum vixit. Scripsit multa & varia, quæ Suidas recensuit.

Dione, lon. pen. διώνη, Ve-

ris mater, una ex nymphis, Dionæa Venus ipse apud Virgil. 3. Æneid.

Sacra Dionææ matri Divisq;
ferebam.

Dionæus item eclog. 9.

Ecce Dionæi processit sideris
astrum.

Id est, leonis signum, quod in Iulio oritur; qui mensis à Cæsare nomen sortitus est antea Quintillus dictus Sic Dioneæ myrti apud Stroz.

POETICE.

Dione:

Blanda, aurea, Pulcra Turpis, Fœminea, Terapnæa, Latia, Isthmia, Inclyta, diva. Aurea diva, Ex eujus humero sonat, pharetra. Ex cujus oculis flamma micat. Cincta caput vario flore.

Dionysiopolis, διονύσȣ πόλις, vel Dionysopolis, urbs est Thraciæ, plin. lib. 4. cap. 11.

Dionysius, διονύσιος, med pro. dictus est Bacchus, & Dionysia Bachanalia, Bachi festa, quæ Græci triennio quoque celebrabant, Fastnacht. Dionysius alius fuit Syracusanorum Tyrannus, Dyonisii filius, qui posteaquam multa apud Syracusanos perpetrasset scelera à civibus regno ejectus est, & inde Corinthum veniens cum nihil aliud esset, quo vitam sustentaret, ludimagister factus est. Erat enim eruditus, utpote Platonis auditor olim. Hinc proverbialis allegoria: διονύσιος ἐν κορίνθῳ, id est, *Dionysius Corinthi*, accommodari potest ad omnes, qui ex illustri loco ad tenuitatem & paupertatem extremam dejecti sunt Ælianus scripsit eum, ob extremam mendicitatẽ stipem ad extremum ab hominibus cogendo vitam exegisse. Ovidius libro 4. de Ponto.

Ille Syracusia modò formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.

Dionysius Areopagita, præsul Atheniensis fuit à Paulo conversus Act. 17. Euseb. lib. 3. cap. 4. Dionysius poeta Apher genere, carmine Græco orbem descripsit, Is liber adhuc extat. Dionysius Alexandrinus Grammaticus fuit Traiani tempore. Dionysius Milesius historicus res Persicas scripsit, & quæ post Darium secuta sunt. Dionysius Halicarnasseus Ramanam historiam scripsit temporibus Augusti, & alia. Dionysius Heraclionis filius tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnavit. Strab lib. 16.

Diophanes, Mitylenæus Rhetor,

tor, Gracchi præceptor, de quo Cicero in Bruto, Diophanes, Διοφάνης, pen. long. vir Bithynicus, de quo Columella.

Diopænus & Scyllus, Cretenses sculpendo marmore claruerunt. Plin. lib. 36. cap. 4.

Diores, proprium viri, qui à Turno est interfectus, de quo Virgil. lib. 6. & 12.

Dioscorides, æ, is, Διοσκορίδης, Pedacius Dioscorides Anazarbeus fuit Medicus M. Antonio & Cleopatræ familiaris. Scripsit aliquot de re medica libros Suid.

Dioscorius, Διοσκόριος, Miræus, Grammaticus, præfectus prætorij Leonis Imperatoris ac Præceptor filiorum ejus Suid.

Dioscuri, Διόσκουροι, ἢ Διόσκοροι, præter Castorem & Pollucē & alios, ignes etiam sunt, seu vulgores marini navium malis aut antennis omine felici prosperæ navigationis, si simul appareant, insidentes. Plinius stellas Castores appellat, Græci hoc meteoron πολυδεύχεα vocant, recētiores ignem præcedentem & sequentem. Vide Cicer. lib. 3. de nat. Deorum.

Diospolis, Διόσπολις, Vide Thebæ.

Dioxippus, Διώξιππος, Athleta nobilis, de quo Plin. Alius ejusdem nominis Poeta Comicus de quo Suid. Alius miles Alexandri Magni de quo Ælianus.

Dipænus & Scyllus, Vide Diopænus & Scyllus.

Dipænus, Δίφιλος, à Clemente Alexandrino & Eusebio Pamphili κωμικώτατος καὶ γνωμικώτατος, id est maximus Comicus et sententijs refertissimus vocatur. Fuit hic (ut Strabo scripsit) Sinoponensis, & eadem fere ætate cum Meandro fluoruit. fabulasq; centum scripsisse dicitur, inter quas Terentius & Donatus Synapothescontes commemorant.

Dipsa- nomen est Lenæ, quam carminibus suis Ovidius insectatur, quod meretritia Puellam suam instruere arte. Sic enim scribit libr. amor 1. eclog.

Est quædam (quicunq; volet cognoscere lenam,
Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.

Dipson, fluvius est Ciliciæ ex Tauro profluens. Lucan lib. 9.

Turoq; videt Dipsonta cadentem.

Diræ, tres sunt Acherontis, & noctis filiæ, quæ apud inferos canes, apud mortales, furiæ & Eumenides, apud Superos Diræ vocantur, de quibus plura in prima parte

te: Hellische Göttin.

Dirce, Δίρκη, Mulier Babylonia & formosa, quæ quoniam Palladi convitiata fuerat, cum se levaret, in piscem est mutata: Alia fuit Dirce uxor Lyci regis Thebarum quæ cum Antiopam suspectam haberet adulterij cum Lyco marito suo, eam Catenis ligatam multis affecit molestijs. Quam injuriam postea sævissimè vindicarunt Zethus & Amphion Antiopæ filij. Dircen enim equinæ alligârunt caudæ, quæ diu raptata per terram Deorum tandem commiseratione in fontem sui nominis est mutata non procul à Thebis. Propertius tauro indomito eam alligatam, atq; eo modo extinctam scribit lib. 3.

Dircæus Διρκαῖος, dicitur Aonius sive Thebanus, à Dircæa parte Bœotiæ, in qua fons est Dircæus Amphion. Dircæus apud Virg. in Coridone. Et Pindarum Dircæum dixit Horat. lib. lib. 4. carm. Od. 2.

Dis, ditis, id est, dives, nomen est Plutonis inferorum regis, cui omnem terrenam vim atque naturam dedicatam putabant, quod divitiæ omnes è terra oriantur, & in terras recidant, Græcè πλοῦτος vel πλοῦτων, dicitur, Virgil. lib. 6.

Noctes atq; dies patet atri janua Ditis.

Dicitur autē per antiphrasin. Dis, q. minimè dives, Der Teuffel ist arm/hat weder Leib noch Seele. Dis apellaivum, ditior, ditissimus, id est, dives. Terent.

Dis quidem esses Demea.

Dithyrambus, διθύραμβος, Thebanus fuit inventor hymnorum in honorē Bacchi. Horat. lib. 4. carm. Est & Bacchus dictus Dithyrambus. Hinc Dithyrambicus, ut poema Dithyrambicum Cic. de opt. gen. orat.

Divodurum, vel villa Theonis. Die Denhöfen.

Doclea, Δόκλεα, hodiè Antibaris, Liburniæ urbs Ptolemæo.

Dodona, æ, vel Dodene, es, Δωδώνη urbs Chaoniæ in Epiro, juxta quam sylva fuit Iovi sacra, in qua arbores vocales fuisse dicuntur. In eadem sylva templum Iovis Dodonæi vetustissimo oraculo celebre fuit. Quod autem columbas vaticinatas in ea sylva fingunt, hanc habet rationem, quod mulieres fatidicas seu divinatrices lingua su Thessali vocarunt πελειάδας, hoc est, columbas. *Æs Dodonæum*, proverbialiter dici solet, homo impensè & importu-

nè garrulus, δωδωνεῖον χαλκεῖον seu τὸ ἐκ δωδώνης χαλκεῖον. Dudonæus adject. & Dodonis, idis, fœminin. apud Valerium Dodonida quercum ingredior. Dodonides Nimphæ.

Dolon, δώλων, Trojanus quidam fuit, velox pedibus, pro exploratore missus in castra Græcorum à Diomede & Ulysse interfectus, qui & ipsi speculatum venerant. Homer, lib. 10. Iliad. Virg. lib. 12,

Antiqui proles bello præclara Dolonis.

Ovid 13. Metam.

Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemq; Dolona.

Meminit ejus idem Ovid. lib. 2. de arte amandi. Vide in dictione Rhesus.

POETICE.

Dolon:

Imbellis Phrygia de gente, Phryx timidus.

Dolopes, penult. brev. δόλοπες Thessaliæ populi, Pyrrhi socij, ut Myrmidones Achillis apud Troiam. Autor Servius enartams illud Virgilij,

Myrmidonum Delopumue, &c.

Domitij plures fuere apud Romanos, Cn. Domitius, L. Domitius, Domitius Nero, Demitius Ænobarbus, de qvibus apud Plin. & Plut.

Observatione verò hic maximè dignum ducimus vaticinium Domitij Neronis, quod nimirum perversitatem & improbitatem filij Neronis tum ex suis, tum uxoris Agrippinæ moribus prædixerit quemadmodum Xiphilinus scripsit: ἀδύνατόν ἐστιν ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἔκ τε ἐμοῦ καὶ ἐκ ταύτης γεννηθῆναι, id est, fieri nullo modo potest, ut ex me & illa vir bonus nascatur.

Donatus, Grammaticus fuit doctissimus S. Hieronymi præceptor ut ipse testatur in Apologia ad Ruffinum.

Donysa, pen. prod. δόνυσα, insula Cycladum una de quibus Virgil. 3. Æneid.

Viridemq; Donysam.

Dorcades, insulæ sunt maris Æthiopici, quas Gorgones habitasse feruntur.

Dores populi Asiæ Cariæ regione ad mare Carpathium vicini.

Dorion, δώριον, Magnesiæ oppidum, juxta quod Thamyras Citharœdus Musas ad cantus certamen provocavit Lucan. lib. 6.

Teleos & Dorion ira Flebile Pieridum, &c.

Doris, idis, pen. corr. regio Græciæ & urbs ejus regionis, à nympha Doride δωρίς. Ab hac regione Dialectus & lingua Dorica dicta est.

Et Dorica castra apud Virgil. Populi sunt Dorienses. Doris etiam filia fuit Oceani & Tethios, Dea maris. Interdum pro ipso mari accipitur ut Nereus, qui ejusdem maritus fingitur Virgil.10.Eclog.

Doris amara suam non intermisceat undam.

POETICE, *poster.*

Doris:

Formosa, Neptunæa, Cærulæa, Grandæva, Difflua, *Auricoma*. Humida, Spaciosa. Æquorea, Cœrulea, Spumosa, Glauca, Latius extendens fluctus. Latè vagans. Diffundeus aquas telluri.

Doriscus, δώρισκος, littoralis urbs Thraciæ.

Dorius, fluvius Lusitaniæ, ad quem portus est & civitas, ut est apud Ptolem,

Doricum, urbs Superioris Mysiæ, juxta Danubium. Ptol. lib. 2. cap. 9.

Dorus, δῶρος, filius Neptuni qui in Græciæ parte regnavit, à quo Dori dicti, ut autor est Servius apud Virg. 2. Æneid.

Iuvat ire & Dorica castra
Desertosq; videre locos, littusq; relictum.

Meminit & Dori ejusdam Diodor.lib.6. àquo Dorienses dici scribit.

Doryclus, δόρυκλος, filius nothus Priami, interemtus ab Ajace in bello Trojano, Homer. lib. 11. Iliad. Doriclus alius frater Phinei regis Thraciæ fuit, de quo Virgil. lib. 5.

Dorylas, δόρυλας, agrestis opulentiæ ditissimus ponitur ab Ovid. 5. Metam. ubi ait:

Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri, &c.

Dorilæum, δορύλαιον, magna Phrygiæ civitas. Ptolem. lib. 5. cap 2. Plin. lib. 5. cap 29. Dorilaum vocat, juxta quam Hermus amnis oritur.

Dracunia, vide Ehingen.

Draco, δράκων, antiquissimus Atheniensium legis lator, ante Solonem qui Draconis leges ob nimiam severitatem, exceptis ijs, quæ de cæde erant constitutæ abrogavit, quod non atramento, sed sanguine quemadmodum de ijs Demades judicavit, scriptæ viderentur, quarumq; autoritate & desidiæ damnati, & qui olera surripuissent, capite plecterentur.

Dracus dux Acheorum, à L. Mumio Romanorum duce, ad Isthmon victus Livius lib. 52.

Drausi, seu Thrausi potius, τραυσοὶ, Thraciæ sunt populi, qui, teste Herodoto. lib. 5. Pueros primùm editos circumsidentes plorant,

& commemorant, quas necesse sit vitam hanc ingressos calamitates perpeti, fato verò functos per lusum atq; lætitiam sepeliunt atque iterum referunt, quòd sint illi malis per mortem liberati.

Drepana, δρέπανα, seu Drepanum, δρέπανον, pen. brev. Siciliæ civitas non procul à monte Eryce trans Lylibæum à curvo situ instar falcis dicta, δρέπανον, enim falcem Græci dicunt. Deprani Anchises, moritur apud Virgil. in fine 3. Æneid.

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accepit, &c.
Ovid. de Fastis
Quiq; locus curvæ nomina falcis habet.

Drilon, δρίλων, fluvius Dalmatiæ, à Scardo monte profluens Ptolem.

Druidæ sive Dryidæ, arum ut Druides, um, δρυΐδαι & δρυΐδες, magi dicebantur & religiosi seu Sacerdotes Gallorum ab eo, quòd rem divinam in lucis roborum, & sub arboribus facerent. Vide de ijs Cæsar lib. 6. belli Gallici Ciceron. lib. 1. de divinat. & Plin. lib. 30. cap. 1. Druias, iadis, patronym. fœm.

Drusi moles, Der Eichelstein bey Mentz.

Drusumagus, Vide surà, Memmingen.

Drusus, δροῦσος; Romanus genere & eloquentia nobilis, Catonis avus, de quo Cicero lib. 4. de finibus bonorum & malorum. Fuit & Drusus ædilis & tribunus plebis Romæ, Ciceronis sodalis, de quo ipse lib. 3. de natura Deorum. Fuit & ante eum M. Livius cognomento Salinator. Virg. 6. Æneid.

Quin Decios Drusosq; procul, &c.

Fuit & hoc nomine Liviæ Augustæ filius, qui auspicijs Augusti in Germania rebus præclarè gestis facto crure perijt. Vide Florum lib. 4. cap. 12. De morte ejus Ovidij etiam consolatio apud Livium extat. Drusi porrò istius oden laudatricem vide apud Horat. lib. 4. carminum ode. 4.

Dryades, δρυάδες, nymphæ fuit sylvanæ, quæ inter arbores habitant, à δρῦς, id est, arbore seu quercu nominatæ. Hamadryades autem Nimphæ sunt, quæ cum arboribus nascuntur & pereunt, ab ἅμα. id est, simul, & δρῦς id est, quercus, q. d. Nimphæ quercinæ. Vide Servi.

POETICE.

Dryades:
Semideæ, Formosæ, Cultæ, Procaces, In sylvis vagantes, Dur-

Duris in montibus ortæ. Montana numina.

Dryas, δρύας Hippolochi filius cui Clustumina Colchida fuit conjunx, ex qua Lycurgum suscepit. Hic in bello Troiano fuit, stetitq; a partibus Etheoclis, qui cùm in pugna Parthenopeum lethali ictu vulneraſſet, à Diana sagittis occisus est, Stat.

Horrendumq́; Dryanta movet, &c.

Dryantides dicitur Licurgus rex Thraciæ apud Ovid. in Ibin.

Utq; Dryantiadæ Redopeia regna tenenti.

Dryope, δρυόπη, vel δρυόπα, urbs est circa Hemionam. Est & Dryope Euryti filia, soror Ioles Andremonis conjunx, quam Apollo antè dilexerat, in lotum arborē mutata fingitur, idq; forsan ideo, quòd inter quercum & lotum sit quædam convenientia. Est autem jucundissima hæc fabula & plena affectibus, cujus meminit Ovid, lib. 9. Metam.

Dryopes, δρυόπες, populi circa Parnassum. Servio sunt in illud Virgil. 4. Æneid.

Cretesq́; Dryopesq́; fremūt, pictiq; Agathyrsi.

Drysus, vir Trojanus apud Homerum in Iliade.

Dubis, vel Dubius, prim. brev.

vide suprà, Dub.

Ducona, urbs Cadurcorum in Gallia Ptolem. vulgò cahors en Quercy.

Duiltius Romanus, qui primus Romæ navali certamine triumphavit.

Dulichium δυλίχιον, insula, quæ Ulyssi paruit, à qua Dulichius ipse cognominatus fuit. Cæterum patriam habuit Ithacam & ipsam insulam. Ovid. 14. Metamorph.

Dulichiumq; Sameq; & Neritos ardu saxis.

Scribunt & Dulichium. Virgil. 6. Æneid.

Dulychias vexasse rates, &c.

POETICE.

Dulchij portus.
Regnum fallacis Ulyssis.

Duvium aliâs Dorkinga. Britanniæ insulæ urbs Ptolemæo:

Duriæ sive Durias, δουρίας, fluvius Hispaniæ circa Numantiam, Galleciam à Lusitania separans. Hermolaus Turiam vult legi. Ptolemæo Durius dicitur, & Silio lib. 1. Claud.

Callecia risit
Floribus & roseis formosus
Duria rupus.

Dyrrachium, δυῤῥάχιον, Macedoniæ civitas & portus celebris, hodiè Italis Durazo

 appel-

appellatur elegisse sibi exilij locum Dyrrhachium Cicero ad Terrentiam scribit lib. 14. epist. famil. Hinc Dyrrhachinus adject. Item ad Atticum lib. 3. Quòd mei studiosus habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi.

E

Easo, Hispaniæ Tarraconensis urbs Ptolem.

Ebudæ, vel Ebudes, quinque insulæ, quæ Hiberniæ subjacent, Ptolem. autore, Plin. Hæbudes scribit.

Ebura ἔϐȣρα, hodiè Ebora ἔϐορα Lusitaniæ urbs Ptol.

Eburones, ἐϐȣρῶνον, Gall. Belgici, qui hodiè Leodienses dicuntur. Plinius Lugdunenses vocat. Die im Lütticher Bisthumb.

Ebusus, ἔϐȣσος, vulgò Ibizza, insula est una ex Balearibus in qua optimæ ficus nascuntur. Alia videtur esse prope Phœniciam.

Ecameda, ἑκαμήδα. filia fuit magnanimi Arsinoi, forma Deabus æquanda, quam à cæteris Græcis electam Nestor, quòd consilio reliquos antecelleret, sibi donatam è Tenedo ad Græcorum castra deportavit, cui illa decorè & jucundè ministrabat. Homer. Iliad. 11.

Ecbatana, pen. corr. plural. ἐκϐάτανα, Mediæ majoris

metropolis est Strabon. A-
lijs regionis nomen.

Echemon, ἐχέμων, filius Pria-
mi, quem Diomedes intre-
mit. Homer Iliad.

Echneus. per quat. syllab. &
pen. lon, ἐχένηος, omniu[m]
Phœacum generosissimus.
Homer. lib. 7. Odyss.

Echinades, ἐχινάδες, ἐχῖναι, insu-
læ in Epyro, natæ Ach[el]oi
impetum, sicut pars Ægypti
Nili cœno.

Echinon, Thraciæ urbs est [a]d
Pegaseum sinum.

Echinos, ἐχῖνος, ἢ ἐχινȣ̃ς, ur-
bis nomen de qua Cicer[o i]n
Arat-

Echion. pen. lon. ἐχίων, un[u]s
fuit è socijs Carmi, pri[m]i
Thebarum regis, & Pat[e]r
Penthej regis, qui ab eo [E]-
chionides & Echionus, [d]
est, Thebanus dicitur, [u]t
norat Servius. Virg. Æn. [1].

POETICE.

Echion:

Clarus, Curru invictus.

Edessa, ἔδεσσα, urbs celeberri-
ma Mesopotamiæ ad ripa[m]
Euphratis sita, antea Anti-
ochia dicta. Hinc Edesse[n]-
ses ἐδεσσαῖοι, ἐδεσσηνοὶ, popul[i].

Edon vel Edonis, mons e[st]
Thraciæ, Virgil. 12. Æne-
id.

Ac velut Edoni Boreæ cu[m]
spiritus alto
Insonat Ægæo, &c.

Luca[nus]

Lucanus verò per ſyſtolen corripuit. Edonis item patronymic. ἠδωνίς, Ovid. 11. Matam. Edonij ἠδόνιοι, ſive Edones, ἤδονες populi ſunt Thraciæ circa illum montem habitantes. Edonius poſſeſs.

Edri, Andros Plinio, inſula eſt juxta plagam orientalem Hiberniæ Ptolem.

Edyia, ἐδυῖα, nimpha Oceani & Tethyos filia Heſiodo in Theogonia teſte.

Eetio, ἠετίων, pater Andromaches, uxoris Hectoris. Homer. lib. 6. Iliad.

Egeria nympha, cui prægnantes ſanctificabant, quòd facilè eam conceptum alvo fœtum egerere exiſtimabant. Feſtus alia Ægeria, de qua ſuperius.

Egeſinus, Philoſophus, auditor Evandri, de quo Cicer. lib. 4. academ. quæſt.

Egeſta, ἔγεστα, Hippotis Troiani filia, quam, ne beluæ marinæ ob Laomedontis perjuria ſecundū Apollinis reſponſa traderetur, pater naviculæ impoſitam miſit, quò ſors ferret, quæ ad Siciliam tandem delata à Grinifio fluvio in canem mutato compreſſa, Aceſtem enixa eſt.

Egnatia, ἐγνατία, hodiè Iuvenatium, urbs Appullorum Ionio Pelago Ptolem.

Eioneus ἠιονεὺς. è Græcorum principibus, qui Trojam profecti ſunt, unus, interemtus ab Hectore, teſte Homero. Alter ejuſdem nominis Thrax fuit & Rheſii regis pater, quem Diomedes & Ulyſſes de nocte interfecerunt eodem Homero teſte, lib. 10. Ilian.

Elamitæ, ἐλαμῖται, Populi Arabiæ, Plin. lib. 6 cap. 28.

Elatus Cœnei fuit pater, Unde Elateius dicitur. Ovid. lib. 12.

Elcebus, Galliæ urbs Ptolemæo.

Eldana, ἐλδάνα, alias Donia Hiſpaniæ urbs Ptolemæo.

Elea, ἔλεα, urbs Aeolidis, patria Zenonis Philoſophi, qui Eleates dicitur, & ejus Philoſophia Eleatica.

Electra, ἠλέκτρα, filia fuit Atlantis & Pleiones, ex qua Iupiter Dardanum ſuſcepit. Virgil. lib. 8. Ovid lib. 4. Faſtor. Vide infrà Pleiades. Alia ejuſdem nominis fuit Agamemnonis & Clytemneſtræ filia cujus meminit Aelianus de varia hiſtòria. Eſt & apud Sophoclem eodem nomine tragœdia ſcripta.

Electrides, ἠλεκτρίδες, Adriatici maris inſulæ, ſic à Græcis appellatæ, quòd electrum in illis proveniri putârunt vanitatis Græciæ certiſſimo documento. Plin.

Electrion, ἠλεκτρίων, pater

Amphitrionis & Alcei filius Hesiod.

Eleides, sunt mulieres Bacchãtes, quarum Ovidius in epistolis meminit. Dictæ autem sunt ab Eleo, id est, Baccho.

Elephantis, Nili insula est Pl. Fuit & ejusdem nominis, Poeta de quo Mart.

Nec molles Elephantibis libelli.

Eleus, ἐλεὸς, Bacchi cognomen.

Nyctileusq; Eleusq; parens

Eleus, Eleuntis urbs Thraciæ, à qua Eleuntij dicti.

Eleusinia, vide Eleusis, quod jam sequitur.

Eleusis, prim. bre. ἔλευσις, & Eleusin, ἐλευσῖν, fuit oppidum Græciæ vicinum Athenis, in quo Eleusius, quem Ceres agriculturam docuit, regnavit. In eo conveniebant quotannis principes Græciæ ad instituendas arcanas deliberationes de Republ. & statu patriæ.

Solebant etiam fieri ibi sacrificia in honorem Cereris tantùm noctu, ac nefas erat quicquam efferre aut spargere in publicum, vel de ritibus istorum sacrificiorum vel de principum deliberationibus. Inde proverbium sumtum est, ut Eleusinia celebrate usurpetur pro habere claudestina conventicula, & fugere publicos cœtus, & conversationes hominum. Vide Cicer lib. 1. de natura deorum. Hinc Eleusina Ceres, Eleusina sacra, Eleusinum templum, quod Cereri extructum.

POETICE.

Eleusis { Cerealis. Attica. altrix frugum

Eleusius, vir fuit, cui Ceres omne genus agriculturæ ostendit, à quo Eleusis civitas nomen accepit.

Elice maris stella, vel sidus juxta polum arcticum, de Helice.

Elicius, dicitur Iupiter, qui in Aventino celebratur, quod sacrficis eliciatur precibus. Ovid. 4. Fastor.

Elis, idis, ἦλις, urbs Achajæ celebris certaminibus equorum, quæ ibi habebantur in honorem Iovis Olympii, unde & Olympiaca dicta. Hinc Elæus adject. Virgil. 3. Georg. & Ovid.

Quàm jacet, infirmæ venere ubi fata senectæ,
Qui prior Elæo est currere missus equus.

Eliades, equæ optimæ apud Virgil. 1. Georg.

Eliadum palmas Epiru equarum.

Eleis, patronymic. aliud in epistol.

Nunc feror ut Bacchi furijs Eleides acta.

Elisa, ἔλισα, nomen fuit Didonis. Virgil.5. Æneid.

Mœnia respiciens, quæ jam infelicis Elisæ
Collucent flammis, &c.

Vide suprà Dido.

Ellus vide suprà, Ill.

Elorus, pen. prod. ἔλωρος, vulgò Labiso, urbs Siciliæ, ab Eloro amne, quo campi ejus perfunduntur, dicta, proximè Pachynum Virg.3. Æneid.

Sidonios Drepane atq; unda clamosus Elorus.

Elpenor, ἐλπήνωρ, Ulyssis socius, quem Circe cum alijs socijs in Porcum mutavit. Unde Iuvenal. Sat. 15

Tenui percussum verbere Circes,
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Homerus tamen in odyssea scribit, quòd de scalis cadens extinctus sit. Unde Ovid lib.3. trist eleg. 4.

Qui cadit in plano, vix hoc tamen evenit ipsum:
Sic cadat, ut Dacta surgere possit humo.
Et miser Elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit regi flebilis umbra suo.

POETICE.

Elpenor:

Tardus, Miser, Nimij vini non strenuus armis. Ingenio hebeti. Qui tardus, ubique fuit. Qui inerte casu cervicē suam fregit. Indigno funere mersus. Qui oblitus retrò scalis transcendere caput fregit præcipitatus dura humo,

Eluina, dicta est Ceres, vel ab Eluio oppido vel ab Eluide fluvio in quo colebatur. Iuven. Sat.3.

Elysium ἠλύσιον, cœlum poeticum, hospitium & sedes bonorum apud inferos voluptatibus plena ἀπὸ τῆς λύσεως, à solutione. Post solutionem enim corporei vinculi, ad Elysios devenire campos piorum animas poetæ fingunt, Ein schöner lustiger ort (wie die Poeten dichten) in der Helle. Vir. 5. Æneid.

Amœna piorum
Concilia Elysiumq; colo, &c.

Hinc Elysius, ut, Campi Elysij, quorum elegantem vide descriptionem apud propert. lib. 3. eleg. 3. item, apud Virgil. Vide suprà Atlanticæ insulæ.

Emathia, ἠμαθία vel ἠμάθεια, ab Æmathio rege dicta, pars est Macedoniæ, in qua sunt campi Philippici, ubi pri-

primùm Cæsar & Pompejus, deinde Augustus & Cassius pugnârunt. Alio nomine, Pharsália dicitur. Virg. 1. Georg.

Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Æmathiam & latos Æmi pinguescere campos.

Hinc Emathis, idos, & Ethius, a, um, ut Emathij campi apud Lucan. lib. 1.

Emerita, brev pen ἠμερίτα, Augusta Emerita Straboni vulgò Maridala grande, urbs Hispaniæ Lusitaniæ est Coeco grano rubro, cujꝰ fuco vellera finguntur, celebris. Plin. lib. 9. cap. 41.

Emmaus & Emaus, trib. syl. Emmantis & Emai, ἐμμαῦς, oppidum vetus Iudææ abest à Hierosolymis ferè 2. milliaria Germanica, in quo Christus die Paschæ patefecit se resuscitatum in fractione panis Cleophæ & alteri Comiti Luc. 24. Post eversam Hierosolymam à Romanis mutato nomine Nicopolis dictum est, à victoria scil. Vide de eo Plin. lib. 5. cap. 14.

Empedocles, ἐμπεδοκλῆς, pen. brev. Argentinus fuit philosophus, & Poeta, qui de Phisicis versibus scripsit. Discipulus & sectator fuit Pythagoræ. Rhetoricē primus invenisse dicitur. Elogium de eo honorificum apud Lucretium extat his versibus.

Carmina quin etiam divini pectoris ejus
Vociferantur, & exponunt præclara reperta,
Ut vix humana videatur stirpe creatus.

Furore idem melancholico correptus in Ætnæ ardentes insiluit voragines, quem rem ferreæ ejus crepidæ flammis ex Ætna rejectæ patefecerunt. Horat in fine lib. de arte poet.

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigitus Ætnā
Insiluit, &c.

Scribitur porrò ijs fuisse moribus ut assiduè simultatem cum aliquibus susciperet. Unde Empedoclis inimicitias multas, ἐμπεδοκλέυς ἔχθρα, proverbialiter de pertinaci & implacabili inimicitia dicitur. Hinc Empedocleus, a, um.

POETICE.

Empediocles:

Qui falijt super ora, Trinacrij gigantis.

Emporiæ Hispaniæ Tarraconensis urbs Ptolomæo.

Empusa, ἔμπουσα, larva vel spectrum. Hecatæ dicatum, uno incedens pede, unde & nomen habet. Vide Cælium lib. 6. cap. 38.

Enceladus, ἐγκέλαδος, Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Poetæ fulmine ictum à Iove & sub Ætnam detrusum fabulantur. Vide Claudian. lib. 1. de raptu Proserpinæ. Virg. 4. Æneid. & in Ætna Sabin. lib. 1. Cæsar. German. Henrici 6.

POETICE.

Trinacrius gigas.

Enceladus:

Atrox, Ferox, Iaculator audax. Centipes Gigas. Maximè trux fratrum. Spirans flagranti pectore exhaustum sulphur. Expirans patulis faucibus ignes. Vasti pondere montis æstuans. Qui, quoties motat fessum latus, insula fundo vertitur & dubiæ urbes cum mœnibus nutant. Quem morientem Iupiter Ætna obruit, jaculans mille lacertis. Cujus ore anhelanti prorumpunt favillæ, cum movet brachia sævo fulmine tacta.

Endymon, onis, ἐνδυμίων, puer & pastor fuit apprimè formosus à Luna adamatus adeò, ut relicto cœlo in montem Latmium osculandi ejus gratia plerumque illa descenderit: Id quod ideò fingitur, quòd multa ad lunæ motum pertinentia primus deprehenderit. Cæterùm Luna, ut Poetæ fingunt, à patre Iove precibus impetravit, ut, quid optasset Endymion, id ferret. Optavit autem, ut perpetuum dormiret somnum immortalis & expers senij. Inde proverbium: ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδειν, id est,

Endymionis somnum dormire:

Quod convenit in eos, qui immodico se saginant somno, aut qui diuturno in ocio versantes mollem feriatamq; agunt vitam. Hinc Endymioneus somnus.

POETICE.

Lathmius heros.

Lathmius venator.

Endymion:

Dulcis, Tener, Dormitor, Formosus. Qui tenera forma Latoida abstulit, dum patrio monte reducit niveas oveis Lunæ gratissimus. Quem gremio suo Dea fovit. Cui fortim se junxit Luna gelida in herba cujus roseo ori nivea Luna caput acclinavit.

Eniochi vel Heniochi ἡνίοχοι rectius cum aspiratione Ptolem. Sarmatiæ sunt populi juxta Pontum non procul ab Achæis, Plin. lib. 6. cap. 5. à Telchio & Amphito. Castoris ac Pollucis aurigis, Heniochorum gentem feram ortam scribit.

Enipeus, Hectoris aurigia à Diomede occisus Homer.

Enipheus, pen. bre. ἐνιφεύς. Thessaliæ fluvius est, apud quem Cæsar & Pompeius congressi sunt bello Lentus primò, sed Appidano mixtus, velocissimus est. Lucā.

Nunquam celer, nisi mixtus Enipheus.

Quidam etiam sine aspiratione scribunt. ἐνιπεύς.

POETICE.

Enipeus:

Irrequietus, Uudans, Pulcer Altus, Magnus, Tumidius, Hœmonius, Vitreus, Thessalus, Thessalicus, nunquam celer, nisi mixtus. Dilectus, virginibus. Claudens raucas equas liquido flumine.

Enna, ἔννα, urbs Siciliæ, juxta quam augustissimum Cereris templum fuit, cum ejusdem, simulacro, à quo templō Ennæa Ceres dicta fuit. Enna vulgò, hodiè Anna. Poetæ odoram Ennam appellant. & fertilem.

Ennius, ἔννιος, poeta fuit Tarentinus, cui tribuit Ovidius ingenium, demit artem propterea quòd, ut Virgilius solebat dicere, sententiarum gravitate valeret, verborum cultu atq; ornatu esset destitutus. Ideoque Virgiliue, cum legeret Ennium dicebat se è stercore aurum colligere, id est, præclaras sententias, & res ex oratione inculta. Græcas literas Catonem docuit, ut quidam tradidere. Primus coronam ex Helicone fuisit. Unde Vidas Poeta lib.

Nondum artes, nondum arma tuli pater Ennius ore,

Tentârat, qui mox Graio de vertice primus.

Est ausus viridem in Latio sperare coronam.

Fuit in Summa gratia apud Scipiones, ita quidem, ut ejus etiam corpus Scipionum sepulcro dignum fuerit judicatum. Epithaphium ei hoc tribuitur in Tusculanis, Tullianis:

Aspicite ô cives senis Ennii imaginis formam.

Hic vostrum panxit maxima facta.

Vide Gellium lib. 17. cap. 1 & ult. ferè in fine. Item lib. 11. cap. 5. lib. 12. cap. 2. & Cicer. in Catone Majore, pro Archia. Ovid. 2. trist. 3. amor.

POETICE.

Ennius:

Doctus, Magnus, Difficilis, Pater, Grajus, Ferox, Arte rudis. Qui Martem cecinit. Arte canens, sed ingenio maximus. Ore gravis. Qui Libycas arces, & Roma

Romana prælia dixit. Hirsuta corona cinctus. Rudiæ alumnus. Nomen habens nullo tempore casurum. Qui nunquam nisi potus ad arma dicenda prosiluit. Qui concepit in somnis Mœoniam urbem. Ortus in Calabris montibus. Qui emeruit contiguus poni Scipioni magno. Qui antiquis Qui ritibus horrenda arma cecinit, & cruentum Martem civ. rauco ære.

Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris scripsit.

Enona Ptol. urbs Dalmatiæ.

Enope, ἐνόπη, urbs Pylo, propinqua sub Agamemnonis ditione.

Enosigxus, ἐνοσίγαιος, Neptuni epitheton, quo Iuvenalis usus est Satyra 16.

Ipsum compedibus qui vinxerat Aenosigæum.

Ab ἐνόω concutio, & per Epenthesin, ἐννόω & γαῖα, terra.

Enyo, hujus Enyus, ἐνυὼ, ὁος, ἡ, πολεμικὴ θεὸς apud Martialem frequenter legitur pro Bellona Martis sorore. Ut lib. 1.

Nec te decipiat vatibus navalis Enyo.

POETICE,

Enyo:

Crudelis, Feralis, Furialis, Sæva, Martia, Dira, Martia testis, Mugiens & mortem intentans.

Eos, ois, oi, oa, ἠώς. όα, aurora. Sic enim Latinum fecit aliquoties Ovid. Ut libro 3. Fastor.

Tres ubi Luciferos veniens præmiserit Eos.

Eous adject. ἠῷος, ου, ὁ, matutinus, orientalis primam ancipitem habet Virgil. 1. Georgic.

Antè cibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Lucanus:

Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas.

Eous, substant. Unus ex equis Solis. Ovid. 2. Met. Quin & Lucifero, i. e. nominis Virgil. 1. Georg.

Aut cum Sole novo terras irrorat Eous.

Interdum etiam per diphthongum æ, scriptum legitur, ut Virgil.

A Eousq; domum Arabum.

Epæa, Græciæ urbs fuit. Incolæ dicti fuere Epæi contra quos Nestor bella gessit.

Epaminondas, ἐπαμινώνδας Thebanorum dux fuit præstantissimus, optimus & fortissimus, literarum verò etiam ac Philosophiæ studio egregiè excultus cum quo (inquit Trogus) Thebano-

rum gloria, & nata est & extincta. Aliquoties cum Lacedæmonibus congressus sæpius victor evasit. In virtutibus ejus prædicandis multus est. Iustin lib. 6. Nihil ipsi magis in votis fuisse scribitur, quàm ut gloriæ suæ spectatores haberet parentes. Vide plura de eo apud Ælianum lib. 13. cap. 14. Plutarch in Parall. Æmilium probum in vita ejus, & Cicetonem in Epistola ad Lucejum.

Epaphus, ἔπαφος, filius fuit Iovis ex Iside, rex Ægypti. de quo Ovid. 1. Metam.

Hinc Epaphus, magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iovis, perq; urbes juncti parenti
Templa tenet.

Epeus, trisyllab. ἐπειὸς, fabricator fuit equi Trojani, de quo Virgil. lib. 2.

Ipse doli fabricator Epeus.

POETICE.

Epeus:

Solers, Ingeniosus, Artificiosus.

Ephesus, ἔφεσος, hodiè Foglio Epheso minoris Asiæ urbs & Ioniæ metropolis clarissima, & propter emporium citerioris Asiæ celeberrimum, & propter magnificentissimum Dianæ templum. Cujus descriptio extat apud Plin. lib. 36. cap. 14. Vide etiam Strab. lib. 14. & Eusebium. Docuit ibi D. Paulus biennium, postea discedens Thimotheo constituto ibi Episcopo lampadem suam tradidit. Incolæ dicti sunt Ephesij, ad quos Paulus Epistolam scripsit. Hinc Ephesinus & Ephesius, ut, Ephesia, Diana, & ἐφέσια γράμματα, id est, Ephesiæ literæ proverbialiter dictum videtur de ijs, qui mira felicitate tanquam divina singula, quicquid optarent, assequerentur. Ajunt enim Ephesijs notulas quasdam magicas & superstitiosas inventas fuisse, quibus utentes in omni negocio victores evasuros sese non dubitârint. Cujusmodi literis usum fuissie Crœsum in rogo Eusthatius Homeri commentator scripsit, Zenbebrieffe Segenbrieffe für verwundung vnnd gewalt. Vide de Ephesio Vadian. & Q. Curtium lib. 2. ferè in fine, item in fine hujus libri de miraculis mundi.

Ephialtes, & Oetus, Neptuni filij (inquit Servius) novem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cœlum voluerunt evertere, sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ. De quibus Virgil. 1. Georg. & Ho-

& Homer. lib. 11. odyss. Ephialites, æ, mas. ἐφιάλτης, seu ἐπιάλτης, & ἠπίαλος, etiam incubus dicitur, cum per somnum quis sibi videtur ab alio graviter premi: adeò, ut & voce sua destituatur. Videtur illusionem lib. 12. Æneid.

Ac velut in somnis, oculos ubi langida pressit
Nocte quies, necquicquam avidus extendere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox nec verba sequuntur.

Dicunt id mali ex nimia repletione & cruditate pectus infestante causam habere Sunt etiam, qui illusiones & vexationes Sathanicas esse suspicentur, Die Alb/ Die Märt. Dicitur autem ἐφιάλτης, ub ἐφάλλεσθαι, insilire, quòd invadi se ab aliquo putent, qui id mali patiuntur.

Ephyra, æ, ἔφυρα sive, Ephyre, es ἐφύρη. pen. brev. Achajæ urbs, quæ Corinthus postea dicta fuit, in qua artificiosa ex ære confiebant vasa. Virgil. 1. Georg.

Illusasq; auro vestes, Ephyreiaq; æra.

Hinc Ephyreias patronym. Ephyreus & Ephyreius quinq; syllab. Ephyra etiam nimpha Oceani & Tethios filia dicitur, à qua urbi nomen inditum.

Ephyris, urbs Laconiæ, autore Herodoto.

Epicharmus ἐπίχαρμος, ὅτι παῖσιν χρήσιμα εἶπε, qui pueris utilia præcepit, quemadmodum de eo Theocritus dixit. Siculus fuit Poeta Comicus & Philosophus, auditor Pythagoræ, cui nonnulli Comœdiæ inventum tribuut. Scripsit commentarios de natura rerum. Fuit inter cætera & hæc ejus παραινέσεις:

Νῆφε καὶ μέμνασ᾽ ἀπιστεῖν,
ἄρθρα φρενῶν ταῦτα.

Sobrius esto, & memento
qui sic sapiat, non oportere
esse credulum

Meminit Epicharmi Hor. lib. 2. epist. & Cicer. lib. 1. epist. ad Atticum, & ad Q. fratrem de petitione consulatus. Idem dixit: Nulla debetur gratia prodigo, qui largitur non ex benignitate, sed animi morbo.

Epictetus, pen. long. ἐπίκτητος, Philosophus fuit Hierapolitanus, conditione servus & pauper, cujus inter cætera illud est.

ἀνέχου καὶ ἀπέχου, Sustine & abstine, quod Germani. ita:

Leidt vnd meid..
Alle ding hat seine zeit.

Item illud:

Εἰδέναι χρὴ, ὅτι οὐ ῥάδιον δόγμα παραχθῆναι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγῃ τις καὶ ἀκούει καὶ ἅμα χρῶτο πρὸς τὸν βίον.

Id est:

Scire oportet, non facile esse homini sibi ullum dogma comparare. nisi quotidie eadem cum dicat, tum audiat, simulq; ad vitam accommodet.

Dicere enim solidus fuit. multos esse Philosophos, non re sed verbotenus.

Epicurus, prioribus, duabus correptis ἐπίκουρος, Atheniensis fuit, qui tempore Alexandri Magni Ptolemæi Lagi & Philadelphi vixit, & docuit animas hominum unâ cum corporibus interire, nullam esse providentiam, voluptatem esse summum bonum. Obijt anno 268. ante Chrium natum. Hinc Epicureus, a, um, adfect. pen. prod. ut, Homines Epicurei, id est, voluptuarij. Vita Epicurea, id est voluptatibus dedida. **Ein Gottloß/volles/vnfletigs/sewisches leben.**

Epicurei, sectatores Edendi

picuri, quos turpissimi op[...] ram dedisse libidinib. [...] scivijs, atq; ideò Rom[...] actos fuisse scribunt.

POETICE.

Cercropius senex.
Senior Gargetius.

Epicurus:

Doctus, Neoclides, Cyn[...]us, Voluptarius, Voluptatis ser[...]vus. Qui ex atomis co[...]ta[...]re cuncta ajt.

Epydamnus, ἐπίδαμνος, vel E[...]pidamnum vulgò Durazo, oppidum Siciliæ à Ro[...]a[...]nis cùm eo coloniam de[...]u[...]xissent, postea Dyrrha[...]i[...]um dictum, quemadmod[...] Plinius indicat lib. 5. cap. [...]. Segesta nunc est.

Epidaurus, ἐπίδαυρος, urbs [...]chajæ, supra Corinthum, [...]lebris quondam templo [...]sculapij, Podalirij & M[...]chaonis parentis. Hodiè [...]mera dicitur. Epidauri[...] dictus est Æsculapius, [...]vidius.

Afferat ipse licet cunctas [...]pidaurius artes,
Sanabit nulla vulnera co[...]dis ope.

Olim Epidaurum dicta ha[...] urbs fuit. Est & insulæ n[...]men sitæ in mari Illyric[...] de qua Lucan. lib. lib. 2.

POETICE

Epidauria tellus.
Littora Epidauria.

Epij, populi sunt, quj Eli[...]

te

tes postea sunt dicti, autore Tortelio.

Epimenides, pen.brev. ἐπιμενίδης, Dretensis qui puer ambulando fessus, in specum ingressus obdormivit, nec à somno experrectus est, ante exactos annos 47. Hinc Epimenidis somnus. Ultra Epimenidem dormis ὑπὲρ τὴν ἐπιμενίδου κεκοίμησαι, Ipsum etiam Epimenidē somno vicisti. Proverb de iis qui vel nimium sunt somno leuti vel perpetuum agunt ocium diei consuevit.

Epimetheus, per quatuor syllabas ἐπιμηθεὺς filius Iapeti, & frater Promethei; pater verò Pirrhæ uxoris, deucalionis. Unde Epimedis dicitur. Ovid.

Inde Promethides placidis
Epimethida dictis
Mulier &c.

Epimetheus hic ingenio valens hominis statuam primus ex luto finxit quare indignatus Iupiter cum vertit in simiam, atque insulas Pithecusas relegavit. Scribitur post factum sapere, sicut Prometheus ante factum.

POETICE.

Epimetheus;

Simplex, Impudens, Incautus, in quo erat plus multo simplicitatis. Quem Pandoræ fefellit ficto commento.

Epirus, fœmin. ἤπειρος, regio Græciæ, sita est inter Macedoniam. Aahajam, & mare Ionium, Molossia & Chaoonia quondam dicta, nunc Albania. Ovid. 8. Metam.

Micit aprum, quantò majores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habent Sicula arva minoris.

Epirota ἠπειρώτης, ut, Liberi Epirotæ. Livi. Epiroticus, ἠπειρωτικὸς, Boves Epirotici, Mala Epirotica, orbiculata, Scheibëpffel aus Epiro. Autor, Sepontinus. Populi epirotæ sunt dicti,

Epistrophus, ἐπίστροφος, Phocicidis rex, unus ē Græcorum ducibus, qui Troiam profecti sunt. Hom. lib. 2, Iliad.

Epiteon, Nelei filius, ut est in Græcis commentarijs Apollinij.

Eporedia, ἐπορεδία, Salasiorum urbs, hodiè Hiærea, autore Ptol.

Epy, urbis nomen de qua Statius.

Et summis ingestum montibus Epy.

Rectiùs Æpy per diphthongum scribendum putant.

Equestris urbs Sequanorum in Gallia Ptolemæo.

Equicolus, proprium viri, de quo virgil. 9. Æneid.

Equus Trojanus δούρειος ἵππος, id est

id eſt, equus Dureus, ligneus fuit equus, in quo Græcorum proceres abditi repentè proſilientes Trojam ceperunt. Homerus hunc Durateum appellat. Et Virg. 2. æneid. de hoc ita:

Inſtar montis equum divina Palladis arte,
Aedificant, ſectaq; intexũt abiete coſtas.
Votum pro reditu ſimulant ea fama vagatur,
Hunc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cœco lateri, penituſq; cavernas
Ingentes uterumq; armato milite complent.

Dicebatur verò δούρειος ἵππος proverbialiter etiam de clandeſtinis inſidijs, aut ubi repentè complures apparerent, qui latitabant antea.

POETICE.

Moles immanis equi.

Equus:

Trojanus, Fatalis, Arduus, Ingens, Durateus, Dardanius, Fallax abjegnus, Palladius, Victor Palladiæ artis. Qui ſuper ardua Pergama venit. Qui aſtans medijs in mœnibus armatos fudit.

Eraſinus, pen. lon. Ἐρασῖνος, fluvius Achajæ ex Stimphalo lacu exoriens, qui per

aliquot ſtadia, ſub terra delatus in Argivo agro erumpit, cum antea exitum non haberet. Ovid. libro. 15.

Tecto modò gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens
Eraſinus in agris.

Eraſiſtratus, Ἐρασίστρατος, medicus eximius ex Ariſtotelis familia natus, in quem ſæpius invehitur Galenus. Meminit ejus multis in locis Plinius. Qui & centum talenta in munus, à rege Antiocho accepiſſe eum, quòd morbum ipſius ſanaſſet, prodidit.

Erate, es, Ἐρατή penult. cor. nympha Oceani & Thetyis filia ab ἔρως, quod eſt amor.

Eratus, Eratûs, à brevi Ἐρατώ, una ex Muſis, de qua vide plura in principio primæ partis: Göttin der freyen Künſte. Ovidius hanc amatorien etiam appellat inquiens:

Vilis Amatoriæ, vilis mihi candida Clio.

Eratoſthenes, pen. brev. Ἐρατοσθένης, poeta, Cireneus, Coſmographus præterea inſignis. Vide Suid.

Erebus, Ἔρεβος, penult brev. obſcurior pars eſt inferni die finſtere Helle. Unde Virgil.

Imas Erebi deſcendit ad umbras.

Erebum

Erebum quoq; fluvium inferorum esse dicunt, citantes illud. Virgilij.

Et magnos Erebi tranavimus amnes.

Hinc Erebeus, pen. prod, ἐρέβειος, adject. apud Ovid. in Ibin. legitur.

Pectoraq; unxerunt Erebeæ pelle colubræ.

Erembi, ἔρεμβοι vel ἐρεμβαῖοι populus ferus in Arabiæ finibus, in specubus montium nudus, & sine opibus degens, ut Strabo scribit.

Eretria ἐρετρία, aliâs Melaneis (μελανηΐς) etiam dicta à Melaneo Euryti patre. Urbs Eubææ insulæ celeberrima ab Eretrico phaetontis filio ex filio dicta, qui ex Titanum numero fuisse scribitur

Ereuthalion, ἐρευθαλίων, proprium viri & miraculo corporis & excellentia armorum in Pyliorum & ad Arcadum bello præcipui à Nestore interfecti.

Erganica, hodiè Erganicum urbs Hispaniæ Ptolem.

Ergasylus, nomen proprium viri Tordelio.

Erginus, ἐργῖνος, fluvius Thraciæ Plin.

Eribœa ἐρίβοια, vulgò Pressa Macedoniæ urbs Ptolem. Eribœa item Iuno dicitur Mercurij noverca, apud Homer. lib. 5. Iliad.

Ericates, explicari potest ira confractus ἔρις enim est ira. κατάγω infringo. Est autem proprium viri, Lycaonij à Turni comite Messapo interfecti, de quo Virgil. 10. æneid.

Cloniumq; Lycaoniumq; Ericaten.

Erichtheus, quem Homerus ἐρεχθεῖα nominat, rex fuit Athenarum, quæ ab eo Erichtheæ dicuntur. Virg. in Cyr.

Qualis Erichthæis olim portatur Athenis.

Erichtho, ἐριχθὼ, muler fuit Thessala multis beneficiis famosa, de qua Lucan. lib. 6. & Ovid. in epist. Sapphus.

Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho
Impulit, &c.

POETICE.

Erichtho:

Venefica, profana, Thessalis, Thessala, Tristis, Effera, Dirs succis noxia. Grata Deis Erebi. Impexis comis onerata.

Erichthonius ἐριχθόνιος, quem quidam cum superiori Echtheo, eundem faciunt, Vulcani & Minervæ filius artis aurigandi inventor, ab ἔρις, id est, lis, & χθὼν, terra q. de terra & lite procreatus, quòd ex lucta Vulcani, & Palladis natus sit, ubi Vulcanus superatus affectũ

libidinis in terram projecit Vulcanus enim, cum Iovi fulmina contra Gigantes fabricaſſet, petijt, ut ſibi cum Minerva concumbere, liceret, quod ipſe conceſſit, data tamen Minervæ licentia, ut virginitatem viribus, ſi poſſet defendere. Vulcanus itaq;, cum Minervæ cubiculum intraſſet, & aciter ſe defendedi vim inferre conaretur, præ nimio libidinis ardore ſemen in terram effudit: quod Dea videns, præ pudore terra contexit, & inde natus eſt Erichthonius, habuitque pedes ſerpentinos, quorum fœditatem ut contegeret, adultus iam currum & equorum jugum invenit, quibus uſus eſt, ut corporis ſui turpitudinem tegeret. Vergil. 3. Georgic.

Primus Erichthonius currit & quat uor auſus,
Iungere equos, rapidisq; rotis inſiſtere victor.

Idem fuit Athenarum Rex, & argenti inventor ſecundum Plinium. Vide Iuſtin. lib. 2. & Polydr. Virg. lib 2. Cap. 12. Ovid item. lib. 2 Metam. ubi prolem ſine matre creatam Erichthonium dilit. Alius fuit Dardani filius ex Candania conjuge, vt quidam volunt.

POETICE. pri.
Lemniaca ſtirps
De crimine natus.

Eridanus ἠερίδανος aliâs Padus fluvius Italiæ nobiliſſimus, Der Paw Hujs amœnitatem, ut veteres celebrarent, cygnos ſibi finxerunt eſſe mire canoros, quorum concentus ex utraq; ripa inter Electiferas arbores audiretur. Lucianus exiſtimat inſignes hos fuiſſe muſicos, qui propter canendi ſtudium tanquam in aves mutati cantibus indulgerent. Nomen ſumſit à Phaetonte, qui priùs Eridanus dicebatur, ibidem ſubmerſus. Cum enim Phaeton Solis filius à patre impetratum currum gubernare non potuit, & ejus errore totus mandus incenſus arderet, fulmine dejectus à patre irato in Italiæ fluvium decidit, & tunc ab ardoris ſui luce phaeton dictus eſt, & priſtinum nomen Eridon, videlic. fluvio dedit. Vnde mixta hæc duo nomina inter Solis filium & fluvium reperiuntur. Poſtea ſorores ejus flendo in populos mutatæ ſunt. Deniq; inter ſidera etiam Eridanus refertur, ubi Arato arieti proxima dicitur. Meminit hujus Claud. 6. conſ. Honorij

POETICE.
Fluvius Eridani.

Eirdu

Eridani amnes.
Eridani flumina.
Phaetontius amnis.
Amnis oloriferi Padi.

Eridanus:

Violentus, Venetus, Turbidus, Inundans, Vagus, Nobilis: Altus, Ingens, Ferus, Rapax, Corniger, Stellifer, Superbus, Aulatus, Phaetontæus pater Pelago influens. Labens in æquor. Rex fluviorum Parens amnium. Princeps fluminum omnium, Perpessus damna Phaetonteæ ruinæ. Pater superbus aquarum Ausonidum. Sinuatis fluctibus errans. Dividens populos & territans urbes abruptis aggeribus. Sinuosis errans fluctibus. Quem velut parentem cæteri colunt omnes. Auratus gemina cornua taurino vultu. Insignis lucentibus undis. Gratissimus amnis Phœbo. Cujus unda lenta sine vortice voluitur per Elysium nemus. Voluens liquidas aquas in mare Adriaticum. Qui campos & prata roscida lymphis secat tumidisque undis sonans devoluitur. Qui celsas arces alluit. Stringens malè tuta mœnia turrigeræ Cremonæ. Qui lapsus latè Venetolin agros impellit Aspino gurgite Adriacos fluctus. Qui senior excepit quōdā sub undas fusum cœlo Phaetonta, cum jugales leve onus Ætherei rectoris sensere & axis ignifer sub mundi tramite sprevit mortales habenas.

Padus, pri. bre.

Trifidus, Exundans, Præpes, Gelidus, Celer, Rapax, Tumens, Torrens, Populifer, Torvus, Phaetontius. Per culta vagans. Pleno ore tumens. Sulcans pinguia sata rivo exiguo primùm, deinde sonans, & latifluo de gurgite pandens. Rumpens in æquora non uno cornu.

Erigone, Ἠριγόνη, filia Icari, & soror Penelopes, quæ audita patris morte, quem Attici pastores inebriati in sylva Marathonia interfecerant, ita luxit, ut seipsam præ nimio dolore ab arbore suspenderet. Sed commiseratione Deorum mutata in signum cœleste, quod virgo dicitur. Virgil. 1. Georg.

Qua locus Erigonen inter gelasq; sequentes.
Panditur, &c.

Porrò cùm ejus umbra regionem illas infestaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cæra confectas arboribus appenderunt, quod & in Bacchi sacrificiis fieri consuetum est, unde Virgil. 2. Georg.

Tibiq;
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

POETICE.

Erigone:

Pia filia.

Nece patria dolens

Erimanthus, qui lites dissemi- nando divinat ἔρις, lis, μάντις vel μάντης vares, augur,, sive, ut Cicero & alij red- dunt divinus. Iuvenal.

Aut Dysphilus, aut Eriman- tus.

Erynnys, prim. brev. Erynnos Erinnys in genitivo. Erin- nya & Erinnyn in accusati- vo. Erinnyes & Erinnes in multitudinis numero, ἐριννύς furia fingitur inferna- lis vindicta & supplicio flagitiosus consectans, **Ein Hellisch plagegeist.** Vide plura in prima parte: **Hel- lische Göttin.**

Eriphyle, es vel Eriphyla, æ, Amphiarai auguris Argivi uxor fuit, quæ latentem ma- ritum ne ad bellum Theba- num, ubi se periturum ex vaticinio præviderat, rape- retur, Polynici prodidit au- reo monili accepto, quod antè uxori dederat: qui du- ctus ad prælium hiatu ter- ræ perijt. Cujus filius Alc- mæon postea matrem neca- vit, & est Orestis furore cor- reptus. Hæc Servius enar- rans illud Virg. in 6.

Mœstamq; Eriphylen.

Vide de his plura suprà de Amphiarao & Alcamæone.

POETICE.

Eriphyle, prim. lon. pen. & ant. bre.

Mœsta, Perfida, Impia, A- vara, Nefanda, Talaonia, Quæ infandum aurum præ- tulit sanctis thal.

Eriphysa, ἐρισύση una ex Æo- lijs insula, Strab.

Erisichthon, ἐρισίχθων Thes- salus quidam fuit, qui Ce- rem spernens ejusque lucum succidens, Dea injuriam ul- ciscente, tam famelicus est factus, ut propria mem- bra præ fame commedere coactus sit. Vide apud O- vidium 8. Metam. Alijs e- jam Erisitos. scribitur.

POETICE.

Erisichthon, prior. duab. brev.

Profanus, Sacrilegus, Avi- dus, Driopeius. Qui spre- numina Divum. Qui null honores adolevit, aris, Cui epulæ sua ipsius membra. Cui alimenta præbuere sua membra.

Ero, Hellespontica puella. Vi- de Leander.

POETICE.

Ero:

Formosa Dilecta Leandri. Quam per mille pericu- ponti Leander perijt.

Eros, Comœdus fuit, quem sce-

ſcena ſibilis & convitijs aliquando exploſum fuiſſe. Cicero ſcripſit in oratine pro Roſcio Comœdo.

Ericyna, ἐρυκύνη Veneris Epitheton: Ita enim ab Erice Siciliæ monte appellata eſt in quo celebre habuit templum. Horat.

Sive tu mavis Erycina ridens.

Erymanthus, ἐρύμανθος, cum y. & h., eſt mons ſylvoſus Arcadiæ, ubi ingens aper agrorum vaſtator ab Hercule captus eſt. Meminit Erymanthi Virg. 6. Æneid.

Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi
Placarit ſylvam, & lernam tremefecerit arcu.

Eſt etiam fluvius in illo monte defluens de quo Quintus Curtius lib. 8. ita Erymanthus crebris flexibus ſubinde curvatus ab accolis rigantibus carpitur, Ab Erymantho eſt Erymanthæus & Erymanthius ut, aper Erymanthius. Monſtrum Erymanthæum, quod in Erymantho Hercules, interfecit. Sed Erymanthis, idis, Patronym. ipſa eſt Arcadia, Ovid. 2. Metam.

Nexilibuſq; plagis ſylvas Erymanthidos ambit.

Urſa Erymanthiris.

Cuſtos Erymanthidis urſæ apud Ovid. id eſt, Arctophylax.

Erythræa, una ex Sibyllis, vide Sibylla. Erithræa etiam (Erythia potius penultim lon. ἐρύθεια) inſula in mari Gaditano, ex qua Gerioni armenta abduxit Hercules. Inſula adeò ferax, ut poſt unam ſationem agros in ſeptimū uſque annum, nec coli nec conſeri ſit neceſſe, teſte pompon, Mel lib. 3. Propertius lib. 3. Eleg.

Amphytrioniades qua tempeſtate juvencos
Egerat à ſtabulis ô Erythræa tuis.

(Erhythia potius)

Erythræis (Erytheis potius) patronym. Ovid. 5. Faſt.

Victor abit ſecumq; boves Erythræida, prædam
Abſtrahit, &c.

Nam Erythræ, ἐρυτραὶ vulgò cabobianco, civitas eſt Aſiæ, non procul a Chio, ex qua fuit Sibylla Erytræa, Alexandri magni tempore. Vide inferius,

Erytræus, ſive Erythræas, filius fuit Perſei & Andromedæ, qui in confinio rubri maris regnum habuit, unde etiam Erithræum mare pro mari rubro poſitum affirmant ἐρυθρὸν enim rubrum Græci dicunt.

Vide de eo in prima parte Rote Meer.

Erythia, vide Erithræa.

Eryx, Erycis, pen. corr. ἔρυξ. Rex Siciliæ. qui viribus corporis præstans legem dedit hospitibus, ut cum eo testibus decertarent, qui tandem Hercule redeunte ex Hispania victus occubuit, & in summo montis propinqui colle sepultus est, in quo in honorem matris templum construxerat, unde ipse mons Eryx, qui hodiè monte de S. Guilliano vocatu, & Venus Erycina dicitur. Erycinus, a, um, possess. Virg. lib 10,

Quid referam exustas Erycino in littore classus?

POETICE.

Erycis arces.

Eryx mons:

Altus, Celsus, Umbrosus Semper Zephyro apertus.

Esis, Italiæ fluvius non procul à Ravenna. Plinius lib. 3. cap. 13.

Essedones ἐσσηδόνες & ἰσσεδόνες populi sunt Scythici, ἀνθρωποφάγοι, qui parentum corpora excepto capite, post mortem admixtis pecudum carnibus edere consueverunt, caput autem inaurabant, habebantque simulacri loco. De his Herodot. lib. 4. histor. & Plin. lib, 4. cap. 12.

Etearchus, ἐτέαρχος, rex fuit Oaxis urbis Cretæ.

Eteocles, ἐτεοκλῆς, filius fuit Oedipi regis Thebanorum & frater Polynicis, cum uo postea quam ita convenerat ut alternis, parente defuncto, imperarent annis, anno principatus sui exacto Polynici cedere regno noluit. Mutuis igitur vulneribus se confecerunt, & perierunt postea cnm cadaver Polynicis in rogo Eteoclis esset comburendum, flamma (ut scribunt) in duos apices fuit divisa. Quidam Etheocles per aspirationem scribunt sed perperam.

POETICE

Labdacius dux Tyrius ductor.

Eteoles:

Durus, Infandus, Sævus ne- Nefandus.

Etesiæ, ἐτησίαι, latine anni venti sub certo tempore stante, quadraginta videlicet diebus post caniculæ ortum. Dicuntur inde, quod stati sint, ac singulis annis eodem tempore redeant, unde & anni versarij à Cicerone dicti, Die lieblichen külen Lüfftlein in Hunstagn vnd Augustmonat. Gell. lib. 2. cap. 22.

Ethemon, nomen viri proprium, de quo Virgilius 8o. Aeneid.

Ethruria, Vide Hertruuria.

Evadne, es, εὐάδνη, Martis fuit filia ex Thebe Asopi flum-

his conjuge, quæ ex Capaneo marito Steleneum peperit. Porrò tanto maritum suum prosecuta est amore, ut cum audisset eum apud Thebas fulmine ictum perijsse, in mortis penè stuporem diriguerit: & cum ejusdem funeralia celebrarentur, corpusq; semiustum in rogum poneretur, ipsa præ doloris impatientia flammis se injecit, atq; ita cum cadavere illic combusta est. Meminit. Virg. lib. 6.

Evadnemq; & Pasiphaen, his Laodomia,
It Comes, &c.

POETICE.

Hyphias.
Hyphiæ nata.
Capaneia conjunx.

Evadne:

Pulcra, Fida, Audax, Ausa in accensos ire rogos. Amans conjugis. Quæ claris se ignibus instravit. Quæ nimium amans maritum flammis se immisit. Ausa desiluisse in rogum Capanei Quæ properavit adite tartaream paludem sponte secuto defunctum virum. Fama nobilis.

Euæmon, ἐυαίμων, urbs est Orchomeniorũ Stephano, Euæmon item Eurypili filius, qui cum Græcis ad Trojam profectis Orchomenijs præfuit cum 40. navibus.

Evan, ἐυὰν, Bacchi est cognomen. Hinc Evantes mulieres fuere bacchantes, quæ sacra Bacchi celebrarunt, à quarum clamore Baccho nomen Evan inditum. Virg. 6. Æneid.

Illa chorũ simulans Bacchantes Orgia circum
Ducebat Phrygias.

Evander Pallantis Regis Arcadiæ nepos filios Carmentæ, quæ & Nicostrata dicta fuit. Hic cùm patrem occidisset imprudens, relicta Arcadia fugit in Italiam, & in Palatino monte conscedit, ibique Pallantæum oppidum, à Pallante filio dictum condidit. Ubi Herculem etiam ex Hispania redeuntem hospitio suscepit, qui à Caci ipsum insultibus liberavit. Deinde Diruta Troja Æneæ novas sedes quærenti auxilium unà cum Pallantæ filio, contra Turnum misij. Vide virg 3. Æneid.

Arcades his oris, &c.

Et Livium lib. 1. Decad 1. qui de eo ita: Evandrum qui ex eo genere Arcadium multis ante tempestatibus ea tenuerat loca, solenne allatum ex Arcadia instituisse, ut nudi juvenes Licæum Pana venerantes, per luxum atque lasciviam currerent: quem Romani deinde vocarunt Inuum. Et post: Euander

vander dum ea, profugus ex Peloponeso, autoritate magis, quàm imperia regebat loca: Venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines: Venerabilor dignitate credita Carmente matris, quã fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum, miratæ hæ gentes fuerant. Meminit Evandri & Iustinus lib. 43. Virgil. 8. 9. & 11. æneid. Ovid. 1. & 5. Fastor. Scribitur & Evandrus. εὔανδρος. Hinc est Evandrius possess. ut Evandria regna, Evandrius ensis apud Virgil. & Sil.

POETICE.

Palantius heros.
Nonacrius heros.
Arcadius rex.
Evander:
Arcas, Pharrasius, Palatinus, Exul, Advena, Romanæ cõditor arcis. Et matri & vati parens. Nobilis sanguine sacræ matris, Eexul ab Arcadia. Qui venerat Latios in agros.

Eubæa, εὔβοια, insula vicina Bœotiæ à qua modico Euripi alveo distinguitur, hodiè Nigropontus, vel Nigriponti Insula dicitur, Nigropont. Dicitur etiam Macris. Hinc Eubæus & Euboicus, ut, Euboicum mare, quod Insulam hanc alluit. Sic Euboicæ undæ, & Euboicus gurges apud Ovi. lib. 9. Metam.

Eubulus, pen. long. εὔβουλος, Athenienses civis Demostheni sæpè adversatus. Fuit & Eubulus, mediæ comediæ poetæ Suid.

Eucarpia εὐκαρπία, Phrygiæ civitas, in qua racemi fertilitate & magnitudine sunt spectabiles. Unde & nomen ei inditum. εὖ enim est bene, καρπὸς fructus, q. ubi frucinum proventus.

Euchius, Bacchi est cognomen ab εὐχὴ. id est, votum, Columel.

Sed nos maturis jam flagit anxius uvis
Euchius est, &c.

Quidam malunt, ut sit Ehyus, εὔιος, quasi bonus filius.

Euclides, εὐκλίδης, pen. long. Phylosophus Megarensis, Geometra præclarus, Socratis auditor. Tempore belli, ne nosceretur, muliebri induebatur vestitu & ita sæpius ad Socratem commeabat, Vide Gall. lib. 6. cap. 10. Cicer. in Academ. quæst. Vide etiam plura infrà dictione Megara.

Eudæmon, Arabia, felix Arabia dicitur. Vide suprà, Arabien.

Eudæmonidas, proprium v. Tortelio.

Eudemidas εὐδαμίδης, penu. brev. Archidami filius, frat

frater Alcidis, *Al.* Agidis, Plutarcho autore.

Eudemus ἔυδημ@, orator Megapolitanus, Philopæmenis ducis præceptor. Plutarch.

Eudora, ἐυδώρα, long. penult. Oceani nympha, & filia Tethyos, teste Hesiodo, item una ex Atlantibus.

Eudurus, ἔυδωρ@, filius Mercurij & Philumeles, homo bellicosus, qui cum Achille ad Trojanum bellum profectus est. Homer. in Iliade.

Eudoxus ἔυδοξ@, Geometra & astrologus insignis auditor Socratis, qui anni primus rationem deprehendit, ac post eum Hipparchus, postremò Cæsar. De hoc Eudoxo Cicero scribit lib. de divinat. 2. Alius ejusdem nominis fuit Rhodius historicus. Alius item Siculus filius Agathoclis, PoetaComicus.

Evemenius, vir Gardianus magnæ virtutis, Philippo Macedoni carus, de quo in historijs Græcorum multa.

Evenetus, dux Lacedæmoniorum, de quo Herod. lib. 2.

Evenus, ἔυλυ@, pen. long. philosophus fuit, qui ignem optimum dixit esse ciborum condimentum, ut Plutarchus retulit. Est & ejusdem nominis Ætoliæ fluvius Calydoniam secans, juxta quam Hercules Nessum Centaurum interfecit. Nomen sumsit ac eiusdem nominis homine ibidem submerso. De hoc Ovid. 6. & 11. Metam. Poetæ hunc fluvium quandoq; Centaurum vocant.

Euganei, Venetorum populi, de quibus Livius lib. 1. decad. 1. Mant.

Euganei veteres, & gens antiqua Liburni.

Sunt & Euganei montes juxta Patauium pecoribus mollissimas lanas haaentibus abundantes. Euganeus, a, um, Lucan.

Euganea quantumvis mollior agna.

Euhyus, ἐυυνὸς, Bacchi cognomen est. q. boni filij. Horat. lib. 2. Carm. Ode. 11.

Dissipat Euhyus curas edaces.

Sed Euhyas, adis, fœmin. ἐυυιάς. Sacerdos Bacchi apud eundem.

Eumelis penult. long. augur nobilis fuit, de quo Stat. 4. Sylv.

Respiciens blandè felix, Eumelius adorat.

Eumelus ἔυμηλ@, autem eadem quantitate, Trojanus est ex Æneæ socijs Virgil, 5. Æneid.

Incensus perfert naves Eumelus & ipsi, &c.

Eumenes, ἐυμενὴς, seu Eumenus, vir fuit Cardianus, qui

Macedones in multis antecelluit, de quo lege Plutarchum.

Eumenides εὐμενίδες, furiæ finguntur infernales, quæ anguineas habere comas scribuntur. Dictæ autem sunt per antiphrasin q. minimè mites. Vide plura in prima parte Hellische Göttin.

Eumilus, Græcorum, qui ad Trojanum bellum profecti sunt, ducum unus fuit.

Eumolpus, εὔμολπος, vir fuit Atheniensis, Musæi Poetæ, filius autore Suid. Versificatorem eum fuisse ante Homerum scribunt. Ab hoc Eumolpidas εὐμολπίδας, sacrorum quorundam præsides dictos volunt, quorum Æschines in oratione contra Cresiphontem meminit. Diodorus verò Eumolpum Ægypti generis regem fuisse tradidit, ab eoq; sacerdotes sive magistratus Athenienses dictos.

POETICE.

Eumolpus:

Cecropius, Echionides, Clarissimus autor generis.

Euneus, pen. lon. εὔνηος Iasonis filius ex Thoantis regis filia Hysiphile, teste Homero lib. 7. Iliad.

Eunuchus εὐνοῦχος ab εὐνὴ cubile, & ἔχω habeo, teneo, asservo ein Kämmerer. Emebantur enim Eunuchi olim principibus & opulentis civibus, ut in conclavi assidentes uxoribus & filiabus eas asservarent, ne quisquam stuprum inferret. Si enim Eunuchi castrati fuêre,

Euonymos, εὐώνυμος, vulgò Lustega, parva insula ex Æolijs, Plin. lib. 3. cap. 29.

Euphorbus εὔφορβος, Trojanus Panthi filius, qui Patroclum vulneravit, interemtus ab Achille, ut est apud Homer.

Euphorion, εὐφορίων poeta antiquus Chalcidensis fuit, valdè obscuros, de quo Cicero lib. 3. de nat. Deor.

Euphranor, εὐφράνωρ, statuarius & pictor egregius apud Plin. Scripsit etiam de Symmetria & coloribus.

Euphrates, εὐφράτης, Philosophus gravissimus temporibus Adriani principis, de quo Dion. Est & Euphrates sive Phrat. פרת fluvius Mesopotamiæ fœcundissimus in Paradiso nascens, qui Tigridi junctus in sinum Persicum effluit. Nomen habet ab exundando ferventer & crescendo. Ideoq; cognoatione respicit פרת crevit fructificando. Mesopotamiam enim fertilem efficit, in quam quotannis novos agros invehit. Meminit ejus Cicer lib. 1. de nat, Deor. Vide etiam in

prà in dictione Mesopotamia. Penult. habet longam Dictus videtur Ambrosio ab ἐφραίνεσθαι, quod amœnitate sua delectet. Alij in armenia nasci prodiderunt. Boetius:

Tigris & Euphrates uno se
fonte resolvunt.

Vide Strabon.

POETICE.

Aquæ Curva littora Pinguis unda Rapida unda	Euphratis.

Flumen quem Euphraten Syrus vanus vocat. Vaga flumina Eoæ Euphratæ.

Euphrates:

Tumidus, Vagus, Fertilis, Ingens, Celer, Altus, Flexuosus, Assyrus, Pinguis, Babylonius. Qui Phariæ undæ vice fungitur. Tollens cum Tygride caput. Secans Babylona medis aquis. Agens pingues aquas. Secans leni agmine rura. in ora altæ Babylonis. Gratissimus amnis cœlo. Irrigans spaciosos agros. Præcinctus arundine frontem.

Euphrosyna, æ, Euphrosyne-es, εὐφροσύνη, pen. bre. Una est Gratiarum, Latine lætitia dicitur.

Eupolis, Εὔπολις, veteris Comœdiæ scriptor fuit, Hor. 1. Serm.

Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; Poetæ.

Et 2. Serm. Satyr. 3.

Enpolin Acchilocchum comites èducere tantos.

Eupompos, Εὔπομπος, Macedo, Archimeticæ & Geometriæ peritissimus. Fuit & pictor eodem nomine præclarns, qui Pamphilium Apellis præceptorem docuit, de quo Plin, lib. 35. cap, 10.

Euporus, Εὔπορος, servus C. Gracchi fuit, de quo Macro.

Euprosopon, pen. prod. Εὐπρόσωπον, Phœniciæ promontorium ab insigni aspectu.

Euripides, pen, bre. Εὐριπίδης, quem Ovidius in Ibin Cothurnatum vatem appellat, Atheniensis poeta tragicus fuit, à quo Andromacha & Antiopa Græcè scripta, ut testatur Cicero in l. de opt. gen. orat. Scripsit fabulas 75. & quinquies vicit, ut Suidas docet, quem Cicero tanti fecit, ut est ad Tyronem, ut singulos ejus versus singula testimonia putaret, Oratio ejus ad commiserationem accomodata est, unde & in affectibus movendis princeps esse dicitur, Gellius lib. 17. cap. 4. de eo ita: Euripidem, inquit, Marcus Varro ait, cum quinque & Septuaginta Comœdias, scripsisset, in quinque solis vicisset, cum eum vincerent aliquot Poetæ i-

gnavissimi. Vide eundem de Euripidis genere, vita, moribus, & fine vitæ libro 15. cap. 20. & libro 17. cap. 4. μισολύνην, ab odio alij φιλογύνην, verò ab amore mulierum scripserunt aliqui. Quin & μισογέλωτα, quod joci & risus, & in conviviis quidem osor esset, dictum eum idem Gellius tradidit. sed quicquid scripserit, id ejusmodi fuisse, ut à melle & Sirenes profluxisse putatum sit. Vixit in summa familiaritate apud Archelaum Macedoniæ regem à ejus cœna cum noctu reverteretur, jugulatus est a canibus, à quodam æmulo immissus annum agens 75. Os ejus Pellam translata jussu regis.

Euripus, penult. long. εὔριπος, angustum mare inter Bœotiam seu Pyocidem Bœotiæ partem, & Eubœam Insulam, quod alterno cursu septies in die, toridemq; nocte fluit & refluit tantò impetu, ut etiam naves secum rapiat, Fleust ab/vnd kömmet wieder / siebenmal. Hinc *Euripius homo*, εὔριπος ἄνθρωπος, inconstans & moribus inæqualibus dicitur, ein wanckelmütiger Mensch. Quadrat & in fortunæ vices, quæ res moatalium velut æstu quodam sursum ac deorsū jactat. Ducta methaprhoa à maris Euripi prdigosa quadā reciprocandi celeritate.

POETICE.

Euripus:

Vagus, Fugax, Tenuis, Varius, Instabilis, Æstuans, Lubricus, Euboicus, Fusus, Incectis defluens undis. Flectens undas vagas. Vicibus alternis fugax. Septem cursus flectens, & totidem referens, dum Titan lassum lubat mergit Ocenano.

Euristherus, filius fuit Stelini regis Mynacenarum, qui Junonis. instinctu Herculi imperabat, ut varia monstra superaret.

POETICE.

Argolicus tyrannus

Euristheus:

Durus, Sævus, Cruentus, Crudelis Gravis, Mycenæus, Sthelenius.

Europa, εὐρώπη, o, long. filia Agenoris regis Phœnicum quam Jupirer in bovis specie rapuit, & in Cretam adduxit, ibiq; ex ea Minoem, Rhadamantum & Sarpedonum peperit. Potest autem hoc figmentum accommodari ad principes libidinosos, & puellarum raptu famosos, qui dediti levitatibus amatorijs, personæ, quam sustinent obliviscuntur, untque taurorum similes. Cæteeum quod ad historiam attinet, Europa Agen-

ris filia à Cretensibus rapta & in Cretam abducta est navi, in qua taurus pictus erat. Juppiter verò qui tum temporis in Creta regnabat, liberos ex ea, genuit, Minoa & Rhadamantum. Inde fabula de Europa â Tauro rapta, nata est.

POETICE.

Tyria pellex.
Sidonis.
Cressa.
Agenoris nata.
Tumida Agenoris.

Europa:

Rosea, Pulcra, Venusta, Recta falso bove. Tauri imagine elusa. Vecta simulato juvenco. Cadmi soror. Agenore nata. Quæ tenuit cornua falsa virginea manu. Cujus pars terræ tertia nomen habet. Quam taurus tulit. Quam Jupter sub falso bove lusit. Ab hac postea nominata est Europa tertia pars orbis, quæ à Tanai incipiens usque ad Atlanticum mare protenditur.

POETICE.

Europa:

Dives, Potens, Pugnax, Marte potens.
Hinc Europæus, adject. apud Ovid. 8. Metam.

Noverat ante alios faciem ducis Europæi.

Eurotas, æ, εὐρώτας, fluvius Laconum præterfluens Lacedæmona qui abundat lauris. Nomen sumsit à quodam Eurota Myletis filio, qui stangnantes per eam regionem aquas fossa perduxit in mare.

POETICE.

Eurotas.

Frigidus, Asper, Olifer, Viridis, Tænareus, Lacedæmonius.

Eurus, εὖρος, ventus ab ortu spirans, dictus ab εὖ id est, benè & ῥέω, id est, flux, quia celeriter spirat. Interdum a poetis etiam pro parte orientali ponitur. Vide plura in prima parte: Ostwind/ Est & Eutonotus, ventus ab oriente hyberno spirans inter Notum & Eurum, qui alio nomine Vulturnus dicitur. Euroaquilo autem Cœcias est, inter Eurum & Aquilonē violentus & tempestuosus.

Euryale, es εὐρυάλη, filia Minois regis, & alia ejudem nominis filia Præti regi *Argivorum*. Deniq; & Gorgonum una Euryale est, corripiuntur antepen. & pen.

Euryalus, εὐρύαλος, unus fuit ex ducibus Peloponnesiacis, qui bello ad Trojam interfuerunt, quem dixit Homerus divina pulcritudine fuisse, Iliad. 2. item, Virgil. lib. 2. Alius Troianus fuit

nobilis, qui cum Ænea post dirutam Trojam in Italiam venit. Hic in bello, quod contra Turnum gestum est cum Niso noctu egressus, hostium castra tacite intravit, & ambo multos trucidavebant. Tandem ab equitibus deprehensus est Eutyalus, quem cum Nisus eripere non posset, cum amico mori, quàm eundem deserere maluit. Sed hæc omnia fusius describuntur in Virgilio lib. 9. Meminit ejusdem & Ovidius 1. lib trist. eleg. 5. Fuit etiam histrionis cujusdam nomen apud Iuvenal.

Eurybates εὐρυβάτης, vir Ithacus, quem Ulysses apud se perpetuum præconem habuit. Is & Talthybius missi sunt Agamemnone ad Achillis tentoria, ut Briseidem raperent. De quibus Ovid. in Epist.

Eurybatus, εὐρύβατος, latro fuit singulari astutia, quem deprehensum cum custodes vellent cogere, ut ostenderet, quibusnam modis domos conscendere consuevisset: ille aptatis spongijs & stimulis ferreisq; retinaculis irrepsit in parietem, & spectantibus illis artificijq; novitatem mirantibus, prehenso laqueari per tegulas effugit, eoque modò periculum evasit. Hinc Eurybatisare, εὐρυβατίζειν dicitur si quis deprehensus arte quapiam elabitur. Meminit hujus & Homer. lib. 9. Odyss.

Eurybia, nympha quæ stellas & Luciferum genuit, teste Hesiodo in Theogonia.

Eurybiades, æ εὐρυβιάδης, teste Herodoto lib 7. unus ex ducibus Xerxis fuit.

Euryclea, penul lon. εὐρύκλεια, nutrix Telemachi, de qua Homer. in fine 1. Odyss. Vide Euryclia.

Eurycles, εὐρυκλῆς, vates fuit qui de se suisq; incommodis aliquid semper divinabat. Hic per assistentem dæmonem vaticinabatur, propter Euryclidæ dicuntur omnes divinatores.

Euryclia, εὐρύκλεια, nutrix fuit Ulyssis, â qua primus fuit cognitus, cum à Troja reversus esset. Vide Eurycle

Eurycratidas εὐρυκρατίδας, vir fuit Lacedæmonius, de quo Plutarch.

Eurydamas, penultima brevi εὐρυδάμας, vir Trojanus somniorum interpres, teste Homer. Iliad. 5.

Eurydame, εὐρυδάμη, filia Diactoris & Menij soror quam Leutychides, Sparciatarum rex in uxorem duxit.

Eurycide, εὐρυδίκη, uxor Orphei, quæ fugiens Aristæum (à quo amabatur) morsu colubri in herba latentis in-

terfecta est, pro qua recuperanda Orpheum accepta cithara ad inferos descendisse ferunt, carminibusque Plutonem & Proserpinam flexisse, ut eam redderent, quod & factum, hac tamen lege, ne in itinere respiceret, quod cum præ amore non servasset, eam denuo amisit. Fabulam exponit Virg. 4. Georg.

POETICE.

Threicia puella.

Eurydice:

Formosa, Pulcra, Nivea, Nitens, Interemta morsu, colubri. Quam Orpheus vates miserabilis, stans in aruptis antris nocte dieque lugebat Quæ mœsta liquit flentem virum. Quam fato miserabili peremtam Orpheus lugens gemebat.

Eurydice alia Clymeni filia fuit, uxor Nestoris.

Eurylochus. ἐυρύλοχος, Rex Phlegiarum, qui Thebas condidit, antequam Cadmus adveniret, qui postea eas reædificavit.

Eurymedon, pe. bre. ἐυρυμέδων, Fanni filius fuit, autore Statio in Thebaide. Est & Eurymedon Pamphiliæ fluvius qui ex Tauri jugis ortus me am tranat Pamphiliam. Vide Pompon. Mel. lib. 1.

Eurynome, ἐυρυνόμη, nympha Oceani, & Tethyos filia mater Leucothoes. Alia Apollinis filia fuit, quæ Adrastum Argivorum regem & Eryphilen Amphiarai conjugem peperit.

Euryon, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ ab insidijs matris patrem liberavit.

Eurypylus, ἐυρύπυλος, filius Herculis in Coo insula regnavit, omniumq; Græcorum peritissimus augur habitus est, non tamen similis Calchanti Trojano, Hic cum alijs Græcorum ducibus ad Trojam profectus est. De quo Virg. 2. Æneid.

Suspensi Eurypilum scitatum oracula phœbi
Mittimus, &c.

Alter ejusdem nominis fuit qui cum 40. navibus suæ gentis ad Trojam profectus est. Utriusque autor Horatius.

Eurystheus, trib. syl. ἐυρυσθεὺς, Rex Græciæ. qui Herculem cum tot monstris congredi coegit, ut periret, unde & durum eum dixit Virgil. 2. Georg.

Quis aut Eurysthea durum
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

POETICE.

Eurystheus:

Sthenelejus. Arbiter iræ Iunonis iniquæ.

Eurythus Rex Oechaliæ, qui Ioles filiæ suæ nuptias pollice-

licebatur, quicunq; sagittandi arte se, vel, ut alij volunt, filios suos vicisset, nam ab Apolline hanc artem dono acceperat. Victus igitur ab Hercule, filiam illi negavit. Quamobrem Hercules indignatus Eurythi urbem diripuit. Iolamque patre interemto abduxit. Fuit & hoc nomine unus ex Centauris, qui cum Theseo Hippodamiam vi rapere vellet, ab eodem interfectus est.

Eurytis, idos, patronym.

Eurytion, εὐρυτίων nomen artificijs, qui Pallanthis Evandri filij arma fabricaverat, de quo Virg. 10. Æneid.

Eusthatius, εὐστάθιος, Ephiphanæus scriptor fuit sub Anastasio principe, quæ scripserit Suidas indicavit. Fuere hoc nomine celebres aliquot Præsules, ut Eustathius Antiochenus, qui Arij dogma refutavit sub Constant.

Eustephius, εὐστέφιος, Aphrodiseus Sophista, scripsit de clamationes, de quod Suid.

Eustochius, εὐστόχιος, Cappadox. Sophista, qui de Cappadociæ, aliarumque gentium antiquitate ad constantinũ principẽ scripsit. Vol.

Eustratius, εὐστράτιος, philosophus fuit, qui in Aristotelis ethica scripsit.

Euterpe, εὐτέρπη, una ex Musis, quæ mathemata, vel, ut alijs placet, tibias invenit, de qua plura in 1. parte.

Göttin der freyen Künste statim in principio.

Euthydemus, pen. long. εὐθύδημος Philosophus fuit Massiliensis. Suid.

Euthymus, pugil Locrensis inclytus: victor semper Olympiæ. Victus semel, quemadmodum de eo scripsit, Plin. lib. 7. c. 47. Lapidem gestavit ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur, & Temessæum heroa quod c[illegible] quæ per vim abstulerat, reddere coegit, etiam cum fœnore, ut inde natum sit proverbium ijs qui sordidos & injustos quæstus faciunt:

Affore Temessæum genium.

Eutocus Apollinis & Cyrenes filius, de quo Bocatius lib. [illegible]

Eutyches, hæreticus fuit, qui duas in Christo naturas confusas & permixtas esse docuit. Inde Eutychiani, ejus asseclæ, de quibus in historijs Ecclesiasticis.

Eutychides, εὐτυχίδης, Statuarius, qui Eurotam fecit, in quo artem ipso amne liquidiorem multi dixere Vide Plin. lib 34. cap. 8.

Euxinus, vide suprà, **Euxinische Meer.**

Exampos, fons Scythiæ inter Borysthenem & Hypanim flumina, de quo Herod. lib. 4. Vide Hypanis.

Exquiliæ, arum, plurale tantum, mons & vicus Romæ in, quo arx fuit, & excubiæ Tulli regis Ovid. 3. Fast. Ad[de]

Adde quod excubias, ubi rex Romanus agebat.
Qui nunc Exquilias nomina collis habet.

Inde Exquilinus,a, um, ut Exquilina porta.

F

Fabaris.pen.cor.fluvius Italiæ qui Sabinos transit, aurore Servio. Virgil.

Qui Tyberim Fabarimq; bibunt,&c.

Dicitut idem & Farfarus

Fabius. φάβιος, Fabiorum familia Romæ fuit illustrissima,quorum sex & trecenti ad pugnam aliquando Roma egressi apud Cremerem fluvium à Veiensibus dolo circumventi, & occissi sunt, Quorum interitum Ovidius luget 2 Fast. Unus tamen superfuit Fabius Maximus qui propter teneram adhue ætatem in civitate remanserat, cunctator appellatur, qui Annibalem mora elusit ut vires ejus attrivit. Post pugnam enim Cannensem cum Claudio Marcello Imperator creatus pugnando abstinuit ea spe fessum Annibalis exercitum, si nemo pugnaret, brevi esse defectu. rū. Atq; hic est, de quo Ennius

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

POETICE.

Fabius, syllab. omnib. brev. Motans, Leetus, Cunctator Solers cunctandi. Invictus mora Sidus gentis. Infractat minas dilato fatigans Marte. Qui primus fulmineum. Pœnum lento luctamin- comdtessit. Cui cunctando restituenda res fuit.

POETICE Fabij:

Gens Fabia, Gens Herculea.

Fabius, Pictor, homo nobilissimus, juris & antiquitatis literarum benè peritus, de quo in Bruto Cicer.

Fabritius, φαβρίκιος, Cajus Fabricius consul Romanus, qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella gessit valdè sobrius & fidelis. Hostium enim munera sprevit, & regis medicum ei pollicentem necem Domini sui, ligatum remisit ad regem, scribens etiam, quid ille fafacere voluisset. Vide Cicer. lib. 3. offic & 6. paradox. meminit etiam hujus Virg. lib. 6. Æneid.

POETICE Fabricius:

Gravis, Rigidus, Pauper, Fidelis, Tristis, Romanus. invictus donis. Parvo potens. Qui contentus honesto parvo regū munera sprevit, Qui Pyrrhi sprevit aurum, Cujus pectora nulli pervia culpæ, & donis invicta & armis.

Fadius, miles Pompeianus de quo Asinius Poll. lib. ep. 10.

Falacrium, φαλάκριον Siciliæ Promōtoriū, hodiè Melazo.

Falisci, sive Phalisci, φαλίσκοι, populi Hetruriæ, quos æquos Virgilius dixit, hoc est

legum custodes, quia jura & leges 12. tabul. supplementa, apud eos asservata fuerunt. Urbs eorum Faletij fuerunt, obsessa à Camillo, ut Livius traditit. Vulgò Monte Fiasco, Faliscus adject. ut, Herba Falisca, Ovid. ita venter Faliscus, id est, Ventriculus fartus, quem sic farcire Romani à Faliscis didicere. Ein Magenwurst.

POETICE.

Falisci:

Junonicolæ, Pomiferi, Æqui.

Fanesij populi in Oceano Sententrionali auribus adeò magnis ut nuda eorum corpora his tegantur. Pl. lib. 4.

Fanestris Colonia non procul à Metauro flumine sita, vide Pompon. & Plinium à quo Fanum Fortunæ appellatur. vulgo Fano.

Fanij, inter oratores Ciceroni numerantur in Bruto.

Fanum fortunæ, Colonia & urbs Senonũ in Italia Pomponia Fanestris dicitur. Hinc fanenses, seu Fanestres ejus incolæ.

Fanus, Deus, qui euntibus, præerat, vel Deus anni. Cujus imaginem cùm Phœnices exprimere vellent. Draconem finxerunt in orbẽ redactum, caudamq; suam devorantem, ut appareat, in se revolui mundum, Macro.

Farfarus, qui & farfar alio nomine dicitur, Syriæ fluvius est ingens, qui ex radicibus Libani oriens per Antiochiam labitur. Est & fluvius hoc nomine, qui per Sabinos transit, de quo Ovidius:

Et amœnæ Farfarus undæ.

Aliâs etiam Fabalis dicitur.

Fascelis, dicta est Diana.

Faventia, φαβεντία, Hispaniæ oppidum Plin.

Faventini, populi Ital. in octava regione Fidentinis vicini Plin.

Fauna, filia regis Pici, & soror Fauni, quam idem in uxorem duxisse fertur, Dicta est eadem & Senta. Vide suprà de Bona Dea.

Faunus Aboriginum in Latio antiquissimus rex. filius Pici, Deus habitus post mortem. Altiatus lib. 2. emblemat. 6.

Eruca capripes redimitus tempora Faunus,
Immodicæ Venetis symbola certa refert.
Est eruca salax, indexq; libidinis hircus,
Et Satyri nymphas semper amare solent.

POETICE.

Faunus:

Agrestis, Bicornis, Cornipes Semicaper, Arcas, Lycæus, Mœnalius. Quatiens cornua.

cornua. Præcinctus acuta pinu, Pinigerū Fauni caput, Cornigerum Fauni caput. Fertur hic genuisse etiam Faunos, Satyros, Panes, & sylvanos rusticorum numina, quos Poetæ fingunt cornigeros, & caprinis pedibus, quorum etiam voces sæpè exauditas esse scribit, Cicero lib. 2. de natura Deorum. Vide de his Plura in prima parte, Götter der Wälde.

Favonius, ventus ab occasu spirans clarus & saluberrimus est, quem nos ad foven do nominamus, quod genitalem habeat spiritum à Græcis ζέφυρος vocatur q. ζωὴν φέρων, hoc est, vitam afferens. Vide plura de hoc in prima parte: Westwind.

Favorinus, Phavorinus, pen. prod. Φαβωρῖνος, Philosophus fuit Gallus, Arelatensis sub Hadriano principe, vixit Athenis, Meminit ejus sæpe Gellius.

Faustulus, pen. corr. pastor, cujus uxor Acca Laurentia Remum & Romulum expositos, & à Faustulo inventos nutrivit. Liv. Virgil. Vide infrà Laur. ntia.

Faustus, Syllæ filius Faustorum aliorum catalogum apud Volaterr. reperis.

Felsina, vulgò Bologna urbs Italiæ, nunc dicta Bononiâ. Plin. lib. 3. cap. 15. Hinc Felsineus, a, um, ut, Ager Felsineus, urbs Felsinea.

POETICE.

Felsina:

Dives, Ducta, Pugnax horrens apostolicas manus. Florens Pierto cœtu. Nota Cupressiferis jugis. Ostendans innumeras opes Quam leni agmine Rhenus perlabitur.

Fenestella, vel. L. Fenestella, historicus, cujus testimonijs frequentissimè Plinius, utitur, mortuus est eum is Augusti tempore. Euseb. Fenestella verò alter, cujus de sacerdotijs & magistratibus Roman. scriptum extat, multò est recentior. Pliniū enim aliosq; posteriores citat.

Ferentia, hodiè Terentium, urbs Thuscor. Ptolem.

Ferentinum, penult. long. Φερεντινὸν, oppidum in prima Italiæ Regione, in qua & Roma est. Plin. Est & in Thuscia Ferentium. Hinc Eerentini incolæ Sil. lib. 8.

Sylla Feretinos, prtverna-
tumq; maniplos
Ducebat, &c.

Ferentum, Φερέντιον, Φέρεντῖνος Sabinorum, vel Samnitum est oppidum, à quo Ferentani Φερεντανοὶ

Feretrius, dicitur Iupiter, quod pacem ferat. Liv. lib. 1. decad.

r.decad.1.ptopter lib.4.

Nunc Jovis incipiam causas aperire Feretri.

Feronia, nemoris Dea, à ferendis arboribus dicta. Tradunt enim cum nemus ej9 aliquandò fortuitò arsisset incendio, & ob id transferac simulacrum inde incolæ vellent, subitò nemus evi-ruisse Virgil, lib. 7. sub finem.

Et viridi gaudens Feronia luco.

Fuit & Feronia Campaniæ oppidum sub monte Soractejuxta Tariacinam, ut per ottus notat.

Fertaria, vulgò, Ferrara, Italiæ urbs, ad Padum sita fluvium.

POETICE.

Ferraria {

Inclyta, Clara, Faustis sideribus condita. Quam Ceres fœcunda implet immensis frugibus. Cui Lenæus dat dulcia musta. Quam Eridanum pater cingit flumine sinuoso, & vetat pertimuisse hostiles minas.

Est & Feraria Hispaniæ promontorium, Carthaginem versus. Hinc Ferrariensis.

Fescennia, Hetruriæ urbs est plinio, ubi Epithalamia, hoc est, obsceni versus de nuptiis primum inventa scribuntur, quæ Fescennina ideò dicuntur.

Fescennium, oppidum, Campaniæ fuit, inde Fescenninus, a, um, Virg. lib. 7.

Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos.

Festus, amicus Dominiani qui cùm mentagra ad desperationem usq; laboraret gladio se trajecit. prius tamen amicos, consulatus de morte ejus Martial lib. 1

Fesulæ, arum, urbs enim Hetruriæ: non procul a Florentia, cujus conditorem Mauritaniæ regem Atlantem esse volunt. Hodiè parvus est vicus, licet Episcopalem sedem retineat

Fidena, æ, φιδήνη. φίδηνα pen long. & Fidenæ. arum, urbs fuit in Latio, à qua Fidenates ejus cives Virgil. lib. 6. Juvenalis primam produxit. Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

Fidiculanus Falcula, Senator populi Romani præclarus, de quo Cicero pro Cecinna.

Fidus Deus, Jovis filius, dictus à fide, ut nonnulli volunt cultus est à veteribus Nonis Junijs in Quirinali jugo, Ovid. 6. Faстor.

Fimbria Romanus, homo longè audacissimus, de quo Cicero pro Roscio Amerino.

Firmum Castellum, vel Firmanorum castellum, urbs est Italiæ Pineco, Ptolem. Firmium dicit.

Flaccus, vir Horatius.

Flaminia, æ, Flaminis Dialis domus

domus apud Gellium lib. 10. cap. 15. Et apud eundem sacerdotula Flamminica & Dialis Famminica apud Tacitum Flamminium & Flaminia, orum apud Gellium rursus ibidem Flaminio decedere, hoc est, Flaminum dignitate seu magistratu. Cicer. 13. Philip.

FlamminiusRom. consul interfectus in pugna cum Annibale, viam è Roma Ariminium usq; stravit. Filij ipsi fuerunt T. Q. Flaminius, qui Philippum Macedoniæ regem aliquandò vicit & L. flaminius vir consularis libidinibus deditus Livi.

Flavinium, Italiæ locus est, autore Servio enarrante illud Virgilij:

Hi Soractis habent arces Flaviniaq; arva.

Flavius, familiæ Romanæ nomen erat, ex qua erant Vespasianus & filius ejus Titus & Domitianus, qui à Jove dicitur Favius. Historiam gentis Flaviorum habes apud Tranquillum.

Flevus, alterum ostiorum Rheni: Frisiam alluens, aliâs Issula, die Deissel.

Flora, χλωρίς, Dea fuit florum Romæ culta, cui Floralia sacra, quæ & anthisteria (ἀνθιστήρια) dicta constituebātur ideò ut fruges omnes benè deflorescerent. Fiebant autem ejusmodi sacra menseAprilli magna verborum & rerum cum lascivia tùm licentia, Meminit huj9 Deæ festiOvid. lib. 4. Fastor ubi inquit:

Exit & in Majas festum florare calendis.

Habetur etiam de eo proverbium: Αχισσός, μετ' ἀνθιςήρια, id est, Hedera post anthisteria Cujus usus esse potest, quando serò quid adhiberii ostendere volumus. In hisce enim ludis Hedera coronari moris fuisse apparet. De hac Dea vide plura in prima parte. Göttin der Blumen. Meminit & hujus Cicero in Verrem.

Florentia, vulgò Florenza, urbs est Italiæ, quæ condita fertur à militibus Sillæ juxta Arnum fluvium, prius fluentia dicta. Hanc à Gothis dirutam Carolus magnus restauravit: Maut.

Syllanaq; Thuscis urbs divisa valis.

Hinc Floreninus, a, um, ut, Florentina Mœnia. Florentini incolæ.

POETICE.

Florentia:

Clarissima, Quæ adjacet ripis Arni, Nomen tenens Florente statu rerum. Suis quondam opibus superba.

Florianus, Imperator, Tacidi successor, de quo Aurelius.

Flo-

Florius, Galliæ fluvius eſt in Hiſpania Plin.

Fluonia, Iuno quæ à mulieribus culta fuit, quod in conceptu ſanguinis fluorem retinere credebatur Bocat.

Focunates in Alpibus populi ſunt Plinius lib. 3. cap. 20.

Fœlicitas, Dea à Romanis culta fuit.

Folia, Venefica fuit, cuius patria Ariminum. Horat.

Non defuiſſe maſcula libidinu Arimenenſem Foliam.

Fons ſolis, ἡλίου πηγή der Sonnen Brunnen in Lybiæ deſertis eſt ultra regionem Cyrenaicam, ſic dictus quòd ſolis per caraines mōtu, calore & algore variatur Ovid. 14. Metam.

Mediæ tuæ corniger ammon.

Unde die gelida eſt, ortuq; obituq; caleſcit.

Plin. lib. 2. cap. 103. de eo ſcribit, quod interdiu frigidus ſit, noctibibus verò ferveat.

Fonteia. virgo Veſtalis, ſoror Fonteij, de qua Cicero in oratione pro Fonteio.

Foriculus, θυραῖος, der thüren Gott. Deus habebatur, qui foribus præerat, ſicut Cardinea Dea, quæ cardinibus & Limentinus Deus qui limini

Formiæ, arum, Φορμίαι, urbs Campaniæ, ſedes olim Leſtrigonium. Servius Horm- as antea dictas tradidit ἀπὸ τοῦ ὁρμῆς, hoc eſt ab impetu, hodiè Nola, alijs Formic.

POETICÆ.

Formiæ:

Antiphatæ domus.

Vetus Leſtrigonis urbs.

Formio. hodiè Ciſanus, Iſtri fluvius Ptolem.

Fortuna Dea credita eſt antiquis, quam cœcam pinxerunt, & rotæ inſiſtentem. Quorum illud factū eſt ideo, ut oſtenderent, indignis etiam hanc Deam honres & opes conferre, hoc verò, ut inconſtantiam ejuſdem Deæ innuerent.

POETICE.

Præneſtina Dea,

Rhamnuſis

Vultus, lumina, frons facies, ſpecies fortunæ.

Regina, ictus fortunæ.

Dea dubia, cœca, volubilis levis, incerta, verſa, merſa inſidioſa.

Fortuna:

Bona, Bublica, fortis, Sophiſtá. Hera potens. Pedem opponens votis. Stans in orbe. Conſtans in levitate. I nullo loco tenax. Flans vel Moribus impar. Animo impar. Solito favore defect: Diſpenſans tempus arbitri iniquis.

Fortunatæ inſulæ, μακάρ-

νῆσοι, ad occidentem sunt contra Mauritaniæ finem, dictæ à felici proventu & ubertate fructuũ. de quibus Plin. lib. 6.

Foruli, orum, hodie Ferolo urbs Italiæ, Virgil 7. Æneid.

Casperiamq; colunt Forulosq; & flumen Hymellæ

Forum Bibalorum, vulgò fa milla urbs Hispaniæ Ptol.

Forum, Claudij Centrorum civitas in Alpibus Ptolomæo, hodiè Tarantesa duci Sabaudiæ. Forum item Claudij Ptolem, urbs Tuscorum & in Hetruria, Plin. lib. 3.

Forum Cornelij, φόρον κορνήλιον Galliæ Trogatæ urbs.

Forum, Giguro rum sive Eugur. Hispan. Tarracoñensis connensis urbs Ptol. Me dinade Rioseco Hispan.

Forum Sempronij ptol. civitas Umbrorum.

Forum Vibij, villacum, Villach.

Fossæ Marianæ, hodiè Aigries mortes, urbs Galliæ Narbonensis Ptolem.

Fossæ Papyrianæ, urbs Thusco rum. Ptol. hodiè Fossonorum.

Francia & Fraæci, vide suprà Francken.

Fraterculis, consors Verris in furtis. De hoc Cicero in Verrem lib 5. actt. 8.

Fregellæ, arum, φρέγελλα, Stephan. vulgo Ponto corvo, urbs fuerunt vetus & florẽtissima Italiæ interformias & Simiessam, sed nunc à Strabonis tempore ad vicum redacta, quia ob defectionem à Romanis diruta fuisset. Silius.

Obsessa campo squalente Fregellæ.

Fregellanorum meminit. Plin. lib 3. cap 5.

Fregellanus, nomen proditoris, de quo Cicero lib. 5. de finibus bonoũm & malorum.

Frentani, populi Italici, Daunis & Ficentibus vicini.

Frisij, vide, Frießländer.

Fronto, onis penult. lon. philosophiæ, simul & dicendi præceptor M. Antonini principis, qui gratitudinis ejus ergò statũam à senatu poni curavit. Iul. Capitol. Alterius verò Frontonis meminere Tacitus, Iuvenalis:

Frontonis platani convulsaq; marmora clamant

Et Martialis:

Clarum militiæ Fronto togæq; decus.

Frusino, Campaniæ urbs, à qua Frusinates populi ad Falernum, de quibus Plin. lib. 3. cap. 5.

Frusinum, oppidum Latino-

Ptol.

Ptol.

Frusinal, dictum est templum. Veneris Frutæ. Sipontinus.

Fucinus, i, lacus in quarta regione Italiæ, & in Volscis Virgil. 7. Æneid.

Vitrea te Fucinus unda
Te liquidi flevere lacus, &c.

Martial. Epigram. in amphit. Cæsar.

Fucinus & pigri teneantur stagna Neronis.

Fulco, Andegavensium princeps, quintus rex Hierosolymorum, equo in caput verso occubuit, cum annis undecim regnasset. Volaterran.

Fuliginates, populi sunt Umbriæ in Italia Plin.

Fulfinates, populi sunt Illyrici, Plin.

Fulvius Flaccus censor marmoreum Junonis Laciniæ tectum spoliavit, ut ædem, quam dedicaverat equestri fortunæ regeret. Livi lib. 42.

Fundi, orum, Φϋνδοι, vulgò Fondi, Italiæ oppidum prope Cajetam quod intercidit, juxta quod lacus est Fundanus, de quo Plinius lib. 3. cap. 5. Inde generosa vina Fundana scriptoribus commendata.

Furiæ, filiæ Noctis & Acherontis, quas punire sontes apud inferos poetæ fingunt easq; pro capillis angue habere. Voluére autem veteres malæ conscietiæ morsus sive tormenta per furias significare. Ovid. lib. 4. Fastor. Deas vocat Palæstinas à Palæstina regione Epiri, ubi furiæ templum habuerunt. Idem Ovid. lib. 3. amor. eleg. 7. nominat furias Deas ocultas, quòd tantùm à malefic, & non alijs videantur. Virgil. lib. 4. Diras nominat ubi inquit:

Armatam facibus, &c.

Intellexrunt autem (ut quidam volunt) Poetæ per furias nihil aliud, quam pravos affectus sive appetitus animi, rectæ rationi non obtemperantes, quibus homines jam ad odium, invidiam ambitionem & cædem. mox ad impudentiam ad adulterium atq; incestus jam ad alia atrocia & horribilia scelera instinctu diabolico invitantur atq; impelluntur. Id quod nomina furis data ostendunt, de quiqus suo loco. Vide Ciceron. pro Roscio, & lib. 3. de natur Deor. Vide etiam plura de furibus in priori parte Hellische Göttin.

Fufidius, nomen fœneratoris Horat.

Fufidius Vappe famam timet, &c.

Fufius, Orator fuit, cujus his verbis meminit Cicero libr. 2. de orat. Fufius nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non affequitur, &c.

Fyternus, Ptol. fluvius Frentænorum, Typhernus alijs.

G.

Gaba, γάβα, גָּבַע Galilææ oppidum eft tefte Jofepho libr. 5. antiquitatum Judaicarum. Gabaa, urbs Siriæ

Gabala, γαβάλα, quæ Volaterrano tefte Gibal dicitur, גְּבַל etiam urbs Syriæ, tefte Ptolem. lib. 5. cap 15.

Gabales, γαβαλεῖς, populi Aquitanicæ Galliæ. Plin.

Gabalum, γάβαλον, pen. ancipiti, Avernorum oppidum in Gallia Aquitania, proximũ terræ Narbonenfi. Hinc Gabalici, γαβαλεῖς, populi, apud quos optimus olim fiebat cafeus.

Gabalus, imperator fuit Romanus, qui Solem fe dici voluit: quare Heliogabalus dictus eft, ἥλιος, enim Sol eft.

Gabienus, claffium Cæfaris dux fortiffimus de quo vide Plinum lia. 7. cap. 52.

Gabij, orum, γάβιοι Volfcorum, urbs fuit, à Galacto, & Bio fratribus Siculis extructa, unde & nomen eft fortita. Virg. 6. Æneid.

Hi tibi Nomentũ & Gabios, urbemq; Fidenam, &c.

Urrbs Gabinia apud Ovid. 2. Faftor. Hinc Gabini γαβῖται. dicti funt homines, Gabijs habitantes, qui dolo victi funt à Tarquinio. Iuvenal. Satyr. 13 inde Gabinus a, um. ut, Juno Gabina apud Virgil. Et Gabinenfis ut, Gabinenhs ager epud Plin. li. 2. ubi tamen nonnulli Gabienfis legunt.

Gabirius, Præsbiter Romanus, martyr. fub Diocletiono Imperat.

Gabreta fylva, & Luna fylva, Der Böhemer wald. Herciniæ pars.

Gadara, γάδαρα, גְּדָרָה urbs Syriæ non procul ab Afcalonæ.

Gadareus, γαδαρεὺς, fophifta qui medicorum more prius peregrinabatur confulatum poftea Maximiani beneficio eft adeptus.

Gabdes, vide fuprà, Caltz.

Gadir. neutr. gen. opulenta, urbs in Gadibus.

Gadira γάδειρα, locus juxta Hifpaniam extremam, ad quem profectus Hercules, & pertranfire non valens columbas ab incolis fumtas infixit.

Gæon, vel Girhon, quod rectius, Jofepho Nilus effe dicitur.

Galan

Galanthis, γαλανθὶς, prim. bre. Ministra Alcmenæ fuit. quæ ubi Domina sua partus doloribus laborans à Junone, nexis manibus humi residente impetiretur ut pareret, mira Deam astutia elusit. Risu enim ac læticia gestiens eam accessit ac solutam jam partu Alcmenã ementita est. Quo audito admiratione simul ac dolore concita Dea resolutis manibus surrexit, ubi Alcmena confestim absq; omni cruciatu Herculem enixa est. Lucina verò indignata astutiam Galanthidis gravissima pœna prosecuta in sui nominis animal, hoc est, in galem, id est, mustelam convertit, ita ut ore, quo mentita erat pareret. Monet hæc Galanthidos fabula seipsos fallere, qui insidijs Deorumque prætextu fallere, conantur. Illa enim dum deceptam Lucinam irridet, ab ea in bestiolam transfiguratur. Meminit Ovid lib. 9. Metam.

Galata, in sula Melitæ vicina.

Galatea, æ, γαλατέια, nimpha marina Nerei & Doridis filia Ovidio est lib. 13. Metam. adamata à Polyphemo, Virgilio amica rustica. Dicta est autem à lactis candore, γάλα enim lac significat.

POETICE.

Galatea:

Candida, procax: Viridis Nereis, Nerine, Netei nat[a] Pulcra, Secans mare pulcr[o] natatu. Ludens in undis Cui Pater est Nereus, Quan[...] enixa est cœcula Doris.

Galatia, γαλατία, regio mino[...]ris Asiæ inclusa ab occa[su] Bithynia: ab Ortu Cappadocia: à Borea Ponto Euxino, à meredie Pamphilia. Dicta est eadem & Gallogræcia & nomen utrumq[ue] accepit à Gallis a quibu[s] maximo numero occupat[a] aliquandò sub duce fui[t] Brennone. Hinc Gallatæ, a[d] quos D. Paulus epistolam scridsit.

Galba, æ, vir consularis, & Ser[]gius Galba Imperator tem[]porum suorum eloquentis[]simus, si dictus à Galbis.

Galenus, γαληνὸς, prim. bre. per ult. long. à γαλήνη, tran[]quillitas. Medicus ille nobi[]lissimus, pergamenus. Cla[]rus esse cœpit Trajani tem[]poribus. Scribitur hic cen[]tum & 40. annos vixisse Idem hic interrogatus al[i]quandò, cur, ultimis hisce mundi temporibus nem[o] tam præstans sit in medic[i]na ac Hipocrates, nemo tà[m] excellens in Philosophia a[c] Plato, nemo tam præclaru[s] ac celebris in Poesi, ac Ho[]merus concludit tandem

-nten

intemperantiam hujus esse causam, & quod divitiæ virtuti præferantur.

POETICE.

Galenus:

Doctus, Insignis, Medendi arte clarus. Arte Pæonia celebris. Nobile nomen habens inter medicus. Summus vir medica in arte.

Galesus, γάλεσος, Calabriæ fluvius, non procul à Tarento distans, cujus aqua pota candidas oves reddit, Unde & Albus dicitur, Virgil. 4. Georg.

POETICE.

Galesus:

Liquidus, Oebalius, Spartanus, Piger, Umbrosus, Lacedæmonius, Therapnæus, Phalantæus, Albus, Niger. Humectans culta flaventia.

Est item Itali cujusdam nomen apud Virgilius 7. Æneid.

Seniorq́ Galesus,
Dum paci mediũ se offert,
&c.

Galilæa, γαλιλαία, pen. long. גָּלִילָה regio Palæstinæ populosissima & uberrima, Palæstina enim in 3. regiones dividitur in Judæam, Samariam & Galilæam. Galilæa verò dupliciter dividitur, in Galilæam scil. superiorem sive gentium de qua Esaiæ 9. & Matth. 4. & Inferiorem, quæ est in tribu Zabulon, pertingens usque ad lacum, per quem Jordanis labitur, qui à Vicina Galilæa, mare Galilææ ab Evangelistis vocatur. Ebraicè גָּלִילָה Galilah, ut suprà ostensum, id est rotunda, vel globus vel limes regionis. Hinc Galilæi, γαλιλαῖοι, gens Judææ, & Galilæus, a, um, ut, Galilæa arva, item Galilæjus, a, um, ut, Galilæia jugera. Poetæ Galilæam fertilem appellant.

Gallecia, vulgò Gallizia, regio Hispaniæ citerioris, Plin. & Justin.

Galli Cybeles, sacerdotes fuerunt Cybeles in Phrygia, qui sacra facientes furentium more capita rotabant, dicti à Gallo flumine, cujus aquis poti statim furere incipiebant, adeò ut se ipsos castarent, quod aliter citra perniciem facere non poterant, nisi Samia testa. Meminit horum Augustinus libr. 7. de civitate Dei, & Lucan. lib. I.

POETICE.

Galli:

Resupinati, Secti, Sanguinei, Phryges, Cesenæi, Virilia membra secantes. Quos mater Cybeleia incitat.

Galli populi, de quibus, vide in prima parte, Frantzosen/

Franckenreicher.

Gallia, Vide suprà, Franckreich.

Gallia Celtica, κελτικὴ, vel Lugdunensis. Vide suprà, Celtica.

Gallia Narbonensis seu Braccata, Die Provintz Langendock und Delphinat.

Gallia Aquitanica vel Aquitania. Gasconien.

Gallia Belgica 3. Galliæ pars, vide suprà, Niderlandt. & Belga.

Gallia Togata & Cisalpina. Lombardey/vñ das Hertzogthumb Meylandt.

Gallia Transalpina. Das theil Franckreich/so hiejenseid dem Gebirgist.

A Gallia est Gallicus, a, um, ut, Lingua Gallica, item Gallicanus. Halliciæ. arum, plurale calceamenti genus, quo Galli in pluvia utuntur.

Gallica flava, urbs est Hispaniæ Ptolem.

Gallogræci ijdem sunt, qui & Galatæ, ad quos Pauli extat epistola: Vide Galatia.

Gallus, fluvius Phrygiæ, cujus aqua potantes facit furere, Vide suprà de Gellis. Cybeles Sacerdotibus. Gallus etiam, qui & Cornelius Gallus, fuit elegiographus Forojuliensis, qui Augusti favore ad præturæ gradum conscendit. Fuit primùm amicus Octavij, postea ta-

men conjurationis suspicione, cùm in ejus odium incurrisset, conscivit sibi mortem anno ætatis suæ 43. Sunt, qui causam mortis asscribant importunæ ejus loquacitati, cujus causa odium imperatoris incurrisset, quod & Ovidius confirmat his verbis.

Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,
Sed linguam nimio non tenuisse mero.

POETICE:

Gallus:

Blandus, Suavis, Quem ardentem abstulit formosa Lycoris. Cujus ignis supererit, dum puer Veneri aurea arma dirigit. Lycoridis celebratur. Prodigus animæ. Prodigus sanguinis.

Gamphasantes, populi Æthiopiæ nudi, & armorum omnium ignari, de quibus Pompon.lib.1.

Gandri, Asiæ citerioris sunt populi Pomponio, quos Plinius trans Margianam in ortum ponit. Sunt & Gandatæ populi, quos Ptolemæus libro 7. in India ad ipsum Indum sitos esse ait.

Ganganorum, Hyberniæ promontorium Ptolem. libr. 2. cap. 3

Gangaridæ, γαγγαρίδαι, po-

pul

puli sunt inter Assyrios & Indos, juxta Gangen fluvium, Virgil. 3. Georg.

Ganges, gis, & Gangetis, γάγγης, quem vulgò Phison vertunt, amplissimus est Indiæ fluvius, in quem, teste Plinio lib. 5. natural. histor. 19. amnes influunt, qui cum intra alveum coercetur, estque minimus, latus est 8000. passuum, ubi modicus, stadia habet 100. latitudine nusquam majore passuum millibus 20. Scribunt tamen, quòd Elephantes, quos India alit, illam latitudinem natando superare possint. Vide de hoc fluvio Quintum Curt. lib 8. & Lucan. Meminit item Ovid. libr. 4. Meram. Hinc Gangeticus, γαγγητικὸς id est, Indicus.

POETICE.

Ganges:

Rapidus, Pulcer, Corniger, Cœruleus, Dives, Aurifer, Tepidus, Eous, Torrens, Arenosus, Magnus, Extremus, Indicus, Immensus, Spacians lato flumine. Latè undans, Indiam tingens. Qui solus toto in orbe solvere audet ostia contraria nascenti Phœbo. Volvens arenas aurifluis undis.

Gannodurum, Vide suprà, Lauffenburg.

Ganyctor, viri proprium est Tortelio.

Ganymedes, prior. duabus brev. γανυμήδης, puerulus fuit (ut Poetæ dicunt) Trojanus, elegantis formæ, quē cum Jupiter deperiret, dum in Ida sylva venaretur, jussit in cœlum ab aquila portari, & sibi pocula ministrare, spreta Hebe Junonis filia, quæ prima causa fuit invidiæ Junonis erga Trojanos, postea in Zodiaco positus aquarij locum obtinuit. Scribit autem Herodianus historicus, Ganymedem Trojæ regis filium in Phrygiæ quodam agro, cui nomen Pessimunti interfectum à fratre atq; amatore, sublatumq; è medio. Deinde pro calamitatis solatio divinis affectum fuisse honoribus; relata ad Jovem raptorem fabula. Vide Eusebium, qui de hoc raptu aliter scribit. Lege & Lucianum in 4. dialogo Deorum. Meminit ejus etiam Alciatus libr. 1. emblem. 32. Virgil. 1. Æneid. & Ovid. 10. Metamorph.

POETICE.

Puer.

Trojanus, Idæus, Phryx, Iliacus, Sangarius.

Ganymedes:

Aureus, Roseus, Pulcer, Regius, Phrygius, Pocillator, Catamyrus, Gracilis, Flavus, Tros, Ephebus, Dardanius, Cinœdus, Iliades,

Urniger, Raptus Jovi. Genitus de Paridis sanguine. Qui cum Dijs potando nectare miscet invitaq; Junone Jovi nectar ministrat. Dilectus Jovi, Juvenum pulcerrimus. Spectabilis facie in altis sylvis. Raptus Jovi, Cujus amore rex Superum quondam arsit. Miscens summo Jovi grata pocula. Hinc Canymedæus, a, um, ut Ovid. ad Pisonem.

Et Canymedeæ repetens cõvivia mensæ.

Garamantes, γαράμαντες, populi sunt Africæ extremi, & q, à consortio humanitatis remoti, qui matrimoniorum expertes passim cum fœminis degunt, apud quos Hercules alteram columnã veluti peregrinationis suæ metam statuit. Appellantur (ut inter epitheta videre est) extremi, non quòd terrarum orbis, sive terra habitabilis ibi definat, sed antiquitatis illud fit opinione quæ ultra Hispaniam & Aphricam versus occidentem nullas restare terras habitabiles, suspicata est. Hanc verò opinionem planè falsam esse, Hispanorum navigationes, noviq; orbis descriptiones convincunt. Hinc Garmantius, a, um,

POETICE.

Garamantes:

Extremi, Inculti, Sævi. Perusti, Inopes. Veloces, Nudi Cinyphij, Vagi. Arenivagi Nigri. Conjugij expertes Steriles arenas colentes Quos extra nostra sidera jacere ferunt.

Fuit & alius Garamantes rex, cujus filiam Garamantida Juppiter apud Bragadam fluvium compressit, & ex ea Hiarbam genuit, Virg. lib. 4.

His Ammone satus: Garamantyde nympha.

Hinc Garamanticus, adject.

Garganus, celebris est Apuliæ mons, ubi quondam Diomedes Tydæi filius ab expeditione Trojana reversus consedit. Lucan. lib. 5.

Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Habitantes subtus hunc montem propriè Apuli dicuntur. Hodiè S. Angeli mons dicitur.

Gargara, γάργαρα, multitudinis numero gen. neut. oppidum ad Idam montem Phrygiæ, frumenti copia clarum. Virg. 1. Georg.

Ipsa suas miratur Gargara messes.

Sunt, qui Gargara pro monte & civitate accipiant. Invenitur etiam Gargarus singulari numero. Gargarum, γάργαρον autem est lacus

lacus Phrygiæ, ex quò Scamander & Simois fluvius decurrunt.

POETICE.

Gargara:

Culta, Priameia, Pangæa, Ardua, Flavescentia, Grata Cereri. Quæ flavis luxuriant culmis. Quæ habent multas segetes. Messes habentia.

Gargittius, γαργηττιὸς, canis fuit generosus, qui Geryonis boves custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit, cum illius arma abduxit.

Garumna, æ, γαρουμνά, prima bre. Garona, fluvius Galliæ ex Pirenæis montibus defluens, Celtas ab Aquitanis dirimit, augetur tribus amnibus, & per Bituriges & Santones fluens in Oceanum cadit. Claud.

Quosq; rigat retrò pernicior unda Garumna.

POETICE.

Garumnæ { fluvius. / flumina. / undæ.

Garumna:

Undans, Rapidus, Celer, Refluus, Velivolus, Deflu-us, Validus, Magnus, Æquoreus, Spumans, Rapido amne fluens, Fluctivagus refluo amne.

Gaurus, γαῦρος, mons est Campaniæ in Italia in qua optimum nascitur vinum. Stat. lib.3. Syl.

Seu tibi Bacchæi vinetæ madentia Gauri.

POETICE.

Gaurus:

Viridis, Celsus, Nobile ferens vinum.

Gaza, æ, γάζα, urbs Palestinæ ad mare mediterraneum sita valdè munita fuit, in cujus oppugnatione Alexander Magnus graviter vulneratus est. Hujus etiam portas Simson fregisse scribitur, Judic.16. Hinc Gazæus, a, um, γαζαῖος, quod est ex Gaza urbe, & Gazeticus, a, um, ex Gaza urbe Persica, ubi optima vina. Est & Gaza vocabulum Persicum, quo pecuniam regiam seu ærarium Persæ vocant opes, Schätze/ Güter vnnd Vorrath. Virg. lib.1.

Arma, virum, tabulæq;, & Troja Gaza per undas.

Gebenna, Galliæ oppidum & mons, qui Heluetios separat ab Alvernis. Hodiæ mons Geneveræ dicitur, Lucan. lib.1.

Quæ montibus ardua summis,
Geus habitat, cana pendentes rupe Gebennas.

Gedanum, urbs Germaniæ in ostio Visulæ fluminis.

Gedrosia, γεδρωσία Asiæ regio Ptolem. Hinc γεδρώσιοι, ejus regionis populi, qui & Christiani sunt.

Gehenna. γέεννα, גֵּיהִנָּה vallis prædationis ein Mördergruben. Nomen factum est à valle Hinnom, הִנֹּם quæ & גֵּיאהִנּוֹם Gehinnom, vel גֵּיא בֶן־הִנֹּם Gebenhinnon, id est vallis filij Ennon, quæ amœnissima fuit consita arboribus, & irrigua fontibus, finitima urbi Hierosolymæ, in qua abominandus cultus fuit Idoli Moloch, quod Lyra scribit, statuam æneam & concavam fuisse figurâ Regis, ita fabrefactam, ut brachia porrigeret, & subjecto igne candesceret. Huic statuæ candenti suos filios & filias Judæa injecerunt, eosq; cremârunt. Sic Achaz & Manasse Reges Juda filios suos Idolo Moloch consecrârunt. 2. Par. 28. 35. Huic abominando spectaculo addere consueverunt sonitum tympani, & aliorum organorum Musicorum, ne ejulatus liberorum à parentibus exaudiretur. Hinc futuræ pœnæ damnatorum, sive ignis inferni hujus loci vocabulo denotantur. Martial.

Quod si fortè cava metuis
tormenta gehena.

Gehon, γεών, גִּיחוֹן fluviu[s] qui è Paradiso terrestri la[bitur]. Josephus Nilum ess[e] autumat.

Gela, æ, γέλα, urbs Siciliæ a[b] ejusdem nominis fluvio appellata, Gelous. Virgil. 3 Æneid.

Apparet Camerina procul,
campiq; Geloi,
Immanisq; Gela fluvij co-
gnomine dicta.

Geloria, Vide suprà, Gellerlandt.

Gelon, γέλων, rex Siciliæ, de quo Plutarch. in Dione. Fuit & alius ejusdem nominis, qui Pyrrhum veneno necare aggressus est, dequo Plutarch. in Pyrrhi vita.

Geloni, priv. brev. γελωνοί, vel Gelones, populi sunt Scythiæ, Agathyrsis proximi, à Gelono filio Herculis dicti. Solebant olim se pingere ut terribiliores in prælio viderentur, suis verò finibus contenti vivebant. Unde Horat. lib. 2. carm.

Intraq; præscriptum Gelones
exiguis equitate câpis.

Sanguinem equinum cum lacte bibebant. Hodiè Getæ & Tartari dicuntur. Meminit eorum & Virgil. lib. 8. sub finem.

POETICE.

Geloni:

Sævi, Flavi, Volucres. Sagit-

gittiferi, Acres, Pharetrati, Picti Disperfi. Equimulgi, Imperiosi acuta falce. Lac concretum potantes cum sanguine equino.

Gelos, portus est Cariæ Pompon.

Ganabum, Carnutum oppidum ad amnem Ligerim, hodiè (ut aliqui existimant) Aurelia.

Genesara, celebris Galilææ lacus plurimis circumseptus urbibus. Solinus.

Geneva, vide Genff.

Genius, antiquis Deus naturæ credebatur, qui vim omnium rerum generandarum haberet, quare Dei filium, & hominum parentem nuncupabant. Pueris verò recens natis Genios duos tribuebant, alterum bonum, alterum malum, quorum hunc nocere, illum verò prodesse natis dicebant. Itaque quæ sacræ literæ tribunt angelis, & immundis spiritibus, ea veteres Genios agere dicebant. Vide Peucer. in lib. de dininatione, Dicuntur à gignendo, quod genitis attribuantur. Hinc proverb.

Diis iratis, & genio sinistro natus, Er ist zur vnglückseligen stunde geboren. Non tantùm vero hominibus, verùm etiam locis & ædibus Genios atttribuebant.

POETICE.

Genius:

Lucifugus, Hilaris, Tutor, Æviternus, Fidissimus. Germanus, Animas omnium custodiens.

Dicitur & Genius interdum Deus voluptatis, vel naturæ, unde sunt phrases: Indulgere genio. Dare aliquid naturæ, in wollüsten leben. Defraudare genium sich an essen vnd trincken abbrechen. Ita celebrare diem genialem. Interdum etiam pro gratia sumitur, ut:

Victurus genium debet habere liber.

Genua, γένυα, Italicè Geneva Ligurum caput est in Italia ad mare nostrũ, Die Stadt vnd Hertzogthumb Genua Genuenses, die Genuester.

Genusus, fluvius, quem Dyrrachio euntes in Thessaliam inveniunt. Lucan. lib. 5.

Quam volucer Genusus, quam mollior Apsus
Circumeunt ripis, &c.

Geon, vide Gethon:

Grorgi, γεωργοὶ, populi Asiæ dicti ab agricultura, Corsitis, Phoristis, & Riphacibus vicini. Constat etiam Tauricam & Chersonnesum Georgicam cognominatam propter memorabilem in ea frumenti copiam.

Geræa, γεραῖα, urbs Lusitaniæ Ptolem.

Germania, superior vel prima **das ober Deutschlandt.** Germania inferior vel secunda, **das gantze Niderlandt.** Vide plura de Germanis & Germania in priori parte:] **Deutscher unnd Deutschlandt.**

Germanica legio septima Ptolem. Tarraconensis Hispaniæ urbs.

Germanicus, unus est ex præcipuis poetis, Quintiliano lib. 10. cap. 1.

Gerrus, γέῤῥος, Scythiæ fluvius septimus ab Istro memoria dignus. Herodot. lib. 4.

Gerunda, γερȣ̃νδα, Hispaniæ urbs Ptolem.

Gerusa, hodiè S. Georgius, urbs Sarmatiæ in Asia Ptol.

Geryon, onis, γηρύων, & Geryones, γηρυόνης, vel γηρυονεὺς, rex Hispaniæ victus est ab Hercule. Fingitur tricorpor vel trimembris á Poetis, propter tres insulas, videlicet, Balearicam majorem, minorem, & Ebusam, quas cum fratribus concors tenuit. Fertur autem in insulis istis tantam pabuli lætitiam esse, ut nisi abstinentia impediatur sagina, pecora tumpantur. Unde & armenta ejus tantæ fuerunt famæ, ut Herculem ex Græcia prædæ magnitudine illexerint. Videatur Justinus libro ultimo ferè in fine. Alciat. libr. 2. emblemat. 2.

POETICE.

Geryon:

Ferus, Tergeminus, Triformis, Iberus, Tricorpor, Triplex, Ter amplus, Spolijs superbus. Ore tumido minax. Cui tres in pugna dextræ varia gerebant arma. Qui uno nisu tria diversa vulnera dabat.

Gessodunum, Vide suprà **Steyer.**

Gessoriacum, Vide, **Cales.**

Gessus, γέσσος, Joniæ fluvius. Plin. & Strab.

Getæ, Vide suprà **Wallacher.**

Getulia, regio est Aphricæ juxta Garamentes. Getuli, ejusdem populi, qui asperi sunt & inculti. Habet autem hoc nomen Priores syllabas indifferentes. Adjectivum verò Getulus, a, um, semper producit. Virgil. lib. 4. Æneid.

Et Getulæ urbes genus insuperabile bello.

Getulicus, apud Juvenalem habetur. Sat 8.

Agnosco procerem salve Getulice, seu tu.

Gigantes, Vide suprà, **Heunen.**

Gillus, vir fuit Tarentinus, de quo Herodot.

Glandomyrum, γλανδόμυρον, Hispa-

Hispaniæ Tarraconẽsis urbs. Ptolem.

Glanum, urbs Saliorum in Gallia. Ptolem.

Glaucopis, γλαυκῶπις, Minervæ cognomen est, q. Cæsios oculos habens.

Glaucus, γλαῦκος, primus dux fuit Lyciorum, qui cum Diomede arma ad Trojam permutavit ænea precio novem boum cum illius aureis armis, quæ centum erant boum. Hinc in proverbium abijt: *Diomedis & Glauci permutatio*, quoties in æqualem significamus commutationem, hoc est, deteriora pro melioribus reddita, scil. ænea pro aureis. Glaucus alter Antenoris Trojani filius ab Agamemnone interfectus est, quemadmodum Dictys indicat. Glaucus Sisyphi filius, apud Potniam (ut fingitur) equos humanis aluit carnibus, à quibus tandem discerptus est. Servius verò dicit, Glaucum Pontiadem sacra Veneris spernentem ab equabus suis, quibus ad currum utebatur, dilaceratum. Virg. 3. Georg.

Quo tempore Glauci,
Potniades malis membra absumsere quadrigæ.

Hinc proverbium:

Glaucus alter, vel, Glaucus alter ab equis devoratus:

Γλαῦκος, ἄλλος ἱππόβρωτος, quod convenit in hominem alendis equis facultates exhaurientem, Lemnius Glaucus alius statuarius fuit, de quo nescio an dictũ sit γλαύκου τέχνη, Glauci ars, quod proverbialiter convenit in opus celeriter absolutum, vel in id, quod summa arte, & cura elaboratũ est. Glaucus deniq; piscator ille senior Deus marinus fingitur, qui pisces captos suprà ripam explicavit, donec retia siccarentur. At illi contacta herba colligentes sese in mare prosilierunt. Glaucus eam herbam degustans immortalitatem adeptus est & in mari vitam egit. Unde & in proverbium abijt:

Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάττῃ.

Glaucus comesa herba habitat in mari.

Vide fabulam apud Ovid. 13. Metam.

POETICE. poster:
Glaucus:

Viridis, Minous, Biformis, Euboicus, Salax, Cultor tumidarum aquarum. Deus marinus. Qui moderator erat lini & hami.

Glycon, vir apud Horatium robustissimus, & gladiatoria quadam totius corporis firmitate, lib. 1. epist.

Nec quia desperes invicti mẽbra Glyconis.

Fuit & medicus Pansæ hujus nominis apud Romanos, qui in carcerem detrusus est ob suspicionem veneni, quod vulneri Domini sui indidisse ferebatur. Vide Suetonium in Augusto, & Cicero. in epist. ad Brutum.

Gnidos, γνίδος, Lyciæ urbs in minori Asia, mari mediterraneo adjacens, duos habens portus, & in fronte insulam aggeribus continenti junctam, in qua major pars civium habitabat. In ea fuit Veneris templum & simulacrum insigne. Ovid. lib. 10.

Piscosamq; Gnidon.

Horat:

O Venus regina Gnidi.

Hinc Gnidius, a, um.

Gnosus, sive Cnosus, sive Gnossus, κνώσος, Cretæ urbs, Minois regia, civitas & habitatio, hodie Candida vocatur. Hinc Gnosas, Gnosius & Gnosiacus, a, um, Virgil.

Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna:

Idem:

Gnosi regna vides Gnasias agitare pharetris.

Lucan.

Sic, Gnosiacum merum sive vinum.

Hinc etiam patronym. Gnosis, Ovidius,

Gnosida Bacchus amavit. in epistol.

Gobæum, γοβαῖον, promontorium Galliæ, oppidum apud Ptolem.

Gobryas, γωβρύας, vir Persa nobilis, unus ex his, qui cum Dario conjurârunt.

Gomorrha, עמורה & Gomorrhum, pri. bre. una est ex urbibus igne cœlitus demisso crematis, dicta ab עמיר spicarum manipulo vel עם Am מרה Marah populus rebellis in obediens. Genes. 10. 14. 19. Meminit & Egesippus libr. 4. & Tertullianus in Apologetico his verbis: Sodomam & Gomorrham igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, & si qua illic arborum poma oriuntur oculis tenus, cæterum contacta cinerescunt. Hinc Gomorrhæus, a, um, ut Gomorrhææ vites.

POETICE.

Gomorrha:

Fœda, Immunda, Tetra, Impura, Cujus fœdæ ædes sulphuris igne jacent crematæ. Disperdita parili fato cum Sodoma. Mersa profundo. Fulminibus obruta. Sulphureis ignibus hausta & oppressa. Nota Vitiis suis. Quam divina flamma consumsit. Quam pater altitonans ultricibus flammis invo-

involvit, & profundo immersit.

Gonnus, γόννος, in Thessaliæ parte superiori urbs est unde introitus ad Thessaliam comperitur.

Gordiani, Cæsares Romanorum tres fuere, pater, filius & nepos, de quibus Volaterr. lib. 93.

Gordius, γόρδιος, rex Phrygiæ rusticus. Erasmus Gordium oppidum fuisse scribit, Midæ regiam, à quo Gordius nodus factum sit de negotio inexplicabili adagium, quē nodum, qui fatalis fuit, oppido ipso capto Alexander dissecuit, qui aliàs à nemine dissolvi potuit. Dicitur idem & ἡρακλειος ἅμμα, Herculanus nodus, pro vinculo arctissimo & indissolubili.

Gorgias, γοργίας, Leontius Siculus Rhetor, Empedoclis discipulus, Isocratis autem præceptor, cui auream statuam Delphis positam fuisse Cicero testatur. Vide de eo Quintil. libr. 3. cap. 1. & Cic. de oratore.

Gorgythion, γοργυθίων, filius Priami ex Castianira in Æsina urbe susceptus, qui postea in bello Trojano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit.

Gorgon, onis, pen. corr. γοργὼν, dicta est poetis Medusa. Vide Claudian. in Gigantomachia. Et Gorgones, γοργόνες, quas tres alij, quatuor alij, retulerunt, his nominibus, Euryale, Sthenio, Medusa, Scylla, dictæ παρὰ τὸ γοργὸν τῶν ὀφθαλμῶν, id est, à terribili oculorum aspectu, fœminæ Dorcades insulas habitarunt. Harum unam, Medusam, scil. cum Neptunus in Palladis templo stuprasset, indignata Pallas capillos ejus in serpentes mutavit fecitque eos lapidescere & in scopulos verti, à quibus aspiceretur. Perseus deonum Jovis & Danaes filius acceptis à Mercurio talaribus, & ense falcato dormienti Medusæ caput abstulit, quod Pallas clypeo suo composuit, unde & Pallas Gorgonophora dicta, id est, Gorgonem ferens, quod in ejus scuto pictum sit Medusæ Gorgonis caput. Ex Medusæ postea sanguine natus est Pegasus, equus alatus, qui inde Gorgoneus est dictus. Intelligi autem per Gorgonas allegoricè possunt voluptates & illecebræ, quibus stulti q. in saxa mutantur. Fabulam de Gorgonibus vide apud Ovid. lib. 4. Met. Hinc est Gorgoneus, a, um, adject. Gorgoniem Corallium Plinius vocat libr. 37. cap. 12. quod in lapidem durescat.

POETICE.

Gorgon:

Anguicoma, Terrifica.
Anguiferum caput.
Gorgoneum caput.
Forma Medusæ.
Os Medusæum.
Medusæ squallentia ora.
Ora sacrificæ Medusæ.
Gorgonis ora.
Crinita colubris.
Vipereum monstrum.
Colubriferum monstrum.
Torva nomina colubriferi monstri.
Torva guttura Medusæi monstri.
Mater equi volucris.
Gorgoneæ vires.
Gorgoneum crimen.
Clypeus horrendæ Medusæ.
Vide etiam infrà Medusa.

Gorgones:

Rigidæ, Asperæ, Sævæ, Anguiferæ, Anguicomæ. Terrificæ, Serpentigeræ, Duræ, Cruentæ, Saxificæ, Phorcynides, Monstrifico ore. Quæ extremis finibus Libyæ olim aspectu solebant homines mutare in saxa.

Gorgonius, γοργόνιος, viri proprium malè olentis. Horat. in serm.

Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum.

Quod proverbialiter dici potest, vel in duos aliquos diversis laborantes vicijs, vel in eodem sui dissimilem, ut qui modò plus satis sit loquax, modò nimium taciturnus, aliàs puerilite ineptus, aliàs ipso etiam Catone severior. Utrumque enim vituperio dignum, si quis vel hircum, vel unguenta oleat. Hoc enim mollis est, illud verò spurci.

Gorgythion, γοργυθίων, vir Trojanus, Priami & Castianiræ filius, forma & viribus præstans, de quo Homer. libr. 8 Iliad.

Cortyna, penult. prod. γόρτυνα, urbs Cretæ pulcris cincta muris, apud quam sagittis aptissimi nascuntur calami. Dicitur & Gortyre & Gortina. Seneca:

Parva Gortyne, sterilisque Trice.

Hinc Gortynis patronym. ut, Arundo Gortynis, pro sagitta Gortynia, apud Lucan. Spicula Gortynia apud Statium.

Gotthi, sive Gothi, vide suprà. **Gotten.**

Gotthia, γοτθία, regio Europæ, Daciæ & Norvegiæ vicina, ex qua Gotthi provenêre.

Gracchus, T. Gracchus, Tiberius Gracchus, γράκχος, Gracchorum ex Cornelia Africani sorore pater, Tiberij nimirum & Caij, qui ambo eloquentes fuêre, quorumque eloquentiæ materia Cornelia multum contulit, ut Quint. testatur. C. Gracchus

chus actione & affectibus tantùm valuit, ut cùm matris defleret necem, totius populi Romani lacrymas concitârit, eodem teſte libr. II. cap. 3. Multas verò hi duo fratres factiones in reſpub. concitârunt. Voluerunt enim commovere plebem in ſenatum, & revocare leges Agrarias, de agris viritim dividendis: ob quã cauſam ambo occiſi ſunt. Juvenal.

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes.

Hinc Gracchanus. Quintil. Gracchonum illud. Quò me miſer conferam?

Gradivus, penult. long. prior. verò brevi, dicitur Mars belli Deus, quem quidam hoc nominis traxiſſe volunt à gradiendo, quod in bello ultrò congrediatur, alij à gramine, quod ex gramine natus ſit. Vide ſuprà in prima parre: Gott des Krieges.

Grææ, γραῖαι, tres fuerunt ſorores, Phorci filiæ unicum tantùm habentes oculum, & dentem, quibus viciſſim inter ſe tres utebantur. Harum ope Perſeus, ad Gorgonas pervenit.

Græcia, ἑλλὰς, יון nomen regionis in Europa, quod in ſcriptura complectitur Macedoniam, Achaiam, Peloponneſum, & inſulas vicinas. Vide plura in I. parte: Griechenland. Greci, Griechen / quorum tria ſunt genera, Athenienſes, Æoles & Dores. Vide plura in prima parte: Grieche. Græcus, a, um, adject. Ut Græcæ literæ, Græca lingua, Græca fides, pro ſubdola & fallaci proverbialiter dicitur. Et Græco more vivere, ſive pergræcari proverbialiter item dicitur in voluptuarios, & voluptatibus deditos. Græcè adverb. Græcanicus apud Plin. Græcoſtaſis, locus Romæ, in quo legati Græci aut aliarum nationum, ad ſenatum miſſi conſiſtebant. Græculus diminut. Græcari & pergræcari, Græcorum more voluptatibus indulgere, & congræcari eadem ſignificatione. Grajus idem quod Græcus, Grajugena, vel Græcus, vel à Græcis ortus. Virgil. 3. Æneid.

Grajugenumq́ domos, ſuſpectaq́ linquimus arva.

Granicus, γρανικὸς, Bithyniæ amnis, Troadem à Propontide diſterminans, pugna quæ inter Perſas & Alexandrum fuit, nobilis, de qua Diod. lib. 17. De fluvio verò Quint. Curt. lib. II.

Gratiæ, vide de his in I. parte: Göttin der Lieblıgkeit / vnd Gutwilligkeit.

Gar-

Gratidia, γρατιδία, mulier fuit Neapolitana unguentaria ac malefica, quam Horatius nominavit in Epodis.

Graviscæ, hodiè mons altus. Tuscorum castellum. Ptol. Meminit hujus Virg. lib. 10

Gronij, populi Hispaniæ ad Durium amnem.

Gryllus filius fuit Xenophontis, qui pro salute patriæ fortiter pugnans occubuit.

Grynia, γρύνεια, Ætoliæ urbs in Joniæ confinibus. Inde Grynæus Apollo & Grynæum nemus, in finibus Jonijs Apollini consecratum. Servius.

Guntia, vide suprà, Güntzburg.

Gutalus, vide supra, All.

Gyara, æ, vel Gyarus, γύαρος, & Gyari, orum parva insula in Ægeo mari, una ex Cycladibus, in quam Romani noxios exulatum relegabant. Juvenal. Satyr. 1.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum.

Dignum Gyaris, id est, deportatione & exilio dignum aliquid. Der verweisung wirdig

Gyas vir fuit Trojanus, cujus meminit. Virg. lib. 10.

Gygæa, γυγαία locus est Lydiæ, è quo Gygæus, a, um, Proper. lib. 3.

Lydia Gygæo tincta puella lacu.

Gygemorus, monticulus est Thessaliæ vicinus.

Gyges, γύγης, sive, ut alij scribunt, γύγης, cœli & terræ fuit filius, secundum Hesiodum in Theogonia, Gygas immanis & centimanus, frater Briarei, Sunt tamen, qui Briareum Gygen, & Ægeona eosdem esse putant, Ovi. lib. 4. trist.

Centimanumq; Gygem, semibovemq; virum.

Alius hoc nomine Lydiæ rex fuit, cui oraculum sciscitanti, ecquis se viveret felicior, Apollo prætulit Aglæum Sophidium Arcadem, qui nunquam è tugurio suo fuerat egressus. Plin. lib. 7. cap. 46. Factus est autem hic rex ex regio pastore annuli ope, cujus fabulam describit Cicero libr. 3. offic. Atque hinc proverbialis locutio : γύγυ δακτύλιος Gygis annulus. Quod quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel in fortunatos, qui veluti virgula divina quicquid optānt id suo arbitrio consequuntur. Plato Dialogo 10. de repub. Justè agendum est sive Gygis quis habeat annulum, sive etiam Plutonis galeam, ποιητέον τὰ δίκαια ἐάν τ' ἔχει τὸν γύγυ δακτύλιον. Est etiam proprium viri apud Virg. lib. 9.

Principio Phalarim, & succiso
poplite Gygem,
Excipit, &c.

Item formosi cujusdem pueri nomen apud Horat. libr. 2. carm. Od. 5.

Luna mari Gnydiusve Gyges.

Est denique Gygæus, a, um, etiam adject. à Gygæa lacu Lydiæ, de quo antea. Propert. lib. 3.

Lydia Gygææ tincta puella lacu.

Gymnici ludi, quos Lycaon primus invenit, tales olim erant, in quibus nudi & perunсti se exercebant.

Gymnosophistæ, γυμνοσοφισταὶ, philosophi Indorū sive monachi nudi sylvis inhabitantes, qui ab exortu ad occasum perstiterunt contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die, alternis pedibus insistentes. Sic dicti quòd nudi incederent. Nam γυμνὸς Græcis nudus est, σοφιστὴς, sapiens. Vide Pl. lib. 7. c. 2. & Cicer. libr. 5. Tuscul. quæstion.

q

POETICE.

Gymnosophistæ:
Sylvicolæ, Nudi. à Venere abstinentes.

Gyndes, γύνδης, fluvius Assyriorum maximus secundum Euphratem, quem Cyrus totis copiis per magnas deductum fosses in 46. alueos dispartivit, cum impetum ejus contra Babylonios interciperet, & quidam è militibus summò dilectus regi ejus moliens transitum, rapacitate fluvij absorptus esset. Vide de his Senecam li. 3. de ira.

Gytheum, γύθειον, oppidum ab Hercule & Apolline extructum, de quo Livius in bello Macedonico. Hinc Gytheates, incolæ oppidi sunt dicti.

H.

Habessus, urbs Lyciæ, quondam sic dicta: deinde Antiphellus. Plin.

Hamadritani, populi Siciliæ, Plin. lib. 3. cap. 8.

Hadria, mascul. gen. pro sinu maris, seu pro ipso mari Hadriatico. Lucan. lib 5.

Sonat Ionio vagus Hadria
Ponto.

Scribunt & Adria, Horat.

Improbo iracundior Adria.

Hinc Hadriaticus, a, um, ut, Hadriaticum mare, Das Venedische Meer. Hadria, fœmin. gen. est oppidum ad Ferrariam, nunc demersum ad 35. lapidem, vulgò Ari. Ab eo Adriaticum mare nomen est sortitum. Fuit etiam Hadria, Romanorum colonia, ardua in colle sita, ex qua Hadrianus Imperator origi-

nem duxit, qui in omni doctrinæ genere excellentissimus fuit.

Hæbudes, αἰβȣ́δαι, insulæ sunt à quibus Orcades septem dierum, totidemque noctium cursu absunt. Solin.

Hædui, Galliæ populi, finitimi Avernis trans Ararim habitantes, inter Burgundos nominati.

Hæmodes mons Lyciæ, Pomp. Mel lib. 1.

Hæmon, ἅιμον, juvenis fuit Thebanus, qui amore Antigones Oedipi & Jocastæ filiæ exarsit tanto, ut ad defunctæ tumulum seipsum interemerit. Fuerat enim Antigone justu Creontis jugulata, ut superius ostensum est. Propert. lib. 2.

Quid non Antigones tumulo
Bœotius Hæmon.

Hæmus, αἷμος, Suidas mons Thraciæ altissimus, de quo Plin. lib. 10. Decad. 8. Hinc Hæmimontani accolæ dicti sunt. Scribitur & Æmus absque aspiratioee, & Hæmonia, αἱμανία.

POETICE.

Hæmus:

Thracius, Gelidus, Editus, Umbrosus, Oeagrius, Celso vertice.

Halcyon, onis, penul. brev. vel Halcyone. sive etiam Alcyone gen. Epicœn. ἀλκύων, ab ἅλς id est, mare, & κύω, id est, pario. Est enim avis & marina & fluviatilis, quæ nidificat in scopulis marinis, & incubare ovis, ac excludere pullos in media solet bruma. Quo tempore mare tanquam inserviens illi incubanti quietum est & placidum per dies 14. qui Halcyonides, & Halcyonei, vel Halcyonij dies, & Halcedonia ob eam rem dicuntur. Est autem Halcyonis partus imago Ecclesiæ, cui Deus inter mundi tempestates & quassationes concedit tamen alicubi tranquillas sedes. Vide plura in prima parte: Eisvogel.

Halæsa, ἅλαισα, Siciliæ civitas, de qua Cicero act. 5. in Verrem. Hinc Halæsinus, a, um, & Halæsini urbis incolæ.

Halæsus, ἅλαισος, filius fuit Agamemnonis ex Briseide, ut quibusdam placet, vel secundum alios ex Clytemnestra. Dicunt enim hunc cum matre contra patrem sensisse, & postea datria exterminatum in Italiam venisse, atque apud Massicum Campaniæ montem consedisse, & tanquam Trojani nominis hostem Turno adversus Æneam favisse, Virgil.

Hinc Agamemnonius Trojani
nominis hostis
Iungit Halæsus equos, &c.

Ovid.

Ovid. etiam lib. 4. Fastor. Faliscus ab hoc nomen accepisse testatur. Halæsus etiam fluvij & montis nomen est, non procul ab Ætna, ubi Proserpina cum alijs virginibus flores legit, de quo Columel.

Et quæ Sicanij flores legistis Halæsi.

Haliacmon, sive Aliacmon sine aspiratione, Macedoniæ est fluvius, ad quem, quæ candida volebant nasci ducebant, teste Plin. lib. 31. cap. 2. Scribitur & Haliacmoni.

Halicarnassus, penult, long. ἁλικαρνασσός, Cariæ civitas maritima & permunita, principum regia, Argivorum colonia, in qua Mausoli quondam nobilissimum extabat opus. Obsessa hæc urbs fuit, & non sine magno labore expugnata, atq; solo æquata ab Alexandro Magno, teste Quinto Curtio lib. 2. in fine. Hinc est Halicarnassæus, a, um, & Halicarnassenus. Iuxta hanc Salmacis fons est, molies effœminatosq; reddens, de uno Ovid. 6. Metam.

Halizones, pen. lon. ἁλιζῶνες, Paphlagonum sunt populi, sic dicti, quòd undique mari circumdentut, παρὰ τοῦ ὑποζωννύεσθαι, id est, circumdari, & ἁλὶ, id est mari Tortel.

Halonesos, ἁλόνησος, insula est maris Ægæi prope Thraciam, quam aliquandò omnibus, qui mates erant, cæsis fœmine tantùm tenuisse dicunturPompou. Mell. lib. 2.

Halys, yos. Halyon, ἅλυς, Paphlagoniæ fluvius maximus, Crœsi fato, quod attulisse visus est, nobilis. Oraculum notum est.

Crœsus Halym penetrans magnam perveret opum vim.

Κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει.

Recitat aliquoties Suidas & alij, &c. Sed quo oraculo Crœsus deceptus, cum regnorum opes expectaret, suas profligavit. Cicer. de divin.

POETICE

Halys igens.

Halys crebro vortice tortus.

Hamadryades, vide Dryades.

Hamaxampeus, pars est fluminus Hypanis, qui cum fonte Xampes amato commixtus est Tortel.

Hamaxobitæ, pen. corr. ἁμαξόβιται, populi Sarmatiæ in plaustris habitantes, ab ἅμαξα; id est, currus sive plaustrum. Prolomæus Hamaxobios, ἁμαξοβίους vocat. Moscovitas esse putat. Vadianus, Die Moscobiter.

Hamaxiæa, ἁμαξιαῖα, proverbiali voce dicuntur am-

& magnifica, q. d. plaustralia, ut ἁμαξιαῖα ῥήματα, quæ Horatius *sesquipedalia verba dixit*, Hochtrabende wort.

Hamilcar, vide Amilcar.

Hammon, onis, ἄμμων, Jovis cognomen ab ἄμμος, arena. Vide suprà, Ammon.

Hammonia, Hermegaw.

Hanapis, Scythiæ, Herodoto teste, fluvius est.

Hannibal, Vide Annibal.

Hanno, onis, med. prod. Ἄννων. Carthaginensis fuit, temporibus Philippi Macadonis privatis opibus potens, regni affectator, sed rationibus suis & insidijs frustratus crudelissimo à Carthaginensibus supplicio cum suis affectus autore Trogo. Hannonis alterius videtur meminisse Livius in primo & ultimo belli Punici libro. Hanno factionis Barchinæ, cum optima consuleret Carthaginensibus de pace, nequaquam exauditus est.

Harmodius & Aristogiton, cives Athenienses de republ. benè meriti, quorum passim mentionem facit Demosthenes in orationibus.

Harmodorus, nomen Poetæ, cujus plurimam facit mentionem Plutarchus.

Harmonia, filia Martis & Veneris Cadmi uxor, cui Vulconus pulcrum, sed exitiale monile dedit, eò quòd è conjugis adulterio esset prognata. Reliqua suprà de Cadmo, & apud Ovid. 4 Metam.

Harmonides, ἁρμονίδης, Trojanus fuit. Minervæ dilectus ut Homerus 5. Iliad. testatur. Is naves illas Alexandro ædificavit, quæ omnium, quæ Trojanis contigerunt, malorum caput fuêre.

Harpagium, oppidum juxta Parium, apud quod Ganymedem puerum Phrygium raptum fabulantur.

Harpalice es, pen. brev. ἁρπαλύκη, Amazonum regina, quæ in patris sui à Getis capti mulcitudine collecta omnium opinionem vicit, unde & flumina celeritate transire dicitur. Virg. lib. 1.

Vel qualis equos Threissa fatigat.

Harpalice, volucrem que fug. prævertit Hebrum.

Harpalus, thesaurarius seu summus quæstor fuit Alexandri, à quo immensis jam opibus auctus Athenas concessit, ibique oratores Atticos, inter quos etiam Demosthenes fuit, pecunia corrupit, unde sui patrocinium susciperent. Sed integerrimus vir Phocion partim justitiæ amore, partim metuens, ne pro officiis erga hospitem hunc injustum

malam

malam civitati Atticæ retribueret gratiam, corrumpi se minimè est passus. Vide de eo Plutarch. in Phocionis vita.

Harpasa, orum, pennul. cor. ἅρπασα. Asiæ oppidum, fluvio Harpaso oppositum, ubi horrenda stat cautes uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur resistens. Plin. lib: 2. cap. 25.

Harpe, falcatus ensis Persei, quo Medusam & Cetum occidisse scribitur. Ovid. lib. 5. Metam.

Et inertia frustrà
Brachia tendentem, Cyllenide
concidit Harpe.

Harpocrates, ἁρποκράτης, erat simulacrum in sacris Isidis & Serapidis, quod digito labiis impresso admonere silētium videbatur, & silentij Deus dicebatur. Autor Plutarchus in commentario de Iside & Osiride, unde de Harpocratis imagine, ut scribit Plinius, annulis signatorijs usi fuere. Ut autem Harpocrates apud Græcos: ita Angerona Dea apud Romanos silentio præfecta est. Videatur commentator emblem. 3. Fuit autem revera Philosophus, qui taciturnitatem summam esse virtutem docuit.

POETICE.

Harpocrates:
Premens labia, ora, Premens vocem digitoque suadens silentia.

Harpyiæ, pen. brev. ἅρπυιαι, Neptuni & terræ filij, teste Servio, fuerunt volatiles, vultu virgines, uncis manibus. Poetæ scribunt, eas à Dijs immissas fuisse ad polluendas dapes Phinei regis Arcadiæ, quòd is filios interfecisset, fugatas demum à Zeto & Calai Argonautis & filiis Boreæ. Morabantur in Stymphali Arcadiæ lacu, unde Arcadicæ Stymphalides vocantur. Nomina earum sunt: Aello, id est, alienum tollens, Ocypete, citius auferens, & Celæno nigrorem significans. Quartam addidit Homerus Thyellam. Dictæ autem sunt Harpyiæ, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id est, à diripiendo, & intelligunt aliqui per eas superbiam, avaritiam, & invidiam. Sunt & qui per eas intelligant triplex genus hominum, qui reges ac principes misere vexant. Primi generis sunt adulatores seu assentatores, secundi sunt delatores, sive calamniatores. Tertij verò fœneratores. Eiusmodi enim homines reges ac principes animi oculis captos inquinant eorumque facultates & ali-

menta ad se rapiunt. Meminit Harpyiarum. Virgil. 3. Æneid.

Tristius haud illis monstrum nec sævior ulla
Pestis, &c.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris.
Proluvies, uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame, &c.

POETICE.

Phineæ aves.
Herculeæ aves.
Phinei volucres.
Arcadicæ volucres colentes.
Stymphala.
Virgineæ volucres.

Harpyiæ:

Fœdifice. Rapaces, Obscœnæ, Truces, Avidæ, Palustres, Stymphalitæ, Infestæ, Immundæ. Typhonides, Funesta lues. Circumvolantes uncis pedibus. Quæ Phineja mensis guttura fraudabant.

Hasdrubal. vel Asdrubal. ἀσδρέβαλ, dux fuit Carthaginensis frater Annibalis, à Romanis in Italiæ faucibus occisus, cum maximo exercitu, quem fratri afferebat.

Hebe, es, pri. long. ἥβη Junonis filia Hercilis uxor, Dea juventutis, pincerna Jovis, sed demum cùm apud Æthiopes, Jove reliquis cum Dijs commessante per lubricum illa minus cautè in... dens cecidisset, superisq... partes pudendas amotis v...stibus ostendisset, officio ...mota cujus loco subrogat... est Canymedes. Fingit... autem ἥβη uxor Herculis ... quòd pubertas, seu verna... ætas conjuncta est est cu... robore, quod per Hercule... ob fortia ac præclara ipsi... facta intelligitur.

POETICE.

Hebe:

Formosa, Nobilis, Junoni... Cœlestis, Jovis & Junoni... alumna. Excellens planat... cruribus. Proles generosa... summi donantis lascivien... perpetuo amore. Quæ nat... fuit semine Altisoni Jovi... Amor Herculis, Herculis u...xor. Privigna nurusq: Jovis...

Hebrus, ἕβρος, Thraciæ fluvi...us, è Rhodope monte ortus... in quem Orphei caput à Ci...conibus confecti abjectu... fuit; unde & Oeagrius dici...bur ab Oeagro Orphei pa...tre Ovid. 2. Metam.

POETICE.

Aqua Bistonia.

Hebri { vada. unda. flumina. }

Admissæ aquæ Hebri.

Hebrus.

Volucer, Arenosus, Sacer Oeagrius, Corniger, Spumifer, Odrysius, Murmurans, Spumans, Undans...

Getes

Getes, Vagus, Rapidus, Fluviatilis, Nitidus, Impiger. Thacius, Turbidus, Rhodopejus, Liparæus, Vinctus, nivali compede.

Hecale, ἑκάλη, fœmina pauperrima fuit, cujus meminit Ovid-de amore.

Cur nemo est Hecalem, nulla est, quæ noverit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Hecameda, vide Ecameda.

Hechte, es, prior duab. corr- ἑκάτη, diciturDiana, sive Luna sive proserpina, unde Virg. Tergeminamq; Hecatem. Inde apellata, quòd cētum victimis placaretur. ἑκατὸν centum. Quod sacrifiium ἑκατόμβη, Hecatombe vocatur. Virgil. 6. Æneid.

Voce vocans Hecatem, cœloq́ Ereboq́ potentem.

Meminit etiam Hecates Claudiian. lib. 1. de racptu Proserpinæ. *Et He atæ cœna*, de perparca & frugali admodum cœna proverbialiter dicitur, quòd apud inferos cibo exiguo atque vilissimo vivitur.

P O E T I C E.

Oea Hecates in tres partes vrgentia.

Hecate:

Phæbæa, Perseia, Nocturna, Triformis, Persei, Audax, Potens, Tergemina, Latratus dans, Dea noctis Dea triformis, triceps

Hecatompylos, ἑκατόμπυλος Parthorum urbs in signis est regni caput, Plin. Vide plura Parthia.

Heda, vide supra, **Der Heckelberg.**

Hector, ἕκτωρ, Priami filiorum fortissimus, Trojanus princeps, præstantissimus & fortissimus Trojanorum turris unde & χειρ τρώων Philostrato dictus est, ab ἔχω, defendo, autore Platone, Quo superstite Troja expuguari non potit. Tandem ab Achille interemtus est, à quo etiam bigis ter circum Iliacos muros raptatus, ut scribit Virgil. lib. 1. ænrid. Tandem ejus corpus, per 12. dies servatum priamus auro redemit, idq; veterum more honorificentissimè cremavit de quo idem Virg. loco citato. Inde Hectoreus a, um, ut Hectoreum corpus apud Virgil. Sic Hectorea hasta Hectorea tela, Hectoreæ flammæ.

P O E T I C E.

Vir Andromaches.

Hector:

Acer, Inclytus, Fortis, Magus, Ferus, Ferox, Flebilis, Splendidos, Venalis, Setosus, *Atrox*, Sævus, *Armipotens*, Sanguineus. Belliger, Mavortius, Furibundus, Barbarus, Troicus,

 Phry-

Phrygius, Priameius, Priamides, Impiger, Sanguinolentus, Gruentus, Domitus, Lacer, Raptus, Defensor, Bello utilis. Unus innumeri instar militis. Qui quæ fuerat tutatus mœnia sæpè, Corpore lustravit non diuturna suo. Bigis raptatus Perditus rapidis equis. Raptus ab equis Hæmonijs. Phœbi consanguineus. Qui robore claruit insigni. Qui laceravit Danaas opes. Qui Æacidæ telo cecidit. Quem defunctum cingula nexa traxère Æmonijs rotis. Ter raptus circum Iliacos muros. Tractus ab equo Æmonio. Cujus exanimum corpus auro Achilles vendidit. Dardaniæ lux, & spes Teucrûm fidissima. Quem vita spoliavit Achilles. Victor. Qui summum erat Trojæ decus. Qui sæpè se armavit Danaos in hostes. Qui præceps ruit in hostes generosa mente. Qui dux ingens exigua jacuit interemtus arena. Quo patriæ principe nemo major fuit. Qui patriam humum replevit plena laude. Qui laceratus sævis manibus Achillis occubuit. Qui tuebatur mœnia populosæ terræ. Qui portus & aura fuit populis suis. Qui virtute sua Laomedontis avi res gestas vicit. Qui lacertor ruit admissos equos. Qui ab Andromaches complexibus in arma ivit. Qui ad axes religatus terruit sanguinolentus admissos equos. Qui clarus bello erat, & in bello etiam concidit. Quem addictum foris alitibus & canibus matres Iliæ luxerunt. Qui atro cruore Nessi delibutus fuit. Qui opposuit se fortibus. Achivis. Cujus facta Mœonio carmine nota sunt. Qui Achilleo ense transfixus concidit. Qui Trojæ pro mœnibus fervens in adversas acies arma tulit, & Argivûm castra petivit. Volvens incendia in media classes. Qui superatus tandem a sævo Achille terraptatus circum Pergama, & ora cruento pulvere, & crinem concreto sanguine infectus est.

Hecuba, ἑκάβη, mater fuit Hectoris, uxor Priami, quæ gravida ex Paride somniavit, se facem ardentem, quæ tota patria ilium arderet parituram. Hæc conjuge cum filijs occiso, & Troja diruta præ nimio dolore in canem (quemadmodum Poetæ fabulantur) mutata est. Idque fingitur vel propter animi quandam acerbitatem & rabiem. Solent enim ira efferati vulgò appellari canes, vel propter insignem contemtum, in quo fuit a

pud insolentissimos hostes adeò spreta, ut ne hominis quidem sed canis loco haberetur. Commonefacit autem nos maxima Hecubæ calamitas de instabilitate & vicissitudine rerum humanarum, ne quis videlicet fortuna afflante insolescat, sed quilibet cogitet, se ex summa felicitate in similem calamitatem, & miseriam incidere posse. Magna est autem calamitas potentissimi regis uxorem, & clarissimi principis matrem adeò vilem & abjectam fieri, ut omnes captivam aspernentur, nec quisquam ancillæ loco eam habere dignetur. Ejusmodi triste, ac miserabile rerum humanarum spectaculum diligenter considerandum est omnibus, præsertim potentioribus, ut ita ad modestiam flectantur, juxta illud:

Si fortuna juvat, caveto tolli.

De quo memorabilis etiam ipsius Hecubæ in Euripide hæc est sententia:

Οὐ τὸν κρατοῦντα χρὴ κρατεῖν ἀνὴ χρέων,
Οὐδ' εὐτυχοῦντας ἐνδοκεῖν πράττειν ἀεί
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ' ἀλλὰ νῦν, οὐκ εἴμ' ἔτι.
Τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Hoc est:

Iniqua victis imperare non decet,
Queis sors dedit rerum potiri ac vincere,
Neq; queis secunda res, oportet fidere,
Itidem futuras semper ex sententia.
Etenim ipsa quondam quæ fui, non sum amplius,
Opes sed omnes unicus rapuit dies.

Videatur Servius, Euripides & Ovidius 13. Metam. Virgil. item lib. 7. nec non Juvenal. Satyr. 10.

POETICE.

Priami conjunx.
Priameja conjunx.
Cisseis, quia filia Cissei regis Thraciæ.
Dimantis.
Proles Dymantis.

Hecuba:

Misera. Infelix, Capta, Regia conjunx. Hectoris clara parens. Asiæ florentis imago. Fœcunda in ignes. Quæ prægnens ignes jugales dicitur enixa. Versa in canem. Duras sortis experta vices. Capta à Græcis. Quæ torva canino latravit rictu. Quæ loqui conata latravit. Quæ mœsta ululavit Sithonios per agros. Quæ post omnia hominis formam perdidit. Quæ sibi visa est sub,

somni imagine ingentem facem flammiferam reddere pleno ventre, Quæ visa est ante diem peperisse facem cruentam. Quæ novo latratu terruit exteras auras. Inivante in medijs natorum sepulcris. Quæ mœsta latratu finivit miseras quærelas & protinus stetit acta in rabidum canem.

Hecube sepulcrum, promontorium Thraciæ, vide, κυνοσσῆμα.

Hedimeles, montes sunt Atticæ, Juvenal. Satyr. 6.

Quo tener Hedimeles operam dedit; hunc tenet hoc se
Solatur, &c.

Hedui, ἔδυοι, Burgundi sunt inferiores, qui Heduis & sequanis successere. Vide suprà **Burgander.**

Hegaleos, mons est Atticæ nemorosus, de quo statius libro 12.

Dives & Hegaleos nemorum Pernesq; benignus.

Hegemon, ἡγεμὼν, Characenus fuit versificatur, de quo Stephan.

Hegesias, ἡγησίας, Philosophus Cyrenaicus fuit admodum eloquens πεισιθάνατος dictus Laertio Epiphanio, Ciceroni & Valerio, propterea quòd graphicè oratione diserta pingendo miseri as vitæ humanæ multis hominibus ultroneam mortem persuaserit. Cùm enim aliquandò hominum vitæ calamitates commenraret, mortemque harum omnium certissimum esse remedium perhiberet, multi ex auditorū numero sibi ipsis mortem consciverunt. Postea tamen à Ptolemæo de hac re ulterius dicere prohibitus est. Vide Valerium Maxim. & Ciceron. in oratione 1. Tusculan. quæstion. Alter fuit magnesius orator quoq; egregius, de quo Strabo.

Hegesippus, ἡγήσιππος, scripsit Historiam Ecclesiasticam atq; in ea historiam longam excidij Hierusolymorum. Alter ejusdem nominis poeta Comicus fuit.

Hegesypile, pe. bre. ἡγησιπύλη, fuit Holori regis Thraciæ filia quam Miltiades dux Athenensium accepit, Tortel.

Hegesistratus, brev. pen. ἡγησίστρατος Ephesios & conditor ex oraculo Eleæ urbis in in Asia. Pyndocles Samius, apud Plin.

Hegetinatia, vide suprà, **Lignitz.**

Helei, ἠλεῖοι penult long. populi in Peloponneso clarissimi. Unde Helei equi & carcer Heleus. Scribitur tamen meliùs sine aspiratione Elei.

Helena prior duab. bre. ἑλένη, filia Jovis ex Leda, uxore, Tyn-

Tyndari regis Laconiæ Menelai Lacedemoniorum regis uxor, quæ ob insignem formæ, qua cæteris præstabat, elegentiam, a multis amata est, & bis rapta: Primum adhuc puella à Theseo, secundo jam Menelao nupta, à Paride, pro qua recuperanda Græci cum Trojanis decennale gesserunt bellum. Ubi Troja funditus deleta & eversa. Nota est historia ex Homero. Helene cibi, ἑλένης βρώματα, pro suavibus cibis, sive lauticijs ponuntur.

POETICE.

Auricoma Tyndaris.
Alumna potens Spartæ.
Therapnæa marita.
Oenalia pellex.
Oebalis nympha.
Therapnæo rure nata puella.
Pulcræ Ledæ filia pulcrior.
Jove digna viro ni Jove nata foret.
Lacedæmonia amica
Tænarea marita.
Iliaca soror.
Infecta Lacæna.
Pulcræ Ledæ filia.

Helena vel Helene:
Pulcra, Candida, Formosa, Blanda, Mœcha, Argiva, Adultera, Tyndaris, Spartana, Ledæa, Fugitiva, Perfida Auricoma, Oebalis, Infamis, Generosa, Turpis, Obscena. Et Jovis & Ledæ filia, Quæ teneri placuit, Rapina digna Theseo. Gloria geminorum fratrum. De cujus facie terra nulla est nescia. Cui par nec usquam Phrygiæ, nec solis ab ortu inter formosas altera habet nomen. Cui Lædia Cygno decepta dat Jovem parentem. Cygno Jove nata, Bis rapta, Quæ liquit Menelaeam domum. Quæ secutum Menelaum fefellit. Repetita regi bello Pelasgo, Trojæ populatrix.

Helene, ἑλένη, hodie Macraniso insula una ex sporadib. ita appellata, quod Paris raptæ Helenæ primum in eam stuprum intulerit. Aliâs etiam Cranee dicitur.

Helenus, ἕλενος, Priami filius vates, cui Pyrrhus cum Hermionem Oresti rapuisset, Andromachen Hectoris cõjugem, quæ uxoris ipsi loco fuerat, concessit, data simul regni parte quam Helenus Chaoniam de fratris nomine appellavit, ibiq; urbẽ ad similitudinem Trojæ cõdidit, in qua & profugum Æneam, hospitio suscepit. Vide Cicer. lib. 1. de divinat. Virgil. 3. Æneid.

POETICE.

Helenus:
Vates, Trojanus, Dardanius Phrygius, Priamides Trojugena, Rapta cum Pallade captus. Dardanus vates, Phrygius vates.

Helias, ἠλίας, אֵלִיָּה Propheta fuit, & doctor eximius tempore Josaphat regis Juda & Achab regis Israel, qui circiter 20. annos Ecclesiam & remp. rexit. Fit ejus mentio in libris Regum & alibi.

POETICE.

Vates, qui rapido turbine quondam sublatus per aperta cœli repentè visus est ferri super æthera flammifero curru.

Helias:

Sapiens, Animosus, Vates plenus numine. Raptus ad æthera igneo curru.

Heliades, ἡλιάδες, patronym. tres sorores *Phaetontis* fuere, *Solis* & Clymenes filiæ, quæ ubi juxta Padum fratris ruinam dolentissimè terentes lugerent, nimia mœroris impatientia in arbores, quas alnos vocant, mutatæ sunt, electrum lacrymantes. Ovidius vero in populos mutatas scribit. Nomina earum sunt, Phaetusa, Lampetia & Japetia. Dicuntur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis est Helios ἥλιος, Phaetontiades, à fratre Phaetonte. Casus & exemplum earum nos monet, ut in luctu modum servemus, ne nimium nos macerantes hominis figuram amittamus, hoc est, dolore contabescamus, vel vitam etiam amittamus.

POETICE.

Clymeneides altæ.
Populeæ sorores.
Frondosæ sorores.

Heliades:

Flebiles, Luctificæ, Miseræ Mœstæ, Lugentes, Fata tristia fratris dolentes. Quæ in ramos populeos crevere. In proceras alnos, versæ, Viridi cortice clausæ.

Helice, ἑλίκη, major ursa, sive sidus septentrionale, quod navigando sequuntur, & observant Peloponnesi, Der Wagen. Vide suprà Elice, & Areas.

POETICE.

Helice:

Torva, Gelida, Nivosa, Truculenta.

Helicon ἑλικών, mons Bœotiæ, non procul à Parnasso Musis sacer, à quo Heliconides, ἑλικωνίδες, & per epenthesin, Heliconiades ἑλικωνιάδες, ipsæ appellatæ sunt. Hinc est Heliconesis, adject. Vide plura in 1. parte: Berge der Musarum.

Heliodorus ἡλιόδωρος, penult. lon. proprium Rhetoris Græcorum longè doctissimi. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.

Rhetor comes Heliodorus.

Alius hujus nominis Aethiopicæ historiæ libros 10. conscripsit, ex clade Ungarica per gregarium quendam militem servatos.

Heliogabalus, ἡλιογάβαλος, Antonini Caracallæ filius Imperator homo turpissimus & portentosissimus, de cujus moribus impurissimis, gula & libidine Lampridius.

Heliopolis, ἡλιόπολις, civitas Ægypti, in qua Sol insigne habuit templum, qui & ibidem invocatus ac cultus fuit, unde & nomen adepta est A Græcis, Diodoro Siculo teste Thebe dicitur, Ebraicè און On, id est, virtus vel dolor, Genes. 41. Ezech. 30. Altera ejusdem nominis Ciliciæ urbs est, Chrysippi Stoici patria, Solino.

Helis, vide Elis.

Helisos fluvius est Atticæ.

Helium, ostium Rheni, Die Vielingist ein außgang des Rheins in das Meer.

Hellas, ἑλλὰς Græcia ab Hellene med. lon. Hellenismus ἑλληνισμὸς, Græcismus, ἕλληνες, Græci. Est & Hellas nomen fluminis Achajæ.

Helle, ἕλλη, Athamantis Thebarum regis filia, quæ cum fratre suo Phryxo insidias novercales fugiens in mare juxta Byzantium demersa est. De qua vide inferius in dictione Phryxus.

POETICE.

Helle:

Infelix, Misera, Mersa turbatis aquis. Quæ fœmina sola nomen dedit vastis aquis. Athamantis soror, Phryxi soror. Nepheleis, Athamantis, Æolia, Phryxeas.

Hellespontus, ἑλλήσποντος, angustum mare inter Thraciã & Phrygiam, septem tantum stadiis Asiam ab Europa dividens, quod Helles & Lyandri juvenis casu nobilitatum est. Dictus ab Helle Athamantis Thebarum regis filia, quæ in pontum ibi decidit. Hellespontus hodie Brachium Sancti Georgij dicitur. Lucan. lib. 9.

Threiciasq; legit fauces.

Vide plura infrà in dictione Phryxus. Hinc Hellespontícus, & Hellespontiacus, ut, Hellespontiacæ undæ apud Virgil. Hellespontiacæ aquæ apud Ovid. lib. 1. trist.

POETICE.

Stagna Phryxea.
Mare Helles.
Spumea unda retinens nomen demersa ab Hella.
Angustus pontus Helles.

Hellespontus:

Longus, Rapidus, Leandrius, Æstuans collisis fretis. Qui in angustum clauditur.

Helorus. pen. lon. ἕλωρος, Siciliæ fluvius è Bacchino inter saxa defluens. Plin. Sunt etjam, qui sine aspiratione scribi malint. Virgil.

Exupe-

Exupero præpingue solum stagnantis Helori.

Helvetia, vide supra Schweitzerland.

Helvetij, ἐλβήτιοι, populi fuerunt Galliæ, quos interijsse putant. Qui enim hodie illorum regionem tenent, Alemanni sunt. Vide suprà Schweitzer.

Helymus & Panopes, Acestæ regis Siciliæ comites, venatores fuerunt, ut testatur Virgil. 5. æneid.

Hemus, vide Hæmus.

Heraclea, pen. prod. ἡράκλεια, civitas est Bosphorana, in Europæ finibus, Perinthus antea dicta. Mantuanus.

Quâ magna Perinthus
Antè fuit priscum mutavit
Heraclea nomen.

In hac fuit amphitheatrum tanta structura, ut inter septem miracula mundi numeratum sit. Alia est in radicibus Oetæ montis, quam Asaris fluvius alluit. Alia in Ponto juxta Lycum amnem. Alia juxta Rhodani ostia, Alia item in Campania, quæ & Herculanum dicitur. Hinc Heracleotes, aliquis ex Heraclea. Item Hercleoticus, & Heraclius, ut, Heraclius lapis, λίθος ἡρακλεία, qui & lapis Lydius, λίθος λυδή, ab Heraclea Lydie civitate, Ein Probierstein. Dicitur in

eos qui vehementer acri exactoq. sunt judicio proverbialiter. Vel ad personam, vel ad rem accommodari potest.

Heracli nomen fuit Romanorum quorundam Imperatorum.

Heracleon, Ægyptius Grammaticus, qui in Homerum bommentarios scripsit, & Lyricos.

Heracleopolis, ἡρακλειόπολις, trium civitatum nomen, quarum una in ægypto est ex qua Theophanes physicus: altera non procul à pelusio: tertia seccundum Nili ostium, quod Canopicum est.

Heraclides, æ, ἡρακλείδης, pen. prod. Lycius Sophista sub Severo principe. Alter Philosophus Ponticus, Platonis & Aristotelis auditor. Alij deniq; hoc nomine plures apud Laertium habentur.

Heraclitus, pen. pro. ἡράκλειτος Philosophus Ephesius idemque obscuros, quem αὐτοδίδακτον fuisse scribunt, Darij ultimi temporibus vixit, qui domo egrediens humana omnia deflevit, sicut alte- Democritus risit. Alciad.

Plus solido humanæ nunc defle incommoda vitæ.
Heraclite scatet pluribus illa malis.

Meminit hujus etiam Cice-

ro lib. 5. Tusculan. quæstion. & Aristoteles lib. 3 Rhetoricorum, qui, quòd obscuros admodum libros scripserit σκοτεινὸν, id est, tenebricosum ipsum cognominavit. Arbitrantur autem de industria ipsum libris suis tenebras offudisse, ut non nisi singularij ingenij acumine præditi ad evolvendos eos accederent. Contemsit item medicos, unde & exitus ejus è vivis tristis fuit. Cùm enim hydropi laborare cœpisset, oblinivit se fimo bubulo, & soli exiccandum se exposuit, ubi ob dormiscens à canibus laceratus est, & ita simul liberatus est ab hydrope.

POETICE.

Heraclitus;

Obscurus, Tristis. Qui omnia flevit. Qui nomen tulit ac obscura brevitate. Qui gemitu & nunquam cessantibus lacrymis mores & facta malorum detestabatur.

Herbita, Ἕρβιτα, urbs Siciliæ, Ptol. hodiè S. Nicolaus.

Hercæus, ἑρκεῖος, aliàs Hercius, dictus est Jupiter, qui intra conseptum domus cujusque colebatur: eundem etiam penetralem Deum vocabant. Ovid.

Cui Nihil Hercæi profuit ara Jovis.

Hercules, pen. brev. Ἡρακλῆς, Plures hoc nomine fuerunt, sed omnium est celeberrimus heros laudatissimus & fortissimus in Græcia, qui ante bellum Trojanum Thebis natus, parentibus Amphitryone & Alcmena (aliàs Jovis filius, quod omnia viribus suis inferiora duceret habitus) res in Græcia, Italia & Hispania heroicis virtutibus maximas gessit, pacem terra mariq; fecit, de quibus Dionysius Halicarnensis lib. 1 & 2. de Antiquitatibus Roman. Bella enim, quæ Hercules gessit, pro communi hominum salute suscepta fuere, ad liberandum orbem à tyrannide & latrocinio. Unde & quæ de monstris ab Hercule domitis traduntur, partim de tyrannis, partim de latronibus, cum quibus ille belligeravit, accipiēda sunt. Sine hujus sagittis Trojam capi non posse oraculo indicatum erat Græcis. Quo oraculo significatum est, res magnas sine Heroum auxilio confici non posse. Dicitur autem tantus hic heros venisse ad Omphalem, eiq; ut amaretur, omnia sua tela dedisse, ubi egressa mulier dctis telis, viri se robur habere dixerit. Quo indicare voluerunt Poetæ, quòd magni viri, & præstantissi-

mi heroës aliquandò degerent, & cupiditatibus suis indulgeant. Sicut etiam in Alexandro magno videre est. Vide Omphale. Labores ejus elegantissimo poemate conscripsit Claudianus libr. 1. in Ruffin. Ærumnas & labores ejus Virgilius descripsit: Prima Cleonei tolerata, &c. Quali proceritate corporis Hercules fuerit, videatur apud Gellium lib. 1. c. 1. Xenoph. libr. 2. de dictis & factis Socratis. Elegantissimum de virtute & voluptate cum Hercule colloquentib. commentum ex Prodico recitat Xenophon libr. 2. de dictis & factis Socratis. Certamina Herculis ἀλληγορικῶς ab Alciato libr 2. emblemat. 25. describuntur. Lucianus in X. dialogo Deorum costam Jovis & Alcmenæ, ex quo natus est Hercules recitat. Meminere aliâs Herculis Julius Solin. cap. 2. Cicero li. 3. officior. Hadrianus Junius emblemat. 44. Virgilius 8 Æneid. & in fine libri, ubi de ærumnis Herculis, Claudianus in præfat. libr. 2. de raptu Proserpinæ. Livi. libr. 10 decad. 1 & Gellius libr. 11 cap. 6. Hinc Herculeus & Herculanus, ut. Herculei labores, pro ingentibus & duris proverbio locum fecerunt, Roß-arbeit/ ut & alia multa ex Herculis sumta historia, ut, Herculanus nodus ἡράκλειον ἅμμα, pro urctissimo & indissolubili vinculo legitur apud eruditos. Herculanus morbus ἡράκλειος νόσος, quem alij sacrum, alij comitialem appellant, ex eorum numero est, qui nullis omninò medicamentis sanari vel tolli possunt: Herculana scabies, ἡράκλειος ψώρα, de scabie jucunda facileque sanabili, aut quæ Herculana, id est, calida balnea desideret. Dici potest in eos, qui multo studio aliove labore valetudinem offenderunt, ut quibus aliquo laxamento opus sit. Clavam Herculi, vel: de manu Herculis extorquere, de frustraneo & irrito planè labore sive conatu dicitur, Simile illi: Jovi fulmen eripere. Ne Hercules quidem adversus duos, μὴ ἡρακλῆς πρὸς δύο. Quo significamus, neminem adeo viribus excellere, ut unus pluribus par esse possit Germani ita: Viel Hunde sind eines Hasen tod. Herculana balnea, ἡράκλεια λουτρὰ, de impendio ferventibus balneis dicebatur. Herculani lecti, ἡράκλειοι στρωμναὶ, molles ac delicati dicebantur. Herculei labores, ἡράκλειοι

πόνοι,

πόνῳ, prurimi & maximi dicuntur. Hercules & Simia de dissimilibus dicuntur. Simia enim dolis valet, Hercules viribus antecellit. Hercules hospitatur, ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum, ubi quis diutius in convivio commorari videretur, propterea, quod qui recepisset Herculem hospitio convivioque, his multum temporis erat opperiendum, donec ille satur esset. Herculis quæstus pro magnis impendiis habetur apud Plautum in Mostellaria, Εἰκῆ τῷ ἡρακλεῖ, id est, Frustrà Herculi, scilicet calumniam struxeris. De ijs dici potest, qui ita omnia sua expediunt, ut nemo calumniari possit vel audeat. Hercules enim non dolò, sed vi res alienas abducere, solebat. Dextro Hercule, vel Dives amico Hercule, apud Hor. Quod in eos dicitur, qui felices sunt in coacervandis opibus. Natum inde existimant, quòd Hercules moriturus jam dixerit, eos divites futuros, qui decimã sibi bonorum suorum consecrassent Partem. Herculis cothurnos aptare infanti dicitur, quotiescunque oratio ita instituitur, ut cum re minus congruat. Denique οὗτος ἄλλος ἡρακλῆς, id est, alter Hercules, de viro præstrenuo laborumque tolerãtissimo dicitur.

POETICE.

Alcides, ab Alceo avo paterno, vel à bellica virtute quæ ἀλκὴ Græcis dicitur. Amphitryoniades.

Tyrinthius, à Tyrintho oppido.

Tyrinthius heros.

Hercules:

Fortis, Indomitus, Trux, Horridus, Hirtus, Ferox, Violentus, Laborifer, Impiger, Magnus, Intrepidus, Profugus, Anguitenens, Vagus, Audax, Bellipotens, Tremendus, Torvus, Invictus, Turbidus, Generosus, Eximius, Victor, Lascivus, Doricus, Alexicacus, Thebanus, Thyrsigena, Conopius, Jove natus. Alcmena matre creatus. Claviger, Magnanimus, Ferus, Jove dignus. Junonis hostis. Fatum Trojæ. Victor Oechaliæ. Pharetrâ gravis, spolioque leonis. Qui fregit cornua Acheloja. Cui manus victrix mille malorum. Qui tergo orbem sustulit. Quem nunquam Juno, seriesq; immensa laborum fregit. Quẽ non mille feræ, quem non Stheneleius hostis, quem Juno non potuit vincere. Domitor magnus ferarum. Qui Omphales amore exarsit. Quæ æqua pensa formosæ heræ rependit, scil. Omphal. Cui virtus durum, voluptas molle iter

monstravit, Qui magno nomine digna gessit. Qui nobile nomen duxit ab antiquis avis. Qui natus fuit illustri sangine generis. Inclytus magnis ausis. Quem puduit nomen habere vili in toga. Qui in cunis geminos pressit angues. Qui fortia facta fecit vir & senex. Cui æternæ columnæ duplici in rupe durant, qua Lybicum fretum arva separat. Cui gloria veras adhuc laudes servat quam latè soror Cadani in orbe regnat. Qui clava sua terribilis fuit. Qui leonis pectus habuit. Cui clava fuit, quæ nescia frangi duravit semper firmata ad assiduos labores. Qui mortales exuit artus. Quem omnipotens pater raptum inter cava nubila intulit astris radiantibus quadri jugo curru: Qui dicitur tenuisse calathum inter Mœnias puellas & pertimuisse minas Dominæ. Qui robusto pollice deduxit crassa fila, heræq; formosæ æqua pensa, rependit. Qui parus pressit manibus suis angues. & in cunis jam Jove dignus erat. Qui in monstrifero Erymantho pressit fulmineum aprum. Qui non Deianiræ crimine, sed perfidi Nessi fraude occubuit. Qui mandata Dominæ tulisse creditur, & plenas colos attenuasse. Quem celebrem fecere labores, & tot trophæa parta victrici manu.

Herculis portus ἡρακλέους λιμὴν Massiliensium urbs Pto. vulgò Porrò hercule.

Herculis turris, urbs Cyrenis Ptolem.

Hercynia ἑρκυνία, Strab. maxima Germaniæ sylva à Picei arboribus dicta, Thuringiæ & Saxoniæ latus claudit, cujus latitudo novem dierum iter expedito pater, teste Cæsare commentariorum sexto, der schwartz Wald. Superior dicitur Marianæ sylva.

Herillus, ἥριλλος Philosophus Calcedonius, de quo Cicero lib. 4. Academ. & lib. 2. de finibus.

Hermæa, ἑρμαῖα extrema Ptolemæo urbs Affricæ Minoris Mercurij promontorium Pompon. Mel.

Hermegoras, pen. cotr. ἑρμαγόρας, Æolides Rhetor, docuit Romæ Augusti temporibus. Alius ejusdem nominis Amphipolitanus Philosophus fuit discipuli Persei, qui plures scripsit, dialogus. Suid.

Hermaphroditus, ἑρμαφρόδιτος Mercurij & Veneris filius fuit, qui cum vagabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quem Salmacis

cis nympha incolebat, pervenisset, illa subitò ejus amore correpta, (adolescens enim erat forma præstanti) cùm neq; blanditijs, neque precibus ad concubitum flectere posset, simulato recessu post veprem latuit: is autem nympham abijsse ratus fontem nudus intravit, quod videns Salmacis subitò accurrit, & abjectis vestibus arctissimè eum conplexa est. Sed cùm neque tunc obstinatum exorare posset, à Diis petijt, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur, itaque factum, ut qui vir fontem intrârat, ἀνδρόγυνος, id est, utrumq; sexum habens exiret. Hinc omnes Androgini vocantur Hermaphroditi, id est, ambiguo inter marem & fœminam sexu homines, **Die Mann vnnd Weib zugleich sein/oder die ein Manlichs vnnd Weiblichs Glied zusammen haben.** Vide de his Gell. lib. 9. Auson.

Quod crudelis Eryx, quod
semivir Hermaphroditus.

Vide etiam Ovid. 4. Met.

POETICE.

Hermaphroditus:

Semivir, Semimas, Biformis, Atlantiades Puer Mercurio natus, diva Cythereide. Nomen habens patris & genitricis. Enutritus Idæis sub antris.

Hermeas, ἑρμείας, è Caria dux Antiochi magni præstantissimus, qui cum eo & Taurum pertransijt, & res magnas gessit. Ad extremum ab eo ob suspicionem interfectus unà cum conjuge, & liberis, qui erant Apameæ, Polyb.

Hermenij Moschorum sunt populi prope Colchos. Perottus.

Hermes, is, & etis, Mercurius, ἑρμῆς ab ἑρμηνεία, interpretatio, ἑρμηνεύω, interpretor. Virg. lib. 4.

Nunc etiam interpres Di-
vûm Iove missus ab ipso.

Id est, Mercurius. Hermes Trismegistus, Philosophus Ægyptius fuit post Moysen, ἑρμῆς τρισμέγιστος. Hujus tempore Philosophiæ studia in Ægypto florere cœperunt, cùm antea tantùm circa Astronomiam & hujus generis disciplinas versarentur: quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illustrandum animum valent. Deum omninò unum opinatur omnium conditorum, erroremq; fatetur parentum suorum, qui idolorum superstitiones invenerint. De hac plura apud Suid. Fuit item alius hujus nominis *Philosophus* Æ-

gyptius auditor Syriani Sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, vir justus & doctus.

Hermiona, medijs duab. prod. ἑρμιόνη oppidum Græciæ, Junonis fano inclytum, ut Vadianus apud Pomp. indicat. Virgil. in Cyri.

Hinc sinus, hinc statio, contra patet Hermiona.

Hermione, penul. corr. ἑρμιόνη Cadmi uxor, Martis & Veneris filia fuit, cujus Vulcanus pulcrum, sed perniciosum monile fabricavit: tandem cum marito in serpentem mutata dicitur. Altera ejusdem nominis Menelai filia ex Helena conjuge fuit quæ Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit, sed cùm Pyrrhus Achillis filius eam duxisset, Orestes illum occidit, & sponsam recepit Dicitur eadem hæc & Lædæa, quia Lædæ filia. Virgil. 3. Æneid.

Hermiones, populi Germaniæ ultimi, qui Pomerani hodiè vocantur.

Hermippus, ἕρμιππος, poeta Atheniensis, antiquæ Comœdiæ scriptor, μονόφθαλμος, Myrtili comici frater fabulas 40. scripsit. Alius itē fuit hujus nominis Berytius, discipulus Philonis Byblij, qui sub Adriano principe multa composuit. Suid.

Hermocrates, ἑρμοκράτης Phocensis, Sophistica facultate clarus fuit, de quo Philostratus.

Hermodorus, ἑρμόδωρος, penul. long. Philosophus fuit Ephesius, qui à suis expulsus est, de quo Cicer. libr. 5. Tuscul. quæst. Alius hujus nominis Siculus auditor Platonis fuit, cui vitio datum est, quòd quæstui philosophiam habuerit: dictata, quæ sub Præceptore audiverat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. Quam rem Siculi in proverbium verterunt: λόγοις ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται, id est, Negociatio Hermodori verba sunt, Hermodorus spettset mit Worten.

Hermogenes, pen. bre. ἑρμογένης, Tarsensis sophista fuit insignis, de quo Volaterran. lib. 15. Hor. pulcrum eum appellat.

Hermolaus, ἑρμόλαος, Grammaticus Constantinopolitanus fuit, de quo Suid. Alius hujus nominis etiam fuit, qui contra Alexandrum cōjuravit. Alius item statuarius, inter eos, qui ædes principum nobilibus ornârunt signis, de quo Plin.

Hermopolis, ἑρμοῦ πόλις, Ægypti urbs in Sebenitica præfectura, ubi Pan & Hircus colitur. Vide Pindar. & Volaterr. lib. 12. item Nizephorum

rum & Sozomen. in Ecclesiast. histor.

Hermunduri, hodiè sunt Misnenses, die Meißner. Sunt, qui partem Bohemorum, apud quos Albis oritur, Hermunduros vocent. Bren. in Taciti Germaniam.

Hermus, ἕρμος, Lydiæ est fluvius, qui aureas arenas volvere dicitur, Virg. 2. Georgic.

Nec pulcer Ganges, atq; auro turbidus Hermus.

POETICE.

Hermus:

Vagus, Lydus, Metallifer, Lydius, Nisæo palmite felix, Rutilis aquis dives. Metalliferis aquis clarus. Fluctibus aureis tumidus. Qui metalliferis aquis egerit aurum.

Hernici, ἕρνικες, Italiæ populi in Campania, in locis asperis habitantes. Nam Hernæ Sabinorum lingua saxa dicuntur. Hos tamen Hernicos appellatos Macrobius voluit, ab Herno quodam Pelasgo eorum duce. Horū metropolis est Anagnia Virg. 7. Æneid.

Et roscida rivis,
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.

Hero pri. long. ἡρώ, præstanti forma puella, Veneris sacerdos ex Sesto urbe Europæ ad Hellespontum sita, ex adverso Abydo Asiæ civitati, quæ correpta amore Leandri adolescentis Abydeni lucernam accensam noctu ponebat in fastigio turris, ad cujus lumen Leander natabat, sed aliquandò furentibus ventis & tempestate oborta extincta est lampas, & natator submersus, cujus corpus cùm forte fluctibus ad Seston urbem delatum esset, Hero illud videns præ nimio dolore è turri se præcipitavit. Vide Ovid. in epistol. & Musæum poetam Græcum, qui utriusq; flammas, amoresq; vehementissimos descripserunt.

POETICE.

Sestia virgo.
Sestias anxia.
Sesta puella.

Hero:

Formosa, venusta, Speciosa, Spectabilis, Generoso á sanguine creta virgo. Cunctas superans puellas. Miro spectabilis ore, Speciosa ministra Veneris. Virgo insigni forma.

Herodes, ἡρώδης, prior. duabus long. Magnus cognomine fuit, filius Antipatri Ascalonitæ Idumæi, rex Judææ ab Augusto constitutus, qui cùm intellexisset, filium ejus inter pueros, quos in Syria trucidari jusserat, interfectum, in eum jocatus: Sa-

tius esse, dixit Herodis por cum, quàm filium esse.

POETICE:

Herodes, pri. long.

Crudelis, Trux, Cruentus, Malus, Barbarus, impius, Ferus, Turbidus, inhumanus, idumæus, Gladio tremens. Misereri seu parcere nescius. Judæa in gente cruentus. Qui putribus lendibus esca fuit, Rex cretus Idumæo sanguine. Qui correptus rabida membra immundo morbo illaudatam animam fudit.

Hujus filius fuit Herodes Tetrarcha, qui Johannem Baptistam decollavit. Matt. 14. & Christum à Pilato ad se missum contumeliosè dimisit, Luc. 23. de quo Josephus lib. 18. cap. 9. & Jo. Alius & Herodes filius Aristobuli nepos Herodis primi qui Jacobum Apostolum capite truncavit Act. 12. Fuit præter hos & alius Herodes Atticus Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul, & sophistica facultate clarus, de cujua vita Philostratus.

Herodianus, ἡρωδιανὸς, Grammaticus Alexandrinus, de quo Suid.

Herodotus, pen. brev. ἡρόδοτος, Halicarnassensis, quem Cicero lib. 1. de legibus patrem historiæ appellat, autor est suavissimus & dulcissimus, ita, ut ore ejus Musæ locutæ existimentur & θαυμασιώτατος καὶ μελίγηρυς Athenæo dicatur. Scripsit libris 9. historiam, in qua res Monarchiæ Persicæ, & regum qui in ea vixerunt, describuntur. Meminit ejus Cicero in 2. de Oratore & lib. 1. de legibus, item Plato & Quintil.

Heron, ἥρων, orator Atheniensis de quo Suid.

Herostratus, pen. corr. ἡρόστρατος, incensor fuit templi Dianæ Ephesiæ, ut nomen suum sceleris memoria propagaret, quod ipse confessus est. Strab. lib. 4.

Hersilia, ἑρσιλία, Romuli uxor, quæ cum fleret amissum cōjugem in Oram Deam à Junone mutata est, ut ait Ovidius in fine libr. 14. Metam. Erat autem Ora apud Romanos Dea juventutis, quæ etiam Horta, Plutarcho in libr. emblemat. teste, dicebatur, eô, quòd ad virtutem & res gerendas juvenes hortaretur. Hanc Romani suo Quirino, perinde ut uxorē consecrârunt, significantes, imperia non desidia & ocio, sed virtute & rebus gerendis parari atq; conservari: virtutem verò bellicam juventutis flore niti:

POETICE.

Hersilia:

Tristis, Mœsta, Lugens obitum

tum mariti. Dea Quirino juncta, Nurus Martis.

Hesichius Milesiu sub Anastasio scripsit Onomatologion, & alia, vide Suid.

Hesiodus, ἡσίοδος, Cumanus poeta vetustissimus, natus est in Ascra Bœotiæ vico, qui missus à patre ad ovium custodiam dormiens somniavit, se repentè factum poetam. Scripsit poemata, Theogoniam, Aspida, Heroidum mulierum catalogum. Epicedion in quendam Batracum, ἔργα καὶ ἡμέρας, opera & dies, librum παραινετικὸν, & moralem, quem ediscere Græci pueri solebant, & quædam alia, quæ temporis injuria perierunt. Primus agri culturæ præcepta tradidit, ut Plinius libr. 14. scribit. Meminit ejus Gellius libr. 3. cap. 11. Hinc est Hesiodius possess. quo usus est Cicero in Bruto.

POETICE.

Ascræus senex.
Ascræus vates.
Heliconius vates.
Agricola senex.
Præceptor arandi.
Miser poeta, qui Ascrææ rura colens edidit apertos sonos in rigido monte.

Hesiodus:

Bœotius, Doctus, Clarus, Qui in bicipiti somniavit Parnaso. Qui celebrans Helicona Aonidum sacerdos fuit. Qui vulgò commendat aurea justitiæ tempora, virtutisque iter monstrat sacro carmine. Docens varias rerum causas cognoscere, & miras vices, quas terra fretumq; parit. Describens sidera variantia nitidum cœlum. Describens quo tempore sidera surgant, vel cadant. Hortans homines ad varios rerum usus.

Hesione, es, ἡσιόνη, filia Laomedontis regis Trojæ, uxor Telamonis, & mater Ajacis & Teucri, quam Hercules ceto expositam liberavit. Vide infrà Laomedon. Virgil. 8. Æneid.

Hesperia, ἑσπερία. Italia dicitur, Hesperia ultima dicitur Hispania, quæ est in fine occidentis. Dicta est utraque à situ, ab Hespero nimirum occidentali stella. Macrob. Hinc, Hesperius, ut Hesperium fretum apud Ovid. 12. Metam.

Hesperides, ἑσπερίδες, pen. bre. sunt tres sorores filiæ Hesperi fratris Aclantis, quarum nomina sunt: Ægle, id est, splendor, Arethusa & Hesperthusa. Hæ (ut Poetæ fabulantur) singulari vigilantia & studio custodierunt hortum seu nemus ferens ourea poma, quæ μῆλα dicuntur, ad quorum custodiam adhibitus est etiam draco, qui neminem ingredi permisit hortum. Sed, ut tra-

tradunt poetæ, Hercules trucidavit vigilantem illum draconem, & mala aurea sustulit. Dicit autem Varro per aurea mala oves significari, purpuream lanam ferentes. Μῆλον enim utrumque significat, & malum & ovem. Per Draconem pomarij custodem, teste Plinio, meatus maris flexuosus intelligitur, qui longi ac tortuosi Draconis effigiem procul spectantibus præbuit, eo meatu Hesperidum horti cincti fuerunt, quos Hercules depopulatus est. Meminit hujus rei & Juvenal. Satyr.5. ubi ita:

Credere quæ posses surrepta sororibus Afris.

Hesperus, pen. bre. ἕσπερος, Japeti filius frater Atlantis fuit, qui à Germano regno pulsus in Italiam venit, ibiq; regnavit, à quo postea Hesperia dicta est. Scribit Diodorus, Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis ad cursus astrorum observandos, & nunquam deinceps comparuisse: cui vulgus hominum divinos honores exhibuit, astrumque lucidissimum ejus nomine appellavit. De quo Virg.

Hesseni, populi Palæstinæ, apud quos lege columnis olim parsum, & tanta earum copia facta, ut advenarum ora cicures petierint.

Hestiæa, ἑστιαία, Eubœæ insulæ oppidum, Pompon. libr. 2. & Homer. lib. Iliad. 2. in Catalogo.

Hetruria, משך secundum aliquos, regio est Italiæ, quæ se à Tiberi ad occidentem usq; ad Liguriam extendit, claruit olim maximè aruspicina, quam Tages ex hac regione oriundus primus invenerat. Dicta aliâs Thuscia & Hetruscia. Poetæ fortem appellant. Hinc Hetruscus, ut Hetrusca lingua, Hetruscum mare, Der Hetrurier Meer. Et Hetrusci, ἐτρουσκοι, populi.

Hexagon, legatus Oblogenum (qui populi sunt in Cypro) à consulibus Romæ in dolium serpentum conjectus experimenti causa; circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Hiarbas, ἰάρβας, rex Mauritaniæ, qui Didonem revera noluit ducere, & ut habet historia, cùm hæc negaret, Carthagini bellum intulit, cujus timore cùm cogeretur à civibus, petijt, ut antè placaret manes mariti, & extructa pira in ignem se conjecit. Ob quam rem Dido, id est, virago dicta est, quæ virile aliquid fecit. Elisa enim propriè appellata fuit. Hæc Servius explicans illud Virgilij 4. Æneid.

Non

Non Libya, non antè Tyro despectus Hiarbas.

Quidam etiam Jarbas sine aspiratione scribunt. Vide Justin. libr. 18.

POETICE.

Hiarbas.

Maurus, Getulus, Procax, Zelotypus, Libycus tyrannus.

Hibernia, Vide suprà, Irrlandt.

Hidruntum, Calabriæ oppidum juxta mare Jonium, Ptolemæo Hydrus scribitur lib. 3. cap. 1.

Hiera, ἱερά, vulgò Suda, insula est maris Siculi una ex Æolijs, Vulcano sacra, unde & nomen ἱερά sortita est. Est etiam nomen Nymphæ apud Virg. lib. 9.

Quos Iovis eduxit luco sylvestris Hiera, &c.

Sylvestris, id est, in sylvis versari solita.

Hierapolis, ἱεράπολις, penult. brev. Syriæ urbs Ptolem. lib. 5. Bambycen Plinio, Syris Magog.

Hieri, ἱεροὶ, populi sunt ultra Sauromatas, calvi & simi à nativitate omnes, & promiscuè barbam habentes Perot. inde dicti, quòd nihil injustè agant.

Hiero, brev. pen. ἱέρων, rex Syracusanus, Romanis amicus, & eruditionis studiosus in senectute, autore Æliano de varia histor. Cum enim omnis expers disciplinæ in morbum incidisset, erudiri cœpit, ac ultrò sermonibus Physicis aures accommodare, donec paulatim dum per valetudinem licuit, poetis Pindaro & Simonide accersitis usus est. Alius hujus nominis ferreus cognomento Atheniensis poemata nonnulla conscripsit, quorum Plutarchus meminit.

Hieronymus, Siciliæ tyrannus Hieroni Syracusano patri successit admodum puer, cui pater metuens tutoribus relictis 16. mandavit moriens, ut fidem erga populum Romanum cultam à se per annos 50. servare & ipse pergeret inviolatam, cujus verò præcepti non memor, luxuriosius & arrogantius agendo à Romanis ad Hannibalem cùm defecisset, ab ijsdem cæsus tandem est. Livius.

Hierosolyma, Vide supra, Jerusalem.

Himella, Italiæ fluvius est, de quo Virgil.

Qui flumen Himella,
Et Tyberim Fabarimq; bibunt.

Himera, ἱμέρα, oppidum est, & fluvius ejusdem nominis in Sicilia, Plin. libr. 3. cap. 8. Unde Himeræus, a, um, adject.

Hiolcon, Thessaliæ oppidum, à Thracensibus Æmonijs con-

conditum, Lucan. lib. 3.

Quorumque labores, &c.

Hipparchus, ἵππαρχος Nicæus fuit astrologus Plinio maximè laudatus. Alius hujus nominis poeta fuit, cujus fabula quædam, περὶ γάμων, id est, de nuptijs inscribitur. Suid. alius propinquus Aristotelis, Alius Eretriæ tyrannus. Hipparchus quoque filius Pisistrati tyranni fuit, de quo Ælian. de varia histor.

Hippasus ἵππασος, Metapontinus, auditor Pythagoræ, vir doctissimus, qui teste Demetrio nihil scripsit.

Hippe, ἵππη, filia Chironis Centauri fuit, quæ cum in monte Pelio venando sese exerceret, gravida facta est, & ob id patris indignationem timens Deorum miseratione in equam mutata est, & in cœlum translata. Peroti.

Hipperides, orator Atheniensis, æmulus quandoque Demosthenis, accusatusque ab eo super pecuniæ rapina, deinde ambo damnati jussu Antipatri, Hipperides fugit in Æginam, &c. Volaterran. lib. 6.

Hippias, ἱππίας, Philosophus Elæus fuit, cujus Quintilianus & Cicero lib. de oratore 3. meminerunt. Summum is bonum fecit, αὐτάρκειαν, hoc est, eo contentum esse, quod simplici victui sat esset. Hippias item Pisistrati filius in pugna Marathonia cecidit contra patrem arma ferens. Cicero ad Attic. lib. 9. epist. 12.

Hippo, onis, penult. prod. ἱππὼν masculin. & fœminin. gen. Africæ urbs. Hippo regius appellatus, episcopatu Augustini insignis, qui se alioqui Tagastanum fuisse è Tagasta Africæ oppido scripsit lib. 2. confessionum Silius lib. 3.

Tum vaga, & antiquis dilectis regibus Hippo.

Hippocentaurus, ἱπποκένταυρος equi stimulator. Diodorus Centaurorum filios Hippocentauros dixit, quod equitationem primi exercuerint. Cicero verò lib. 1. Tuscul. quæstion. & libr. 2. de natura Deorum. Hippocentaurum negat unquam fuisse.

Hippocrates, pen. bre. ἱπποκράτης, vir divina sapientia, qui τέχνας θεῶν χάριτας dixit, medicorum princeps fuisse scribitur, qui etiam medicinam diu neglectam in lucem revocarit. Emicuit post bellum Trojanum Democriti & Pythagoræ temporibus. Carus fuit Artaxerxi regi Persarum, qui ad Hystanem Hellesponti præfectum de Hippocrate sic scripsit: Rex regum magnus Arta-

Artaxerxes Hystani Hellesponti præfecto salutem. Hippocratis medici Æsculapio prognati ad me artis fama pervenit. Da igitur operam, ut aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaque item, quorum indiget, & eum ad me mitte: erit enim par in honore summis in Perside viris, &c. autor Valerius. Oriundus autem fuit ex Insula Cô, uude & Cous appellatur. Vide de eo Macrobium & Suidam, à quo ἀστὴρ καὶ φῶς ἰατρικῆς dicitur.

Hippocrine, es, ἱπποκρήνη, penult. long. fons est Bœotiæ in Helicone monte, Musis & Apollini sacer, quem (ut poetæ fingunt) equus Pegasus pedis ungula elicuit. Unde & nomen traxit, ἵππον enim Græci equum vocant, κρήνην fontem. Alio nomine Caballinus vocatur. Illud verò figmentum si secundum quosdam historia inspiciatur, facilè detegitur. Volunt quidam Cadmum equo insidentem, dum sedem sibi socijsque perquireret, primò ad hunc fontem constitisse: & quia literarum Græcarum repertor fuit, quarum forsan meditationem ibi sumsit, illum Musis sacrum esse voluit.

POETICE.

Latices sacri Hippocrenes,
Undæ factæ pedis ictibus.

Fons { Aganippidos. / Hippoones. / Medusæus.

Hippocrene:

Sacra, Pallida, Clara, Vitrea, Heliconis, Phorcinis, Camœnalis. Aganippis. Strepens inter saxa placido susurro.

Hippodame, es pen. brev. ἱπποδάμη, quæ & Hippodamia penult. long. ἱπποδάμεια, & Hippocratia ab alijs nominatur Atrati filia, & uxor Pirithoi, in cujus nuptiis Pirithous vicinos populos ad festum vocavit, cumque in hujus sacris omnes Dij honorarentur, præter solùm Martem, factum est, ut Mars indignatus Centauris furorem immiserit, qui statim contra Lapithas pugnuverunt, rapientes etiam quisque quam poterat, virginem verum Pirithous Thesei ope adjutus plurimos Centauros interemit recepta etiam sponsa Ovid. 12. Metam.

Duxerat Hippodamen audaci
Ixione natus.

Vide & eundem in epistol.

Hippodamia, à Propertio Ischomache dicta, filia fuit Oenomæi regis Elidis & Pisarum, hic equos habuit velocissimos, ut pote ventorum flatu creatos, qui procos filiæ multos necavit:

ſub hac conditione provocatos ad curule certamen, ut aut victor haberet filiam, aut victus necaretur. Vide de hac infrà in dictione Oenomaus.

POETICE.

Iſchomacha heroina.

Piſæa, Lyrneſſis.

Hippodamia:

Velox, Attracis, Quam multi petiêre puellam. Expetita à multis procis. Vecta peregrinis rotis. Quæ in arma traxit ambiguos viros. Quæ Lapietheia movit prælia. Quæ indicere bella cogit Æmonios.

Hippodamus, ἱππόδαμος, Mileſius natura ſtudioſus, primus eorum qui in republ. verſati non eſſent, cœpit aliquid dicere de optimo civitatis ſtatu. Vide Ariſtot. lib. 2 politicor.

Hippodorus, ἱππόδωρος, Codridarum unus, invidiam populi vitare cupiens, optimam ſimul principis famam inter Athenienſes adipiſci, ſeveritate in ſuos uſus, ac filiam cum mœcho deprehenſam currui juſſit alligari atq; diſcerpi. Ælian. de var. hiſtor.

Hippodromus, genere Theſſalus, Latyſſæus patria, circa M. Antonini principis tempora Athenis ſcholæ ſucceſſit, ut eſt autor Philoſtratus, qui ſophiſtarum eum numero aſſcribit. Aliâs Hippodromus, ἱππόδρομος, certaminis equeſtris eſt locus. Ein Rennplatz/Stechbahn. Ab ἵππος, id eſt, equus & δρόμος, curſus. Mantuan.

Vita hæc Hippodromus, vita hæc eſt grande theatrum.

Hippolochus, pen. brev. ἱππόλοχος, Bellerophontis filius pater Glauci fuit teſte Homero libr. 6. Iliad, Alter eodem teſte lib. 11. Antimachi Trojani filius fuit, qui in bello Trojano unâ cum Piſandro fratre ab Agamemnone eſt interemptus.

Hippolyte, ἱππολύτη, Amazonum regina fuit, quam Hercules debellatam dedit Theſeo, ex qua Theſeus ſuſcepit Hippolytum. Fuit & altera Aceſti regis Magneſiæ filia, de qua Horat. libr. 3. carm.

Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

Vide etiam hujus fabulam ſuprà de Acaſto. Priori ſequentia conveniunt Epitheta.

POETICE.

Hyppolyte:

Virago, Barbara, Threicia, Ferox, Thermodontia, Arcton populata. Parens digna nati favore. Quæ vidua tulit arma papilla. Prima virtute inter puellas ſecurigeras.

Hippolytus, ἱππόλυτος, Thesei & Hippolytæ Amazonis filius, ab equis perturbatis lapſu præcipiti Phocatum ex littore in mare diſcerptus, & ab Æſculapio, cujus comes initio fuerat, in vitam revocatus. Qua occaſione Virbius dictus fuit. Meminit hujus Cic. li. 3. off. Quid, quod non Theſeus exegit promiſſum à Neptuno? cui cum tres optiones Neptunus dediſſet, optavit interitum. Hippolyti filij ſui, cùm is patri ſuſpectus eſſet de noverca: quo optato impetrato Theſeus in maximis fuit luctibus. Docet autem exemplum Hippolyti, preces parentum adverſus liberos exaudiri: ideòque vitandam eſſe parentum offenſionem. Nam ut graviſſimè inquit Plato de legibus, nihil eſt liberis pernitioſius execrationibus parentum. Vide Cicer. 1. offic. Juſtin. libr. 3. & Virg. 7. Æneid. ferè in fine Ovid. item libr. 15. Metam.

POETICE.

Hippolytus:

Caſtus, Pudicus, Inſons, Severus, Verecundus. Virbius, Miſerabilis, Theſides, Intactus, Amazone natus. Theſeius heros. Vir Amazonius. Pulcerrimus. Cui Rerum pulcerrimus. Cui nomen, quod poſſet admonuiſſe equorum. Qui arte novercæ occidit, & patrias pœnas explevit ſanguine. Equorum loris diſcerptus. Equis turbatis diſtractus. Qui fatis ereptus herbis Pœonis revocatus fuit. Qui patris crudelitate & novercæ ſceleratæ fraude occubuit. Cui valido medicamine Apollineæ prolis vita reddita fuit. Qui fortibus herbis, & ope Pœonia recipit vitam Dite indignante. Quem equi fruſtrà retenti per ſcopulos & dura ſaxa traxerunt. Qui raptus erat lacero corpore loris morantibus artus. Quem rapidi equi diripuere. Cujus ſciſſa viſcera diverſis equis ferri viſa ſunt. Quem contemta Venus peremit. Quem perdidit non felix cura pudoris. Qui Pœoniis herbis revocatos rurſum venit ſuperas ſub auras.

Hippomachus, ἱππόμαχος, tibicen fuit, qui cum videret à plebe laudari diſcipulum, quem tamen in arte peccare cognoſcebat, baculo tactum deſiſtere juſſit dicens, maximum erroris argumentum, quod ab ignara turba laudaretur. Vide Ælian.

Hippomenes, ἱππομένης, Neptuni pronepos ex patre Macareo, qui malis à Venere acceptis Atalantam puellam

lam Scyriam cursu potentem vicit, & in loco matris Deum amoris impatientia cum victa concubuit, autore Servio. Vide suprà Atalanta. Meminit Ovid. 10. Metam. & libr. 2. de arte amandi.

POETICE.

Magareius heros.
Cui genitor Magareus.
Aonius juvenis.
Neptunia proles.
Cui Neptunus avus.

Hippona, ἱππώνη, Dea equorũ, quæ stabularijs colebatur. Juvenal. Sat. 8.

Iurat.
Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.

Hipponax, pen. long. ἱππῶναξ, vixit Clazomenis expulsus patria à tyrannis. Fuit autem Poeta Ephesius, autor carminis maledici, Lesterschreiber/à quo Jambicum Hipponacteum, quod & Scazon dicitur. Ejus inter cætera, & hoc est:

Δὺ ἡμέραι γυναικὸς εἰσιν ἥδισται,
Ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκύιαν.

Id est:

Bini sunt cum uxore jucundissimi dies.
Alter, quo ducitur, alter, quo mortua effertur.

Hipponicus, ἱππώνικος, Hyppæ filius Atheniensis, cum patriæ statuam dedicare decrevisset, nonnullis eam Polyceto confici suadentibus, illi nequaquam visum est, quòd ob operis pulcritudinem ab aspicientibus, non dedicantis, sed potius artificis virtus laudaretur. Æli.

Hippopodes, ἱππόποδες, populi Scythici, humana forma, sed equinis pedibus nascentes. ab ἵππος, equus & πȣ̃ς, pes. Plin. lib. 4. cap. 13.

Hippus, ἵππος, Moscorum est fluvius in Phasin delabens. Strab. lib. 11.

Hipseus Asopi fluminis filius fuit, qui Etheocli in auxilium venit adversus Polynicen. Stat.

Hipsea quadrijugos clypti septemplice tauro.

Hipsicratea, uxor Mithridatis fuit, quæ virum suum singulari prosecuta est amore, Volaterr.

Hipsipyle, vide infrà Hipsiphile.

Hira, fuit maritima urbs in agro propinqua Pylo sub Agamemnonis dominio, teste Homer. lib 11. Iliad.

Hirpiæ, qui Hirpi Solino vocantur, familiæ sunt paucæ, non procul ab urbe Roma in agro Faliscorum. Hæ sacrificio annuo, quod ad Soracten montem Apollini fit, supra ambustam ligni struẽ ambulantes non aduruntur, autor est Plin. lib. 7. cap. 2.

Hirti-

Hirtius, aut Hircinus, consul fuit Romæ, cum Pansa, quo cum & Antonio cæsus est, cùm ad liberandum Brutum Mutinæ obsessum venisset. Amicus Ciceronis fuit, qui ejus, & libri sui de Canone meminit libr. 12. ad Attic. Epist. 7.

Hispalis, ulterioris Hispaniæ urbs, nunc vulgò Sivilia dicitur. Plin.

Hispania, ultima regio Europæ, versus occasum in quam se profecturum Paulus scribit Romam 15. ἱσπανία, ἰβηρία סְפַנְיָא Chald. סְפַמְיָא Hinc Hispanus, ex Hispania oriundus, vel ad Hispaniam spectans. Ovid. lib. 3. de arte.

Illa vel Hispano lecta sit una jugo.

Sic Hispania ora, Horat. Vide plura in prima parte: Hispanien.

Histiæa, ἱστίαια, urbs in Eubæo, de qua Homer. lib. Iliad. 6.

Histiæos, ἱστιαῖος, tyrannus Milesiorum fuit de quo Herodot. lib. histor. 6.

Histonium, ἱστώνιον, oppidum Italiæ non procul à monte Gardano Pomp. lib. 2.

Hodius, Græcorum præconum in bello Trojano unus, teste Homero lib. Iliad. 9.

Hœtichius, vir fuit Achivus, statuariæ artis opifex celeberrimus, autor est Homer. lib. 7. Iliad.

Homerus, ὅμηρος, prim. brev. Græcorum poetarum excellentissimus, & literaturæ omnis humanioris parens, de cujus magnis cœnis poetæ reliqui omnes suas decerpserunt particulas, quem Alexander M. Poetam βασιλικὸν appellare consuevit ejusque carmina non ad citharam, ut aliorum, sed ad tubam potius canenda esse, censuit. Vixit post bellum Trojanum, cùm essent exacti anni centum & quinquaginta, & ante conditam Romam annis circiter centum, & quinquaginta. Etsi verò multorum scriptis proditum sit, cœcum fuisse Homerum, ideoque Homorum dictum, cùm prius Melesigenes fuisset dictus: tamen sunt, qui hoc negent lippum eum fuisse existimantes, quòd verisimile non sit cœcum adeò multa eademque exactissimè describere potuisse. De Homeri verò carminibus & poesi videatur Ælianus vari. histor. lib. 12. Idem eodem libro sic inquit: Ptolemæus Philopater extruens Homero templum, ipsum pulcerrimè & commodissimè sedentē collocavit. Circumcirca verò juxta simulacrum eas civitates posuit, quæ Homerum sibi vendicant. Ælianus scripsit Agathonem picto-

rem

rem quendam Homerum finxisse evomentem, reliquos verò Poetas ea, quæ ipse evomuisset, exhaurientes. Ad quod & Ovidius respexit hæc de Homero referens:

Aspice Mœoniden, à quo ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquæ.

Apud Athenienses veteres lex fuit, ut quinto quoque anno in Panatheneorum festivitate Homeri versus solenniter accinerentur. Id quod à Licurgo contra Leocratem orante refertur. Socrates apud Stobæum, fame ipsum extinctum prodidit, τὸν θεῖον ὅμηρον λίμος καλεδαπάνησεν, id est, Divinum Homerum fames absumsit.

Quemadmodum de paupertate Ovidius monuit.

Sæpè pater dixit, studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.

Vide plura apud Laertium, Plin. Quintil. Ælian. Plutarch. Platon. Strab. Suid. Philostrat. Gellium Apule. & Herodot. qui vitam ejus scripsit. Ciceronem item pro Archia, ubi inter cætera meminit eorum, qui de patria Homeri contenderunt. Quamvis enim, cum

in vivis adhuc esset, pressus fuerit in opia, & ab omnibus abjectus, post mortem tamen una cum scriptis in tanto cœpit esse precio, ut à multis civitatibus Græciæ ultrò fuerit attractus, quarum etiam contentiones de hoc alumno & cive non sunt ignotæ, Civitates autem, quæ inter se pro eo contenderunt sunt his versiculis comprehensæ:

ἕπτα πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν ὁμήρου
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν χίος, ἄργος, ἀθῆναι.

Id est:

Septem civitates contenderunt de origine Homeri.

Qui versus habentur apud Gellium libr. 3 cap. 11. Sed in posteriore pro οἶος, legendum esse χοῖος, Ciceronis locus pro Archia arguit ubi inquit: Chij suum vendicant. Hic est Homericus a, um, ut Homerica poesis sententia. Et Homeromastyx, ὁμηρομάστυξ, id est, Homeri flagellum, sive flagellator, Zoilus, Homeri obtrectator, qui Homericos libros maledicis suis scriptis incessere non est veritus. Vide infrà Zoilus. De Homero vide etiam supra, dictionem Critheis.

POETICE.

Senex Mœonius.

Mœonius poeta.
Mœonides.
Salaminiacus vates.
Colophonius }
Smyrnæus } vates.
Achæus }

Homerus:

Inſignis, Divinus, Doctus, Sacer, Divus, Gravis, Grandis, Sublimis. Solers, Immortalis, Altiloquus, Altiſonans, Jucundus, Magnus, Æternus, Antiquus, Vinoſus, Cœcutiens, Cœcus, Ingens. Smyrnæus, Colophoniacus, Mœonius. Meleſigenes, Vates divinus. Iniquæ ſortis. Conditor Iliados, ſemper florens. Solers rerum ſpeculator. Major Ariſtarcho. Quo eſt memoratus Achilles. Cui noxia luminibus ſpecula condit apis. Achæus, id eſt, Achivus. Qui ſceptris potitur inter Graios autores. A quo vates concipiunt numen. Qui Venerem Martemq; narrat ligatos corpora prenſa in obſcuro thoro. Cujus carmina docta. Quem Græcia miratur. Qui divino numine compoſuit multos libros munera pulcra nobilis ingenij ſui. Commonſtrans aurea munera. Qui dubium iter reducis Ulyſſis cantat. Qui longè major erat Ariſtarcho. Qui mōſtravit, quo numero ſcribi poſſint res geſtæ regum, & ducum, & triſtia bella. Cujus carmen Rex Macedûm legit inter terribiles lituos, & tubarum ſonitus. Cujus opus Alexander dicitur Stratis ſuis ſuppoſuiſſe, cùm feſſa membra levaret nocturna quiete. Qui Aonia arte nullas opes paraſſe dicitur. Immortale habens nomen carmine ſuo. Quo nihil majus Græcia habet. Ipſe pater Vatum. A quo Vates nomen concipiunt pectore, & blandum amorem Heliconis. Qui Muſas cantu, Phœbum honore æquavit. Ex cujus profuſo ore poſteritas omnis duxit latices in carmina.

Homole, ὁμόλη, Stephan. vel ur alij, Homolus & Othrys, montes ſunt Theſſaliæ. Virgil. 7. Æneid.

Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto
Deſcendunt, Centauri Homolen, Othrimq; nivalem, &c.

Homolium, ὁμόλιον, oppidum Magneſiæ. Plin. libr. 4. capit. 9.

Horæ, prim. long. ὧραι, Solis miniſtræ ab Ovidio finguntur.

POETICE.

Horæ:

Deæ celeres. Incinctæ pictis veſtibus.

Horatius, ὁράτιος, Qui Horatius Flaccus, poeta Auguſti

fuit

fuit & Ciceronis temporibus. Nam & Romæ literas didicerat puer pauper, sed summo pollens ingenio. Carus fuit Mœcenati. Philosophorum præcepta Athevis didicit, & Epicurus evasit, moribus suis impudicis, natura in iram propensa, sed tamen facilè placabili Tribunitiam Romæ adeptus est dignitatem. Vixit annos 57. de eo Ovid. 4. trist. Eleg. 9.

Detinuit nostras numerosus
Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmimina culta lyra.

Hinc Horatianus, a, um, ut versus Horatianus, Lyra Horatiana.

POETICE.

Fidicen Romanæ Lyræ, Horatius:

Doctus, Acer, Mordax, Vafer, Fidicen, Calaber, Numerosus, Lippus, Suavis, Venusinus. Jaciens verba sublita amaro melle. Qui lepidas cecidit odas. Qui dulces carminum odas resonuit. Qui Romano sale præstat. Canorus Teja lyra. Qui extremo vivit ævo. Cujus lyræ dabitur secunda palma, dum polus vertet signa Pegaseæ carinæ, Liberrimo patre natus. Qui numeris implevit vacuas aures, Feriens carmina Ausonia lyra.

Horatius Cocles, Romanus virtute insignis, qui obsessa à Porsenna rege Hetruscorum Roma, pro ponte sublicio stetit, sustinuitq; solus hostilem impetum, donec pons à tergo incideretur, quo cum armatus in Tyberim decidit, sed natandi arte peritus evasit, amisso tantùm altero oculorum. Unde Cocles vocari cœpit. Virg. 8. Æneid.

Aspiceres pontem auderet, quod vellere coles. Vide suprà Cocles.

Horatius item pulvillus sub rogatus in locum Lucretij defuncti in consulatu. Fuerunt præterea Horatij tres, qui in Curialis Albanis congressi sunt, autore Livio.

Horodes, vel ut alijs placet, Orodes Parthorum Rex, à quo M. Crassus est interemtus. Vide Orodes.

Horontes, vide Orontes.

Hortensia, fuit filia Hortensij eloquentissima.

Hortensius, Romanus Rhetor verborum splendore erat elegans, compositione aptus facultate copiosus: vox canora & suavis, motus & gestus etjam plus artis habebat, quàm esset orator satis. Meminit ejus Cicero in Bruto.

Horus, ὧρος, filius Isidis, quem cum

cum Isis amisisset, verita ne illi obveniret, quod Osiri patri acciderat, multum flevit, sed eo invento mœrorem in læticiam vertit. Fuit & alius hujus nominis Assyriorum rex, Plin. Horus item sol dicitur ab Ægyptijs apud Bocatium.

Hosa, fluvius Tuscorum Ptol Martha hodie.

Hunni, Οὖννοι, Die Hunnen. Vide suprà, Vngern.

POETICE.

Hunni:

Feri, Belligeri, Torvi, Pestiferi, Minaces, Turpes, Fortes, Pharetrati, Pannonij, Feroces. Quibus nulla fera sævior est Arctoo sub axe. Qui spicula jaciunt aversis equis.

Hyacinthus, ὑάκινθος, puer fuit Laconicus speciosissimus ab Apolline simul & Zephyro vento adamatus, qui cum magis Apollinis amore lætaretur, ob Zelotypiam in se Zephyrum armavit. Cum igitur se disco cum Apolline exerceret, Zephyrus vehementius flare cœpit, discumq; ab Apolline in aerem conjectum ita repercussit in Hyacinthum, ut ipsum interfecerit. Apollo autem, ne jam formosi pueri memoria interiret, in sui nominis florem ipsum mutavit. Unde in eo duæ primæ literæ inscriptæ cernuntur, αι quæ est dolentis,

Nascitur autem flos iste sub Martij finem, & Aprilis initium inter segetes, & in sylvis, Mertzblume. Eadem verò, quà alij flores, Hyacinthus ab Apolline dilectus fingitur ratione, quòd nimirum calore ac virtute Solis evocatur, & vegetatur. Vide de Hiacyntho Dioscorid. libr. 4. cap. 61. Plin. lib. 21. cap. 11. & Ovid lib. 10. Metam. Hinc est Hyacinthinus, a, um, quod coloris est Hyacinthi.

POETICE.

Comæ pulcræ Hyacinthi.

Hyacinthus:

Ferrugineus, Purpureus, Blandus, Mollis, Roseus, Tener, Florens, Cæruleus, Rubens, Luteolus, Dulcis, Pulcer, Ruber, Candidus, Corycus, Oebalides Oebalius, Salaminiacus, Suave rubens. Crescens aprico in horto.

Est & lapis preciosus ejusdem nominis, aureo colore lucens, autore Plinio, Ein Aethiopischer Amethist. Fuit præterea Hyacinthus matyr Alexandrinus Galieno.

Hyades, ὑάδες, כִּימָה, septem sunt stellæ in capite Tauri, quæ & Hœdi, & Suculæ dicuntur, Hyades, ab ὕειν, id est, pluere. Quoties enim nascuntur vel occidunt, pluvias creant. Ovidius;

Ora micant Tauri septem radiantia flammis
Sidera, quas Hyadas Grajus ab imbre vocat.

POETICE.

Neptis Oceani senis.
Neptes Tethyos.
Suculi, pluvio nomine Græcis dicti.
Cornua taurinæ frontis radiantia septem flammis.

Hyades:

Pluviæ, Tristes, Nymbosæ Inserenæ, Nymbis impetuosæ.

Hyæna, animal est in Africa, lupi magnitudine, ἀμφίβιον, de quo Plin. libr. 8. cap. 30. scribit, quod singulis annis Sexum suum mutet & miræ calliditatis animal esse dicit. Simulata enim voce humana evocatum hominem laniat ac devorat.

POETICE.

Hyæna:

Callida, Versuta, Vorax, Fallax.

Hyantes, populi sunt Bœotiæ quorum urbs Hyantia, à qua incolæ Hyantij vocantur. Ovid. 3 Metam.

Cum juvenis placido per devia lustra vagantes
Participes operum compellat Hyanthius ore.

Actæonem intelligens.

Hyas, adis, ὕας, filius fuit Atlantis, & Æthreæ, puer formosissimus. Ovid. lib. 5. Fast.

Nondum stabat Atlas, humeros oneratus olympo.
Cum satus est forma conspiciendus Hyas.

Hybernia, Vide supra, **Irrland.**

Hybla, ὕβλα, & Hyble, vel Hybles, Siciliæ, urbs est, & mõs apibus & thymo abundans unde apes pastæ mel conficiunt optimum. Hinc Hyblæus, a, um ὑβλαῖος, ut, Mel Hyblæum, apes Hyblææ, Hyblæi favi. Claud. libr. 2. de raptu Proserpinæ.

Vt fertilis Hyblæ
Invideat, vincitq; suos, non abnuat hortos.

POETICE.

Hybla:

Mellifera, Fertilis, Herbosa, Dives, Floricoma, Sicanis, Sicula, Florida, Crocea, Trinacris, Alta, Odora, Referta dulci thymo. Florens multis thymis. Proferens dulces violas. Abundans thymis. Pariens favos multos. Quæ per varios pingitur colores. In qua multæ pascuntur apes. In qua Cecropiæ apes nitido vere vagantur.

Hydarnes, ὑδάρνης, nobilis fuit Persa, qui cum Dario in Smerdim Magnum conjuravit Strabo. libr. 11. Scribitur & Hydarnus.

Hydaspes, ὑδάσπης, magnus Indiæ fluvius, ab Hydaspe. Medoeum rege antiquissimo dictus. Vide Plin. lib. 6 & Strab. lib. 15. Meminit & Lucan. lib. 6.

Qua rapidus Ganges, & qua
Nysæus Hydaspes.

POETICE.

Hydaspes:

Indus, Dives, Clarus, Mædus, Tumidus, Fuscus, Lenis, Gemmifer, Aurifer, Fabulosus, Rapidus, Nabathæus, Nisæus, Longinquus. Currens tepidis aquis.

Hydra, ὕδρα, serpens fuit in Lerna palude multorum capitum, cui cum Hercules unum amputabat caput, duo statim renascebantur. Hanc tamen Hercules tandem interemit. Hinc Hydram secare. ὕδραν τέμνειν, proverbiale est, pro eo, quod est, ita tollere incommodum unum, ut in locum ejus plura alia succedanr. Germani ita: **Einen Teuffer heraus/vñ zehen widerumb hinein schlagen.**

Fuit autem Hydra, Platone in Enthydemo teste, Sophista quidam ex Lernæo oppido, qui Herculem convitijs proscidit: Cujus Sophistæ uno capite, hoc est, argumento sermonis amputato, plura renascebantur. Sophistica enim nihil fœcundius est. Horatius Hydræ allegoriam ad invidiam transfert, ubi inquit:

Diram qui contudit Hydram, &c.

Est enim Invidia multorum capitum monstrum, quorum si unum tollatur, duo confestim ejus in locum suppullulant & succedunt.

POETICE.

Colubriferum monstrum.

Hydra

Immanis, Dira, Virens, Improba, Superba, Argolis, Torva, Stridens, Renascens, Colubrifera, Ramosa, Ferax, Nocens, Frigida, Horrenda, Tumens, Rediviva, Populosa, Septemplex, vallata colubris, Inclusa limosis paludibus. Tumens rediviva in colla.

Hydrus, mons est Apuliæ, juxta quem oppidum ejusdem nominis est. Est & nomen fluvij, qui in Adriaticum mare effluit. Lucan. libr. 5. Est & Hydrus alias anguis in aqua, vivens. Sunt & qui natricem, quòd aquis innatet, dicant, & Chersydrum.

Hydrusa, ὑδροῦσσα, urbs in Attica regione apud Strab. Est & Hydrusa, insula, alio nomine Andros dicta, Plin.

Hyerus, pauper quidam fuit, qui à Jove, Neptuno, & Mercurio hospitio susceptus Oriona filium suscepit. Vide inferius. Ovid.

Hunc Hyerus quia sic genitus vocat Oriona
Perdidit antiquum litera prima sonum.

Hyla, vel Hyles, æ, ὕλας, filius fuit Thyodamantis, quem Hercules ob eximiam formam supra modum adamavit, & cum Argonautis Colchos navigans secum duxit: sed cum in Mysia ad hauriendam aquam Ascanij fluvij urnam extulisset, nimio pondere demersus est. Unde Poetæ finxerunt, eū à Nymphis ob speciem raptum. Amici interitum adeò graviter tulit Hercules, ut Argonautis relictis retrò abierit Hylamque per omnem regionem requirens altissima vociferatione frequenter inclamârit. Inde natum proverbium: ὕλαν κραυγάζεις, id est Hylam inclamas, de frustrà vociferante, vel de nihilo proficiente.

POETICE.

Herculeus alumnus.
Genitus Thyodamante.

Hylas:

Formosus, Tener, Pulcer, Clerus, Parvus, Herculeus, Tirynthius, Quæsitus, Forma conspiciendus. Naiadum crimine raptus. Expertus lethifera gaudia, Saltus, fontesque pererrans.

Hylax, ctos, ὕλαξ, canis est fictitium nomen, quo utitur Virg. eclog. 8.

Hyle, oppidi nomen est apud Stat.

Qui breve littus Hyles, &c.

Sed Hylea gens prim. proc Sarmatæ dicuntur à Valer. Flac. eò quod in sylvis maximam vitæ partem degant: ὕλη enim Græcis est sylva.

Hylæus, Centauri nomen est de quo Virg. 8. Æneid.

Hyllus, ὕλλος, filius fuit Herculis ex Melita Ægei fluminis filia, à quo Hyllinense populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. Quidam tamen hunc & sequentem unum fuisse existimant. Quibus etiam Ovid in epist. Deianiræ ad Her. astipulari videtur, cum inquit:

Mater abest, queriturq; Deo placuisse potenti,
Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.

Nisi fortè per Epenthesin alterum l sit interpositum.

Hylonome, es, ὑλονόμη, fœmina Centauria, & biformis, quæ mortuo marito Cyllaro, gladio suo incubuit.

Hylos, simplici l ὕλος, filius fuit Herculis ex Deianira, qui Iolen defuncto patre in uxorem duxit, ut ait Ovid. libr. 9. Metam. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus Athe-

Athenas confugit, ibiq; Misericordiæ vel Clementiæ templum condidit, in testimonium auxilij ab Athenienſibus impenſi & in poſterum dejectorum refugium. Vide Senecam in Tragœdia Hercul. Orthei.

Hymantopodes, populi loripedes in Æthiopia, qui ſerpendo ingrediuntur. Plin.

Hymella, fluvius Italiæ, de quo Virg. 7. Æneid.

Qui flumen Hymellæ
Et Tyberim Fabarimq; bibūt, &c.

Hymenæus, ὑμέναιος, penult. long. vel etiam Hymen, Deus nuptiarum, nomen traxit ἀπὸ τοῦ ὑμένος, id eſt, membrana, quæ cum virginitatis ſit clauſtrum, in nuptijs rumpitur, vel etiam à ναίειν, quia ſponſus & ſponſa ſimul habitare incipiunt, Sumitur interdum pro ipſis nuptijs vel connubio, interdum etiam pro cantu nuptiali. Vide plura in prima parte: **Gott der Hochzeit.**

Hymettus, ὑμηττός, mons eſt Atticæ clariſſimus, optimo abundans melle. Hinc eſt Hymettius, a, um, ὑμήττιος, pro molli, ut Hymettia mella. Ex eodem monte ſecabatur marmor, quod Hymettium dicitur.

POETICE.

Iuga mollia tepidi Hymetti

Colles Hymetti.

Vertex Hymetti.

Hymettus:

Dulcis, Florens, Viridis, Pulcer, Cerealis, Vernus, Olens, Actæus, Cecropius, Theſæus, Erechthæus, Purpureus, Semper florens. Ubi vagantur apes.

Hypæpa urbs eſt Lydiæ monti adjacens ſub Cacumine. Ovid. 6. Metam.

Orta domo parta, &c.

Hypanis penult. corr. ὕπανις Sarmatiæ fluvius, Virgil. 4. Georg.

POETICE:

Hypanis:

Dulcis, Sapore Dulci, Ortus Scythicis de montibus.

Hypatia, ὑπατία, mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Iſidori Philoſophi. Profeſſa eſt Alexandriæ varia diſciplinarum genera frequenti auditorio. Suid.

Hypatos, ὕπατος, Phœniciæ amnis eſt Plin.

Hypenor, ὑπήνωρ, princeps quidam Trojanus fuit, qui in bello interemtus eſt à Diomede. Homer. lib. 5. Iliad.

Hypenus, ὕπηνος, Athleta, qui diaulo primus vicit. Pauſan.

Hyperborei, ὑπερβόρεοι, penult. long. montes & populi ſunt Scythiæ ſeptentrionales, ultra Rypheos montes, qui μακρόβιοι eſſe ſcribuntur, ſic

sic dicti, quod vento Boreæ sint expositi. Corpora eorundem finguntur plumata seu plumis velata. Quo innui creditur, nive ea conspersa esse, Densæ enim & continuæ, ferè apud Hyperboreos nives cadunt. Et Herodotus scripsit, pennas, quibus ultra Aquilonem aer oppletus fingitur, significare nives. Meminit hujus rei Ovid. libr. 15. Metam. Vide & de Hyperboreis gentibus Melam lib. 3. c. 5. Hinc Hyperboreus, a, um, id est, septentrionalis. Juvenal.

Exul Hyperboreum si demittatur ad axem, &c.

Hyperechius, ὑπερέχιος, Grammaticus fuit Alexandrinus, de quo Suid.

Hyperides, ὑπερίδης, ex præcipuis fuit oratoribus Atheniensibus. Scripsit orationes multas, teste Suida, quæ injuria temporum perierunt. Interfectus est Plutarcho teste, ab Antipatro lingua excisa.

Hyperion, pen. long. ὑπερίων, alijs Solis pater, alijs Sol ipse, quòd super terras eat, dicitur. Poetæ pro ipso Sole usurpant. Ovid. 1. Fastor.

Placet equo Persis radijs Hyperiona cinctum.

Frequens est Solis Epipheton apud Hom. Hyperionius currus apud Valer. Scribunt quidem, Hyperiona Titanis & Terræ filium, Solis & Lunæ patrem fuisse, & inde dictum, quod fuerit homo magnæ præeminentiæ, qui supra cæteros incesserit. Diodorus scribit Hyperiona Solis ac Lunæ aliorumq; astrorum motus horasque primum cognovisse & percepisse, unde & eorum parens dictus.

Hypermnestra, ὑπερμνήστρη, Danai filia, ex L. illis, quæ sponsos suos prima nocte interfecerunt, Hypermnestra sola excepta, quæ sponso suo Lynceo sive Lyno pepercit. Vide supra Belides & Danaus.

POETICE.

Hypermnestra:

Pia, Locris, Exul, Infelix Prædium iniquum pietatis. Dissimulata in necem ancillæ. Quæ sui Venerem cum mariti fratri junxit.

Hypsenor, ὑψήνωρ, magnanimi Dolopionis filius, qui Scamandri Sacerdos erat, in tanto honore habitus, ac si Deus quidam esset. Illum Eurypilus in bello Trojano interemit. Homer. libr. 5. Iliad.

Hypsicratea, ὑψικράτεια, uxor fuit Mithridatis regis, quæ Persico habitu induta, & in habitum virilem reformata tonsis capillis victum à Cn. Pompeio Mithridatem per efferas

efferas gentes fugientem animo pariter, & corpore indefessa secuta est. Est igitur Hypsicratea præclarum fidei conjugalis exemplar. Vide Plutarch.

POETICE.

Fida, amans conjugis Nobilitata conjugij fide. Sponte secuta virum extorrem.

Hypsipile ὑψιπύλη, filia Thoantis regis Lemni, quæ, cùm mulieres in Lemno viros omnes communi consilio necarent, ipsa patrem servavit & dimisit. Deinde ubi Argonautæ in Lemnum venissent. Jasonem hospitio suscepit, ejusq; amore capta cum eo concubuit, unde gemellos est enixa, discedentem verò multis lacrymis prosecuta est, nec quenquam Post Jasonem amavit. Ob pietatem verò in parentem è Lemno expulsa, & à Piratis capta, & Lycurgo regi Thraciæ divendita fuit pro nutrice filio Ophelti. De qua vide in dictione Lemnos. Scribitur nonnullis & Hypsiphile.

POETICE.

Hypsiphile:

Pia. Cui Bacchus avus. Mater duorum conjugio fraudata Jasonis. Minoo nata Thoante. Lemnias, Thoantias.

Hyrcania ὑρκανία, Asiatica regio dicta ab Hyrcana sylva quæ Pardis, Pantheris, & tigribus abundat. Virgil. 4. Æneid.

Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

Hinc Hyrcanius, vel Hyrcanitus, & Hyrcanus, ὑρκανὸς, ut, Mare Hyrcanum, quod & Caspium, quod Hyrcaniam attingit, homines Hyrcani. Hieronym. Hyrcani volucribus & canibus semivivos proijciunt.

Hyrium, aliàs Tirium, vulgò Lesina, Apuliæ est urbs, Ptolem.

Hyrtacus, ὑρτακὸς, à quo Hyrtacides Virgil. 9. Vir fuit Trojanus ex Ida monte, cui filius Nisus fuit Æneæ comes. Est & hoc nomine Cretæ oppidum. Steph.

I.

Ia, ἴα, minor fuit Atlantis filia soror Majæ matris Mercurij, de qua Homer. libr. 14. Odyss.

Iacchus, ἴακχος, Bacchus dicitur ab ἰαχέω, clamo. Baccho enim sacrificantes clamare solebant. Virgilius pro vino posuit metonymicῶs eclog. 6.

Inflatum hesterno venas, ut semper Iaccho.

Vide plura in prima parte: Gott des Weins.

Iader, ἴαδερ, fluvius est Dalmatiæ, in Adriaticum mare se exonerans, juxta quem

oppidum Jadera est. Lucan. lib. 4.

Et depidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Iadera, quæ & Jader, ἴαδερ, neut. gen. oppidum Illyrici, Apolloniæ & Salomæ vicinum Pomp. 2.

Ialmenus, vide suprà Ascalaphus.

Ialysos, ἰάλυσος, Rhodi Insulæ urbs, quæ maris inundatione submersa, id quod factum propter Ialysos incolas. Illi enim, Diodoro teste, fascinatores erant & malefici, qui nubes, imbres, grandinem & nives inducebant ad afferendam vicinis calamitatem, unde & justas improbitatis suæ Deo pœnas dederunt. Vide Pompon. libr. 1. Meminit & Ovid. 7. Metam.

Iamblichus, ἰάμβλιχος, philosophus fuit Pythagoricus Chalcidensis Porphyrij discipulus, Constantini Magni tempore abstinentia & modestia clarus, qui secundas post præceptorem Romæ obtinuit.

Iamesa, vel Iamesais, ἰαμησαὶς, Britannici maris æstuarium Ptol. lib. 2. cap. 3.

Iamno, onis, castellum in Balearibus minoribus. Pomp. Mel. libr. 2. Ptolemæus Jamnan, ἰάμναν, nominat.

Ianusum, Celticæ regionis oppidum. Pomp. Mel. 2.

Ianira, ἰάνειρα, penult. long. nympha fuit, Oceani & Tethyos filia, Hesiod. in Theogonia.

Iantha, vel Ianthe, ἰάνθη, nympha Oceani & Tethyos filia, Hesiod. in Theog.

Ianus, ἴανος, antiquissimus, rex Italiæ, quem bifrontem veteres finxerunt & pinxerunt, ut qui præterita & futura indicet, idque ad regis prudentiam & solerriam referendum. Est enim prudentis videre à tergo, & à fronte, hoc est, considerare præterita & futura, & cum ijs conferre præsentia, Unde & ἴανος ἄλλος, id est, alter Janus, de provido ac circũspecto dicitur, vel etiam de ancipite & perfido. Instar numinis olim cultus fuit, quia primum in Italia Dijs templa fecit, ritusq; sacrorum instituit. Templum ejus Romæ belli tempore apertum, pacis clausum fuit, unde Patulcius & Clusius cognominabatur. De claudendi verò & aperiendi hujus templi ratione autores variant. Consecrata eriam huic erant omnium rerum initia. Revera autem Janus fuit ipse Noah respiciens ad mundum, tum eum, qui diluvio totus interierat, tum eum, qui post diluvium propagari denuo cœperat. Vide de Jano Macrob. lib. 1. cap.

cap. 789. Cicer. libr. 2. de natura Deor. & Ovid. 1. Fastor. Ubi fabulam ejus recenset. Meminit ejus & Virgil. 7. & 12. Æneid. & Alciat. lib. 2. emblemat. 8. de de eo ita:

Iane bifrons qui tam transacta futuraq; callos.
Quiq; retro sannas, sicut & antè vides,
Tot te cur oculs, tot fingunt vultibus? an quod
Circumspectum hominem forma fuisse docet.

POETICE.

Matutinus pater.
Iani bifrontis imago.
Divus bifrons.

Janus.

Biceps, Biformis, Anceps, Claviger, Belliger, Bifrons, Sacer, Patulcius, Pacificus, Antiquus, Geminus, Quirinus, Junonius, Confinius. Claviger, Sacer, Clusius, Annum referans. Qui solus de Superis sua terga videt. Emensus iter longi orbis. Videns id, quod à tergo est, & id, quod entè. Mirandus imagine ancipiti. Origo anni tacitè labentis. Cui nullum par nomē Græcia habet. De cœlestib. videns id, quod à tergo, id quod antè, Quem penes unum est custodia vasti mundi. Cujus jus omne est vertendi cardinis. Qui cœlestis aulæ janitor perspicit simul Eoas & Hesperias partes. Insignis gemino vultu. Referans principium anni. Aperiens annos per tempora.

Ianus etiam Romæ locus erat in regione Basilicæ, ubi fœneratores consistebant, quoniam in eo Jani simulacra collocata videbantur. Ovidius:

Qui puteal, Ianumq; timent, celeresq; calendas.

Ianiculum, oppidum fuit à Iano conditum, non procul à Roma, quod urbi postea additum fuit.

Iapetus ἰαπετὸς, Cœli & Terræ filius secundum Hesiod. quem Promethei patrem fuisse quidam scribunt, de quo Ovid. 1. Metam.

Iapis, Iapidis, ἰάπις, nomen est Ætoli filij, qui cum ad eam regionem, ubi nunc est Venetia, venisset, oppidum sui nominis condidit, à quo ea pars, ubi Timavus fluvius est, Iapida dicitur. Servius.

Iapygia, ἰαπυγία, Italiæ regio Apulia dicta, quā Messapiam Græci vocant. Iuncta porrò est Calabriæ & Salētinis, ut scribit Strabo libr. 6. & Plin. lib 3, cap. 11.

Iapyx, ἰάπυξ, ventus est Apuliæ occidentalis, qui & Cau-

tus dicitur Horat. 1. carm. od. 3.

Ventorumq; regat pater obſtrictus alijs præter Iapyga.

Atque hinc eſt Japygia, Italiæ regio, quæ Apulia dicitur, in qua Brunduſium & Tarentum.

Iarbas, vide ſuprà Hiarbas.

Iarcas, aliâs Iarchas, ἰάρχας, Indorum philoſophorum princeps, cujus meminit Philoſtratus in vita Apollonij Tyanei.

Iaſion ἰασίων, quem Iaſium etjam appellat Diod. libr. 6. Iovis & Electræ filius fuit, cujus amore Ceres exarſit. Hoc verò ideo fingitur, quòd argiculturæ ſtudioſus fuerit, Ovid. lib. 9.

Queritur caneſcere mitem Iaſonia Ceres, &c.

Iaſius, ἰάσιος, Dardani fuit frater, Abantis filius, Virg. lib. 3.

Hinc Dardanus ortus,
Iaſiusq; pater, genus à quo principe noſtrum.

Iaſides Palinurus Virgilio dicitur 5. Æneid.

Iaſide Palinure ferunt ipſa æquora claſſem.

Iaſon, ἰάσων, filius fuit Æſonis, fratris Peliæ regis Theſſaliæ, qui collecta juvenum expeditorum manu nempè 54. Colchos ad rapiendum vellus aureum profectus eſt. Unde reverſus Peliam interfecit, ac regno paterno potitus eſt. Aureum verò vellus, ad quod tollendum Iaſon profectus fuerat venas metallicas fuiſſe Plutarchus indicat, Ergruben. Expeditio porrò hæc Argonautarum in Colchos generoſos animos exhortatur, vel ad gloriam ſeſe exuſcitent, eamq; res præclarè gerendo aucupentur. Vide de Jaſone & profectione ejus Juſtin. lib. 42.

POETICE.

Heros Æſonius.
Hæmonius juvenis.
Æſonius juvenis.
Superbus Æſonides.
Æſone natus.
Albanus tyrannus.

Dux { Theſſalus. / Theſſalicus. / Achivus. }

Dux Æmonius

Jaſon:

Immemor, Clarus, Efferus, Fallax, Aſper, Superbus, Trux Acer, Prædo, Armipotens. Perjurus, Candidus, Perfidus, Formoſus, Æſonides: Pegaſeus, Peregrinus, Achivus, Magnanimus, Phareus, Sceleratus: Flavus. Gener Creontis, Dives vellere auratæ ovis. Latro peregrinus. Malè gratus. Qui profugam Colchida

chida lusit. Qui per Jonium viit pelagus. Qui delectos vexit Heroas. Primæ ratis molitor. Qui dimisit Phasiadem matrem. Clarus vellere Phryxeæ ovis. Quo servato Colchis gaudebat. Qui tulit nobile vellus auratæ ovis.

Hinc Iasonides patronymi. apud Stat.

Ecce Iasonidæ juvenes nova gloria matris,
Hysiphyles,&c.

Et Jasonius,a,um,ut, Ovid. lib.3.de ponto:

Æquor Iasonio pulsatum remigo primum.

Sic Jasonij heroes, Jasonia navis.

Iasonium, ἰασόνιον, Cappadociæ promontorium, hodiè S. Thomas,Ptol. libr.5. cap. 6.

Iasus, ἴασος, sive Iaissus oppidum Cariæ, à quo Jasius sinus dictus, in quo est oppidum.Plin.lib.1.cap.29.

Iatinum ἰάτινον, urbs Meldensium Ptol.lib.2.cap.8.

Iaurinum, Rab/ in Hungaria.

Iaxamatæ, ἰαξαμάται, populi circa Tanaim, de quibus Pompon.lib.1.

Iaxartes, ἰαξάρτης, fluvius Scythiæ permagnus oriens apud Sacas, & in Septentrionem defluens. Ptol. Strab. lib.2.

Iaxes, fluvius, quem eodem cum superiore in tractu quidam locant,de quo Claud.

Sic nobis Scythicus famuletur Iaxes.

Iazyges, ἰάζυγες, Metanastæ populi in Europa apud Ptol. hodiè septem Castra, Germanicè Siebenbürgen.

Iberia ἰβηρία, hodiè Artagon, pars est Hispaniæ, quæ inter Iberum continetur, quamvis generali vocabulo pro Hispania capiatur. Vide plura in prima parte: Hispanien. Est & alia regio hoc nomine juxta Colchida.

Iberus,pen. prod. ἴβηρ, qui & amnis Iberus, & flumen Iberum, Hispaniæ fluvius ulterioris & nobilissimus, navigabili commertio dives, Cantabros alluens, & mare Balearicus ingrediens,Hinc Iberus, a, um, adject. apud Virgil. libr. 9. & Iberi populi,qui fortes, pugnaces, & belligeri appellantur.

POETICE.

Nobile flumen Iberi.
Iberi unda.

Iberus:

Aurifer, Dives, Velivolus, Extremus,Tartessiacus,Hesperius,Durus.

Iberes,ἴβηρες, in tertia inflexione, prope Armeniam sunt populi,Lucan.

Occurrit Iberibus alter.

Iberis, idis, verò fœminin. ἴβηρις, herba eſt, quam Lepidium Latini dicunt. **Wil der Kreß.**

Ibernia, vide Hibernia.

Ibycus, pen. brev. Ἴβυκος, Rheginus poeta, quem maximè omnium amore flagraviſſe, ex ipſius ſcriptis conſtare ſcribit Cicero Tuſculan. quæſtion. libro 4. De quo multa & ſuaviſſima apud Eraſm. in proverbio: Ibyci grues.

Icadius, Ἰκάδιος, Prædo fuit, de quo Cic. in lib. de fato.

Icarius, Ἰκάριος, Athenienſis, pater Erigones, cùm Bacchi comes fuiſſet, ab eo accepit, ut vinum mortalibus exhiberet. Qui cum meſſoribus ſeu, ut alijs placet, paſtorib. ultra debitum exhibuiſſet, ab ijſdem jam inebriatis apud Marathonem venationi vacans interemtus eſt, Quod cùm Erigone cognoviſſet, laqueo vitam finivit, ut ſuprà oſtenſum eſt. Icarium verò poſtea in Bootem verſum quidam fabulantur. Alius fuit Icarius Lacedæmonius, pater Penelodes. Ovidius 1. in epiſt.

Me pater Icarius viduo diſcedere tecto,
Juſſit, & immenſas increpat usq; moras.

Icaris, idos, Ἰκαρίς, apud Naſonem, & Icarios, idos, apud Propertium eſt Penelope Icari filia, Hic etiam Icariotus dictus eſt. Unde Icariotis forma patronymica: Ovid. libr. 3. de Ponto.

Icarus, pen. bre. Ἴκαρος, filius fuit Dædali, qui cum patre metu Minois regis ex Creta fugiens, fretus alarum, quas pater fecerat, fiducia, dum altius evolaret, liquefacta à ſole cera, qua pennæ erant conglutinatæ, in mare cecidit, quod ab ejus ruina Icarium poſtea dici cœpit. Monemur autem hoc Icari lapſu, ut omni in re mediocritatem ſervemus, nec altius, quàm pro noſtra ſorte efferamur. Lucan. in libello de Aſtrologia ſcribit Dædalum fuiſſe mathematicum & filium Icarum docuiſſe Aſtrologiam, ſed eum juvenili fervore & perſuaſione doctrinæ elatum à vero aberraſſe, & in mare rerum immenſæ profunditatis decidiſſe. Meminit & Icari Ovid. cùm inquit:

Icarus Icariis nomina fecit aquis.

Et Alciat. libr. 1. emblem. 53.

POETICE.

Dædaleus puer.
Icarus:

Infelix, Audax, Miser, Temerarius. Dædalides, Qui nomina fecit Icario Ponto. In quem ebria turba intulit armatas manus. Qui se malè credidit alit. Signans aquas immensas nomine. Quem cera liquata dedit præcipitem in mare. Qui vastæ aquæ nomina fecit. Qui nimium sublimia petijt Icarijs pennis, & nomina fecit Icarijs aquis. Qui nomina dedit vitreo ponto. Qui nimium temerarius incautis annis altius iter egit. Hinc est Icarius, a, um, ut Icarium mare.

Iccius portus, Cales.

Ichneumon, ἰχνεύμων, mus Indicus vulgò, ὀφιόμαχος aliàs, quod contra serpentes pugnet, dictus. Nascitur in Ægypto solùm magnitudine felis. Armat se diligentissimè in pugnam congressurus cum Crocodilo. Vide Plin. libr. 8. cap. 24. & Plutarch. lib. de industria animalium. De certamine verò Ichneumonis cum Crocodilo vide Cochleri imagines 11. imag. de diab.

Ichnusa, ἰχνοῦσα, pen. lon. dicta est insula Sardinia, quòd ad similitudinem vestigij facta sit. Et enim Græcis ἴχνος vestigium. Sil. lib. 12.

Inde Ichnusa pijs Graijs memorata colonis, &c.

Vide infrà Sardinia.

Ichthyophagi, pen. bre. ἰχθυοφάγοι, Gentes Æthiopicæ, quæ piscipus vivunt, unde & nomen sortitæ, ἰχθὺς enim Græcis est piscis, φάγω, comedo. Vide Strab. lib. 15. & Ptol. lib. 4. cap. 9.

Ichthys, ἰχθῦς, promontorium Elidis est in Achaja apud Thucydidem, quod Valla piscem transtulit, ob quod reprehensus est ab Hermolao.

Iconium, εἰκόνιον, metropolis est Lycaoniæ, teste Plin. libr. 5. cap. 27. in qua se commoratum esse scribit Cicero ad Appium lib. 3. epistol. fam. In eadem etiam D. Paulus & Barnabas aliquandiu commorati concionati sunt, & multos converterunt. Miraculis itidem editis doctrinam suam cõfirmârunt. Actor. 14.

Icosium, εἰκόσιον. Mauritaniæ Cæsariensis urbs, ab Herculis comitibus condita. Vide Salin.

Ictus, Talentinus, Palæstrita fuit insignis, quem adeò φιλόδοξον fuisse scribunt, ut per omnem vitam à Venere abstinuerit, quo arti accommodatior esse posset. Vide Ælian. de var. histor.

Ida, æ, ἴδη, prim. long. mons est altissimus Phrygiæ, in Creta insula aquis & fontibus abundans.

ündans. Ex eo enim Scomander, Simois & Æsopus scaturiunt. In hoc monte Paris sententiam tulit pro Venere adversusPalladem & Junonē, Unde & epitheton injusta ei tribuitur, ob iniquum se. Paridis judiciū. Est sylva Trojanorum in Phrygia hoc nomine, quem Homer. libr. 8. Iliad. ferarum parentem esse dixit & locum continere Gargaron dictum.

POETICE.pri.

Iugum, Idæum, Collis Idæus, Vertex Idæus. Idæ valles madidæ, nemorosæ, aquosæ, opacæ. Ida vel Ide. Frondosa, Nemorosa, Umbrosa, Alta, Ardua, Longa, Opaca, Sacra, Odora, Pinifera clivosa, Humida, Dardana, Phrygia, Rhæteia, Gelida, Fœcunda, Multifons, Frondifera, Iliaca, Cupressifera, Injusta, Perfida, Cretæa, Viridis, Phœbæa, Sigæa, Fontibus amœna Altrix ferarum. Resonans cinnitibus. Fœcunda ferarum. Clivoso jugo tumens. Celeberrima fontibus. In immensis tumens jugis. Tumens immenso jugo. Funebrem pariens cupressum. Est item Ida mons alter in Creta, qui multis cingitur urbibus. Virgil. 12. Æneid.

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Ovid.

Et Creta nobilis Ida.

Hinc Idæus, a, um, ἰδαῖος, & Idicus, a, um, possess. Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.

Idæus, Rhodius versificator, scripsit Rhodiorum res gestas versibus ter mille. Suid.

Idale, oppidum est in Troade, de quo Plin. & Lucan. lib. 3.

Idalus, sylva & mons est Cypri Veneri sacer, (Unde etjam Italia dicta) ad cujus radices situm est Idalium ἰδάλιον, oppidum á Chalcenore conditum. Virgil. lib. 19.

Est Amathûs, est celsa mihi Paphos atq; Cythera. Idaliaq; domus.

Idanthyrsus, rex fuit Scytharum, qui bello res magnas gessit, de quo Strab. lib. 14.

Idas, æ. Ἴδας, fuit omnium sui seculi virorum formosissimus & maritus Marpissæ, Is acu sagittisque sumtis Apollinem invadere ausus est ob Marpissam sibi à Deo ereptam: teste Homero libr. Iliad. 9. Vide in dictione Marpissa.

Idmon, nis, pe. br. Ἴδμων, vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ filius, ex Idmone autem & Testia, Testor: è Testore Calchas item

tem vates. Ut placet Phe-recidi, Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium esse dicit, & item Herodotus. Volat.

Idomeneus, per quatuor syllabas, ἰδομενεὺς, Deucalionis filius, Minois nepos, rex Cretensiũ, qui in bello Trojano strenuè contra Trojanos militavit. Tandem deleta & eversa Troja, cùm in patriam navigare vellet, tempestatem passus pro salute sua superis vovit, si sospes domum rediret, se illud; quodcunque primùm occurreret, immolaturum. Cùm igitur jam Cretam appulisset, ut filius desiderio videndi patrem primus illi fieret obvius, quem cum immolasset, vel, ut alij habent, immolare vellet, ob immanitatem suam à civibus regno pulsus Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, juxta quod condidit civitatem, ut scribit Virg. 3. Æneid.

Et Salentinos obsedit milite campos.

Lyctius Idomeneus, &c.

Idothea, ἰδοθέα, filia Præti Argivorum regis Homer. in Odyss.

Idumæa, ἰδουμαία, prim. brev. antepen. long. אֱדוֹם quæ à Ptolemæo Arabia Petræa dicitur, regio est finitima Judææ, versus meridiem, pars Arabiæ Petrææ usque ad mare rubrum pertinens, sic dicta ab Edom seu Esau filio Isaac. Fit hujus regionis passim in sacris mentio. In hac est Idume urbs finitima Phœniciæ, palmarum fertilitate luxurians, Lucan. lib. 3.

Gargaq; & arbusto palmarum dives Idume.

Hinc Idumæus, a, um, adject. quod pro epitheto palmarum ponitur à Virgil. lib. 3. Georg.

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

POETICE.

Arva, Idumææ plagæ.

Idumæa:

Clara, Inclyta, Dives. Ostentans suas opes.

Idume:

Florens, Ferax, Fragrans, Dis. Nabathæa, Opulenta, Palmifera, Mittens suas palmas. Habitata palmiferis campis. Palmarum dives. Fertilis Palmis.

Idumæi ἰδουμαῖοι, populi sunt Hebræorũ, ab Adom אֱדוֹם id est, rubro, lingua Ebraica.

Idya, Medeæ mater à Cicerone dicta est, quam Ovidius Ipseam vocat, cùm inquit:

Nos

Non erat Æetes ad quam despecta rediret,
Non ipsea parens, Calciopeq; soror.

Ierna, Ἰέρνα, fluvius est Hispaniæ, autore Mela lib. 3. Strabo. libr. 3. Iernam his locis commemorat montem, à quo Iernam amnem potuisse vocari verisimile est.

Ies, etis, Achaiæ urbs est, in promontorio ejusdem nominis, juxta quod Alphæus amnis præterfluens, sex millibus passuum navigatur, Tortel.

Ilbas, vel Ilva, æ, Ἴλβα, insula in mari Tusco metallorum ferax. Vide Plin. libr. 34. cap. 14. Virgil. libr. 10. Æneid.

Ast Ilva trecentos
Insulæ inexhaustis chalybum generosa metallis.

Ilerda, Ἰλέρδα. Hispaniæ urbs non procul à Pirenæis montibus, Lucan.

Altæq; ad mœnia rursus Ilerdæ.

Ilia, Ἰλία, quæ & Rhea filia fuit Numitoris regis Albanorum, quã Amulius pulso jam Numitore fratre, & interfecto ejusdem filio Lauso Vestalem fecit, ut habendæ prolis occasionem adimeret, ut ne quid superesset de progenie Numitoris. Veruntamen Ilia fato quodam à Marte oppressa, Remum & Romulum fratres gemellos concepit, quos Numitor interfici jussit, & eorum matrem Iliam defodi vivam prope Tyberim: Unde Poetæ eam Tyberi nupsisse fingunt. Et Tyberis ea causa vocatur etiam amnis uxorius Idæ apud Horat. lib. 1. carm.

POETICE.

Troja sacerdos.

Ilia:

Dardana, Martia, Romana, Quæ furto cepit Martem, Quæ latus posuit fluminea ripa. Quæ Marti placuit, & peperit junctum. Quirinum gemino Remo.

Ilias, Vide Ilium.

Ilienses, Ἰλιεῖς, Corsicæ insulæ populi antiquissimi sunt, de quibus, Pom. lib. 2.

Ilione, es, Ἰλιόνη, filiarum Priami natu maxima, quæ ratione veteris hospitij, & insignis amicitiæ, Polymnestori regi Thraciæ matrimonio juncta est. Virgil. lib. 1.

Præterea sceptrum Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami, &c.

Ilioneus, Ἰλιονεὺς, Trojanus fuit filius Phorbantis, quem Virgilius non sine causa ubique inducit eloquentem. Nã & Homerus dicit, phorba

bas pater Iliorei, ſemper Mercurio Deo eloquentiæ favente pugnavit.

Ilithyia, pe. prod εἰλείθυια, dicitur à poetis Lucina, ſeu Diana, quæ parturientibus adeſſe putabatur. Ovid.

Præpoſitum tumidis parientibus Ilithyiam.

Ilium, ἴλιον, gen. neut. proprie civitas eſt Phrygiæ: nam regio Troja eſt, quāvis interdum pro urbe Trojam ponat Virgilius. Horatius etiam Ilios fœm. gen. poſuit ut & Ovid. 14. metam, non ſemel Ilios vexata. Fuit ilium regia Priami, poſtea verò ob Helenam à Paride raptam decē nali bello obſeſſa, ac demum expugnata eſt. Sumſit autem hoc nominis ab Ilo rege, à quo ampliata, cum à Dardano Jovis filio condita fuiſſet.

POETICE.

Pergama.
Alta Ilios.

Mœnia	Iliaca: Phœbi. ſtructa canore Phœbææ lyræ. firmata turribus altis:

Urbs Neptuni.
Urbs Hectoris.

Ilium:
Uſtum, Crematum, Sacrum, Superbum, Altum, Arſurum igne Pelaſgo.

Hinc eſt Ilius, adject. ut, Ilia tellus, apud Virgil. libr. 9. & Iliacus, adject. ut, Gens Iliaca, ruina Iliaca. Ilias, adis fœmin. ἰλιὰς, opus Homericum de everſione Trojæ, Cicero pro Archia: Nam niſi Ilias extitiſſet illa, idem tumulus, qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruiſſet, Ilias malorū, ἰλιὰς κακῶν, proverbialiter dicitur de calamitatibus maximis & plurimis, propterea quod in Iliade Homerica nullum mali genus non recenſeatur, Ita Prolixius Iliade loquens, μακρὸ τερατῆς ἰλιάδος λαλῶν, proverbialiter de prolixa oratione dicitur. Et: Ἀεὶ ἰλίῳ κακὰ, id eſt, ſemper Ilio mala, de vehementer calamitoſis & afflictis. Iliadæ, ipſi Trojani. Iliades, fœminæ Trojanæ. Virgil. 3. Æneid.

Illiberis, pen. corr. ἰλλίβερις, urbs provinciæ Narbonenſis, de qua Plin. lib. 3. cap. 4. Altera in Bœtica Hiſpania eſt, vulgò Granata regni Granatæ caput. Invenitur etiam ſcriptum per l ſimplex Iliberis, ἰλίβερις.

Illipula, ἰλλιποῦλα, Hiſpaniæ Bœticæ mons, Ptol. li. 3. c. 4.

Illuro, oppidum eſt parvum Hiſpaniæ citerioris, Pomp. libr. 2. Eſt item Plin. libr. 3. cap. 3. civium Romanorum oppidum.

Illiris, Vide ſuprà, **Windiſche Marck.**

Illorci, oppidum Europæ. Plin. lib 3. cap. 1.

Ilua, æ, ἰλοῦα, inſula in mari Thuſco metallorum ferax, de hac Virgil. 10. Æneid. Vide Ilba.

POETICE.

Ilua:

Metallifera, Dura, Clara, Nobilis, Generoſa inexhauſtis metallis chalibum.

Ilus, ἶλος, Trois, Trojanorum regis filius, qui Ilium ampliaſſe ſcribitur, nam à Dardano fundata eſt. Hoc etjam nomine appellatus fuit Aſcanius Æneæ filius. Virg. 1. Æneid.

At puer Aſcanius cui nunc cognoma Iulo
Additur, Ilus erat, cum res ſtetit Ilia regno.

Imaus, ἴμαος, mons Indiæ, ad fontes uſque Gangis extenſus, ultra quem ſunt Scytharum gentes. Eſt & pars Caucaſi & Tauri in Scythia Aſiatica, in Indiam uſque extenſa.

Inachus, ἴναχος, penult. brev. primus rex fuit Argivorum & pater Iûs, à qua ipſa Inachis, & Inachus fluvius Achaiæ, de quo Ovid. libr. 1. Metam. & Inachia regio vocatur. Horat. 2. carmin. ode. 3.

Dives ne priſco natus ab Inacho.
Nil intereſt, an pauper &c.
Omnes eodem cogimur.

Hinc Inachides patronym. maſcul. Inachis fœmin. & Inachius adject. Virgil. 11 Æneid.

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet,
Terra viros, ultra Inachias veniſſet ad urbes
Dardanus, &c.

Inarimo, inſula eſt in mari Thuſco, alio nomine Ænaria, in qua mons fuit, qui terræ motum paſſus alteram fudit inſulam, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt, ſub hanc quoque inſulam Typhœa gigantem à Jove detruſum Virgilius his verſibus declarat:

Tùm ſonitu Prochyta alta tremit, durumq́; cubile
Inarime Iovis imperij impoſta Typhœo.

Vide ſuprà Ænaria.

India & Indus, Vide ſuprà, **India/vnd Indianer.**

Ino, ἰνὼ, prim. long. quam alij etiam Inoen appellant, filia fuit Cadmi & Harmoniæ, vel Hermiones, ut reliquis placet: nutrix liberi patris. & vxor Athamantis regis Thebarum, quem cùm vidiſſet raptum furijs, & Learchum filium occidiſſe, cum

altero filio Melicerto fugam arripuit, & ſeſe in mare cum filio præcipitavit, & ambo (ut Poetæ finxerunt) in Deos marinos à Neptuno ſunt converſi, illa in Leucotheam Deam, filius verò in Palæmonem, qui & Portunus dicitur. Ovid.

Leucotheaq; Deum cũ matre Palæmona duxit.

Vide Ovid. 3. Metam. Atque hinc eſt proverb. Ἰνοῦς ἄχη, id eſt, Inus dolor, de dolore maximo. Dicitur eadem & Matuta Latinis, Græcis vero λευκοθέα, ut jam monuimus, de quo idem Ovid. in Faſt.

Leucothei Graijs Matuta vocabere noſtris.

Hinc eſt Inous, a, um, penult. product.

POETICE.

Ino:

Triſtis, Mœſta, Anxia, Flebilis, Cadmæia, Cadmi filia. Nutrix & matertera eadem Bacchi. Semeles ſoror, Verſa in æquoream Deam.

Inſubria, & inſubres, Vide ſuprà, Meylandt vnd Meyländer.

Interamnia, vulgò Teranium urbs Prægutiorum in Italia Ptol. lib. 3. cap. 1.

Inutrium, Vide ſuprà, Iſpruck.

Io, gen. Ius, ἰὼ, Inachi regis Argivorum filia fuit, quam Jupiter ob formæ elegantiam adamavit, & ne Juno cognoſceret furtivos amores, in vaccam commutavit, eãq; Junoni poſcenti ægrè conceſſit. Juno autem nec tum ſuſpicionibus libera cuſtodem adhibuit Argum centoculum, quem demum Jovis mandato Mercurius interfecit. Quapropter Juno dolens Vaccæ œſtrum immiſit, quo per multa loca agitata tandem in Ægyptum venit, ibique prece Jovis à Junone eidem formæ reſtituta eſt, & ab Ægyptijs Iſis nominata Oſiridi regi nupſit. Occaſio autem fabulæ hæc eſt: Ægyptij ob agriculturam divinos honores exhibuere bovi, Apud hos ubi Io Inachi Argivorum regis filia, divinos quoque honores conſecuta, immutatoq; nomine Iſis dicta eſſet, factum eſt, ut in bovem, id eſt, in Ægyptiorum numen transformata diceretur. Rapta autem à Phœnicibus, & in Ægyptum abducta fuit, ubi tradita & in matrimonium collocata eſt Ægyptiorum regi Oſiri, cui, Diodoro Siculo teſte, nomen erat Ammòni ſeu Jovi. Atq; hinc eſt, quod à Jove adamata fingitur. Immolare autem huic anſerem, & ſacra ejus (poſt mortem enim

pro numine habita est) Isaca appellare consueverũt. Vide Ovid.1.Metam.& Lucian.11.dialog.Deor.

POETICE.

Inachides, ita dicitur, quòd Inachi filia fuerit. Inachia pellex, Argolica pellex Inachia bos, Jovis magni pellex meruenda sorori. Ora bovis insanæ pellicis.

Io:

Cancida, Vaga, Memphitis. Mutata in juvencam Setis obsita Cui custos Argus. Carmine nomen habens, Cornibus exterrita. Mutata cornibus. Quæ Jovi grata fuit.

Iocasta, ἰοκάστη, filia fuit Creontis, & uxor Laij regis Thebanorum, mater Polynicis, & Eteoclis, cùm Oedipo filio post Laij mortem per imprudentiam nupsisset. Eteoclem & Polynecem ex eo genuit. Qui cùm mutuis sese vulneribus cõfecissent, ipsa quoq; se interemit. Vide Statium.

Prima videt caramq; tremens Iocasta vocabat.

Idem lib. 8. hujus meminit.

POETICE.

Iocasta:

Improba, Scelerata, Quæ admisit horribile nefas. Quæ se ipsam ferro transfodit Quæ cum nato exercuit incœstas tædas.

Iol, ἰὼλ, Numidiæ urbs, quæ

postea Colonia Cæsarea dicta est, de qua Strabo lib. ultimo.

Iolas, proprium est apud Virgil. 2. eclog. per quem Agrippam, Augusto & affinitate & amicitia conjunctissimum intelligi autumant.

Iolaus, ἰόλαος, Iphicli filius fuit, qui Herculi Hydram interficienti adfuit, ferroque candenti cruorem restrinxit atq; cohibuit. Postea cum aliis Thespiadibus in Sardiniam venit, prioremq; insulæ partem tenuit, quam à se Joleam, populos verò Jolenses denominavit. Hic cum ad decrepitam ætatem pervenisset, Herculis precibus juventati restitutus est, ut inquit Ovid lib. 4.

Dubiaq; tegens lanugine malas

Ore reformatus primos Iolaus in annos.

Hoc verò ideò fingitur, quòd ad summam senectutẽ integris propè viribus Jolaus vixerit, & in senili ætate multas præclaras res gesserit.

Iole, ἰόλη, Euryti Aetoliæ regis filia fuit adamata & rapta ab Hercule, de qua vide Fenestellam libr. 1. cap. 1. de Sacerdot. Roman. Vide etiam suprà Eurytus, item Hercules. Ovid. lib. 9.

Dumq;

Dumq; refert Iole factum
miserabile, dumq;
Eurytidos lacrymas admo-
to pollice siccat
Alcmene, &c.

Ion, Ἴων, poeta Græcus, de quo Plutarchus.

Jonia, ἰωνία, [illegible] Græciæ sive Asiæ minoris regio, inter Cariam & Æoliam, in qua est urbs Ephesus.

POETICE:

Jonia:

Mollis, Dives, Opibus affluens.

Hinc Jones tribus syllabis, populi istius regionis, & Jonicus, ἰωνικὸς, ut Lingua, Dialectus Jonica.

Risus Ionicus.

γέλως ἰωνικὸς, de mollibus & voluptuarijs proverbialiter dicitur. Jones enim molles fuisse dicuntur. Item Jonius, ἰώνιος, ut Jonium mare, quod est in Sicilia Peloponneso & Creta. Jonius sinus, apud Horat.

Iopas, ἰώπας, rex Aphrodorum unus ex procis Didonis, ut Punica testatur historia. Est & nomen Citharœdi.

POETICE. poster.

Iopas:

Iucundus, Pulcer, Crinitus, Personans aurata cithara. Dulce melos promens.

Ioppe, es, ἰόππη, Vide Joppen.

Iordanis, Vide suprà, Jordan.

Ios, duab. syllab. Ἴος, insola Cycladarum una, in qua sepultus fuit Homerus.

Iovianus Pontanus, poeta, qui multa scripsisse & soluta & ligata oratione dicitur.

Iphares, & Thestorius, filij fuerunt Priami, quos illi uno partu Peridia Idæa nympha enixa est, quam ipse furtim in venatione compresserat. Postea verò in bello Trojano ab Antiocho Nestoris filio interemti sunt.

Iphianassa, ἰφιάνασσα, & Lysidpe, filiæ fuerūt Præti Argivorum regis, quibus Mæra & Euryale à Perotto adduntur: quæ cùm ad Junonis templum venissent, contumelijs Deam affecerunt, patris sui domum divitijs templi Junonis, vel, ut alij habent, formam suam Deæ pulcritudini præferentes, à Junone in furorem versæ sunt, ut vaccas se esse opinarentur. Ad quas curandas Melampus est accersitus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam vellet nuptui promisit. Placata igitur per supplicationem, & hostias Junone, Præditas à morbo curavit, & Iphianassam in uxorem duxit. Hoc nomina appallatur etjam à Lucretio libr. 1. Iphi-

genia Agamemnonis filia, cum inquit:

Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassæo turpârit sanguine fœdè.

Iphiclus, brev. pen. Herculis frater uno cum eo partu editus, vel Iphicles, ἰφικλῆς, sic enim Suidas habet. Pater fuit Jolai, qui Hercule defuncto filios ejus in Sardiniam insulam duxit. Ab eo igitur Sardinij Jolenses appellati fuere. Vide Strabon. Fuerunt etiam alij hoc nomine.

Iphicrates pen. bre. ἰφικράτης, Atheniensis fuit, rei militaris gloriâ, & virtute magis celebris, quàm magnitudine rerum gestarum. Hic turpissimam esse Imperatoris vocem dixit, οὐκ ἂν προσεδόκησα, id est, non putâram. Plutarch.

Iphidamas, ἰφιδάμας, filius Antenoris, interemtus ab Agamemnone in bello Trojano. Homer. lib. 11. Iliad.

Iphigenia pen. prod. ἰφιγένεια, Agamemnonis & Clytemnestræ filia, quam ad placandum numen Calchas mactandam in sacrificio censuit apud Aulidem. Agamemnon enim, cùm Græci ad Aulidem venissent, Dianæ cervum occidit ignarus. Unde irata Dea flatus ventorũ removit. Quamobrem cum nec navigare possent, & pestilentiam sustinerent, oracula consulta dixerunt, Agamemnonio sanguine Dianam esse placandam. Ergò cum ab Ulysse per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset, ut immolaretur, numinis miseratione sublata est, cervaq; supposita: & translata ad Tauricam regionem regi Thoanti tradita est, sacerdosq; facta Dictinnæ Dianæ. Docemur autem hinc, rempub. adeò caram esse debere regibus, ut urgente necessitate ipsi communem populi salutem suæ suorumque vitæ anteponere non graventur. Vide argumentum Tragœdiæ Euripidis, cui titulus Iphigenia in Aulide. Ovid. 12. Metam & lib. 3. de Ponto. Meminit etjam Iphigeniæ Cicer. 3. libr. offic.

POETICE.

Agamemnonia puella.
Graja sacerdos.
Virgo Pelopeia.
Mycenis.
Iphianassa.

Iphimedia, pen. long. ἰφιμέδεια, uxor fuit Aloei, quæ compressa à Neptuno geminos, Othum videlicet, & Ephialtem peperit: qui per singulos menses novem crescebant

bant digitis. Hi quoniam Aloe erat coniunx, Ut plurimum Vocati sunt Aloide. Vide suprà Aloeus, item Ephialtes.

Iphinassa, vide Iphianassa.

Iphis, ἶφις, liberali specie puer qui Anaxaretem puellam perditè amavit, sed cum ab ea non redamaretur seipsum suspendit. Ovid. 14. Metamorph.

POETICE.

Iphis:

Impatiens, Tristis, Creatus humili de stirpe.

Iphitus, ἴφιτος, vir fuit Trojanus, quem Homer. lib. 8. Iliad. & Virgil. lib. 12. Æneid. maximum armis esse dixit. Alius hoc nomine Euriti filius fuit, quem Hercules è turri præcipitavit.

Iria, Flavia, urbs Hispaniæ Tarroconensis Ptolem. lib. 2. cap. 6. *Maria*, finis terræ vulgò. Iria etiam Taurinorum urbs Ptolem. Trira Plin. hodiè Sartirana.

Iris, idis, ἶρις, priori longa. Thamantis filia à Poetis fingitur, & nuncia Junonis, Unde & ἀπὸ τοῦ εἴρειν, dictam eam volunt, quod est loqui seu nunciare. Pleriq; etiam hanc pro arcu cœlesti, qui certissimam pręcidit & nunciat pluviam, accipiunt, qui etiam indicium est, Deum non amplius punire velle genus humanum diluvio generali. Hunc igitur arcum intuentes cogitemus de gratia Dei. Colores habet præcipuè duos: Primus est albus seu cœruleus, secundus est purpureus, igneus, sive puniceus. Aqueus color significat, Deum totum genus humanum diluvio mersisse, excepto Noa cum domesticis. Purpureus, sive igneus color significat, Deum in instãte extremo judicio missurum ignẽ, quo tota hæc mundi machina cum omnibus elementis conflagrans consumetur. Vide plura in 1. parte: **Regenbogen.**

Irus, ἶρος, mendicus apud Ithacenses publicus fuit & turpissimus, ut libr. 18. Odysseæ describitur ab Homero, corpore prægrandi, sed debili & fœdo, quem Ulysses post errores domum reversus pugno interfecit. Ovid.

Irus & est subitò, qui modò
Crœsus erat.

Iro pauperior, proverbialiter dicitur de vehementer egeno. Certamen inter Irum & Vlyssem ab Homero describitur.

POETICE.

Irus:

Binominis, Inops, Famelicus, Egens, Dulichius, Miser, Pauper. Quem chara

parens, Arnæum dixit, aſt pueri Irum.

Is, Ἴς, urbs à Babylone octo dierum itinere diſtans: apud quam eſt Is fluvius, è quo bitumen ad totius Babylonis murum comportabatur. Herodot. lib. 1.

Iſaca, vel Iſca, Britanniæ inſulæ fluvius Ptol. lib. 2. cap. 8.

Iſæus, Ἰσαῖος, Rhetor fuit Aſſyrius, qui prolixa rerum argumenta brevi docuit conplecti comdendio. Extant aliquot ejus orationes Græcæ, jam olim ab Aldo editæ. Juvenal. Satyr. 3.

Sermo
Promtus & Iſæo torrentior, ede quid illum
Eſſe putes?

Iſander, Ἴσανδρος, Bellerophontis, & Achimenes fuit filius, qui cum eſſet bellum inter Lycios & Solymos, contra Solymos pugnans occiſus eſt. Homer.

Iſapis, pen. long. vulgò Albs, fluvius Cæſennæ propinquus ut Strabo lib. 5. ſcribit.

Iſara, æ, pen. bre. vulgò Liſere, fluvius Galliæ Rodano ſe jungens, & nomen amittens. Lucan. lib. 1.

Hi vada liquerunt Iſaræ, qui gurgite ductus, &c.

POETICE.

Iſara { ſpumifer. | volvens Alpinas aquas. }

Iſauria, Ἰσαυρία, regio Aſiæ minoris ad Taurum montem Ciliciæ proxima, quam Servilius Romanus ſubegit piratis plurimis è medio ſublatis, unde & Servilius Iſauricus appellatus fuit. Iſauri populi, Iſaura, orum, τὰ Ἴσαυρα, vel Iſaura & Iſaurica, gen. fœmi. quemadmodum apud Ammianum eſt, urbs ejuſdem regionis, quam poſt Coloniam à ſe factam Claudius Imp. Claudianopolim appellari voluit. Ovid. 1. faſtor.

Africa victorem de ſe vocat alter Iſaurum
(legunt & Iſauras)
Aut Cretum domitas teſtificatur opes.

Iſaurus verò fluvius eſt Flaminiæ, qui accepto Iſapi, non procul à Cæſenna Flaminiæ provincia in Adriaticum exoluitur, de quo Lucan. lib. 2.

Cruſtuminumq; rapax, & junctus Iſapis Iſauro.

Hinc Iſauricus, a, um.

Iſchalis, Britanniæ inſulæ urbs Ptolem. lib. 2.

Iſchomache, pen. bre. Ἰσχομάχη dicta eſt à Propertio Atalanta & Hippodamia.

Iſchopolis, Ponti Cappadocij urbs juxta Sidonem. Ptolem.

Isria, aliàs Oenotris, insula est è regione Veliæ. Plin.

Isidis mons, Isenberg zu Augspurg.

Isiphylus, ἰσίφυλος, pater Protesilai fuit.

Isis, sis, vel Isidis, ἶσις, in accusat. Isim, filia fuit. Inachi regis Argivorum in vaccam à Jove mutata, quam Ægyptij, pro Dea coluerunt. Antè Io dicta fuit. Vide suprà. Vide & Lucianum. Isiacus. Isidis sacerdos. Plin. & Plutarch. in libr. de Iside & Osir.

POETICE.

Inachis.
Isiaca Lena.
Argolica pellex.
Numina Argivæ vaccæ.
Phoronis.
Vacca Memphitis.
Inachia juvenca.
Pharia juvenca.
Niligena juvenca.
Niliaca juvenca.

Isis.

Linigera, Vaga, Profuga, Lauta, Sancta, Cui thuricremæ aræ positæ. Quæ sensit extremas arenas. Per totum vagata orbem. Mutata in nitentem juvencam. Quæ Dea culta est linigeræ turbæ.

Ismarus, pen. br. plural. Ismara, ἴσμαρος, mons Thraciæ partim asper & incultus, partim fertilis vinetis & olivetis, quem Orpheus incoluit. Pontan.

Et nimbosa suum fleverunt Ismara vacem.

Inde, Ismarus, a, um, id est, Thracus, ut Gentes, Ismariæ, apud Ovid. Sic Juga Ismaria.

Ismene, ἰσμήνη, filia Oedipi fuit, quæ cuidam adolescenti Cyrrheo desponsata fuit, verùm Theseus adolescentem ante nuptias occidit. Est & nomen vici in Bœotia Stephano, Inde Ismenius, Ismenæus, & Ismenites.

Ismenias, ἰσμηνίας, nomen Thebani optimi tibicinis, cujus suavioribus modulis complures Bœotios Ischiatico vexatos morbo curatos esse historijs proditum est. Vide de eo Apuleium, & Plutarch. in Pericle.

Ismenus, pen. long. ἰσμηνός, fluvius Bœotiæ, ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Meminit hujus fluvij Ovid. 2. Metam. & Statius. Inde Ismenius, id est, Thebanus: Ismenides mulieres, id est, Thebanæ.

POETICE.

Ismenus.

Rapidus, Horrens, Celer, Velox, Ducens torva vada. Veniens Ingenti acervo.

Isocrates, pen. brev. ἰσοκράτης, orator fuit Atheniensis clarissimus, cujus domus officina eloquentiæ habita est, & è cujus ludo tanquam ex

equo Trojano innumeri Principes exierunt, ut Cicero loquitur in oratore, Omnes eum dicendi Veneres sectatum Quintilianus tradidit, qui & jucundum eum dixit. Scripsit & dixit egregiè permulta. Inter cætera eum dixisse scribunt:

Τῆς παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν εἶναι, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρποὺς.

Id est:

Disciplinæ radicem amaram esse, fructus verò dulces.

Decessit annos ferè centum natus. In sepulcro ejus erecta est pila triginta cubitorum, in cujus fastigio fuit Siren, ad significandam miram eloquentiæ suavitatem. Meminit ejus, Plin. & Plutarch. Cicero item in Catone majore, & in officiorum primi proœm. Hinc Isocratius & Isocratæus.

Ispalis, ἴσπαλις, Bœoticæ Hispaniæ urbs clarissima, unde Hispalensis. vide Plin. Hodiè vulgò Sevilia dicitur.

Ispolum, hodiè Ispellum, Ἴσπελλον, vulgò Spello, urbs villumbrorum Ptolem.

Isporis, ἴσπωρις, vicus Syrtis magnæ, hodiè Naim civitas.

Issa, Ἴσσα, Insula est maris Adriatici juxta Dalmatiam, de qua Strab. libr. 7. In hac Insula civitas est ejusdem nominis. Inde est Issæus, a, um. Est item Catellæ nomen Martiali epigram. 138.

Issus, Ἴσσος, urbs Ciliciæ, & fluvius Syriæ.

Ister. Istri, Ἴστρος, vulgò Danoe, fluvius Europæ maximus, qui etiam dicitur Danubius, q. Abnobius à monte Abnoba, unde originem trahit. Vide plura de hoc fluvio suprà in dictione Danubius. Istricolæ, id est, Istri accolæ.

Isthonium, Italiæ oppidum Ptolem.

Isthmus, i. ἰσθμὸς, terra est angustissima, quatuor millium spacio Ægæum mare ab Jonio separans. Et hic vocatur Corinthiacus, quoniam superfuit Corinthus. Est & alter Thracius, cujus littora, urbes, utrinque secus ostentant. Secundum Stephanum Isthmus Cariæ urbs est. Hinc Isthmius, ut Labor Isthmius. Horat.

POETICE. pri.
Isthmius:

Exilis, Tenuis, Dives, Augustus, Doricus, Gracilis, Bimaris, Sisyphius. Distinens aquas gemini maris. Qui profectus longè duo freta distinet. Quem æquora bina suis fluctibus oppugnant. Duplex dividens mare. Bina freta findens, Atcens utrinq; mare.

Hinc Isthmia, orum, plural. tantùm, dies festi, sive ludi

in Neptuni honorem celebrati, de quibus videatur, Polydorus Virgil. libr. 2. cap. 13. de invent. ter.

tria, vide suprà, **Isterreich**.

tura, vide suprà, **Die Wixel in Polen**

us & Antiphus, Priami fuêre filij. Verùm Antiphus ex Hecuba susceptus est, cùm naturalis esset Isus, ut autor est Homerus in Iliade.

alia, ἰταλία, regio Europæ, quam Timæus historiographus, & M. Varro apud Gellium dictam scribunt à vitulorum, quos antiqui Italos vocabant, multitudine, & pulcritudine. Hujus metropolis fuit urbs Roma mundi domina. Fit Italiæ mentio Acto. 18. & 27. Vide plura in 1. parte: **Welschlandt**. Vide etiam de Italia, & ejus laudibus Julium Solinum Poly. cap. 8. Unde dicta Gell. lib. 11. cap. 1. de situ orb. Ælian. lib. 9. Justin. libr. 43. Joh. Bodin. in method. hist. cap. 9. Hinc Italus, **Ein Wal oder Italianer**. Et Italus, a, um, adject. ut, Itala regna apud Virgil. & Itala gens apud eundem libr. 6. Item, Italicus, a, um. Dicta est eadem & Oenotria. Vide infrà suo loco.

talica, ἰταλικὴ, Bœotiæ urbs est, Ptol. libr. 2. cap. 4. patria Trajani Cæsaris. Hinc Italicenses populi dicti.

Ithaca, ἰθάκη, parva insula maris Jonij, Ulyssis patria, à qua Ithacus, & Ithacensis ipse dictus fuit: Ovid.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
Fumum de patrijs posse videre focis.

Meminit Ithacæ Cicero lib. 11. de Oratore. Hinc & Ithaceius, a, um, ut Conjunx Itaceia, id est, Penelope. Stroz.

Ithome, ἰθώμη, Ithonia quibusdam, est oppidum in Peloponneso, itemque in Thessalia, auctore Strab. Unde Ithomæus Jupiter.

Ithonia: Bœotiæ urbs, à qua Minerva seu Pallas Ithonia cognominatur à Catullo. Strabo scribit, esse urbem Thessaliæ. Vide Iton ex Steph.

Ithyra, penult. corr. urbs est in Tauro monte Parthiam versus, à qua Ithyreus adject. Est autem Ithyreus, epitheton arcus. Unde dicimus Ithyreos arcus, & Ithyreas sagittas, id est, Parthicos arcus & Parthicas sagittas, Virg. libr. 2. Georg.

Ithyreos taxi curvantur in arcus.

Sunt tamen, qui hoc loco Itureos legant, ab Itura Scytharum natione.

Iton, onis, ἰτὼν vel ἴτων, Italiæ urbs ad Amphrysum fluvi-

um sita, quam σιτῶνα aliqui vocant à frumenti feracitate. Dicitur & Itonus ab Itone heroe. Unde & Pallas Itonia, quæ & Itone & Itonea, & Itonis, Itonias, quod in hoc oppido eximium haberet templum, & religiosissimè coleretur.

Ithys, Vide paulò post Itys sine aspiratione.

Itylus, & Neis filij fuerunt Zethi ex Ædone conjuge. Itylum mater noctu per errorem interfecit Amalea Amphyonis filium eum esse existimans. Invidebat enim uxori Amphionis eò quòd sibi essent sex filij masculi. Quæ cùm errorem suum cognovisset, mori optavit, sed Deorum commiseratione in Carduelem mutata Itim deflet.

Itymoneus, teste Homero, Hyperochi filius, vir inprimis strenuus, qui in bello Pyliorum cum Helidensibus à Nestore jaculo est interfectus.

Itys, yos, yn, ἴτυς, prim. brev. filius fuit Terei Regis Daulidis oppidi Phocensium ex Progne filia Pandionis Regis Athenarum interfectus à matre, & datus Tereo in cibum, quod ille philomelam uxoris suæ prognes sororem, adulterasset. Omnes posteaDeorum voluntate in aves mutati sunt, Progne in hirundinem, philomela in Lusciniam, Tereus in Upupam. Itys in Phasianum.

POETICE.

Itys:

Tristis, Ismaris, Treicius, Miser, Odrysius, Ismenius, quem Daulias ales concinit vel deflet, Quem tristissima Progne plorat, quem Daulias ales gemit.

Iuba, rex, Mauritaniæ Pompeij partes secutus, quem Cæsar vicit, ejusq; filium in triumpho duxit.

POETICE.

Iuba:

Sceptrifer, Cyniphius, Magnanimus, Perfidus, Potens, Sceptra tenens.

Iudæa, ἰουδαία, יְהוּדָה Regio Asiæ majoris, inter Asiam, Phœniciam, Ægyptum, & mare Cyprium, de qua plura vide in 1. parte. Jüdisch Land. Judæus, יְהוּדִי Ein Jüde, de quo etiam in priori parte suo loco.

Iuernia, vide suprà, Irlandt.

Iugurtha, prim. brev. rex Numidiorum callidus, bellicosus & perfidus, victus tandem à Martio consule Romano, & Romæ in carcerem conjectus animi dolore perijt. Vide de eo Salustium. Hinc est Iugurthinus, a, um, ut, Bellum Jugurthinum.

POE-

POETICE.

Iugurtha:

Immanis, Terribilis, Triumphatus, Nasamonius.

ugula, Sidus est, quod & Orion (ὠρίων) dicitur. Bocar. lib. 3.

ulia, ἰυλία, Plin. libr. 4. cap. 34. Norici oppidum. Julia item Augusti filia Solino.

uliacum, Jülich/ oppidum est Ubiorum. Juliacenses Gugerni, Jülicher.

ulianus, ἰυλιανὸς, Imperator fuit apostata, qui initio doctrinam Ecclesiæ addiscens professione Christianus fuit, Postea verò ad Philosophos Ethnicos deflectens superbè fastidire cœpit Ecclesiæ doctrinam, & hostis factus est Christi, & Christianorum omnium acerbissimus & sævissimus. Prohibuit Galilæorum liberos (sic enim Christi sectatores appellabat) admitti in scholas Rhethoricas dicens:

Τοῖς οἰκείοις πτεροῖς βαλλόμεθα. Id est:

ropriis pennis ferimur.

De incessu & gestibus ejus Nazianzenus ita: Fecit me vatem gestuum ipsius inæqualitas. Non enim videbantur mihi signa bonæ mentis esse, colli crebræ inflexiones, vibrantes humeri, & quasi appensis ponderibus alternis subsultantes, oculi vagabundi, qui in omnes partes circumferebãtur, minaces & truculenti, pedes instabiles, & alternis gesticulantes. Nasus corrugatus spirans insolentiam & contemtum figuræ vultus ridiculæ, cachinni effusi & magno sono editi, nutus & renutus taciti, sermones abrupti, interrogationes variæ, alienæ à proposito, & stultæ responsiones nihilo magis concinne, nec inter se congruentes, neque ordine editæ. Quid singula dicam? Talem vidi antequã nactus imperij possessionem ostendere sæviriam cœpit, qualem esse postea in factis ipsis comperimus. Ac multi norunt, me ista considerantem velut attonitum & magno cum gemitu edidisse hanc vocem:

Quantum malum nutrit respublica Romana.

POETICE.

Iulianus:

Crudelis, Sævus, Varius, Inconstans, Hostis Christi. Qui Galilæum in morte vocabat arripiens manu immane telum, cruoremque spargens ademto lumine fudit animam transfixo pectore.

Iuliobriga, Galliæ Celticæ urbs Ptol. lib. 3. cap. 8.

Iuliobriga, ἰυλιόβριγα, Hispaniæ urbs. Ptol. lib. 2. cap. 6.

Iuliomagus, vide suprà, Pfulwendorff.

Iulium Camicum, Ptol. libr. 2. cap. 14. urbs inter Italiam & Noricum, Hodiè Golitia ditionis Austriæ.

Iulius Cæsar dictus fuit Romanorum Imperator primus, & Monarchiæ inchoator ab Julo, qui & Ascanius, Æneæ filio. Virgil. 1. Æneid.

Iulius à magno demissum nomen Iulo.

Imperator creatus est anno ab urbe condita 706. anno à mundo condito 3897. In consulatu suo cùm motum fuisset bellum civile, Pompejum ejus belli sine causis necessarijs autorem repressit. Ac rebus postea, ut videbatur, in tranquillum redactis omnibus: Romam reversus, Dictator perpetuus & Imperator nominatus est. Ubi quinq; mensium otium mediocre nactus annum ad Solis motum, ut trecentorum sexaginta dierum esset, ordinavit, quo adhuc utimur. Scripsit etiam, Suetonio teste, libros de Grammatica. Tria simul agere potuit. Scribere videlicet epistolas, alijs dictare epistolas, & simul causas cognoscere, & respondere. A Cassio tandem & Bruto, cum alijs quibusdam conspirationis in eum socijs in senatu ad statuam Pompeij q. Pompeio pœnas luiturus interfectus est Idibus Martijs, a confossus vulneribus trib & viginti, anno ætatis su 56. Præbet autem interitu hujus tanti viri exemplu insigne non tantùm incon stantiæ fortunæ, verùm et jam perfidiæ & ingratitu dinis mundi. Plurimi enin ex interfectoribus à Juli non solùm servati, sed etian honoribus & potentia orna ti fuerunt, inter quos præ cipuè Brutus ad maximos a ipso evectus est honores, i mò pro filio habitus, & se cundus hæres constitutus unde etiam Julius, cùm ali is in curia impetum in se facientibus Brutum etian videret venientem cum pu gione dixit: Etiam tu m fili venis, q. d. Ah Brute pu tabam, te fore meum defen sorem, jam eris interfector. Familiarissimus prætereà fuit Ciceroni, qui etiam ad Brutum Oratores enumerās negat se videre, cui Cæsar cedere debeat, atq; eum elegantem splendidam, magnificam ac generosam quodammodò dicendi rationem tenere. Vide plura superius in dictione Alexander, & Cæsar. Hinc Julianus, ut, Annus Julianus, **Julij Jares ordnung.** Juliani milites. Et Juleus, quadrisyllab. Ovid. 6. Fastor.

Tempus Iuleis cras est natale Calendis.

POETICE.

Iulius:

Inclytus, Divus, Magnus, Caput Pontificiale. Veste sacerdos. Caput de Dardanio Veneri quod restat Julo. De sanguine natus Juli. Juleæ nobilitatis avi.

ulus, Ἴουλος, vocatus fuit Ascanius filius Æneæ. Virgil. lib. 1.

t puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo,
lus erat, &c.

Hinc Julius Cæsar, primus Romanorum Cæsar, de quo mox retrò. Et Julius mensis nomen, qui aliàs Quintilis Der Hewmond.

POETICE.

Æneides.

Dardanius puer.

Julus.

Pulcer, Formosus, Dardanius, Regius, Sacer, Dijs genitus, Eximia virtute. Qui forma ante omnes pulcer fuit.

nganni, Ligures, Alphigi oppidi incolæ, distant à Monœci portu stadijs quadringentis octo. Perott.

nius, Brutus, vide Brutus.

no, ἥρα, Dea regnorum & divitiarum nubentibus preest & parientibus, unde & pronuba dicitur. Quemadmodum enim Græci Dianam tempore partus invocare soliti sunt; Ita Romani eam

consuetudinem sequentes Junonem invocarunt, quod testatur. Cicer. lib. 2. de natura Deorum. Dictam autem Junonem à Juvando volunt. Lucinam, à luce: quod partum proferat in lucem. Nymphas, porrò hæc Dea pedissequas habet dicente Virgilio:

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.

Vide plura in prima parte: Göttin der Hochzeit/Geburt der Reichen/ vnnd Reichthumbs. A Junone est Junonius, ut, Puer Junonius, Ein rechter Heldt. Cicer. ad Octavium. Avis Junonia, id est, pavo. Ovid.

Laudatas ostendit avis Junonia pennas.

Iunonigena, Vulcanus dictus est ab Ovid. 4. Met.

Iupiter, in genit. Jovis ζεὺς τοῦ διὸς, Saturni & opis filius, Rex Deorum, optimus maximus à majoribus dictus, qui in arietis forma colebatur in Libya. Unde & Corniger ab Ovidio dicitur. Assignatur eidem fulmen, quod medius sit inter Saturnum & Martem, quodque contrariæ qualitates maximè in Jove coeant, ex superiore videl. Saturni circulo qualitas nimij frigoris, ut ex Marte qualitas nimij caloris. Horum conflictu

fulmen cum tonitru emittitur, veluti ex flagrante ligno carbo exilit cum strepitu, propter earundem qualitatum pugnam. Vide Pli. Sedere porrò in gremio Jovis, proverbialiter dicitur pro admodum feliciter agere. Saxones ferè in hunc modum dicunt: Groten Greten Sone seyn. Est etjam Jupiter Planetæ nomen. Ponitur interdum & pro aere, ut apud Horat. Ode 1.

Manet sub Iove frigido venator, &c.

Unde & sub dio dicimus vel divo. Vnter dem blossen Himmel, ut apud eundem est libr. 2. carm. Ode. 3. interdum pto pluvia. Virgil. eclog. 7.

Iuppiter & læto descendit plurimus imbri.

Id est, fœcunda pluvia descendet. Idem 2. Georg.

Maturis metuendus Iuppiter uvis.

Aër enim in pluvias resolvi solet. Aliquandò etiam per Jovem intelligitur ipsa vis duorum superiorum elemẽtorum, quæ activa est, dum in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem agit. Quidam etiam per Joxem intelligunt fatum. Virg. 10. Æneid.

Sui cuiq; exorsa laborem,
Fortunamq; ferent, rex Iuppiter omnibus idem.

Et lib. 12.

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinie, &c.

Dijovis, idem quod Jupiter. Vejovis colebatur, ne noceret, de quibus nominibus vide Geli. libr. 5. cap. 12. Cur Jovis filij prudentissimi fingantur eundem libr. 15. cap. 21. Vide.

Scit, quomodò Iupiter duxerit Iononem.

Proverbialiter dicitur, de nasutulo, qui nimium sibi sapere videtur, Germani ita Er höret Grass wachsen.

Ita: *Iovis quadrigis*, scil. *fugere*,

Proverbialiter dicitur, pro, quàm citissimè fugere. Homerus enim Diis quadrigas affinxit, quibus ocyssimè, quocunq; libitum fuerit, vel ex Olympo in terram, rursus è terris in cœlum, rapiantur, Et:

Iovis suffragium.

Id est, Sacrum & inviolatum. Item:

Iovem lapidem jurare,

Pro sanctè ac religiosè dejerare, ἐκ Διὸς ἔρνος, id est,

Iovis germen,

Insignl

insigni virtute præditus dicebatur.

POETICE.

Fulminiger rex: Rex Divû, Rector divûm. Deus ille coruscus. Rectus Superûm. Rex Superûm. Summus Deûm. Cœlicolûm Rex. Genitor Deûm. Divûm hominumque parens, Saturnius pater. Rector vasti olympi. Tenens cœli scepra. Moderans cuncta. Dominus terrarum. Moderator orbis.

Jupiter:

Olympius, Fulminans, Tonans, Olympicus, Elicius, Panomphæus, Lætius, Tarpejus, Libycus, Gnidius, Minax, Severus, Ausonius, Agenorius, Phidiacus, Feretrius, Pharius Æthereus, Fœcundus, Corniger, Saturnius, Idæus, Latialis, Tatanis, Cæsius, Dictæus, Chaonius, Terrificus, Altipetens, Saturnigena, Sceptriger, Sceptrifer, Creticus, Terribilis, Arduus, Mitis, Fulminiger, Omnipatens, Ægiochus, Lascivus, Elysius, Ninianus, Romanus. Magnus, Antiquus, Xenius, Heliopolites, Cunctitonans, Ithomius, Justus, Omnipotens, Cœlestis, Summus, Altus, Ingens, Invictus, Vindex, Ultor, Sanctus, Æquus, Sapiens, Placidus, Offensus, Itacus, Moderatus, Læsus, Placatus, Amicus, Adversus, Hammō, Tarpejus, Pluvius. Residens celsa Alba. Providus venturi ævi. Semper aquilis gaudens. Qui non frustrà dictus est Bos, Ovis, Imber & Olor. Qui mutato corpore varias induit formas, ut lætus frui posset placido amore. Qui fallere novit variis imaginibus. Qui Europen tauro, Danaen auro deceperat, atq; dissimularat Deûm nivea ave. Rector ille Deum, territans orbem fulmine. Qui cornua sumsit Agenoreis littoribus. Qui falsus olor niveas induit alas, & teneros sinus pressit fulvo in imbre. Moderator & arbiter Immensi orbis. Pater ipse Deûm. Cui alumno lac infudisse memoratur capra. Pater omnipotens. Magnus Tonans. Vindex æthereus. Qui temperat sideream mūdi arcem. Qui tonat altus equis rapidis. Cui posita est regia cœlo. Cujus veniunt fulmina torta manu. Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra. Qui temperat cœli arte mundi domum.

Iura, vel Iurassus, mons est Galliæ Sequanos ab Helvetiis dividens. Aliquibus etjam Vogesus dicitur, **Der Jürten oder Laberberg in Nüchtland.** Lotichius.

Inde per intonsi nimbosa cacumina Iuræ.

Iuturna, ἰουτέρνη, nympha Latina, soror Turni à Jove vitiata, cujus meminit Virgil. 12. Æneid.

Disce tuum, nec me incuses, Iuturna dolorem.

Est & Iuturna fons Italiæ prope Numicum, saluberrimæ aquæ. Unde ad omnia sacra Romam afferebatur a qua.

Iuvenalis, prior. duab. brevibus, ἰουβενάλις, vel Junius Juvenalis, Poeta Satyricus fuit sub Domitiano, vel ut alij volunt, sub Trajano, familiaris Martiali, patria fuit Aquinas.

POETICE.

Juvenalis:

Facundus, Turgidus, Aquinas.

Iuverna vulgò Irlandia. Insula est Britanniæ proxima, quæ hodiè Hibernia dicitur Græci, ἰουέρνιον, teste Hermolao, quanquam & Strabo, ἰέρναν dixit. Vide supra Irlandt.

Ixion penult. long. ἰξίων, Rex Thessaliæ, qui (ut Poetæ fingunt) apud inferos religatus ad perpetuam totam serpentib. circumfusam volvitur, quod cum Junone se jacuisse gloriaretur. Referri autem Ixionis rota allegoricè potest ad homines in repub. irrequietos.

POETICE.

Ixion:

Impius, Dirus, Miser, Perfidus, Audax, Junonem tentare ausus. Thessalus dux. Cujus noxia membra versantur celeri rota. Cujus membra torquentur dira rota. Qui fatali orbe volvitur. Se Sequens & fugiens. Qui vinctus agitur ab orbe rapidæ rotæ.

Hinc est Ixioneus, ut orbis Ixioneus. apud Virgil. 4. Georg.

Atq; Ixionei vento rota constitit orbis.

Ixionides, ἰξιωνίδης, filius Ixionis Pirithousque apud Propert. lib. 2. eleg. 1.

L.

Labatus, proprium viri, Cujus plurimam facit mentionem Plutarch.

Labdacus, λάβδακος, Rex Thebanus ultimus Agenoris filius. Filium ex Jocasta habuit Laium, qui à patre Labdacides vocatur, Stat. lib. 6. Theb.

Nec verbera pallidus abdit Labdacides, &c.

Et Labdacidæ dicuntur Thebani.

Labeo, Antistius, juris civilis disciplinam Maximè exercuit, de quo Gellius. Dictus à labiorum magnitudine.

Laberius, mimographus lati-

nus, cujus Gellius & Macrobius meminerunt.

Labici, vulgò valmonte, Italiæ populi, qui genus suum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellârũt à scuto militari, quod Italia ostendit. Virgilius lib. 7.

Labienus, Cæsaris partes primùm secutus, & in Gallia legatione fungens bello civili ad Pompeium defecit. Lucan. lib. 5.

Dux fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nũc transfuga vilis.

Laboriæ, Laboriarum, Italicæ Terra di lauoro, Italiæ pars illa quæ vulgò Terra laboris dicitur. Plin. lib. 18. c. 11.

Laborinus, campus nobilis in Campania in quo terra est adeò pinguis, ut stipulam tantæ crassitudinis faciat, quod ea incolæ pro ligno utantur, sic dictus, quod ingens labor sit in eo colendo. Plin. lib. 17. cap. 4.

Labynetus, filius Nictocris reginæ Babyloniæ, tandemq; Babyloniorum tyrannus. Herodot. lib. 1.

Labyrinthus, duab. prioribus correpț. λαβύρινθος, antrum sinuosum & inextricabile in Creta à Dædalo factum, **Ein jrriger ort / daraus man nicht kommen kan.** Virg. lib. 5.

Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.
Parietibus textam cæcis iter, ancipitemq́.
Mille viis habuisse dolum, qua signa sequenti
Falleret inde prehensus & irremeabilis error.

Plutarchus scribit, Labyrinthum fuisse carcerem sive ædificium perplexis parietibus extructum in Creta, quod nihil habuerit incommodi, quàm quod nemo illinc evadere potuerit. In hujus custodia cùm Atheniensium liberi servati indigniùs tractarentur, fabulis celebratum est, illos in labyrintho aut devorari à Minotauro, aut palentes errantetq; necari. Plinius labyrinthos inter miracula mundi recensuit, & quatuor numeravit, Creticum, qui arte maximè fuit spectabilis, Ægyptium, Lemnium, & Italicum. Significat & labyrinthus, vel orationem, vel rem quamcunq; inexplicabilem, **Ein seltzame rede / daraus man sich nit kan richten.** Hinc labyrintheus, ut, Flexus labyrinthei apud Catull.

POETICE.

Laxea tecta per dubias vias. Antrum ambagibus monstrosum.

Tectum { curvum. recurvum. Fallax.

Tecta cœca.

Tecta cœca domus non redeunda.

Tecta monstri.

Labyrinthus:

Cœcus, Dædaleus, Secretus, Inextricabilis, Recurvus, Curvus, Mirè structus Domus multiplex, Ambages variarum viarum, errores innumeræ viæ.

Laccobriga, λακκόβριγα, aliàs Corymbra, Hispaniæ urbs. Ptol. lib. 2. cap. 6.

Lacedemon, duab. prior. cor. λακεδαίμων, & Lacedæmonia, rebus domi forisque gestis omnium clarissima urbs, aliàs Sparta dicta, in qua Jason exul è vivis excessit, à qua etiam tota regio finitima Lacedæmonia, appellata est. Fuit etiam in ea regia Menelai, cujus uxorem Helenam, Paris Priami filius absente marito ibidem rapuit. Unde bellum Trojanum est exortum. Ovid. in epist.

O utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis.

Mœnibus caruit, sed muri loco civium fuit virtus, quēadmodum ex Agesilai responso ad quendam causam quærentem, quamobrē tan-

ta civitas non esset mœnibus cincta liquet. Unde etiam proverb. Μόναι λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι, id est:

Solæ Lacanæ viros pariunt.

POETICE.

Lacedæmon:

Clara, Prisca. Nuda, Patiens, Severa, Armipotens, Libidinosa, Parca.

Habitatores hujus urbis Lacedæmones, Spartani & Spartiatæ vocati sunt, populi quidem olim egregii bellis. Qui juventutem erudiebant laboribus, nando, currendo, esuriendo, algendo & æstuando. Celebrabantur etiam Lacedæmones ob honestas plurimas constitutiones, leges ac mores, quos & publicè & privatim observârunt, ac coluerunt qui peculiari etiam à Xenophonte commentati sunt libro. Cum ad publica irent convivia, singulis qui venirent, natu quispiam maximus fores indicans dicebat Διὰ τούτων οὐδεὶς ἐξέρχεται λόγος,

Per has nullum egrediatur verbum.

Plutarch. Iidem cum primis invisam habebant inanem garrulitatem factis strenui, verbis paucissimi, adeò ut nullum linguæ artificium reciperent, quòd artificio vicina sit fraudulentia. Sic

existi-

existimantes oportere sermonem bonorum virorum è pectore proficisci, non ab arte. Unde & Laconismus ab illis nomen invenit.

Lachesis, λάχεσις, una ex Parcis, à λαγχάνω, sortior, vide Parcæ. Vide etiam in 1. parte: Göttin des menschlichen Lebens.

Laciburgium, Vide sup. Rostoch.

Lacinium, λακίνιον, promontorium Brutiorum. Prole. libr.3. cap.1. Item, Lacinium, Italiæ promontorium est inter Adriaticum & Jonium mare, sic cognominatum, ut inquit Theocriti enarrator, & Servius, à Lacino latrone, quem illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Junoni templum constituit, quæ ob id Lacinia dicta est. Virgil. lib.3.

Hinc sinus Herculei (si vera est
fama) Tarenti
Cernitur, attollit sed Diva
Lacinia contra, etc.

Lacippo, aliàs Lapecia, vulgò Fuengirola, Hispaniæ urbs. Ptolem. lib.2 cap. 4.

Laconia, λακωνική, regio Spartanorum, in qua Lacedæmon fuit. Lacon vocatur vir, & Lacæna mulier ex Laconia. Virg.2. Æneid.

Non tibi Tyndaridis facies in-
visa,
Lacænæ est. Helenæ.

Liconia enim metropolim habet spartam urbem, ubi Menelaus regnavit, cujus uxorem Helenam Paris rapuit. Sic Lacænam adulteram pro Helena dixit Horatius lib. 3. carmin. λάκαινα, Lacones præ cæteris gentib. frugalitati studere maximè sunt soliti, ita ut publica etiam convivia frugalissima instituerint, ut juventus inde frugalitati assuesceret, Unde.

Laconicè vivere,

est frugaliter & castè vivere, Messig vnd züchtig leben. Summa disciplinæ eorum hæc fuit:

Τὸ ἄρχεσθαι καλῶς καὶ καρτερεῖν πονῆνται καὶ μαχόμενον νικᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν.

Hoc est:

Benè obedire, laborem tolerare, & pugnando aut vincere, aut mori.

Plutarch. in apophthegm. Iidem pueris servos ebrios tumultuantes & turpiter se gerentes ostendebant, ut hac ratione deterriti ebrietatem fugerent. Hinc est Laconicus, λακωνικός, & Lacænus, a, um, Virgil.4. Æneid.

Virginibus bacchata Lacænis.

Et, Laconicè adverb. ut:

Laconicè scribere, &c.

breviter, uno atque altero verbo scribere.

Laconicè dicere.
eſt paucis & compendio dicere. Breviloquentiæ enim ſtudioſi fuêre Lacones, unde & Laconiſmus, λακωνισμὸς, breviloquentia dicitur. Laconicum verò ſubſtantivè locus orbicularis eſt in balneis, in quo ſudor elicitur, Ein ſchweisbadeſtübelein.

POETICE.
Tænaria humus.
Tænaria tellus.
Tænaris terra vel ora.

Lacrines, λακρίνης, fuit vir Lacedæmonius miſſus ad Cyrum teſte Herodoto lib 1.

Lactucinij, Romanorum procerum ſunt cognomina â lactucis deducta, Plin. libr. 9.cap.15.

Lacydes, λακύδης, Philoſophus Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Arceſilæ auditor, cujus Cicero lib.4. Acad.quæſt.meminit.

Ladas, λάδας, curſor fuit Alexandri velociſſimus, de quo vide patricium de regno.

Ladon, λάδων, prim. long. fluvius eſt Arcadiæ, cujus filia Daphne fuiſſe fingitur, Ovid.1. Metam.

Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem
Venerat, &c.

Ripæ hujus fluvij lauris abundant, unde & Apollini ſacer eſt.

POETICE.
Placidus amnis Ladonis.
Ladonis { flumen. unda. aquæ,

Ladon:
Velox, Rapax, Apollineus, Parrhaſius, Caſtus, Pythius, Arenoſus. Currens in mare citis aquis. Qui exonerans ſe volvit in mare tumidas aquas.

Eſt & Ladon nomen canis Actæonis apud. Ovid.3.Metam.

Et ſubſtructa gerens Siconius ilia Ladon.

Læda, vide infrà Leda.

Læneus, Cretæ eſt fluvius Cortynam urbem præterlabens, per quem à Jove Europam Agenoris filiam, tauri dorſo uſque ad eam urbem vectam fuiſſe, prodiderunt.

Laërtes, æ, λαέρτης, filius fuit Arceſij, & rex Ithacæ, qui Anticliam ſeu Autoliam Simonis primi, ſive ut alij habent, Autolyci filiam uxorem duxit, ex qua Ulyſſem (ut ipſe opinabatur, ignorans eundem ex Siſypho latrone antea conceptum) & ſorores ejus ſuſcepit. Ovid. 4. Metam.

Nam mihi Laertes pater eſt, Arceſius illi,
Iuppiter huic, &c.

Id eſt, Arceſio, Hinc eſt Laertius, ut, ſenex Laertius. Vir-

Virgil.3.Æneid.

Effugimus scopulos Ithacæ Laertia regna.

Sic, Laertia proles apud eundem Virgil. Et Laertiades patronymic. Ita etiam Ulysses dicitur passim apud Poetas, quod filius Laertæ fuerit.

POETICE.

Laertes:

Senex, Socer, Penelopes, Inutilis armis.

Est item Laertes, apud Strabon. libr. 14. Castellum in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet.

Laertius, λαέρτιος, fuit Diogenes historicus, qui Philosophorum vitas scripsit.

Læstrigones, pen. brev. λαιστρυγόνες, in extremo Italiæ versus Siciliam gentes fuerunt feritate famosæ, humana carne vescentes, ut refert Plinius circa initium lib. 7. Mentionem harum facit Martia. lib. 7. & Homer. lib. 10. Odyss. Vide etjam Læstrygones.

POETICE.

Læstrigones:

Inculti, Feri, Feroces.

Lagus priore correpr. λάγος, Ptolemæi successoris Alexandri pater fuit, cui Philadelphus in regno successit. Lucan. libr. 10. Hinc Lagæus, a, um, vide Ptol.

Lagyges, Sarmatiæ sunt populi, de quibus Perottus.

Lagyra, λάγυρα, Tauricæ Chersonnesi urbs est Ptol.

Lais, idis, λάϊς, meretrix fuit elegantissima & famosissima, quæ ex Sicilia deducte est in Peloponnesum, habitavitque Corinthi, unde & Corinthia est appellata. Ad hanc ditissimi quique adolescentes ex tota Grecia turmatim confluebant, neque admittebatur quisquam nisi qui dabat, quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ajunt natum esse frequens illud apud Græcos adagium: οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. Quod Horatius ita expressit:

Non cuivis homini contigit adire Corinthum.

Quod frustrà iret Corinthũ ad Laidem qui, quæ posceret, dare non posset. Ad hanc cùm Demosthenes aliquandò adiret, & sui sibi copiam faceret, expeteret, illa verò decem millia drachmarum posceret, pecuniæ magnitudine ictus, expavidusq; Philosophus, Ego (respondit) pœnitere tanti non emo.

POETICE.

Lais:

Famosa, Ephyreia, Ephyræa,
Fœdior immanda cane.

Laius, λάϊος, Rex Thebarum Oedipi

Oedipi pater ex Jocasta, Creontis Thebani filia interfectus ab ipso filio inscio.

Lalætania, regio est Hispaniæ, unde Lalætani populi, & Lalætanum vinum copia magis, quàm bonitate laudatum. Plin. lib. 14. cap. 6.

Lampotus, Africæ est fluvius Straboni.

Lambrus, fluvius in Cisalpina Gallia, qui in Padum influit. A quo Lambrani incolæ ejus dicti sunt, vide Plin.

POETICE.

Flumina } in subris Lambri.
Undæ }

Lambrus:

Ulnosus, Exiguus, Pauper aquæ & cursus. Flumen ignobile.

Lainia, vide suprà, Zeuberin.

Lamirus, λάμειρος, vide Lamyrus.

Lampado, una ex Pleiadibus, de quibus infrà.

Lampetia, λαμπετίη. Solis filia fuit ex Neæra, sororque Phaetusæ. Hæc transeunte Ulysse armenta costodiebat, ut in dictione Phaetusa vidobimus.

Lampeus, Arcadiæ mons est. Plin.

Lampia, fluvius est & oppidum Arcadiæ constitutum in montibus nivosis. Stat. libr. 4. Thebaidos:

Penè sacer candensq; jugi Lampia nivosis.

Lampon, Panchates, Pelorus Camphasius, nomina equorum apud Silium. Fuit & Lampon, sacrificus vates per anserem velut avem auguralem jurare solitus. Vide Erasmum in proverbiis.

Lampsacum, sive Lampsacus brev. pen. λάμψακος ante Pityusa vocata, urbs Bithyniæ clarissima, nobili portu, & templo matris Deûm insignis quondam autore Strabone, dono aliquandò à Persarum rege data Themistocli, quemadmodum retulit & Ammianus libr. 22. Dicta autem est hæc urbs à splendore. Nam λάμπω Græcis est splendeo. Lampsaceni fuere Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis. Hinc Lampsacius, a, um, ut, Lampsacium monstrum.

Lamus, λάμος, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ, cui novercam se esse factam Dejanira apud Ovi. in epist. conqueritur, cùm inquit:

Una recens crimen referatur adultera nobis,
Unde ego sum Lyda facta noverca Lamo.

Alius fuit Lamus Neptuni filius, Lestrigonum rex: Lamus

mus item nomen est equi generosi apud Silium.

Tum Lamas & Sicoris pro-
les bellacis Ilerdæ.

Lamyrus, Herculis filius fuit, ex Jole Euryti regis filia, scribitur etiam Lamirus per ι. λάμειρος.

Langia, fons est in Nemæa sylva Arcadiæ, ex quo refectus fuit Argivus exercitus ad Thebas vadens, cùm graviter sitisset. Statius libr. 2. Thebaid.

Culta ferunt quod pigra
vado Langia tacenti,

Lanubium, urbs Latinorum quæ Lavinium hodiè dicitur, Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Lanivium, sive Lanuvium λανίβιον, Dianæ lucus, id est, Artemisium (sic enim vocant) è sinistra viæ regione ex Aritia ad Arecinam viam conscendentibus, quod templum nominant ædificium Tauricæ. Hinc Lanuvius, Horat. 3. carm. ode 27.

Ab agro
Rava decurrens lupa Lanu-
vino. Est etiam Roma-
norum urbs Strab.

Laocoon, λαόκοων, Priami filius Thymbræi Apollinis sacerdos, de quo Virgil. 2. Æneid.

Laocoon ductus Neptune
sorte sacerdos
Solennes taurum ingentem
mactabat ad aras.

Primus hic hastam in equũ ligneum torsisse dicitur, ob quod idem autor libr. antè citato, cum duobus ipsum filijs perijsse scribit:

Primus ibi ante omnes ma-
gna comitante caterva.
Laocoon ardens summa de-
currit ab arce, &c.

POETICE.

Laocoon:

Phœbi minister. Qui cava primus acuta cuspide suspecti equi robora fixit.

Laodamas λαοδαμάς, Halius & Clytoneus, teste Homer. in Odyss. filij Alcinoi regis & Aretes fuerunt.

Laodamia, λαοδάμεια, Bellerophontis fuit filia, Sarpedonis mater. Altera fuit Laodamia Acasti filia, eximiæ formæ puella, quæ perditè amavit Protesilaum, Quem cum audisset cecidisse apud Trojam, tanto intabuit dolore, ut supervivere noluerit. Priusquam tamen interiret, in mœroris solatium operaverit, ut mortui umbram videret, qua visa in amplexibus illius expiravit Ovid. in epist.

Mittit & aptat amans qui
mittitur ire salutem.

Æmonis Æmonio Laodamia viro.

POETICE.

Phylaceia conjunx.

Laodamia:

Formosa, pulcra, Dia. Expirans in ulnis umbræ dilecti. Quæ ornatis erat comis Nurus Iphicli.

Laodice, pen. corr. λαοδίκη, una filiarum Priami forma præstanti nupta Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio. Altera Agamemnonis ex Clytemnestra fuit filia. De utraq; illarum Homer.

Laodicæa, pen. long. λαοδίκεια, urbs insignis Asiæ minoris in Caria ad Lycum fluvium, non ita procul ab Hierapoli & Colossis, cujus fit mentio Colos. 4. Apocal. 1. 3. olim etiam Diospolis dicta est & Rhoas, sed tandem tamen Laodicææ nomen retinuit. Hæc urbs & vicinæ Colossæ, paulò post Pauli obitum dehiscente terra absorptæ sunt, ut narrat Eutropius, & Strabo in postrema pagina libr. 12. Alia est Laodicæa, Syriæ urbs, in qua concilium Laodicense celebratum est.

Laodocus, λαόδοκος, Aetenoris Trojani filius strenuus, in cujus formã transfigurata Pallas in Trojanorum se acies intulit, ut Pandactum invenire posset, quò & suaderet, ut sagitta Menelaum confoderet.

Laomedon, tis, penult. brev. λαομέδων, rex fuit Trojæ, filius Ili & Priami pater perjurus, quia Neptuno & Apollini murorum Trojæ conditoribus pactam negavit mercedem. Qua causa indignati Dij filiam ejus Hesionem ceto exposuerunt, quam Hercules occiso monstro marino liberavit, promissis sibi in præmium divino semine procreatis equis. Cui demum pacto cùm non respondisset Laomedon, indignatus Hercules Ilium subvertit. Horat. libr. 3. carm. cum populo & duce fraudulento. Hinc est Laomedontiades patronymic. filius Laomedontis, & Laomedontæus, a, um, Virg. 8. Æneid.

Laomedontiadem Priamũ Salamina petentem.

Et Laomedontiacus, a, um, poss. Laomedontius item, Ut Laomedontius heros. Virgil. 8. Æneid. Et Laomedontæus Virg.

Laomedonteæ luimus perjuria Troiæ.

Laomedontiadæ denique Trojani dicuntur.

POETICE.

Laomedon:

Idæus, Magnus, Phrygiæ tyrannus, rex senex. Antigones

gones pater. Cui magnæ fuêre opes.

Lapethos, λάπηθος, urbs est in Cypro Plin. Hinc Lapethius gentile.

Lapithæ prior. duab. corr. λαπίθαι, populi fuerunt Thessaliæ equorum domitores, qui cum Centauris bella gesserunt, cum regi ipsorum Pirrithöo sponsam in nuptijs rapere vellent, unde & Cētauræos eos vocat Virgil. in Culice. Qui idem 3. Georgic. ita de Lapithis inquit:

Frena Pelethronij Lapithæ
gyrosq; dedére.

Ubi Pelethrónios eos appellat à Pelethronio Thessaliæ oppido, ubi domandorum equorum ratio primum reperta est. Hinc est Lapithæus, a, um, ut, Gens Lapithæa, & Lapitheius, ut, Rabies Lapitheia, & prælia Lapitheia apud Ovid. Ita convivium Lapitheium cum Centauris celebrarum, quod docet ebrietatem, ut quæ cædes & aliâs multum, ἀταξίας, gignat, vitandam esse.

POETICE

Lapithæa gens.

Lapitharum agmen.

Lapithæ:

Sævi, Semiferi, Truces, Sylvestres, Centaurei, quas Iœchus perdidit gravi bello. Nec non matre Dea, nec non Ixione nati.

Lara, sive Larunda, nympha fuit Tyberina Almonis filia, de qua ita fabulantur, Cum Jupiter diligeret Juturnam Tyberinam nympham Turni sororem reliquis loci nymphis imposuit, ut eam fugientem retardarent, & se sequente ipsa mergeretur in undas Lara verò una Najadum jussa Jovis Junoni referens furtivos ipsius amores aperuit. Quapropter Jupiter indignatus Laræ linguam abscidit, & ad inferos duci jussit per Mercurium, ut inter Nymphas Stygias constitueretur. Mercurius autem dum mandata exequererur, nymphæ pulcritudine in itinere captus cum ea concubuit. Quæ prægnans facta geminos peperit, quos à matris nomine Lareis appellavit. Hos ergò Geniales Deos dixêre. sive quod, ut gignamur curent, sive quod unà nobiscum gignantur, seu quod genitos semper tueantur. Euclides Socraticus duplicem omnibus hominibus appositum esse Genium scribit, hoc est, duos Lares, unde apud Florum malus genius Bruto sese obtulit, Lareis dici Græcè δαίμονας, scribit Cicero de universitate. Vide Ovid. libr. 2. fastor. Ubi integram de Lara fabulam describit.

Laranda, λάρανδα, urbs Lycaoniæ. Ptolem.

Larina, pen. brev. fœminæ nobilissimæ in Italia nomen est, de qua Servius.

Larine, λαρίνη, fons est in Attica regione Plin.

Larise, urbs Ætoliæ. Herodot.

Larissa, prim. prod. λάρισσα, urbs Thessaliæ, patria Achillis, unde & Laryssæus, à Virgilio 2. Æneid. vocatur. Alia est Larissa urbs Ætoliæ, de qua Stat. libr. 2. Theb.

Larius, vide suprà, Comersee.

Larodij, populi sunt in Asia Scythica Herodot.

Larina, oppidum Bœotiæ ad Cephisum fluvium Plin.

Lasthenia, mulieris Mantineæ nomen, quam Platone præceptore usam scribit Plutarchus, ornatuq; virili auditorium ingressam scribit etiam Laertius.

Lasus, λᾶσος, Darij regis Persarum temporibus vixit, qui primus de Musica scripsit, & dithyramborum etiam certamen primus protulit.

Lateranus, patricius fuit Romanus, qui latere frequens in otio solebat. Hic consul designatus Neronis jussu interfectus est. Ædes ejus amplissimæ Pontifici maximo datæ fuerunt à Constantino Imperatore. Inde Lateranensis basilica Sancti Johannis ædes vocata est, quæ in Lateranorum nobilissimæ gentis ædibus extructa fuit.

Latini, qui fortes à Poetis appellantur, Italiæ sunt populi in Latio, de quibus Salust. Primum Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigenes: hos postea adventu Æneæ, Phrygiis junctos Latinos uno nomine nuncupatos. Servius autem ait Æneam victis Latinis, ut eorum favorem sibi conciliaret, nomen Latinum nō solum illis nō sustulisse, sed etiam Trojanis imposuisse.

Latinus, pri. bre. λατῖνος, teste Bocatio. Laurentū rex, Fauni & Maricænymphæ Laurentis filius. Hic. ut idem testatur, Æneam profugum hospitio suscepit, & uti oracula ei responderant, ei Laviniam filiam, jam Turno Dauni filio promissam, uxorem dedit: quamobrem ingens inter Aeneam & Turnum exortum est bellum, in quo Latinum cecidisse Virgilius & Servius scribunt.

POETICE.

Latinus:

Magnanimus, Fortis, Constans, Justus, Clarus, Faunigena. Vectus quadrijugo curru. Qui frustra conatus est cohibere incensum populi furorem. Fue-

Fuêre & allj plures Latini, ut autor est Higinus, Latinus Sylvius, ut ait Livius, Æneæ Sylvij fuit filius, & mortuo patre, Albanis imperavit, & ab eo Coloniæ deductæ eorum, qui Prisci Latini nuncupati sunt.

Latium, λάτιον, vulgò Gonpagna di Roma, quòd ferax à Poëtis appellatur, ea pars est Italiæ, ubi sunt Tyberina ostia, & Roma quondam orbis caput, **Das teil Italiæ / da die Tyber in das Meer fleust**. Dici putant vel à latitudine, vel quod Italia inter præcipitia Alpium & Appennini lateat, vel quod Saturnus à Jove filio regno expulsus apud Janum regem latuerit, unde Virgilius lib. 8.

Latiumq́; vocari
Maluit his quoniam latuisset tutus in oris.

Hinc Latialis, e, Latinus & Latius, a, um, adject, ut Gens Latia, Latiæ Musæ.

POETICE.

Saturnia terra.

Latium.

Fertile, Dicta terra, latente Deo.

Latmius, mons λάτμιον ὄρ☉ Ioniæ mons nobilis, in quo obdormivit longum illum & fabulosum dormiens somnum Endymion. Vide Plin. & Cicer. libr. 1. Tusc. quæstion.

Latona, pen. lon. λητὼ. Cei filia, à Jove dilecta pariter & oppressa Apollinem & Dianam peperit. Unde Apollo Latoides, & Diana Latonia dicitur. Virgil. 9. Æneid.

Tu Dea tu præsens nostro
succurre labori.
Astrorum decus, & nemo-
rum Latonia custos.

Similiter Delos, ut ait Servius, dicta est Latonia, quòd in ea Dianam & Apollinem Latona sit enixa. Hinc Latonius, ut Delos Latonia, Et Latonigenæ, Apollo & Diana à Seneca dicuntur.

POETICE.

Dea gemellipara:

Latona:

Candida, Puerpera, Calauria, Titanis, Lateis, Filia Cei, Thea, id est, Dea, Delecta penitus Jovi, Genita Cæo, Dea pariens, nixa de arbore, Cui parituræ maxima quondam terra negavit exiguam sedem.

Latreus, λατρεὺς unus è Centauris fuit.

POETICE.

Philæus juvenis.

Latreus:

Fortis, Acer, Maximus corpore.

Laubacum, Nauportus, est oppidum in norici & Illyrici confiniis, non procul à Savi fonti-

fontibus.

Lauerna, Dea fuit à Romanis culta, à qua Laverniones dicti sunt fures, quod sub tutela Deæ Lavernæ essent, in cujus obscuro loco furta inter se dividere consueverant. Hinc Lavernalis porta Romæ dicta est ab æde Lavernæ proxima.

Lavinia, λαβινία, Latini filia quæ primum Turno, deinde Æneæ desponsata est. Qua de re Turnus iratus impetratis à Mezentio auxilijs, tam in Latium quàm in Æneam bella suscepit. Devicto verò tandem Turno, Æneæ Lavinia nupsit, quo defuncto ipsa privigni insolentiam timens, in sylvas prægnans profugit, & apud Tyrtheum pastorem divertit, ibique filium est enixa, quem Julium sylvium posthumum appellavit, eò quod post patris obitum in sylvis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum vocavit, cum in Albam Longam urbem à se conditam ipse secessisset, & sic postea filius I. Sylvins Posthumus imperij gubernacula retinuit. Virgil. 12. Æneid.

Et victum tendere palmas
Ausonij videre tua est Lavinia conjunx, &c.

POETICE.

Lavinia: Pia, Latini nata.

Lavinium, λαουΐνιον, secundum Stephan. vel λαουίνιον, secundum Strabon. gen. neut. Urbs fuit Italiæ dicta à Lavinio Latini regis fratre. Hinc Lavinus, a, um, Virg.

Italiam fato, profugus Lavinaq; venit.
Littora, &c.

Et Lavinius, a, um, ut, Arva Lavinia. Appellata etiam fuit eadem hæc urbs Laurolavinium, & Laurentum λαύρεντον, à lauro illic inventa, unde *Laurens* est, id est, aliquis ex Laurento. Virg.

Laurentis regia Pici, &c.

A Pico enim Laurentum factum. Meminit hujus urbis Livius lib. 1. decad. 1.

POETICE.

Lavini sedes.

Lavinium: Sacrum, Celebre:

Laureacum, vide suprà, Lorch.

Laurentia, Romuli & Remi nutrix, quæ quod omnibus se prostitueret, lupa dicta est, atque hinc fabulæ datus est locus, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Idq; fictum est ad cœlandam autorum Romani generis turpitudinem. Optimos enim & virtute celebres Roma olim viros habuit. Vide etiã de his infrà, in dictione Romulns. Laurentalia porrò

porrò dicebantur festa, quæ in Laurentiæ honorem fiebant.

Lausus, filius fuit Mezentij, ferarum debellator egregius ab Ænea, cùm patrem saucium defenderet, interfectus. Virg. 7. & 10. Æneid.

POETICE.

Lausus:

Pius, Quem pietas non texit, Qui Pergameo ab ense cecidit. Quo non fuit pulcrior alter. Equum domitor, & debellator ferarum. Domitor equorum. Qui patrui ense cecidit.

Fuit & alius hujus nominis filius Numitoris, quem Amulius fugato patruo interemit.

Leander, & Leandrus (λέανδρος,) prim. long. eximiæ formæ adolescens, fuit ex Abydo Hellesponti oppido qui amicæ suæ Erus, tanto exarsit amore, ut in Seston urbem ex adverso sitam noctu per fretum ad eam natârit, amica facem ardentem manu tenente. Sed face aliquandò concussa & extincta tempestatibus Leander nesciens iter, quo nataret in mari periit. Amores horum Musæus hexametris prosequitur quæ adhuc extant. unde Ovidius in epistola materiam muruatus est. Hinc est Leandrius, a, um, ut Hellespontus Leandrius, in quo Leander periit, apud Silium lib. 10.

POETICE.

Pulcer Abydenus.
Magnus nataror, quem amor ussit medijs in fluctib.
Helles Abydenæ aquæ.

Leander:

Audax, Nobilis, Infelix, Miser, Naufragus, Ephebus Temerarius, Natans, Nobilis, Magnus natator. Evicta per æquora vectus, Juvenis victor tumidarum aquarum Clarus origine. Contemtor Phryxei æquoris. Qui mergitur cœca in unda, Fatum triste subiens. Quem adamantem, ubi Sestias anxia spumantes per aquas vidit, signum dedit alta turre. Qui petens Hero sæpè tranavit undas. Cui natanti conscia virgo visa Arenoso in littore sæpe animos dedit. Qui medijs aquilonib. ibat per insanas undas, ut optata amante frui posset. Qui positurus jam vitam procelloso in æquore congeminat: Sesta puella vale mihi. Quē natantem præruptus agger vastæ aquæ suppressit. Qui sæva per æquora nabat. Quē Sesta puella fovit sæpè tepido sinu. Cui puella toties nandi causa fuit. Qui ossibus resolutis arsit inspiciens oculos Sestiæ virginis.

Læarchus, λέαρχος, filius Athamanthis & Inoes sive I-

nous, quem pater in furorem versus pro cervo sagitta interemit. Volater. Vide suprà Athamas. Valer. Flac. lib. 1.

Fugerit Inoo linquens Athamanta Learcho.

Hinc Learcheus, a, um, ut, Learcheæ umbræ, apud Ovid. lib. 6 Fastor.

Lebedus, λέϐηδος, pen. long. Ioniæ oppidum 120. stadiis à Colophone distans.

Ledi, λήδη, vel Lede, uxor fuit Tyndari regis Lacaoniæ, cum qua Jupiter in Cygni forma congressus dicitur. Illa autem ex eo congressu ova duo enixa est, ut Poetæ fabulantur. Ex uno nati sunt, Pollux & Helena immortales, ex altero Castor & Clytemnestra, mortales. Hinc Ledæus.

POETICE.

Leda:

Formosa, Candida, Fœcunda, Pulcra, Graia. Cui jupiter oscula blanda dedit. Quæ recubuit Cygneis sub alis. Optima conjunx Oebaliæ regis, Cygno decepta Quæ credula gremio fovit falsam avem. Quam callidus adulter albis plumis abditus lusit in falsa ave. Quæ conspicienda fuit nigra coma. Cujus oscula Jupiter meruit. Quæ Cygnum fovit. Helenæ mater. Quam adulter lusit fluminea ave. Lusa sub imagine falsa.

Legæa, una nympharum dicta à suavitate cantus, A nonnullis Ligea scribitur à λιγὺςιλίγεια.

Legerda, civitas est Armeniæ majoris inter Euphratis & Tigrydis fontes, Ptolem. lib. 5, cap. 13.

Legio secunda Augusta, urbs Britanniæ, Ptolem.

Leitus, λήιτος, unus ex quinque Bœotorum ducib. qui ad Trojam profecti sunt, teste Homer. lib. 2. Iliad.

Lemannomius, vel Lemannonius, ut antiquum habet exemplar, sinus est Britannidus Ptol. lib 2. cap. 3.

Leleges, λέλεγες, sive Lelege, pen. brev. populi errabundi, qui in Thessalia, alijsq; locis diversis habitarunt. Virgil. 8. Æneid. Scribunt nonnulli alio nomine Thessalos hos nuncupatos quasi λελεχμθύες, id est, rationales, quia cæteris Græciæ populis præstare videantur. Lucan. de Thessalis loquens.

Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum.

POETICE.

Leleges:

Bellicosi, Armiferi, Trœzenij, Netritij.

Lemanus, pen. long. λεμανὸς, vel

vel Lemannus vulgò Lago de Lozana, est Galliæ Cisalpinæ lacus. Helvetios à Gallis disterminans Accolis suis Lamannorum nomen indidit. Hunc hodiè Gebennicum & Losanensem vocant, der Losanner oder Genffer See/& regionem adjacentem, Sabaudiam, quę olim Allobrogum fuit.

POETICE.

tagna }
Inda } Lemanni.
lumina }

Lemannus, prim. brev.
Gelidus, Cavus, Liquidus.
Ostrifer, Undans, Viridis.

emnos, λήμνῳ, gener. masc. insula una Cycladum in Acgæo mari sita, in qua nutritus & cultus postea fuit Vulcanus Deus ignis, cui etiam consecrata, unde & cyclopum officina dicitur. Hinc Lemniacus & Lemnius, quo nomine Vulcanus dicitur, Et terra Lemnia, quæ & Lemnia rubrica, & Lemniū sigillum, vulgò terra sigillata, optimum & præstantissimum in peste remedium. Ita Lemnium malum, De malis immensis ac miserandis, vide infrà, λημνίᾳ χειρὶ proverbialiter de impia, crudeli & nefaria manu dicitur. Et Lemnij populi. Et Lemniades mulieres in Lemno, quæ viros, suos, quòd ob fœtorem eas hircinium

à Venere immissum cōtempsissent, interfecerūt, excepta Hypsiphile, ut suprà ostensum est in dictione Hypsiphyle, unde & Lemniū malum, λήμνιον κακὸν, de immensis & miserandis malis proverbiali locutione dicitur.

POETICE.

Tellus Hypsiphylæa.
Hypsiphyles patria & clari Thoantis.
Terra infamis cæde veterum virorum.

Lemnus:

Ardens, Fumida. Æquorea, Vulcania, Vulcanis, Alta, Calens, Ingeniosa, Ærisona, Circumflua, Hypsiphylæa. Vulcanum colens Terra ingeniosa colenti.

Lenæus, ληναῖος, prim. long. epitheton est Bacchi. Sic. n. dicitur à dictione ληνὸς, id est, lacus sive torcular vinarium. Virgil. 2. Georgic. Est & hoc nomine vicus quidam.

Leo, λέων, Byzantius Planonis auditor, Sophista insignis, de quo Philostrat. Vide & Suidam.

Leochares, λεωχάρης, egregius fuit sculptor, Unus ex ijs, qui Mausolæum cælavêre. Plin.

Leonides, λεωνίδης, nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex, qui incredibilia penè adversus Xerxen rit.

Fuit & alius hujus nominis Alexandri preceptor. Quintiliano parum probatus.

Leosthenes, pen. br. λεοσθένης, ut Suidas ait, Atheniensium dux fuit, qui in bello contra Macedones lapide ictus in caput extinctus est.

Lepontij, Vide suprâ, **Rhein-wälder.**

Leprium, γέπρειον, Plinio oppidum in Achaia prope Alpheum amnem, sic dicta à lepra qua curabantur ibi, quodã se flumine mergentes. Est & aliud Leprium (alias Leprum) in Arcadia, autore Cicer. li. 6. ad Atticum. Hinc Lepriatæ populi.

Leptis, λέπτις. Africæ minoris, quæ Zeugitaria provincia dicitur, duarum urbium est nomen. Est enim Leptis duplex: Minor, quæ Sarrana cognominatur à Saranis Phœniciæ. Altera trans Syrtim minorem sita juxta Ocam oppidum, vulgò Tripoli Magnæ cognomen habet. Hinc Leptitani populi.

Lerna vel Lerne, λέρνη, urbs est in Argolico sinu, juxta quam lacus est ejusdem nominis, in qua hydra septem capitum constitit, quam Hercules interfecit. Sed hæc à Poetis sunt ficta. Hydra enim illa nihil fuit aliud, quam palus illa exitiosas aquas evomens, cujus fontes Hercules igne occlusit. Aut arx munitissima regis Lern quam Hercules expugnavi Lerna malorum, λέρνη κακῶ proverbialiter de malis plu rimis in unum locum con gestis dicitur, & de homin etiam omni turpitudin genere contaminato. Hin Lernæus, ut Palus Lernæ Et Lerniferum venenum a pud Ovid. epist. 9.

POETICE.

Lerna vel Lerne:

Gelida, Impacata, Trux Stagnans, Cœrula, Nocens Cava, Graia, Arcadia, Fœcunda veneno. Exhalans fœdam Mephitum:

Leros, λήρος, insula est in Icario mari Strab. Legitur & Leria.

Lertosa, λερτῶσα, hodiè Tortosa, Hispaniæ urbs Ptol.

Lesbos, λέσβος, vulgò Metelin. insula est in Aegæo amplissima Æolicarum urbium metropolis, in qua fuit Mitylene & aliæ urbes insignes. Celebris autem hæc insula fuit cùm soli fœcunditate, tùm ingenijs ad omnia olim idoneis. Hinc Lesbius a, um, λέσβιος, ut Lesbium plectrum. Horat. Lesbous, a, um, adject. pen. prod. & Lesbides, pen. corr. quæ mulieres ex Lesbo dicuntur. Ita Sappho Lesbis dicitur. Ovid. lib. 2. Amor epist. 18.

POETICE.

Lesbos:

Super-

Superba, Severa, Bacchica.
Methymnea, optima vina creans, Dives insula Aegæi maris.
POETICE. Lesbides, Lesbiadum turba.
Methymniades puellæ.
Lesbides:
Formosæ, puellæ forma præstante. Nomina dicta Æolia lyra.
[...]storum, pyratarum regio in India Ptolem. libr. 7. Hodiè regnum Pego dicitur.
[...]strygones, λεστρύγονες, vel potius Læstrygones λαιστρυγόνες, populi in ultima Italia Siciliam versus habitantes homines ab omni humanitate alieni. Advenientes enim hospites mactabant, ijsq; vescebantur. Homerus etiam scribit, Lestrygones, socios Ulyssis verubus transfixos, atq; ita igni assos comedisse. Fuerunt autem latrones dicti ἀπὸ τῆς λῃστρείας, à latrocinio. Rex eorum Antiphates fuit. Hinc Lestrigonius, a, um. Vide etiam Læstrygones per diphthongum, atq; ita rectius.
[...]the, es, λήθη, Poetis fluvius inferorum est, oblivionem omnium rerum animabus inducens, λήθη, enim Græcis est oblivio. Unde & de homine obliviosò dicitur, ex lethæo ipsum fonte bibisse. Revera autem hic amnis est in Africa Bernicen urbem alluens.
Infernis ut fama, trahens oblivia venis, veluti Lucanus scribit libro 8. Plerique enim in ea sunt opinione, amnem istum ad loca inferna inundatione prorumpere. Hinc est Lethæus, a, um, ληθαῖος, ut, Amnis lethæus. Vide plura in 1. parte: Hellisch Wasser.

Leucadia, Vide Leucates.

Leucæthiopes, λευκαιθίοπες. sunt populi, qui primi omnium cum Lybiægyptijs in interiori Africæ ambitu, ad meridiem versus, superque Getulos intervenientibus desertis habitant. Plin. lib. 5. cap. 7.

Leucagus, vir interfectus, excussus curru apud Virgil. lib. 10.

Excussus curru, moribundus volvitur arvis.

Leucas, adis, λευκάς, brev. pen. Urbs est Acarnaniæ, juxta quam Antonius superatus est ab Augusto.

Leucaspis, λευκάσπις, socius Aeneæ, cum quo eversa jam Troja in Italiam navigans, oborta procella obrutus perijt. Virg. 6. Æneid.

Leucates, æ, pen. lon. λευκάτης, mons seu promontorium est in Epiro à saxis candidis dictum, in quo Ambracia civitas fuit, quam postea

Augustus victo cum Cleopatra Antonio, Nicopolim vocavit, â νίκη καὶ πόλις. Fuit etiam in eo templum Apollinis, qui inde Leucadius Deus ab Ovidio dicitur. Hinc est Leucadia seu Leucas, insula contra Ambracium sinum, quæ quondam continenti juncta fuit, nunc verò opere accolarum inde abscissa, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Plin lib. 4. cap. 1. Ovid. 15. Metam.

Leucada continuam veteres habuêre coloni
Nunc freta circumeunt, &c.

Leuce, Λεύκη parva admodum insula in Ponto Boristhenis ostio objecta, & quia Achilles ibi sepultus est, Achillæa cognominata fuit. Est & hujus insulæ oppidum, vide Melam. Aliud itẽ hujus nominis oppidum est in Italia stadijs quingentis à Tarento distans. Lucan. lib. 5.

Secretaq; littora Leuce.

Leuci, vide suprà, Lothringer.

Leucippus, λεύκιππος, Philosophus, quem omnia pleno & inani constare asseverasse Cicero scribit libr. 4. Tuscul. quæst.

Leucogæi, vulgò Limera, fon-

tes sunt inter puteolo[s &] Neapolim, qui firmita[tem] dentibus afferunt, oculo[rum] claritati & vulneribus [me]dentur, autore Plin. libr [...] cap. 2. Sunt & Leuco[gæi] colles in Italia, in Neap[oli]tano Campanóq; agro, [in]ter puteolos & Neapol. in quibus alica simul & [sul]phur invenitur, teste eod[em] Plinio lib. 35. cap. 15.

Leucon, onis, λεύκων, rex p[on]tià fratre Oxliocho in[ter]fectus, quod adulterij & [...]stus consuetudinem cũ u[xo]re ejus haberet. Ovi. in Ib[in].

Leucosia, λευκωσία, una est [Si]renum, vide infrà. Est & [in]sulæ nomen, non procu[l à] Velia urbe distantis.

Leucothea, λευκοθέα, דר [...] dicta est Ino uxor Athama[n]tis Cadmi filia. Latini M[a]tutam vocant. Cic. 1. Tu[sc.] & libr. 3 de Nat. Deor. Vi[de] suprà Ino. Dicunt hanc Ul[ys]si velum dedisse, ut naufr[a]gium passus tutius enat[a]ret. Ovid. lib. 3. de Ponto leg. 6.

Nec quia Neptunus na-
vem lacerârat Vlyssi
Leucothoe nanti ferre ne-
gavit opem.

Leucothoe, pen. bre. λευκοθ[όη] filia fuit Orchami reg[is] Babyloniorum & Eurymo[] nes quæ cùm â Phœbo gra[]vida facta esset, pater cru[]

delite

leliter defodit vivam, sed Phœbus in virgam thuriferam eam mutavit. Ovid 4. Met. Fingitur autem arbor thurifera adamata ab Apolline ceu Sole ideò, quòd locis ea gaudeat maximè apricis, fructusque ad remedia salutaria utiles ferat.

POETICE.

Leucothoe:

Flava, Misera, Infelix, Dea Thebana. Quæ Graijs Leucothoe, Matuta nostris vocatur. Quam Eurynome gentis odoriferæ formosissima partu edidit.

Leuctra, æ, & Leuctra, orum, in plur. gen. neutr. λεῦκτρα, oppidum Bœotiæ. Hinc Leuctricus, a, um, ut Leuctrica pugna, juxta Leuctram commissa, in qua Epaminondas Thebanorum dux Lacedæmonios superavit, omnemq; eorum potentiam ita fregit, ut ab illo tempore Græciæ principatum nunquam recuperare potuerint. Meminit hujus pugnæ Cicero lib. 1. Tuscul. quæstion. Pœna autem fuit hæc pugna libidinum, quod eo ipso in loco duo adolescentes nobiles Spartani Scedasi filias vi stuprassent, dissectasque in frusta in puteum abjecissent.

Leuphana, Vide suprà Hanover.

Leutychides, λευτυχίδης, vir Lacedæmonius, inimicus Demarathani, post cujus fugam Spartanorum rex constitutus fuit. Herodot. lib. 6.

Lexubij, λεξόβιοι, Galliæ urbs Ptolem. Alijs Lexovii scribitur.

Libanius, λιβάνιος, Sophista fuit natione Syrus, quem Antiochiæ, Rhetorica profitentem, Gregorius Nazianzenus, & Basilius audierunt, quemadmodum Socrates testatur, qui de hoc Libanio multa prodidit. Histor. Ecclesiast. lib. 4. Edidit idem argumenta in omnes orationes Demosthenis. Vixit autem temporibus Juliani Imperat. blasphemus Christianæ pietatis, perinde ut Julianus ipse illusor.

Libanus prim. & penult. bre. λίβανος, mons altissimus, & proceris arboribus, Cedris nimirum & Cyparissis, nec non floribus suaveolentibus & thuriferis arbustis insignis, לְבָנוֹן mons thuris. Terram idem sanctam à Phœnicia separat, cujus imagine urbs Hierosolyma, & tota sæpè politia notantur, Zachar. 11. & alibi. Orontes etiam fluvius & Jordanis ex eo oriuntur. Hinc Libanites gentile.

POETICE.

Prærupta cacumina Libani montis.

Libanus:
Editus, Præaltus, Tepens, Odoratus, Cedrifer, Ingens, Cedris abundans. Frondibus refertus & decorus. Tollens ad aſtra hirſutum caput, Celſum caput cœlo tollens. Impoſtus Nabathæo Orebo. In cujus collibus alta Cedrus creſſit. Quem plurima Cedrus fronte legit. In quo Cedrus brachia ſua pandit. In quo aeriæ Cedri feriunt ſidera. Cœli confinibus æquis.

Eſt & Libanus, arbor thus producens, quod inde Libanum dicunt.

Libarnum, λίβαρνον, Ptol. Libarna, Plin. urbs Liguriæ, hodiè Lavanium Lavaniæ comitatus.

Liber, prim. long. eri. in genit. pen. brev. Bacchi eſt cognomen, cujus feſta liberalia ſive Bacchanalia dicuntur, quibus virilem togam pueri ingenui ſumebant. Celebrabantur autem & Liberalia Hieroſolymis juſſu Antiochi tempore Maccabæorum, 2. Maccab. 14. Cicer. 12. famil. ad Cornificium: Liberalibus literas accepi tuas, &c. 17. Martij. Is enim dies Libero ſacer fuit. Dicitur autem liber, vel à liberatis Græcis, vel quia vinum liberat curis & triſtitia, vel etiam παῤῥησία, qua vinum bibentes utuntur. Illi enim liberè & au-ćter loqui ſolent, Interd liber Metonymicôs pro pſo vino ponitur, Sicut res pro frumento, ut Tere in Eunuch:

Sine Cerere & Baccho f
get Venus.

Für eſſen vnd trincken die Luſt geringe.

Liber etiam Sol dicitur, q liberè per aerem vaget Sicut Ceres, pro Luna, V gil. 1. Georg.

Vos ô clariſſima mun
Lumina labentem cœlo d
ducitis annum,
Liber & alma Ceres.

Libethrides, λειβηθρίδες, dicu tur Muſæ à Libethro eoru antro in Helicone, Servi & Solinus fontem eſſe tr diderunt, ille quidem locu reticet, hic verò in Magne am reponit. Quidam à Lib thro Macedoniæ mõte Mu ſis ſacro ſic nominatos v lunt.

Nymphæ noſter amor, Li
bethrides aut mihi car
men, &c.

Libitina, pen. long. vel etiar Libentina, Dea, quam al Proſerpinam & Venerem d cunt, in cujus templo ven debantur & locabantur ea quæ ad ſepulturam perti nent, unde aliquandò pro morte accipitur, **Für de**

Tod

Todt vnd Todtengräber ampt vnd arbeit. Horat. 1. serm.

Autumnusq; gravis Libitinæ quæstus acerbæ.

Libitinam exercere.

Todtengräber handwerck treiben.

Libitinarius, Ein Todtengräber.

Libora, λίβορα, Hispaniæ urbs Ptolem. olim Elbora hodiè Talabrica dicitur.

Libra, signum cœleste, quod octavo calendas octobris, seu (ut quidam existimant) decimotertio Sol transiens æquinoctium facit. Plin. Virg. 1. Georg.

Libra diẽ somniq; pares ubi fecerit horas.

Liburnia, λιβυρνία, regio inter Illyriam & Dalmatiam est, cujus maxima pars hodiè est ditionis Venetorũ. Hinc Liburni, λιβυρνοὶ, populi ex Liburnia. Die Völcker aus Liburnien. Et Liburni idẽ, quod viatores Stadtknechte/Liburnum, Liburna vel Liburnica substantivè genus est navis bellicæ velocissimæ, quo Liburni Illyrici usi olim dicũtur in prędationibus per Jonium mare, Ein schnell Streitschiff. Horat. in Epod. ode. 1.

Ibis Liburnis inter alta navium Amice propugnacula.

Plin. in epist. Iubet Liburnicam aptari mihi, si venire una vellem facit copiam.

Liburnus, portus Tuscorum, Ptolem lib. 3. cap. 1.

Libya, Vide suprà, Lybien.

Libyssa, λίβυσσα, Bithyniæ urbs Ptolem. libr. 5. cap. 1. vulgò Polemen. Bithyniæ φρουίους, vocat Stephanus, nota est Annibalis interitu.

Libystinus, λιβυστῖνος, dictus est Apollo ab his, qui Pachynũ Siciliæ promontorium incolebant, eò quòd immissa Lybicis, hoc est, hostib. Carthaginensibus peste, penè cuncti subita morte interierint.

Licus, amnis non exiguus, utramque Rhetiam distermimans, à Danubio excipitur, non procul ab Augusta Vindelicorum. der Lech in Rhetia.

Liger, eris λίγερ, λίγερος, Galliæ fluvius, qui inter Celtas & Bituriges, in Britannicum mare delabitur, Cujus plurimam facit mentionem Cęsar die Loer. Invenitur & Ligeris in Recto.

POETICE.

Liger:

Rapax, Tumidus, Rapidus, Undosus, Amœnus, Rigans, flexo amne lætissima rura Celtarum. Qui volutus per cava saxa spumosis aquis secat pinguia arva rapacibus undis. Qui ortus Avernis

rupibus, pandit latum iter undoſo gurgite.

Liguria, Vide ſuprà *Ligurien*.

Ligya, una eſt Sirenum, Vide infrà.

Ligyes, λίγυες, Aſiæ ſunt populi, qui cum Xerxe contra Græcos militârunt. Vide Herod. lib. hiſtor. 4.

Ligyſtus, Phaêtontius filius fuit, à quo Liguria cognominata eſt. Teſtis eſt Fabius pictor.

Lilybæum, Λιλύβαιον, Siciliæ promontorium eſt, quod ad Africam ſpectat & flexo littore brachia repræſentat. Tria enim autore Pomp. lib. 2. Siciliæ ſunt promontoria, Pachinum, Lybæum, & Pelorum. Lilybæus Virg. 3. Æn.

Et vada dura lego cæcis Lilybeia ſaxis.

Eſt & hujus nominis oppidum, de quo Syl. lib. 14.

Cernit devexo Lilybæum nomine Chelas, &c.

Limagus, vel Limaga, die Limagt in Helvetia:

Limioſaltum, Germaniæ urbs Ptol. lib. 2, cap. 11.

Limmi, Ptol Silimmus Plinio, inſula juxta orientalem plagam Hyberniæ, quæ deſerta eſt.

Limonum, pictorum oppidum in Gallia, Ptolem. libr. 2. cap. 7.

Limonici, Ptol. Galliæ populi aliâs Lemonices, vulgò Limoſini dicti.

Lindus, Λίνδος, vulgò Lindo, urbs eſt Inſulæ Rhodi teſte Pomponio, qui inquit: In Rhodo tres quondam erant urbes. Lindos, Camitos, Jalyſos. Hinc Lindius gentile.

Lindum, Λίνδον, Britanniæ inſulæ urbs eſt, teſte Ptol. lib. 2. cap. 3. aliâs Lincolina, & Lindecolinum, vulgò London.

Lingones, λίγγονες, pen. brev. populi ſunt Belgici fœderati in occaſum vergentes, qui ſupra Helvetios & Sequanos habitant, Mantuanus Lingonios vocat. Hinc fit Lingonicus, a, um, apud Martial.

POETICE.

Lingones:

Indomiti; Audaces, Pugnaces, Armati, Longis haſtis, qui in bella feruntur.

Linternum, vicus Campaniæ, ubi Scipio Africanus invidiæ cedens obiit ac ſepultus eſt, de quo Silius, & Ovid. li. 15. Metam. Lentiſciferum Linternum.

Linternus, fluvius eſt, teſte Bocatio, Campaniæ, non procul à Vulturno fluvio & oppido.

Linus, Λίνος, pri. prev. Chalcidenſis, primus literas ex Phœnicia ad Græcos attuliſſe Herculemq; literas docuiſſe, & inter Lyricos poetas

tas

tas princeps extitiſſe dicitur. Ælianus libr. 3 Var. hiſt. de eo ita: Herculem puerum adhuc Linus fidibus canere docuit, verùm cùm imperitius inſtrumentum tangeret, increpavit eum Linus. At Hercules incenſus ira plectro Linum percuſſum interfecit, vide Diogenem Laertium ſtatim in initio libr. 1. de vitis Philoſophorum. Inter verſus ejus hi notantur à Stobæo ſcitu digniſſimi:

ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φιλακαῖς νόοιο,
ἡδονὴν μὲν πρώτιεὶ αἰχρῶν δώτειραν ἁπάντων
Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.

Ab animo arceto cuſtodia mentis,
Voluptatem quidem in primis malorum omnium largitricem,
Quam inſtar aurigæ regit Cupido ſtolidis frenis.

POETICE.

Linus:

Celebris, Perceleber, Thrax Inachius, Inachides, Thebanus, Arte ſua notus. Qui arva moviſſe fertur. Vates doctiſſimus antiqui ævi. Fuit etiam alius hoc nomine Crotopi nimirum filius qui à matre apud Nemeum fluvium expoſitus ibidem à canibus diſcerptus eſt, de quo Stat. lib. Thebaid.

Viridis nam ceſpite terræ
Projectum tenet, & patulo cœlum ore trahentem.
Dira canum rabies morſu depaſta cruento,
Diſſecat.

Meminit ejuſdem & Ovid. in Ibin.

Quiq; Crotopiadem diripuêre Linum,

Lipara, λίπαρα, vel etiam Lipare, prior. & pen. bre. vulgò Lipara maxima inſula eſt ex iis, quas Æolias, ſive Vulcanias & Hephæſtiades vocant, dicta à Liparo Auſonis Regis filio, cui Aeus ſucceſſit. Æoliæ autem dictæ ſunt quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat, ut ſcribit Plinius. Liparei vocantur incolæ, à quibus Liparæus, a, um, λιπαραῖος, adject. Virg. 8 Æneid.

Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamq;
Eligitur Liparen.

Claudianus in 3. conſulat. Honor.

Ignifluisq; gemit Lipare fumoſa Caminis.

Ariſtotel. in lib. de mirabilibus narrationibus: In Lipara Inſula aiunt quidam terram reperiri, quaſi ollam

obruas, quicquid injicias, lixetur. Est etiam Lydara medicamenti sive emplastri lenis nomen, **Gelinde Pflaster/oder Artzney**/de quo Celsus.

Liparis, λίπαρις, fluvius Ciliciæ, de quo Plin. lib. 5. c. 27. dictus ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ. In hoc enim flumine natantes, aut se lavantes non aliter ungi ab ipsa aqua, quàm si oleo aut adipe lavarentur Vitruvius scribit.

Litimeris, vide suprà, **Mülheim.**

Liriope, λειριόπη, Oceani & Tethios filia, ex qua Cephissus amnis Narcissum puerū formosissimum suscepit. Ovid. 3. Metam.

Cærula Liriope, quam quondam flumine curvo
Implicuit, &c.

Liris, λίρις, Campaniæ fluvius Minturnas præterfluens, qui & Glanicus dicitur. Itali hodiè Il Garigliano appellant. Invenitur etiam Lyris per y scriptum.

Lisus, vel lissus, λίσσος, Thraciæ fluvius est. Vide Herodot. lib. 6.

Lissus, λίσσος, Macedoniæ oppidum, post sinum Citicum juxta Acrolissim tria millia passuū à Nymphæo distans. Lucan. lib. 5.

Prætereunt frustrà tentati littora Lyssi,
Nymphæumq; tenent.

Gentile Lissius & λισσιος.

Lithesius, λιθήσιος, Apollo in Malea, quod ibi in lapide collocatus sit, à λίθος, id est, lapis.

Lituania, **Littaw.**

Livius, λίβιος, prim. long. historicus Patavinus, res Romanas luculentissimè descripsit. Huic lacteam tribuit ubertatem, miram jucunditatem, clarissimumq; candorem Quintil. libr. 10. eumq; pueris proponendum censet lib. 2 cap. 6. Hinc Livianus, a, um, ut, γνώμη Liviana.

POETICE.

Livius :

Doctus, Dulcis, Candidus, Conditor historiæ vetustæ Romæ, Depromens lactifluo ore dulcia verba. Fuit & alius Livius Andronicus de quo ita Gellius libro 17. cap. ultimo. Primus omnium L. Livius poeta fabulas docere Romæ cœpit post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè C. & LX. post Menandri, annis circiter LII. Hujus Livij versus celebratur ex equo Trojano: Usquequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.

Lixus, λίξος, Mauritaniæ oppidum est, juxta quod hortus Hesperidum fuit: in hac quoq; urbe Anteum Gigantem ferunt regiam suam habuisse.

Locoritum, vide suprà, **Forcheim**.

Locris, idis, λοκρὶς, regio Phocidi proxima, Locri, λοκροὶ, populi eiusdem regionis Ajacis Ollei socij, qui ab expeditione Trojana redeuntes orta tempestate dissecti sunt, veneruntq; in extremā Italiæ oram Siciliam versus, ibiq; urbem Locrum & Naricium condiderunt. Virgil. 3. Æneid.

Hic & Naricij posuerunt mœnia Locri.

Dicti sunt etiam Epizephyrij, a Nephyrio promontorio cui subjacent. Alij fuerunt in Africa eiusdem Aiacis socij, qui & Ozolei dicebantur. Unde idem lib. 11.

Libicove habitantes littore Locros.

Sunt & alij prope Bœotiam, quos Opuntios vocant. Locri item, urbs insignis in Brutijs, à Locris Aiacis socijs condita, Sunt & in Græcia Locri.

Londinium, vide suprà, **Lunden**.

Longobardi, vide suprà, **Die Langenbärter**.

Lotos, vel Lotus, vel Lotis, idis, λωτὸς δένδρον, arbor est dulcem ferens fructum, quam Africa præcipuè habet, in quam Nympha ejusdem nominis Neptuni filia Priapum, à quo adamata fugiens Deorum commiseratione mutata fingitur, Ovid. lib. 10. Metam.

Amnicolæq; simul salices &
aquatica Lotos.

Est & herba hoc nomine in Ægypto instar fabarum grana ferens, ut milium. Hinc Lothophagi, λωτοφάγοι, populi Africæ minoris, hujusmodi fructibus victitantes. Unde Proverbium:

Lotum gustavit,

quod dicebatur de ijs, qui diutius in peregrinis locis hærerent, veluti obliti reditus, **Die nimmer können wider heim kommen**. Lotos enim fructum fert longè dulcissimum, ut patriæ oblivionem advenis incutiat. Id quod Ulyssis etiam socijs accidisse legimus. Is enim ubi tempestatibus in Africam delatus esset, vix illinc socios abducere potuit, cum loti fructum gustassent, cujus meminit Virg. in Culice.

Inter quas impia Lotos,
Impia quæ socios Ithaci mœrentis abegit.

Et Ovid. lib. 4. de Pont.

Nec degustanti Lotos amara fuit.

Non inconcinnè etiam proverbialis hæc locutio in eos dicitur, qui simul atq; semel voluptatem inhonestam degustârint, ad pristina studia revocari non possunt.

POE

POETICE.

Lotos:

Unca, Capillata, Syrtigena, Mygdonia, Dulcis, Aquatica, Aquatilis, Palladia, Multifera, Phrygia, Amica, Lyæo sacrata Cynthio. Turbinans per orbem comas suas Gustata Dulichio palato.

Lotophagia, Pharis, Insula dicta est.

Lotophagite, insula alia Meninx, ad minorem Syrtim, Plinio autore.

Lovanienses, Grudij & Levaci, Die von Löwen.

Loxa, Britanniæ fluvius Ptolem.

Loxias, λοξίας, dictus est Apollo, vel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ huius vates reddebant, quæ consultoribus facilius imponerent, vel, quòd Apollo, id est, Sol Zodiacum oblique pererret, λόξος enim Græcis obliquus est.

Luca, λοῦκα, autore Strabone libr. 7. urbs est ad montes Lunæ incumbentes, ubi pleriq; vicatim habitant: regio tamen probitate virorum floret, & robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus senatus militares capit ordines. Hinc Lucenses dicuntur, qui in ea habitant. Dicta autem hæc urbs est à Lucumone Hetruscorum rege Mantuan.

Unum Luca tulit, Luca urbes inter Hetruscas,
Nobilis, &c.

Idem.

Scit quibus immensam trajecit pontibus amnem.
Luca vetus, &c.

Luca bos dicitur Elephas.

Lucania, λουκανία, Italiæ regio inter Calabriam & Apuliam cujus populi Lucani dicuntur, sive quòd eorum regio sita sit ad partem Luciferæ stellæ, sive quòd loca ætherea sint, & ob id multæ lucis: sive à Lucilio sive Lucio eorum duce, seu quòd in luco primo consederint. Lucanus, a, um, quod ad lucem pertinet, Das zum Liechte gehöret. Unde telucamus, a, um, vortagig frühe. Antelucanum tempus, Die zeit für tage/ehe es liecht wird. Studia opera antelucana. Cicero 4. Tusculan.

Dolere se aiebat Demosthenes, si quando opificum antelucana victus esset industria:

Demosthenes sagte/Es thete jm wehe / so etwa ein Handwercker es jm zuvor gethan mit frühem auffstehen.

Lucanica, genus farciminis porcinis carnibus infarcti, Bratwürst. Martial.

Filiæ

Filia Picenæ venio Lucanica Porcæ.

Lucanus, Poeta latinus egregius, natione Hispanus fuit, patria Cordubensis, Senecæ nepos, Quintilianus libro 9. oratoribus magis, quam Poetis annumerandum eum censet. Vide Crinitum. Meminit ejus & Martial. lib. 14.

POETICE.

Annæus vates.
Doctiloquus vates.

Lucanus:

Ardens, Doctus, Clarus, Egregius. Qui refert Martem fœdum civili sanguine. Qui iniqua morte perijt. Qui crudo ense feri Neronis jacuit.

Lucentia, Hispaniæ citerioris urbs & Romanorum quondam colonia, vide Pompon. Mel. lib. 2.

Lucentum, Hispaniæ Tarraconensis oppidum, supra Carthaginem occasum versus, vide Ptol. lib. 2. cap. 6.

Luceres, prim. communi, & media brev. sive Lucerensis, tertia pars fuêre populi Romani temporibus Romuli regis. Tres enim teste Servio, populi Romani fuêre partes: Una Totiensium, altera Ramnetum, tertia Lucerum. Atque hinc etiam Tribuni dicti sunt, quia singulis partibus præfuerunt. Unde etiam sumtus, quos populo dabant, tributa nominarunt.

Luceria, λȣκερία, est Dauniorum Colonia in Apulia, ubi nobile Phanum Minervæ fuisse Strabo docet lib. 6.

Lucerius, λȣκέριος, Ardeæ rex fuit, qui Romulo adversus Tatium bellanti auxilio fuit: Unde Luceres appellati tertia pars populi Romani de quibus jam antea monuimus.

Lucianus, λȣκιανὸς, Samosatensis fuit sub Trajano Imperatore, blasphemus religionis Christianæ derisor, quam antea tamen erat professus. Vide de eo plura apud Suidam.

Lucifer, prim. long. filius fuit Jovis & Auroræ, qui Trachinnam nympham amavit, & ex ea suscepit geminam prolem, Cæycem videlicet & Dædalionem. Dictus est autem Auroræ filius, quia stella illa, cujus etjam tenet nomen, manè Solem præcedens q ex ejusdem sinu oriri videtur. Virgil. eclog. 8.

Nascere præq; diem veniens age Lucifer almum.

Vide plura in prima parte Morgenstern.

Lucilius prior. & secunda lon. Latinus fuit Satyricus, qui primus apud Romanos scribere satyras cœpit, Crassi tempo-

temporibus emicuit, cujus multam facit mentionem Horatius in Sermonibus. Cicero libr. 2. de Orat. eruditionis & urbanitatis laudem ipsi tribuit. Quintilianus etiam eruditissimum eum vocat hominem, lib. 1. cap 9.

POETICE.

Aruncanus vir.
Aruncæ Alumnus.

Lucilius:

Sapiens, Luculentus, Amarulentus Poeta. *Liber* in carpendis hominum vitijs.

Lucina, prior long. εἰλείθυια, Juno dicta fuit partus Dea, vel à Luco Romæ in Exquilijs sibi sacro, vel quod ejus beneficio partus edantur in lucē, Unde & Græcis ἐλεύθω, in 4. simplic. dicitur, à veniendo, quod invocetur, ut puer feliciter in lucem veniat. Dicta est eadem & Diana, ut apud Virgil. in Pollione:

Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.

Vide plura in prima parte: Göttin der Hochzeit/der Geburt.

Lucius, prænomen ejus, qui primus apud Romanos ita vocatus fuit, quod oriente luce natus fuerit. Multi autem fuerunt, ut, Lucius, Portius consul. Lucius Piso, Lucius Cæsar & alij, Lucius Ostius, tempore bellorum civilium patrem suum proscriptum, quem Triumviri ad supplicium perquirebant latentem prodidit, ut bona ejus acciperet. Autor Plutarchus in Romulo.

Lucretia, nobilis Romana, Collatini uxor, per vim stuprata à Sexto Tarquinio, Tarquinij Superbi Romanorum regis filio, cultro in pectus defixo seipsam interemit, cum paulò antè dixisset. Quid salvi esse potest mulieri pudicitia amissa? Cum autem patri viro Collatino, cæterisq; amicis ante mortem obortis repentè lachrymis flagitij id indicasse, fecit, ut populus concitatus scelus ulcisceretur, & reges exigeret. Vide livium in fine libr. 1. ab urbe. Polydorus Virg. libr. 3. cap. 17. de ea ita: At quantò Venere præstantior Lucretia fuit, quæ non pudicitiæ omninò pervulgandæ, sed cōstanter servandæ unicum exemplum edidit sibiipsi mortem consciscens? Claudian. lib. 1. in Eutrop. 17.

Visceribus frustrà castum Lucretia ferrum
Mersit, &c.

Idem in laudem Senecæ uxoris Stiliconis:

Et gravis incumbens casto Lucretia ferro,

Vul-

Vulnere quæ proprio facinus testata tyranni
Armavit patriæ justos ad bella dolores,
Exule Tarquinio memorandaq; concidit uno
Vita pudicitiam libertatemq; cruore.

In Poemat. Virg. hi Ovidio asscribuntur:

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus
Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
Procedant testes me non placuisse tyranno,
Ante virum sanguis, spiritus ante Deum.

Meminit & Ovid. lib. 2. Fast.

POETICE.

Lucretia:

Casta, Pudica, Constans, Formosa, Infelix, Matrona animi virilis. Generosa virago. Prima gloria Romanæ pudicitiæ. Quæ ferro pectus suum fodit. Quæ cum famulis posita flamma deduxit longa stamina plena colo. Quæ vindex erat pudoris nondum passa scelus invito pectore, ulta nefas propria dextra. Rapta quondam truci tyranno. Quæ coacta fuit vim pati turpi lege. Quæ celeri ense vitam sibi præripuit.

Lucretius, Poeta antiquus Terentio & Cicerone antiquior. Scripsit libros sex de rerum natura qui extant. Meminit ejus Ovidius libr. primo Elegiarum, & secundo Trist. Periit annos natus supra 40. Eusebius tradit tanto eum furore percitum fuisse, ut assumto amatorio poculo ab uxore Lacilla sibi propinato propria sese manu interfecerit.

POETICE.

Lucretius:

Sublimis, Vehemens, Clarus. Cujus fama perennis erit. Qui causas explicat rapidi ignis, & triplex causarum opus vaticinatur.

Lucretilis, mons est in Sabinis, de quo Horat. li. 1. carm. Od. 17.

Velox amœnum sæpe Lucretilem.

Lucrinus, pen. long. λουκρῖνος, lacus campaniæ, propinquus averno lacui adeo, ut obortis maximis aliquandò tempestatibus conjungantur, à lucro ex piscibus sic dictus.

POETICE.

Lucrinus.

Mollis, Bajanus, Ostrifer, Piscibus abundans.

Lucrinum, Dauliorum est oppidum in Apulia. Strabo. lib. 6.

Luctatius Catullus, civis fuit Romanus, qui primo bello

Punico

Punico trecentis navibus adversum Pœnos profectus sexentas earum naves apud Ægaces inter Siciliam & Africam depressit, finemque bello imposuit.

Lucullus, Λούκουλλος, clarissimus Romanus prætor, qui adversus Mithridatem bella gessit. Inde Luculleus, ut Marmor Luculleum, quod id Romam Lucullus invexit. Plin. lib. 36.

Lucus Augusti, Hispaniæ Tarraconensis urbs, Vulgò Lugo. Vide Ptol. libr. 2. cap. 6.

Lucus Feroniæ, Tuscorum colonia Brentina hodiè. Lucus item Feroniæ promontorium est Hetruriæ. Vulgò petra sancta.

Luentinum, sive potius Leventinum, Britanniæ urbs, Ptol. lib. 2. cap. 3.

Lugdunum, vide suprà, Leon.

Lugidunum, Germaniæ urbs, hodiè Glogavia.

Luna, vulgò Luni, Ligurum oppidum portu nobile. Stat.

Amne metalliferæ repetit jam mœnia Lunæ.

Hinc Lunensis, ut Lunensis caseus, ab oppido hoc Hetruriæ appellatus. Martial. lib. 13.

Caseus Hetrusca signatus imagine Lunæ.

Lunarium promontorium, Ptolem. alio nomine mons Jovis, vulgo Lünenburg.

Lupercal, locus Romæ consecratus Pani Arcadiæ Deo, ut ejus beneficio greges, & armenta à lupis tuta essent; seu quòd ibi per caprum lueretur, hoc est, sacrificaretur, vel, ut alij volunt, quod illic Lupa Remum & Romulum nutrierit. Virgil. 8. Æneid.

Hinc Lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida, monstrat sub rupe Lupercal.
Parrhasio dictum de more Lycæi.

Legatur de Lupercalibus Fenestella libr. 1. cap. 1. de sacerdot. Rom. Lupercalia, λύκαια, sacra erant in honorem Panos, quæ in Februario celebrabantur. Luperci sacerdotes dicebantur Pani sacra facientes, qui nudi & succincti à Poetis appellantur, Vide Ovid. lib. 5. Fast.

Semicaper coleris succinctus Faune Lupercis.

Lupsurdum, Ptol. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, hodiè Misnia, vulgò Meissen.

Lupia, Λουπία, Germaniæ fluvius. Sunt qui Necharum intelligant, Die Lippe in Hassia.

Lusitania. Vide suprà, Portugal.

Lusius, Λούσιος, Arcadæ fluvius, quem penes est sepulcrũ Æscu-

Æsculapij Lusius etiam gentile est à Lussis.

Lusp i e, λυσπίαι, Ptol. Calabriæ urbs. Lupia Plinio.

Lutecia, vide suprà, **Pariß.**

Lyæus, λυαῖος, Bacchus dicitur. Hinc etiam Lyæus est adjectivum, ut, Lyæus latex. pro Lyeius figuratè, vide plura in prima parte **Gott des Weins.**

Lycæum, λύκειον, vel Lyceum, schola Aristotelis fuit, sicut Academia Platonis, in qua inambulantes disputabant Peripatetici. Fuit idem etiam nomen Gymnasij Ciceronis in Tusculano, de quo lib. 2. de divinat.

Lycæus, λύκειος, mons Arcadiæ, à frequentia luporum sic dictus, Pani, Fauno & Satyris consecratus. Est & Pan ipse Lycæus dictus vel ab hoc monte, vel quòd lupos in oves sævire non permittat, λύκος enim Græcis est lupus, Virgil. eclog. 10. de monte.

Et gelidi fleverunt saxa Lycæi.

Et Licæus, a, um, apud Ovid.

POETICE. *mons,*

Lycæus:

Nemorosus, Cyparifer, Excelsus, Piniger, Umbrosus, Gelidus, Parrhasius, Viridis, Mons Arcadius.

Lycambes, bis, vel Lycambes, æ, λυκάμβης, vir fuit Thebanus quem Archilochus Poeta maledicis Iambis ob filiam Neobulem denegatã ad laqueum adegit, de quo in dictione Archilochus. Hinc Lycambæus, a, um, adject. Ovid. in lib 11.

In te mihi liber Iambus
Tincta Lycambæo sanguine tela dabit.

Lycaon pri. brev. penult. verò long. λυκάων rex fuit Arcadiæ hospites necare solitus, quem Jupiter, cui easdem parabat insidias, in lupum mutavit. Postea vero ejus misertus inter signa cœlesti, a ipsum transtulit. Virg. 1. Georgic. Detestatur igitur hæc fabula impietatem, perfidiam, & in hospitalitatem, qua nihil est immanius.

POETICE.

Arcadicus tyrannus.
Inhospita tecta tyranni.

Lycaon:

Immitis, Sævus, Ferus, Dirus, Immani feritate. Notus feritate. Irridens pia vota: Sanguine gaudens.

Hinc est Lycaonius, a, um, Ovid. lib. 1. Metam.

Fœda Lycaoniæ referens convivia mensæ.

Alius fuit Lycaon Nelei filius & Nestoris frater, quem Hercules expugnato Pylo occidit. Alius fuit Priami filius ab Achille interemtus.

Alius item Lycaon Gnosius faber, & artifex ensis, quem Ascanius Euryalo dedit, ut Virg. lib. 9. indicat.

Lycaones, pen. brev, λυκάωνες, populi sunt Asiæ, Phrigibus & Gallogræcis vicini, qui Galatæ nominantur. **Lycaonier.** Sunt & Lycaones lupi cervice jubati, & tot modis varij ut nullum eis abesse colorem dicant. Plinius lib. 8. cap. 35. Lycaones esse scribit, **Indianische/zöttichte vnd bunte Wolffe.** Pomponius libro tertio de Æthiopia scribens. Sunt & sævissimæ feræ omni colore varij Lycaones & quales accepimus Sphingas.

Lycaonia, λυκαονία, Asiæ minoris regio, inter Cappadociam, Pamphiliam, Pisidiam & Ciliciam asperam. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. Est autem prædatrix seu sanguinaria regio voracitatem & in satietatem luporum æquans. Unde & nomen ipsi à Lycaone, sive à lupis datum. In hac regione concionatus est Paulus *Actor.* 14. & Thimotheum sibi adjunxit, Actor. 16.

Lycaste, λυκάστη, filia fuit Priami ex concubina, cujus amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanus sororis Hecubæ filius eam in uxorem duxit. Bocat. Fuit & Lycaste nobile in Sicilia scortum, quæ ob formæ præstantiam Venus dicta fuit.

Lycastos λύκαστος, urbs Cretæ à luporum multitudine sic dicta, quæ ibi esse creditur. Hujus meminit. Mel. lib. 2.

Lycia, pri. bre. regio Asiæ minoris, inter Pamphiliam & Cariam à Lyco rege Pandionis filio cognominata, cujus mentio fit 1. Maccabæor. 15. Actor. 27, Lycij dicuntur incolæ, Virgil. l. 1 Æneid.

Unam quæ Lycio fidumq; ferebat Orontem.

Lycius adject. ut, Lycij mõtes, Lycia coma. Lycius etiam vocatur Apollo, vel à Lycio templo Dedi, vel à lupis, quod veluti lupi pecora rapiunt, ita ipse etiam humorem radijs rapiat.

POETICE.

Lycia:

Fertilis, Chimerifera, Frugifera, Lyciæ fines.

Lycidas λυκίδας, centauri nomen & pastoris apud Virg,

Lycimnius, sive potius Licymnius λυκίμνιος, frater *A*stiobhiæ, avunculus Tlepolemi, à quo & ipse interemptus est. Homer.

Lycisca dimin. à λύκος, id est, lupus, Vel dicitur canis ex lupi & canes commixtione natus, q. Lacessa & Laconia quia inde optimi veniunt canes. Virgil. Eclog. 3.

Mul-

Multum latrante Lycisca.

Lyciscus, pueri nomen apud Horat.

Lycomedes, λυκομήδης, Rex fuit in Scyro, cui Thetis filium suum dormiente præceptore suo Chirone clàm raptum servendum tradidit, ut ibi unter ejusdem regis filias (erat enim facie venusta & puellari, ita ut facilè pro puella sese gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellō Trojanum, à quo illum non reversurum esse sciebat proficisci cogeretur, Apud quem cum delitesceret, Deidamiam regis filiam vitiavit, & ex ea, Pyrrhum suscepit. Vide suprà Deidamia & Achilles.

Lycophron, prim. brev. penult. long. λυκόφρων, Grammaticus & Tragœdiarum scriptor fuit, de cujus morte Ovid in Ibin.

POETICE.

Lycophron:

Obscurus, Ater, Cothurnatus, Cujus scripta tenebris sunt obsita. Cui hæsit in fibris sagitta.

Alius fuit Perinthi Corinthiorum regis filius, qui matricida factus fuerat vivo adhuc patre,

Lycopolis, λυκόπολις, urbs Ægypti, sic à lupis cognominata eò quòd æthiopes agros Ægyptios incursantes lupi facta acie usq; ad civitatem Elephantinam repellerint. Sed ibidem civitatē construentes, Ægyptij ubi aciem struxerant, à bestijs illis Lycopolim cognominarunt, ac pro Dijs lupos ipsos venerantur. Autor est Diodorus Siculus lib. 2.

Lycoris, λυκωρίς, meretrix fuit dicta alias Cytheris à Cornel. Gallo Poeta adamata, quæ postea M. Antonium secuta est in Galliam proficiscentem spreto poeta Gallo priore amasio, qui sibi ipsi tandem amoris impatiens violentas intulit manus Virg. eclog. 10.

Tua cura Lycoris,
Perq; nives alium, perq; horrida castra secuta est.

Lycormas, λυκόρμας, qui Lycorina alijs vocatur, fluvius est Ætoliæ flavas arenas volvens. Hic postea eventus ab Eveno rege Ætoliæ, qui præcipitem se in illum dedit, appellatus est. Ovid. lib. 2. Metam.

Arsurusq; iterum Xanthus, flavusq; Lycormas.

POETICE.

Lycormas:

Terrens, Flavus, Arenas flavas sub gurgite condens.

Lyctonia, urbs Cretæ insulæ, ut notat Tortelius.

Lyctus, λύκτος, oppidum insulæ Cretæ fuit, unde Lyctius.

us, id est, Cretensis. Fuit & Lyctius Lycaonis filius.

Lycurgus pri. brev. λυκόεργος, λικοῦργος, rex & legislator Lacedæmoniorum, vixit anno mundi 4314. ante Romam conditam annis 105. Reipub. rationem & leges optimas Lacedemonijs constituit, quibus usi illi ad quingentesimum usque annum bene habuerunt. Atq; hinc est, quod fabulantur Poetæ, ipsum ab Appolline in Deorum numerum relatum statuta atq; leges sua (ut Plato inquit) ῥήτρας, hoc est, si interpreteris, oracula & divinas nominasse leges. Ælianus in var. hist. lib. 14. de eo ita: Lycurgus Lacedæmonius filius Eunomi volens justitia Lacedæmonios imbuere, non dignum præmium abstulit. Erutus est enim illi oculus ab Alexandro, ut quidam putant, ex Insidijs jactu lapidis, ut alij sentiunt, ictu baculi Eupherus verò dicit, eum in exilio fame perijsse. Vide de eo & Plutarch. item Polyd. Virg. lib. 2. cap 3.

POETICE.

Lycurgus:

Veridicus, Legifer, Legislator, Justus, Fortis, Lacedæmonius, Amycleus, Therapnæus. Quo legifero Sparta profecit. Qui jura egit. Qui sancta lege disponere instituit mores hominum, & colla eorum subdere jugo.

Alius fuit Lycurgus rex Nemeæ regionis, qui Hypsiphilem regis Thoantis filiam profugam ad se venientem nato suo nutricem adhibuit. Autor Statius in Thebaide. Alius item Lycurgus rex Thraciæ fuit, qui ut fabula habet, dum contemnens Liberum, ejus amputat vites, crura sua incidit, unde & securiger & bipennifer à Poetis dicitur. Id quod ideò fingitur, quòd populos suos ab omni consuetudine perpotandi ad sobrietatem deducere volens, vini ipsis usum interdixerit & ut omnis planè ebrietatis occasio ademta esset, vineas etiam excidi & extyrpari jusserit. Revera autem abstemius fuit, quos acrioris esse naturæ constat, quemadmodum etiam de Demosthene legitur, qui plus olei quàm vini absumsisse scribitur. Unde & orationes ejus lucernam olere dicuntur, id est, multis lucubrationibus conscriptæ.

POETICE.

Lycurgus Thrax.

Rigidus, Securiger, Bipennifer, Penthides, Inachius, Sacrificus, Trax, Acer, Magnanimus, Vesanus, Illaudatus, Dryantiades, Tenens Rhodopeia regna. In suum furijs

furijs actus genus. In gemino dispar cui pede cultus erat. Alius præterea Lycurgus Rhetor fuit Atheniensis, cujus extant orationes aliquot inter reliquas orationes Græcas multorum.

Lycurgides filius Lycurgi. Ovid in ibin.

Quid Lycurgiden lacerarat ab arbore natum,
Idmonaq; audacem te quoque rumpat aper.

Quem idem Poeta eodem loco Lycurgum pentheiden vocat, inquiens:

Qua sua Pentheiden proles est ulta Lycurgum.
Hæc maneat teli te quoq; plaga novi.

Quamvis hic varient interpretes.

Lycus, λύκος, Thebanus exul qui absente Hercule reversus Creontem regem occidit, & regnum tenuit. Alter rex Thebanus maritus Antiopæ, Fuit item Lycus medicus Neapolitanus, cujus meminit. Plin. lib. 20. c. 20. Est præterea Lycus amnis Syrię ad quem Laodicea sita est, autor. Plin. & Mel. lib. 2. Meminit Lyci & Q. Curt. lib. 3. de rebus Alexandri, ubi ita: Marsia amnis Græcorum carminibus inclytus, fons ejus à summo montis cacumine excurrens in subjectam petram magno strepitu aquarum, cadit inde, diffusus, circum jectos rigat campos liquidus & suos duntaxat amnes trahens. Itaq; color ejus placido mari similis locum poetarum meudacio fecit quippe traditum est Nymphas amore amnis retentas illa rupe considere. Cæterum quandiu intra muros fluit, nomẽ suum retinet. At cum extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole agentem undas Lycum appellant.

POETICE. *amn.*

Lympha Lyci.
Unda Lyci.

Lycus:

Undosus, Qui undoso fertur gurgite. Perfluens arva Suevorum. Irrigans agros vicinus Alpibus, & Sueva arva Bojorum solo separans.

Lydda, λύδδα, urbs Palæstinæ maritima, prope Ioppen, distans ab Hierosolymis circiter sex miliaria. Alia nomine Diospolis dicta est, hodiè verò Roma. Scribitur de Petro, quòd Æneam Paralyticum ibi sanarit, Actor 9. לוד

Lydia, pri. ancip. λυδία, minoris Asiæ regio mediterranea Crœsi regno, fortuna, opibus & rebus gestis celebris, tum etiam Pactoli fluvij aurum trahentis fama vide Strab. & Pomp. lib. 1.

in ſuma Aſiæ deſcriptione. Dicta aliâs à veteribus eſt Mœoniæ. Lydiæ verò nomen vel à Ludim nepote Cham, vel à Lydo Thyrreni fratre, qui cum parte gentis in Italiam migravit fame coactus, habet. Metrepolis Lybiæ ſunt Sardes Crœſi regia. Alias Epheſum, Colophonem, Claſomenem, & Pharem urbes habet. Invenitur & Lydius, a, um, adject. ut, Gens Lydia apud Virg. 10 Sic Lydus, a, um, ut, Lyda fluenta apud Stroz.

POETICE.

Viridis Crœſi ora.

Lydia:

Ferax, Dives, Precioſa. Ingens, Precioſis, fontibus inclyta. Gignens nobile metallum.

Lydi, λυδοί, dicuntur populi, de quibus Ælianus lib. 4. Lydis moris erat, ut mulieres antequam cum maritis congrederentur, corpus proſtituerent. Cum autem ſemel laxatæ fuiſsēt, deinde omni tempore continentes eſſent. Quæ verò poſtea cum alio rem habuiſſet, ea ſine venia & miſericordia plectabatur Lydorum etiam meminit in hiſtoria Crœſi Juſtinus lib. 1. Fecere & Lydi locum aliquot proverbiis.

Lydi mali poſt hos Aegypiij, Λυδοὶ πονηροί, δεύτεροι δ' αἰ-

Ly

γύπτιοι, Quo uti poſſumus, ſi quando mali cum mali conferūtur & collatus cum ſceleratioribus, ita demum illaudatus aliquis videtur λυδῶν θύκαι, id eſt:

Lydorum Caricæ.

Olim, appellabatur, quicquid erat opiparum & varijs conditum cupedijs. Carica enim cibi genus eſt Lydij, ex varijs lauticijs apparatum & ſangvine confectum. Efferunt adagium integrè hunc in modum.

Nec Lydorum Carycas, nec flagrorum ſtrepitus.

Sub intelligendum, volo, id eſt, nec blandimenta volo, nec convitia, λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς id eſt:

Lydum in planiciem, (Campum) *provocas*,

In eum competit, qui laceſſit ad id propenſum & prōptum.

Lydi enim ad bellum capeſſendum æquo propenſiores fuiſſe ſcribuntur λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ, id eſt:

Lydus in meridie,

In hominem inſatiatæ aut etiam intempeſtivæ libidinis dicebatur. Scribitur enim de Lydis, adeò eos libidine perditos fuiſſe, ut non tantùm noctu Venereæ voluptati vacarent, verùm etiam ipſo meridie laſcivirent, manibus fœdum

onus

opus peragentes, λυδὸς καπηλεύει, id eſt:

Lydus cauponatur.

In effœminatos & voluptatibus addictos dicebatur. Ex hujuſmodi natum hiſtoriam tradunt. Cyrus rex devictis Lydis imperavit ut Cauponiam exercerent, neq; tractarent arma, ſed veſte ad terram uſq; demiſſa uterentur, quæ olim moliciem indicabat, ut ad eum modū velut in fœminas transformati ad rebellionem inutiles fiernt, λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισεν, id eſt:

Lydus oſtium claudit.

De furacib. dicebatur quod Lydi non diſederent, niſi re quapiam ſublata. Accipi etiam poteſt de iis, qui rem quampiam obſcœnam aggreſſuri fagitant, arbitros, abducuntque ſeſe, propter Lydos mollicie notatos. De Crœſo porrò dictum ſcribunt: Ἀνδρὶ λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο, id eſt:

Lydo viro negocium non erat, at ipſe foras egreſſus paravit.

De Crœſo dictum qui florentiſſimis utens rebus Cyrum ſe in provocavit. Germani hoc ferè modo quodam efferunt non diſſimile: Wenn dem Eſel zu wol iſt/ſo gehet er auffs Eiß/ vnnd bricht ein Bein entzwey. Lydus & Lydius, λυδὸς καὶ λυδαῖος, id eſt, ad Lydiam pertinens, adjectiva hinc ſunt ut Lydus vir, id eſt, Crœſus, de quo modò. aurifer amnis Lydius apud Tibull.

Lapis lydius, ſive Heraclius lapis,

λίθος ἡρακλεία ἢ λίθος λυδή. Ein Probierſtein / Ein Goldtſtein/ De acri exactoque judicio dicitur, vel de homine exacti judicii. Accommodari enim vel ad perſonam, vel ad rem adagium poteſt.

Lydio more,

λυδίῳ νόμῳ, id eſt:

Lydia lege, ſive Lydia cautione.

Convenit proverbialiter, quoties ariolatur aliquis & augurijs divinationibusque ſervit. Hac enim ſuperſtitione Lydi laboraſſe feruntur.

Lydius currus,

λύδιον ἅρμα. Hoc ſcommate notabantur, qui in certamine quopiā longē cæteris eſſeut inferiores. Refertur adagium à Diogeniano. Quidam ad Pelopem Lydum referunt, qui curru ſuo Oenomaum vicerit, Lydia etiam (ut hoc addamus) proprium eſt purpurarum venditricis, quæ omnium prima Evangelium de Chriſto in urbe Philippis amplexa eſt, & Paulum ac Silam hoſpitio excepit. Act. 16.

Lydus, λυδὸς Bocatio Herculis ex Jole filius. Alter teste Herodoto, Atys filius, à quo Lydia, quæ Mœonia, (ut monuimus) priùs dicta fuit.

Lygdanum, nomen oppidi est Plin. lib. 5. c. 3.

Lygdamus, λύγδαμος, viri proprium est Perott.

Lymira & urbis & fluvij, nomen est in Lycia, autore Pompon. lib. 1. in descriptione Lyciæ Ptolemæus transpositis vocalibus λίμυρον appellat.

Lymnides nimphæ sunt florum & pratorum, quas aliquandò mori & deficere dicit Aristoteles, sicut Panes Fauniq; faciunt.

Lyncestius aqua acidula in Paphlagonia non secus atq; vinum inebrians. Ovid. 15. Metam.

Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis.
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Plin. lib. 2. cap 106.

Lynceus dissylla. λυγκεὺς, Apharei filius, unus ex argonautis, qui tantam vim (inquit Acron apud Horatium) in acumine oculorum dicitur habuisse, ut trans parietem videret, & dum staret in Sicilia, videret classes de Africa exeuntes, Historici tradunt novissimam ipsum conspexisse lunam, primāque eodem die in signo Arietis, quod paucis mortalium contigit, vidisse, unde Horat.

Solus nubila Lynceus, &c.

Sunt qui tradant ipsum primùm reperisse fodinas metallorum, æris, argenti, & auri. Et hinc vulgò natam fabulam, quòd ea quoque videret, quæ sub terra forent, Varro centum triginta millia passuum prospexisse eum scribit, Daß er hab können sehen vber zwantzig grosser deutscher meilen wegs weit. Tot enim miliaria Germanica, non communia, sed magna, numerus 130000. passuum efficit. Horat. lib. 1. ep. 1.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas Lippus inungi.

Atque hinc natum proverbium: Lynceo perspicacior, de acutissimi visus homine.

Lynceus alius, quem alio nomine Limum appellat Ovid. filius Ægipti fuit, & solus ex 50. fratribus misericordia Hypermnestræ conjugis mortem evasit, qui postea expulso, vel etiam occiso Danao regnavit apud Argos.

Lyncus, ut habet Ovid λύγκος, Lynceus, ut alij, Linx, ut rursus alij, rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum ut hominib. frumenta monstraret, susceptum hospitio, ut in se glo. riu tanta migraret, interimere cogitavit, ob quam rem indignata Ceres eum convertit in Lyncem feram varij coloris, ut ipse varij mentis extiterat. Ovid, 5. Metam.

Rex ubi Lyncus erat, regis subit ille Penates.

Lyndus, Homero teste, urbs est in Rhodo insula, in qua, autore Lactantio, Herculis sacra fiebant, quorum à cæteris longè diversus est ritus. Siquidem non εὐφημίᾳ, (ut Græci appellant) sed maledictis & execratione celebratur, eaq; pro violatis habent, si quando inter solennes ritus, vel impudenti alicui bonum aliquod verbum exciderit. Est & Herodoto civitas in Dorica regione.

Lyris, fluvius est Campaniæ, qui ex montibus Apenninis oriens urbem Minturnensium interfluit, item lucum ejusdem urbis, quem incolæ religiosissimè colebant. Martial.

Cæruleus nos Lyris amat, quem sylva Marica. Protegit, &c.

Claudian:

Flavæq; tenes quercetaMaricæ Lyris, &c.

Lyrnessus, λυρνησσός, Troadis urbs in Phrygia ab Achille eversa, cum Priamo ob Helenam à filio Paride raptam bellum inferretur, ex qua Briseida quoque interemto ejusdem verbis principe Minete rapuit, quæ inde Lyrnessis, ab Ovid. lib. 4. trist. eleg. I. appellatur.

Fertur & abducta Lyrnesside de tristis Achilles.

Hinc Lyrneus, & Lyrnessius gentile apud Virgil. 10. Æneid.

Lysander, λύσανδρος, dux fuit Lacedæmoniorum junctissimus, Pausaniæ, & Agesilai tempore. Decessit verò admodum pauper adeò, ut ille, cui vivens filiā despōsa verat retrocederet, ac ducere nollet, quam ob causam ab Ephoris punitus est, ut qui amico defuncto gratiam non præstaret, & pactis fideque divitias potiores haberet. Meminit Ælian. lib. 6. var. histor.

Lysanias λυσανίας, orator Græcus, alter vir ex Arcadia, qui Lycaonem regno expulit.

Lysiades, λυσιάδης, Atheniensis, Phædri insingnis philoso phi

phi filiꝰ homo festivus, cujus Cicero Phil. 5. meminit.

Lysias, λυσίας, Syracusanus fuit genere orator Atheniensis insignis, qui à Cicerone inter claros oratores recensentur.

Lysicrates, λυσικράτης, vir quidam, qui capillos jam canos nigro tingebat, quo juvenis etiamnum videretur.

Lysidice, λυσιδίκη filia fuit Pelopis & Hippodamiæ Pithei soror, quæ Electrioni nupsit, & ex eo Alcmænam Herculis matrem peperit, ut inquit Plutarchus. Sunt tamen qui Alcæi cujusdam filiam dicant.

Lysimachia λυσιμάχεια, vulgo Hexamili, urbs fuit Hellesponti condita à Lysimacho Justin. lib. 17.

Lysimachus, λυσίμαχος, Alexandri Magni pædagogus fuit, Callisthenis auditor studiosus, cui, cum Alexandro invisus in vinculis ab eo teneretur, poculum remediumq; miseriæ optanti propinavit. Quod Alexander ægrè ferens leoni discerpendum eum objecit, sed qui à Lysimacho in congressu interfectus est. Quo facto vehementius postea ab Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Trogus lib. 16. Et Plutarchus in Alexandro Magno. Perijt in ultima pugna principum Alexandri (de quorum numero & ipse fuit (amissis antea, varijs casibus quindecim liberis, victꝰ à Seleuco. Justin. lib. 15.

Lysippe, es λυσίππη, una fuit ex natabus Præti argivorum regis, quæ in vaccas à Junone mutatæ fuerunt. Vide suprà Iphianassa.

Lysippus, nobilis & insignis sculptor fuit, qui statuam Occasionis fabricasse dicitur. Patria ejus Sycion urbs in Laconia fuit, unde & Syconius appellatus. Vide Alciat. emblemat. 16. lib. 1. & Cicer. ad Lucceum 5. famil. lib. de eo ita: Alexander ab Apelle potissimum pingi & à Lysippo fingi volebat. Horat. item lib. 2. epist. 1.

Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra.
Fortis Alexandri vultum simulantia, &c.

Lysistratus, pe. br. λυσίστρατος, Lysippi statuarij frater, qui primus statuas è gypso finxit, Plin. lib. 35. cap. 12.

Lysius, vide Lusius.

Lyso, quidam Ciceronis hospes, ut scribit in epist. lib. 16.

Lytus, minoris Asiæ fluvius est, qui in Pontum delabitur.

M.

Macæ, μάκαι, populi sunn felicis Atabiæ, oppositi Carmanis. Pomp. Mel. lib. 3.

Macareus, μακαρεῦς, filius Aeoli fuit, qui cum sorore Canaca concubuit, & ex ea filium suscepit, cumq; infans à nutrice expouendus efferretur, seipsam vagitu prodidit. Quare indignato Aeolus gladiim filiæ misit, quo in tanti sceleris ultionem seipsam interficeret. Macareus verò aufugit, &, ut quidam volunt Apollinis Delphini sacerdos factus est, Ovid. lib. 13.

Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto.

Vocatur ab eodem Ovidio 9. Metam. Æolides, quòd scil. Æoli fuerit filius. Vide Canace.

POETICE.

Macareus:

Neritius, Pelethronius, Æolides, Cui non debet, quod soror esse, fuit.

Maccria, μακαρία, dicta fuit olim Cyprus insula ob fertilitatem. Fuit & eodem nomine Herculis filia, quæ pro publica in columirate & salute inferis se devovit ad expiandum scelus. Autores sunt Cælius & Erasmus in proverbijs.

Macarius, μακάριος, proprium est viri apud Homer.

Μακάρων, id est, beatorum insulæ, littori Asiatico oppositæ, Et ad promontorium Tauri montis expositæ. Vide Fortunatæ. De ratione appellaritonis vide Pomp. Mel. lib. 1.

Macedonia, μακεδονία, Europæ regi fertilissimam supra Thraciam Achajæ conjuncta, regnum quondam Philippi & Alexandri Macedonum quinquginta populorum frequentia. Plinio autore celebre. In hac regione primum prædicavit Evangelium Paulus Actor. 16. qui passim etiam in epistolis suis Macedoniæ mentionem facit. Dicta est autem Macedonia, à Macedone Ostridis Jovis filio. Macedo μακεδὼν, pen. bre. qui Macedoniam habitat. Ein Macedonier. Lucan. lib. 6.

Cum tibi sacrato Macedo servetur in antro.

Macedonius, a, um, ad Macedoniam pertinens.

POETICE.

Pellea arva.

Terra regnata Philippo.

Macedonia:

Ferilis, Niuosa, Pœonia.

Machaon, μαχάων, filius Æsculapij, medicus celeberrimus apud Homer. in Iliad. Alius apud eundem medicus celebratur Pæon. A Machaon Machaonius deducitur apud Ovid.

Ille Machaonia vix ope salvus erit.

Machara, Cyprus anteà dicta est Perot. Melius Macaria.

Macidos, Thraciæ urbs, quam Madi vocat Ptol.

Matomaca Villa Ptol. lib. 4. c. 3. urbs Syrtis magnæ.

Macra, præceps & vadosus Italiæ fluvius est, per Lunam urbem in Tyrrhenum mare influens, qui Liguriam ab Herruria separat, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Est & insulæ nomen in Carsinite sinu. Plin. lib. 4. capite 13. Ptolem. Marcella dicitur.

Macrobij, μακρόβιοι, populi vivaces in Æthiopia supra Ægypton Pompon. Mel. lib. 3. cap. 10. Vitæ spacium dimidio ferè quàm nos longius agunt, Unde & nomen sortiti.

Macrobius, μακρόβιος, autor Latinus, qui in somnium Scipionis duos scripsit libros, & libros alios septem Saturnaliorũ, diversas materias & res ad literas & studia adolescentum maximè pertinentes, Gellij exemplo cujus fur dictus ideò, quòd ab eo multa sit mutuatus. Latinè longævus dicitur; nam μακρὸς, Græcis longus, βίος vita dicitur.

Macrocemnij aliàs Macrocenij, sunt montes Istro flumini propinqui. Plin. lib. 4. cap. 12.

Macrocephali. μακροκέφαλοι populi sunt Pomp. ad Bosphorum Stephan. Colchis vicini.

Macyberna, Sithoniæ urbs, Herodoto teste.

Mæander, vel Mæandrus, Μαίανδρος, fluvius est è Phrygia per Lydiam & Cariam fluens ita curvatus & flexuosus, ut in se, sive in fontem reverti videatur. Ovidius verò Phrygiæ hunc fluvium esse voluit 8. Metam. Assinuosis autem hujus fluvius fletibus, quævis res varia & sinuosa Mæander dicitur. Ita Mæandros etiam Per Metaphoram ambages & consilia aliqua dicimus, vmschweiffende rede/rencke. Cicer. in Pison. Quos tu Mæandros, quæ diverticula flexionesq; quæsisti? Est etiam picturæ genus, quod Festus neutro genere Mæandrum declinat, à similitudine Meandri, Virgil. 5. Æneid.

Victori Chlamydem auratam, quam plurima circũ
Purpura Meandro duplici Melibæa cucurrit

Id est:

Victoria præmium decernit Chlamidem pictam vel variatam duplici lacinia in se recurrentẽ, Mæandri modò,

Einen Rock rings vmbher belegt mit zweyen strichen von Purpur.

POETICE.

Vnda incerta vagi Mæandri. Vada Mæandri.

Mæander.

Liquidus, Sinuosus, Pinguis, Errans, Phrygius. Sibi obvius sæpe refluis undis. Ludens mirè & cedens sibi. Ambiguo lapsu refluens fluensq;. Incertas aquas exercens. Recurvatis sive liquidis in undis ludens. Qui sæpe retorquet lapsas in se aquas. Qui toties errat in ijsdem terris. Sibi occurrens ipsi.

Mædia, μαιδία, urbs est Thraciæ, à qua Mædi urbis ipsius cives. Media autem per e simplex regio est Asiæ, de quibus infrà.

Mænades, plur. μαινάδες, pen. brev. mulieres bacchantes, sacrificulæ Bacchi, cujus sacrificia instar insanientium passis capillis celebrabant, dictæ à μαίνεσθαι, id est, furere. Vide Bacchæ, Mænas, dis, singular. Mænades Ausoniæ apud Ovid. 6. Fastor. A Statio Evantiæ sorores dicuntur. Quia Evan erat vox & interjectio laudantium Bacchum.

POETICE.

Mænades:

Furentes, Evantes, Hederigeræ, Entheæ, Strimoniæ Threiciæ, Ausoniæ, Latiæ. Crinē rotantes. Qui quondam ululante voce rotabant se tota in urbe sparsis comis.

Mænalus, penult. brev. in singul. mascul. in plural. neut. μαίναλα, urbs est, & mons Arcadiæ amœnissimus, & altissimus adeò, ut cacumen ejus cœlum attingere videatur. Abundat etiam pinu arbore.

POETICE.

Mænalij sinus.

Mænalus:

Altus, Horridus, Vmbrans, Pinifer, Tegeæus, Ingens in medijs frondens astris. Caput inter nubila condens. Caput astris insertum gerens. Argutum nemus pinosque loquentes habens semper. Semper audiens pastorum amores. Horrendus latebris ferarum.

A Mænalo est Mænalius, a, um, quod est ex Mænalo, ut, Nemus Mænalium. Bacchus Mænalius, & Versus Mænalij, id est, Arcadici, hoc est, sonori & Musici. Ad Mænalium enim montem Musicum olim studium floruit, ut, Virgil eclog. 8.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Et Mænalites, & Mæneleus, & Mænalis ursa apud Ovid, lib. 1. epist. eleg. 11.

Mæonia, μαιονία, Asiæ regio est, Phrigiæ & Cariæ contermina, aliâs Lydia, Mœones populi. Hinc Mæoneus a, um, adject. ut, Mœonius vates, id est, Homerus, carmen Mœonium apud Horat. & Martial.

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Vbi βατραχομυομαχίαν intelligit Poeta: Mœonides, μαιονίδης, Homer. Martial.

Et sua riserunt secula Mœonidem.

Mœonis patronym. ut, puellæ Musæ Mœonides, apud Ovid. Mœonidæ, arum, Lydij, Autore Servio apud Virgil. 11. Æneid. Et Virgil. 8. Æneid.

O Mæoniæ delecta juventus

Flos veterum, &c.

Mæotis, idis, penult. long. μαιῶτις, vel palus Mœotica, est Scythiæ palus, propè Phasidis ostium, recipiens Tanaim, aliosq; fluvios, tandem in Pontum effluit. Munsterus reddit, Das Mæotische Meer. Mæotis idis. patronym. quo pro adjectivo Ovidius aliquoties usus est. Mæoticus, a, um, ut, Tellus Mæotica, Ovid. lib. 3. Trist. eleg. 12. primam corripuit.

Annoq; peracto

Longior antiquo visa Mæotis hyems.

POETICE.

Palus Scytuicæ vndæ.
Scythiæ Mæotidis paludes.

Mæotis:

Gelida, Longa, Scythica, Longinqua, Pigra gelu. Iactans se alumnis suis.

Magi, singular. Magus, μάγος Magos Persæ eos vocârunt, quos Græci Philosophos, Latini sapientes, Galli Druydas, Ægyptij Prophetas sive sacerdotes, Die Weisen vnd Gelahrten Naturkündiger. Dicitur etiam Magus incantator, Ein Schwartzkünstiger oder Zeuberer. Magia enim (μαγεία) duplex est: altera probata, naturalis scil. Philosophiæ apex, altera improbata & infamis, Zeuberey / Schwartzkunst. De Magis porrò Polydor. Virgilij lib. 1. cap. 23. de rerum inventione ita: Magi, qui Persica lingua sapientes appellantur, apud Persas potissimum, teste Laertio, Deorũ cultui vacabant, precando illis vota, & sacrificia faciebãt de eorũ substãtia, id est, vi ac natura, & genealogia differebant, vitam imprimis frugalitei vivẽtes. Sed usq; eo aucta est eorum vanitas, ut non solùm observatione siderum futura prædicere, verum artibus quibusdam

veritatis umbras habentibus, & rerum ac verborum maleficijs, & scire se omnia & facere posse profiterentur. Ab his igitur sex magices artis species fluxerunt necromantia, pyromantia, Geomautia, & chiromantia, de quibus plura apud Polyd. Virgilij loco citato. Vide etiam de Magis Diogenem Laertium in principio lib. 1 de vitis philosophorum. Hinc Magicus, a, um.

Magna Græcia, dicta est, ut Plin. lib. 3. refert, ea pars Italiæ, quæ à Locris in tres sinus Ausonij maris recedit Sic dicta autore Iustino, quod multæ magnæq; civitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Virgil.

Effuge tota malis habitantur mœnia Graijs.

A quibusdam tota Italia dicta est major Græcia. Ovid. in fast.

Itala nam tellus Græcia major erat.

Magnes, μάγνης, Comicus Atheniensis antiquæ Comœdiæ Epicharmi tẽpore. Magnes itẽ alter Smyrnæus puer admodũ formosus, Gygi Lydorum regi cum primis dilectus, de quo plura apud Suidam. Magnes etiam aliàs lapidis nomen est ferrum attahentis, Ein Magnet qui & Magnetes, ædicitur, de quo Plin. lib. 36. & in prima parte: Magnetstein.

Magnesia, μαγνησία Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa, vel potius pars ejus, unde Magnesius, a, um quod est ex Magnesia, & Magnesis, idis, fœm. item: Magnetes, μαγνῆτες, & Magnesij. μαγνήσιοι, populi Centauris Thesialis vicini, Theognis: ὕβρις καὶ λαθνήτας ἀπώλεσε, &c. Id est, Injuria etiam Magnetas perdidit. Est etjam Magnesia urbs Asiæ ad Mæandrum sita, ubi Antiochus victus & magna clade affectus est à Scipione Asiatico. Autor est Steph. de urbib.

Magnus portus, μέγας λιμὴν apud Ptolem. lib. 2. cap. 3. Britanniæ locus, vel portus Hannonis, ubi urbs Sonthanptom.

Magones, plures fuisse legimus, primus omnium rem ac disciplinam Carrhaginensium auxit, qui moriens duos reliquit filios, Asdrubalem & Annibalem. Mago Annibalis frater victoriæ causa apud Trebiam fuit, sed apud Locros à Manlio clausus ab Annibale liberatus est. Plura de eo Livius lib. 30. Mago alius, à Scipi-

one capitur apud Carthaginem in Hispania, Romamq; per Lælium mittitur. Mago deniq; Afer fuit, qui de re rustica scripsit, cujus Columella lib 1.meminit. Mago item oppidum est in minoribus Balearibus, de quo Pomp. in fine lib. 2.

Maia, μαῖα, filia Atlantis, mater Mercurij. Virgil. 1. Æneid.

Maia genitum demittit ab alto.

Et 1. Georgic.

Multi ante occasum Majæ cœpere, &c.

Id est, ante occasum Pleiadum. Sunt, qui ab hac mensem Majum dictum esse existiment. Alij à majoribus. Ovid. 5. fastor.

Hinc sua majores tribuêre vocabula, Majo.

POETICE.

Maja.

Formosa, Eoa, Atlantica, Atlantœa, Atlantias, Lucida, Florifera, Pleias, Atlantis, Sata Plejone. Nata Plejone.

Est & Dea hoc nomine, Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant. Virgil. lib. 8.

Vrbis Mercurius pater est, quem Candida Maja,
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

Horat. in Odyss.

Mercuri facunde nepos Atlantis.

Majestas, Dea honoris & reverentiæ filia, de qua Ovidius:

Donec honor placidoq; decens reverentia vultu
Corpora legitimis imposuêre toris.
Hinc sacra Majestas, quæ mundum temperat ornanem,
Quaq; die partu est edita, magna fuit.
Nec mora consedit magno sublimis Olympo.
Aurea purpureo conspicienda sinu.

Malaca, μαλάκη, Hispaniæ Bæticæ urbs. Hinc Malacitanus gentile.

Malchus, μάλχος, Historicus scripsit historiam à Constantino usq; ad Anastasium: Suid. Et Malchus, famulus Caiphæ Pontificis, cujus aurem in horto Petrus amputuvit, Iohan. 18.

Malea, æ, μαλέα, μάλεια, pen. ancipit. Laconiæ promontorium est, quod teste Servio per 50. miliaria in mare protenditur, juxta quod periculosa Homero teste, olim navigatio fuit. Vnda n. ibi adeò sæva est, ut persequi navigantes appareat. Nomen

men sumsit ab Argivorum rege Maleo, qui in eo templum Apollini construxit, quod Maleoticum nominavit. Periculum autem loci adagio locum dedit: Cum ad Maleam deflexeris, domesticos oblivifcere. Vel: Maleam legens, quæ domi sunt obliviscere, μαλέα δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκοδε. Quod dicitur de periculo admodum præsenti: Germanicè ita efferri potest: **Bleibe entweder davon/ oder erwege dich deines lebens.** A Malea fit Maleacus,a,um, μαλιακὸς,ut,sinus Maleacus.

POETICE.

Malea:

Truculenta, Horrida, Sæva, Curva, Rauca, Spumans, Recurrens, Oebalia, Undisona. Cujus formi datum caput it in auras, Cujus ira circumtonat vel circumsonat. Horrida naufragijs suis. Sæviens fluctibus suis.

Maleventum, Campaniæ urbs quam Beneventum nunc dicimus boni ominis causa, *Plin.*

Maleus, μάλευς, Oretum mons est in Indiæ gente, juxta quem umbræ æstate in Austrum, hyeme in septentrionem jaciuntur, Plin. libr. 2 cap. 72.

Maliaca, urbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolem.

Maliea, μαλίεια, urbs Thessaliæ à qua populi Malices, & mare vicinum Maliacu dicitur. Strab. lib. 15.

Malimnus, μάλιμνος, Siciliæ mons Theocrito, dictus, quòd malis, hoc est, pomis sit refertus.

Mallos, μαλλὸς, hodiè vulgò Malo, Ciliciæ oppidum clarissimum, ut Pompon. lib. 2. scribit. Lucan. lib. 3.

Mallos, & extremæ resonant navalibus Ægæ.

Mamercus, præsul fuit Viennensis, qui teste Ptolem. Lucensi, anno CCCCLIIII. supplicationes primus instituit, quæ Rogationes à nostris vocantur, ob frequentes terræ motus, quibus ea regio infestabatur, Volaterr.

Mamertes, lingua Oscorum idem qui Mars. Unde Mamertus, proprium nomen Romani.

Mamertus, Corinthius fratris sui Sisaponis filios regnandi libidine interfecit, idque non sine magno suo malo. Ubi enim Sisapo factum rescivit, membratim eum discerpsit, ut autor est Ovid. in Ibin.

Mamertini, μαμερτῖνοι, Campaniæ populi, qui ubi colonos Messanam misissent, Mamertini potius, quàm Messanenses sunt vocati: &

cùm ager eorum vini feracissimus sit, Mamertinum vinum non Messanense appellatum est. Vide Plin. lib. 14. cap. 6. De Mamertinis & Mamertina urbe Cicero in Verrem act. 4. & 7.

Mamurra, eques Romanus Formijs natus, qui primus Romæ in Cælio monte domus suæ parietes marmore incrustavit. Hic est, qui Catulli epigrammate proscissus est. Plin. Mamurra, alter ante hunc apud Græcos natus, Numæ tempore, multa Deorum signa ex ære composuit. Hujus Ovidius meminit iu fastis.

Mamurius, μαμύελος, faber ærarius fuit celebris, qui Saliorum fubricavit, ancylia, unde & carminibus eorum celebratus est. Prop.

Et tibi Mamurti formæ celator ahenæ, &c.

Mandane, es, μανδάνη, filia Astyagis, quæ per quetem ei visa est tantum urinæ facere, ut omnem ipsius urbem oppleret, atq; Asiam universam inundaret. Hæc Cambysi nupsit, ex quo Cyrum genuit. Herod.

Mandonius, dux Hispanus, qui Romanorum partes cum Scipione Africano in Hispania juvit. Vide plura apud Livium lib. 26.

Mandro, fuit navicularius quispiam, qui indignus & immerens ad imperatorias tandem dignitates, fortnna aspirante est evectus. Unde proverbium: Ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς, id est, Fuit & Mandroni ficulna navis, in eos dici solitum, qui præter meritum ad felicitatem atq; opes evecti, pristinæ conditionis non meminerunt, sed præsenti rerum successu insolentius abuntur. Navis autem per contemtum ficulna dicitur.

Manes, vide suprà: Geister der verstorbenen Seelen

Manethus Mendes, Ægypti sacerdos, Alter ejusdem nominis è Diospoli Ægypti scripsit physiologiam & apotelesmata versibus in Astrologiam, id est, effectus astrorum. Autor est Suidas.

Manilius Octavius, dux Tusculanorum & Tarquinij gener, ad quem ille post fugam se recepit, eiusq; auxilio Romanis bella intulit. Livius lib. 1. Ab hoc Manilio originem traxêre Manilij.

Manius Marcius, ædilis plebis primùm frumento populo in modios assibus donavit teste, Plin. lib. 18. cap. 3.

Manliana, Tuscorũ urbs Ptolem. hodiè Manlianum, Est & ejusdem nominis urbs Lusitaniæ Ptol. Vulgò mõs major.

Manlius, μάνλιος, Mathematicus apici auratam pilam addidit; cuius vertice umbra colligeretur, in semet ipsam alia atque alia incrementa jaculantem apice ratione, ut ferunt à capite hominis intellecta, Pli. lib. 36. cap. 10. Manlius alter Antiochenus, conditione servus, arte astrologus ac poeta fuit, de quo Plin. libr. 3. cap. 17. Fuit & cognomen ejus, qui Carthaginem vicit. Manlius item Capitolinus ob defensum, & à Gallis servatum Capitolium ita appellatus, multas res præclarè gessit, sed quia affectati regni reus factus de Saxo Tarpejo precipitatus est. Vide de eo Plin. de fortitudine libr. 7. cap. 28. & Servium, qui historiam ejus, scribit enarrans. Virgil. illud:

In Summo custos Tarpeia
Manlius arcis.

Fuit & T. Manlius Torquatus cognomento imperiosus, quòd crudelitatem exercuerit inauditam ferè. Hic cum Conf. esset, filium suum secuti percussit, quod speculatum ab eo missus, cũ interdicto ne pugnaret, hostem à quo provocatus fuerat, occidisset, ob quod imperia aspera & immitia Manliana dicta sunt, **ernste vnd scharffe Regiment.** Gellius libr. 9. cap. 13. Meminit ejus & Livius libr. 4. decad. 1. Manlius Volso, consul in Asia acceptis à L. Scipione copijs & exercitu lustrato contra Gallogræcos bellum gessit, eisq; superatis, triumphus ei reverso amicis atque cognatis suffragantibus decretus est, licem decem, qui cum eo missi fuerant, legati restiterint. Meminit Livius lib. 8. de bello Macedonico, Manlius Proconsul ex Hispania revertens, cum in æde Bellonæ triumphum ob res benè gestas peteret, exemplum obstabat, quod ita comparatum more majorum erat, ne quis, qui exercitum non deportasset, triumpharet, nisi per domitũ pacatamq; provinciam tradidisset successori; medius autem honos Manlio habitus est, ut ovans urbem intraret. Idem li. 50. T. Manlius juris Pontificij peritus, judex inter Macedonas accusatores & filium constitutus, audita causa ita pronunciavit. Cum probatum sit, Silanum filium meum pecuniam accepisse, ipsum republica & prole mea indignum judicio, protinusq; à conspectu cum abire jubeo. Silanus itaque dolore animi percitus noctè proxima se suspendit, neq; pater

exequijs interfuit, ſed dum funus duceretur, conſulere ſe volentibus ſui copiam fecit, vacuasque aures præbuit. Auctor Valer. de ſe veritate. Manlius item Torquatus alius Ciceronis temporibus vir doctus ex Rhodia diſciplina Molonis, nec natura ad dicendum ſatis ſolutus, neq; expeditus. Cui ſi vita ſuppeditaſſet, ſublato ambitu conſul factus eſſet. Plus ſalutatis ad dicendum habuit, quàm voluntatis. Itaq; ſtudio huic omninò ſuffecit. Hæc Cicer. Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etſi non deerat (inquit Cicero,) oratio, quam Græci politicen dicunt: erant in eò plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ. ſumma verborum & gravitas & elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat gravitas, me quidem admodum delectabat. Pædianus autem de eo ſic ſcribit: L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in conſulatu accuſavit, qua & ipſe Sylla & collega damnati ſunt. Rurſus eum accuſavit, quod in conjuratione Catilinæ fuiſſet, defenditur à Cicerone, cujus extat oratio, L. Manlius pictor egregius, apud quem, cùm Servilius fortè cœnaret, filiosq; ſuos deformes animadverteret. Non ſimiliter (inquit) Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, in luce pingo. Auctor Macrobius.

Mannus, filius fuit Teutonis Dei, à quo Alemanni dici gloriantur. Alias Mannus, & Mannulus equus dicitur puſillus apud Hor. & Plin. in epiſt. Ein klein Röſzlein

Mantes, vel Mantis, Μάντις, Cicer. 1. de divinat. Divini ſacerdotes. quos Mantes vocant, Warſager/ Manteum μαντεῖον, locus oraculis dicatus, Mantice, es, μαντικὴ, ars divinandi.

Mantinea, μαντίνεια, Arcadiæ urbs, quam Epaminondas, ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmonijs illuſtrem reddidit, in qua & ipſe diem obijt. Hæc Strabo lib. S.

Mantius, Melampi filius, ex Iphianaſſa filia Præti, ex qua Polyphideum & Clytum ſuſcepit, teſte. Hom. lib. od. 5.

Manto, hujus Mantûs, μαντὼ, fuit vates Thebana Tireſiæ vatis Thebani filia, mater Ocni, qui matris nomine Mantuam condidit, & à ſe nominavit, Appellatur hæc & Ogygia, ut inter Epitheta videbitur, id eſt, Thebana, ab Ogyge rege Thebanorum.

POE-

POETICE;

Phœbea virgo.

Manto:

Præſcia, Fatidica, inclyta, Thebana, Vittata, Cadmeja, innuba, Ogygia, Enthea. Sata Tireſia, Venturi præſcia, Præſcia fatorum. Sata vatis ſanguine. Fatorum gnara, unde Mantua ſuum deduxit nomen. .

Ab hac vate Mantua (μάντυα vel μάντυα,) urbs clariſſima (ut jam monuimus) dicta eſt, Virgilij poetæ doctiſſimi patria, qui inde Mantuanus Homerus dicitur. Stroz. fil.

Priſcaq; fatidicæ referam
fundamina Mantûs.
Mãtûs, unde ſuum deduxit
Mantua nomen.

POETICE. urb.

Mantua:

Antiqua, Aquatica, Turrigera, Vetus, Præpotens, urbs Bianoris. Cremone. Quæ ſuperbit nobilitata Virgilio ſuo. Quæ Virgilio celebratur.

Mapalia, vide ſuprà, Hirtenheußlein.

Mapeta, μάπητα, vulgò Copa Sarmatiæ in Aſia urbs, Ptol.

Maras, μάρας, vir apud Beroen Syriæ urbem ditiſſimus, humanus & officioſus teſte Eraſmo in omnes cùm cives, tùm hoſpites.

Marathon, μαραθὼν, Atticæ cãpus eſt, in quo Miltiades copias funditus delevit, quæ Darium Perſarum ducem ſecutæ fuerant, non expectatis Lacedæmoniorum auxilijs, quæ tardius ob plenilunium venère. Fuit & hic campus alijs crebris cladibus inſignis, unde & in proverbium abijt, μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχη, id eſt, poſt Marathonẽ pugna, ubi quis poſt calamitatem̃ in aliã novam rurſus incidit. Hic etiam, ut Poeticis fabulis traditur, Theſeus Marathoniũ Taurum, latronem quendã Cretenſem mactavit. Auct. Strab. lib. 9. & Plutarch. in Theſeo. De hoc lege Herodot. lib. 6. & Pauſaniam in Atticis. Eſt & oppidum hujus nominis juxta Tricorytum & Rhamnem urbem, in qua Nemeſis templum inſigne fuiſſe ſcribitur.

Marathuſa, μαραθοῦσα, oppidũ eſt, & inſula quædam à fœniculi copia ſic dicta, quæ & Glazomenia dicitur.

Marcella, μαρκέλλη, Romanæ mulieris nomen, quæ cum à matre rogata eſſet, gauderetné ſe nupſiſſe, ita valdè reſpondit, ut amplius nolim.

Marcellus, Romanus vir fuit clariſſimus, cujus res præclarè geſtas Plutarchus, & alij ſcripſère. Hîc Gallorum ducem ſingulari certamine

 fudit,

fudit, ſpolia legit, Annibalem primus vinci poſſe docuit, Syracuſas per tres annos expugnavit, quinquies conſul, inſidijs Annibalis deceptus magnificè ſepultus fuit. Meminit ejus Cicero lib. 4. epiſt. famil. epiſt. 4. & ejuſdem libri epiſt. 12.

Marcludas, latro fuit inſignis in ſylva Dodonæa, ut ſcribit Tortelius.

Marcomanni, Vide ſuprà, **Meerlender vnd Mercker.**

Marc. Antonius, Ἀντώνιος, orator fuit maximus, de quo Cicero.

Mar. Attilius Regulus, conſul Romanus primo bello Punico, cùm Carthaginenſes ſæpè viciſſet, tandem per inſidias captus, & poſtea Romam miſſus eſt pro permutandis captivis, ſed cum Romam veniſſet ipſemet permutationem diſſuaſit, & Carthaginem rediens crudeliſſimè eſt necatus. Meminit ejus Cicero paradox. 1). 3. offic. in Caton. Major. 1. offic. Gell. lib. 6. cap. 4. & Claudian. in 4. conſul. Honor.

Porrogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule, &c.

Vide totam ejus hiſtoriam apud Silium Italic. libr. 6. Punitor.

M. Piſo, proprium eſt viri, de quo Cicero in Bruto ita: M. Piſo quicquid habuit, habuit ex diſciplina, maximeq́; ex omnibus, qui antè fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit.

Mardi, μάρδοι, populi Aſiæ. Plin. libr. 9. cap. 5. ad Heracleum Colchidis, Achæos, Mardos & Cerceras nominat. Quanquam & apud Perſas Mardi ſunt, alij tamen ab his.

Mardonius, μαρδόνιος, Perſa à Xerxe apud Salaminam victo cum exercitu relictus, ut belli reliquias foveret, ab Arimneſto Spartiata ſaxo obrutus eſt. Autor Plutar. in Ariſtide.

Mareotis, idis, pen. long. μαρεώτης, Libyæ pars Ægypto contermina, cujus incolæ Mareotes dicuntur. Eſt & Epiri pars Mareotis, in qua optimum naſcitur vinum, à qua Mareotidas vites Virg. dixit 2. Georg.

Sunt Thaſiæ vates, ſunt & Mareotides albæ.

Hinc Mareoticus, a, um, ut, Vites Mareoticæ, vina Mareotica, Columell.

Mare mediterraneum, & mare noſtrum, **Das Meer ſo mitten durch die Welt fleuſt**/ quod Aſiam & Africam ab Europa dividit.

Mare Indicum, **das an Indiam ſtöſſet**/ olim mare rubrum.

Mare Atlanticum, das an den Berg Atlas in Mauritaniam fleuſt.

Mare Adriaticum, vel Hadriaticum, item mare ſuperum, das Venedtger Meer ſo zwiſchen Italien vnd Illyrico iſt.

Mare Tyrrenum, Thuſcum, vel inferum, das Tuſcaniſche Meer / das an Italiam ſtöſſet/zwiſchen Sicilien vnd Genaw.

Mare Ægæum, Das Meer/ſo zwiſchen Aſien vnd Europa iſt/de quo ſupra, Egetſche Meer.

Mare Balthicum, Die Oſtſee.

Mare Erythreum vel rubrum, (inquit Pomponius) dicitur, ſive, quia ejus coloris eſt; ſive, quia ibi Erythras regnavit, das rote Meer/ ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant, procelloſum, aſperum, mare profundum, & magnorum alimaliũ magis, quàm cætera capax. Vide Pomponij enerratorem Varianum. Vide etiam plura in prima parte: Rote Meer.

Mare Ibericum & Balearicum, das Meer ſo in Hiſpanien fleuſt.

Mare Liguſticum, das Genueſter Meer.

Mare Jonium, das Meer ſo an Griechenland ſtöſſet.

Mare Caſpium, vel Hyrcanũ, das Meer in Aſia / ſo geringsweis mit Erdreich iſt vmbfangen wie ein See.

Margus, Aſiæ fluvius, qui in Oxium amnem defertur. V. de Ptol. lib. 6. cap. 10.

Mariaba, μαρίαβα, metropolis eſt Sabæorum, juxta mare rubrum. Strab. lib. 16.

Mariandyni, populi Bithyniæ juxta Pontum, ſub Tyrannide olim Crœſi regis.

Mariandynum, μαριανδυνία, Stephano, regio II. Aſia Bithyniæ contermina: ubi Hercules canem tricipitem Cerbernm virus evomentem eamque regionem inficientem devicit.

Marianus, Hiſpaniæ Bœticæ mons Ptolem. Vulgò Sierra Morena, ſaltus Caſtulonenſis.

Marica, pri. brev. penult. long. littoris Minturnenſium juxta Lyrim amnem Nympha, ex qua teſte Marone libr. 7. Faunus Latinũ regem ſuſcepit, eamq; ille Laurentē, pro Minturnenſi poëtica licentia poſuit, ut Servius annotat. Sunt tamen qui per Maricam Venerem intelligi contendunt, cui ibidem ſacellum fuiſſe perhibent.

POETICE.

Marica:

Flava, Umbroſa, Laurens.

Maridunum, μαρίδουνον, Britanniæ inſulæ urbs Ptol.

Maris, Agathyrſorum fluvius in Iſtrum defluens.

Marij, multi fuerunt, quorum unus C. Marius, Arpinas fuit humili loco natus, sed exemplum postea factus utriusq; fortunæ memorabile multa & præclata, sed non sine tyrannide gessit & atrocia pertulit. Consulatum septies administravit Romæ A Sylla verò tandē, cui hostis fuit acerrimus, prelio infelici superatus, in Minturnensium paludibus delituit, in carcerem deinde conjectum cum immissus lictor percussurus eam audisset, vultus gravitate, & flamma ex oculis fulgurante deterritus est. Ita in Epirum per Lybiam delatus cum filio Romam tamen denique redijt, ac in septimo consulatu, naturali quidem morte obijt, sed satis miserabiliilium, & febris doloribus cruciatus. Rugijt enim ut leo in agone, ut verè de illo dici possit Virgilij illud.

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Lege de Marijs Volaterran. Hinc est Marianus, ut, Clades, pugna Mariana, miles Marianus.

POETICE.

Marius:

Trux, Tristis, Acer, Ferus, Barbaricus, Exul. Qui jacuit in cœno & palustri canna, & pertulit multa pudenda tanto viro.

Marmarica, μαρμαρική, Africa regio, Barcha hodiè dicta, unde & Marmaricus, a, um, id est, Lybicus, Sidon.

Marmaricus quem vertice continet Atlas.

Marmaridæ populi sunt Africæ, Ægypto contermini.

Maro, μάρων, Virgilij pater, Sæpè autem ipsi Virgilio hoc nominis tribuitur, præsertim in versu, ut Mart. lib. 5.

Grande Cothurnati pone Maronis opus.

Hinc Maronæus, a, um, ut Templum Maronæum apud Stat. Maronæum carmen, id est, Virgilianum apud Strozium.

Maronis, urbs Germaniæ Ptolem. libr. 2. cap. 11. vulgò **Lünenburg**. Maronis, altera Germaniæ urbs autore Ptol. lib. 2. cap. 11.

Marpesus, pen. long. μάρπησσα, Stephan. mons est lapideus in Pharo insula, unde est Marpesius, a, um, μαρπήσιος, ut, Marpesia cautes apud Virg. 6. Æneid

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes, &c.

Id est, parius lapis, **ein Marmelstein oder Marmelsteinen Seule.**

Marpessa, μάρπησσα, filia fuit Eveni Martis filij, quam Idas

das Apharei filius rapuit. Vide in dictione Idas.

Marrubij, Italiæ populi fuerunt circa lacum Fucinum habitantes, ſic dicti vel à rege Marrubio, vel quod circa mare habitent. Virgil.

Quin & Marubia venit de gente ſacerdos.

Mars, quem Oſci Mamertem vocant, Deus belli, Jovis & Junonis filius, vel, ut Ovidius fabulatur, ſolius Junonis, Bellonæ belli Deæ frater apud Thraces natus dicitur, quod ea gens ſit bellicoſa. Ferunt hunc cum Venere concubuiſſe, eoſque Vulcani fallacijs tàm obſcœnè jacentes catena inviſibili ligatos omnium Deorum riſui expoſitos fuiſſe, tandem Neptuno intercedente à Vulcano ſolutos eſſe. Lege de ejuſmodi adulterio Lucian. in 17 dialog. Deorum Apoll. & Mercur. Explicari autem hæc fabula per allegoriam ad cauſas aſtrologicas relata poteſt. Ad adulteria enim naturali quadam inclinatione propenſi eſſe dicuntur, in quorum nativitate Veneris eſt cum Matre conjunctio, eorum etiam adulteria minimè fore occulta, ſi Sol acceſſerit. Quæ allegoria etjam ad mores applicari poteſt. Qui enim in militia, cujus præſidem olim Martem finxêre, agunt, plerunque ſunt adulteri & ſcortatores. Poteſt & phyſicè explicari. Nam Mars, cujus ſtella ignea eſt, colorem denotat, & venus humorem temperatum, è quibus duobus generatio conſtat. Neptunus verò ligatos ſolvit. Quia aqua, elementum igni contrarium calorem extinguit. Sacrum porrò Marti fecerunt lupum & ex volucribus picum. Dederunt præterea ſacerdotes Salios, ita dictos, quod vehementius robuſtiuſq; per urbem euntes ſaltarent. Sunt & de hoc proverbiales aliquot locutiones, ut:

Marti arma non ſunt oneri,

vel:

Mars non concutit ſua ipſius arma.

De ijs quibus aſſuevimus, quod licet etiam graviſſima ſint, commodè tamen ferantur.

ἄρης κοινός, id eſt:

Mars communis.

Quo dicto intertum, ac varium belli eventum notabant, ἄρης τύραννος, id eſt:

Mars Rex.

Quod dicitur in principem, qui non legibus, ſed vi rempubl. tractat. ἄρεος πεδίον, id eſt:

Martis campus.

In eos torquebatur, qui mi-

litari confidentia præditi viderentur, qui rem vi, non judicio gererent. ἄρεος νεοττὸν, id eſt,

Martis pullus,

diceturis, qui ad bella magnoperè eſt propenſus.

Suo, Noſtro Marte,

proverbiale eſt, pro propriis viribus ſine alicujus adminiculo. Cicer. 2. Philip. Meo Marte, von mir ſelbs. Non rarò verò pro ipſo bello Mars ponitur, μετωνυμικῶς. Ut Cicer. in epiſt. Omnis belli Mars communis, & interti ſemper exitus ſunt præliorum. Et Virgil. 10. Æneid.

Nunc inſanus amor duri me Martis in armis.

Hinc Martius, a, um, adject. bellicoſus, vel pertinens ad Martem. Martia bella, Calendæ Martiæ.

Campus Martius, Romæ inter urbem fuit & Tyberim Marti ſacer. Et Martius ſubſtantivũ, der Mertz / Martia, aqua Romana, de qua Plin. lib. 31. cap. 3. clariſſima aquarum omnium toto orbe, frigoris ſalubritatisq; palma Martia eſt, &c. Marticola, Martis cultor apud Ovid. Martigena, Marte genitus apud eundem, Martialis, e, ut Flamen Martialis, Miniſtri Martiales, qui Marti ſerviunt, Cicero.

Mavors per Epentheſin Mars dicitur, quòd magna vertat. Unde eſt Mavortius, ut Terra Mavortia apud Virgilium libro. 3. Vide de Marte plura in 1. parte Gott des Krieges. Meminit Martis Claudian. libr. 1 de raptu Proſerpinæ & in 4. conſulat. Honorij. Eſt etiam (ne & hoc ſilentio prætereamus) Mars nomen Planetæ, ſtellæ Martis, de qua Cicer. de natur. Deor. Jovi proximum orbem tenet πυρόεις, quæ Martis ſtella dicitur, eaque quatuor, & viginti menſibus, ſex, ut opinor, diebus minus, eundem luſtrat orbem.

Marſi, μάρσοι, Steph. Italiæ populi ultra Picenum Samnites verſus, à Marſo Circes filio, à quo origenem duxerunt, appellati. Marſia illorum regio. Inde Marſicus, a, um, Plin. lib. 28. cap. 3. Sunt & Marſi populi in Scythia, ut tradit Herodot. lib. 4.

Marſya ſive Marſyas, μαρσύας, tibicen fuit inſignis Phryx natione, ex Celenis oppido Phrygiæ. Ovidius tamen Satyrum fuiſſe afferit, qui tibijs à Minerva inventis Apollinem ad certamen provocare non dubitavit, à quo victus & excoriatus eſt, de quo Ovidius 6. Faſtor.

Pro-

rovocat & Phœbum, Phœbo superante pependit,
œsa recesserunt à cute membra sua.

Ficta autem est hæc fabula ab Atheniensibus, apud quos eloquentiæ & sapientiæ stu dia floruerint. Illi n. cum viderent, tibicines apud plerosq; esse in tanto pretio, ut liberalium etiam artiũ studiosis & professoribus anteferrentur, finxerunt Minervam tibiam ubi offendisset eam abjecisse, & Marsiam musicum insignem, & tibiarum inventorem ab Apolline excoriatum esse, ut ita ex Græcorum præsertim Thebanorum animis opinionem eximerent, qua credebant; artem canendi tibia liberalium artium studijs longè anteferendam. Est & Marsyas Phrygiæ fluvius, ab hujus nomine dict9, quod nympharum lacrymis Marsyam deflentium crevisset, ut est apud Ovid. libr. 6. Metam. Marsyas, Pelæus historicus, nutritus unà cum Alexandro Magno, scripsit res Macedonicas libris decem à primo rege usque ad Alexandrum. De rebus Atticis libr. 12. Marsyas Philippus item historicus. Marsyas Tabenus, qui de tranquillitate duodecim scripsit libros, fabulosa libris septẽ, & aliaj quædam de patria sua. Autor Suid.

POETICE.

Marsyas fluvius.

Liquidissimus Phrygiæ amnis. Cujus nomina Phrygium flumen habet.

Martia, Catonis filia minor fuit, quæ, cùm quæreretur ab ea, quare defuncto marito denuò non nuberet, hoc responsi dedit, se non invenire virum, qui se magis vellet, quam sua. Innuens divitias magis in uxoribus, quàm pudicitiam eligi solere.

Martialis, poeta Latinus ingeniosus quidem & candidus, qui libros epigrammatum scripsit 14. qui leguntur excusi. Atque in epigrammatis scribendis adeò felix & festivus fuit, ut epigrammatici nomen promeruerit.

POETICE.

Biblicus vates.

Martialis:

Doctus, Spurcus, obscœnus, Mordax sine fine, Mordaci ore dicax. Quem Bilbilis tulit. Quo jocante Roma falsè loqui didicit. Cujus lascivia polluit pulcrum epigramma obscœnis jocis.

Martion Smyrnæus de simplicibus affectibus scripsit, teste Plin. libr 26. cap. 3. Tradidit idem marinas Scolopendras sputo rumpi, rubetas item atq; alias ranas.

Marul-

Marullus, tribunus plebis cum Plavio coronas Cæſaris dictatoris ſtatuis detraxit, eoſque, qui primi Cæſarem regem ſalutârunt, in carcerem detrudi juſſit. Quam obrem Cæſar Marullum magiſtratu privavit. Autor eſt Plutarchus in Cæſare, Marullus item poeta mimographus ſub Antonio principe apud Spartianum, Pomponius item Marullus Grammaticus; Romæ profitebatur, Latini ſermonis moleſtiſſimus exactor, quem pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus oſtendit inquiens:

Qui caput ad lævam didicit; gloſſemata nobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

Maryſus, **Die Meerich** / in Belgico.

Maſeriacum, **Moſaer in** Belgico,

Maſiniſſa, vel Maſaniſſa, ut Suidas habet, μασσανάσσης, Rex Numidarum poſt Sypharem, hoſtis primùm capitalis populi Romani, deinde amiciſſimus ei factus ad finem uſq; vitæ perſeveravit. Plurimam ejus mentionem facit Livius libr. 7. belli Punici. Ac meminit etiam ejus Cicer. de ſenect. & Ovid. 6. Faſtor.

Maſſa, fluvius Libyæ Ptolem.

Maſſagetæ, vide ſuprà, **Die weiſſen Moren**.

Maſſica, regio Bœticæ, Tarteſiis oppoſita, quæ Maxim appellatur â Vitruvio,

Maſſicus, plur. Maſſica, penul bre. mons eſt Campaniæ, f rax generoſi & optimi vi Vina Maſſica apud Hora Et, Munera Maſſica Bacc apud Virgil. 3. Georg. Ma ſicum ſubſtant. idem. P cula veteris Maſſici Hora tius.

Maſſilia & Marſilienſis, Vid ſuprà, **Marſilien**/& **Mar ſilier**.

Matrona; vide ſuprà, **Mar ne**.

Mattiacum, eſt oppidum Ge maniæ, unde Mattiacæ pi læ, quas Martialis pro Sapo ne poſuit.

Accipe Mattiacas quo tib Calva pilas,

Matuta, pen. long, dicitur La tinis Aurora, quam Græc λευκόθεαν, quoque dicunt, qua fit Matutinus, ut, Tempus matutinum, à quo & Matuta dicta, vide Ino.

Mavors, dictus eſt Mars pe Epentheſin, quod magn vertat, autore Cicerone, d nat. Deor.

Mauri, vide ſuprà, **Mauritanier**.

Maritania, vide ſuprà, **Mauritanier Land**.

Mauruſij, dicuntur Græc Mauritani, Hinc adjectiv Mauruſius, a, um, μαυρούσιος, Virgilius 4. Æneidos.

Cui

Cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, &c.

Maurusiacus, a, um, apud Martial. lib. 10.

Mausolus, pen. prod. μαυσῶλος, Rex fuit Cariæ, de quo vide plura in fine libri inter miracula mundi.

Mazaca, μάζακα, Cappodociæ urbs est, teste Plin. libro 2. cap. 208. sub monte Argeo, quæ nunc Cæsarea. Inde Mazaræ populi, eidem Plin. liL. 6. cap. 7.

Mazeras, fluvius in Hircani maris ora. Vide Plin. libr. 6. cap. 16.

Mezeres, Cyri regis miles apud Herodot.

Mearus, μέαρος, Hispaniæ fluvius est in Asturum ora. Mel. lib. 3.

Mecisteus, μηκιστεὺς, fuit ex socijs Ajacis Telamonij, ut scribit Homer. lib. Iliad. 13.

Mecœnas, pri. lon. μηκοίνας, vir fuit clarissimus ordinis equestris Hetruriæ regibus ortus, teste Horat. 1. carm. od. 1. & Propert. lib. 3. qui ita:

Mecœnas eques Hetrusco de sanguine regum.

Fuit verò inter amicos Augusti præcipuus, & unicus studiorum patronus, poetarumque sua ætate amantissimus, ut tàm multæ poetarum laudes declarant, adeò ut Mecœnatis nomen pro fautore liberalium artium ac studiorum acceptũ sit. Sed idem etiam cultu & moribus non tantùm mollis & effœminatus fuit, verùm etiam stylo. Scripsit enim tragœdias, & alia varij generis poemata.

POETICE.

Menœnas:

Doctus, Thuscus, Mollis, Tener, Supinus, Jacens, Delicatus. Favens Maroni, Thuscis regibus ortus. Patronus doctis. Doctorum virorum vehementer amans. Dignatus summo honore suos poetas Qui semper fovit & auxit munifica ope suos poetas. Ortus ab Hetruscis regibus, Suetus Augusta reddere caros, Maronem & Flaccum.

Mecyberna, μηκύβερνα, oppidum Macedoniæ, & Mecybernæus sinus eidem oppido adjacens. Vide Plin. lib. 4. cap. 10.

Meda, Thessaliæ urbs est, Perottus.

Medæà, prima & penultima longis, μήδεια, Æetæ Regis Colchorum filia, venefica insignis, quæ Jasonem Colchos cum reliquis Argonautis profectum hospitio suscepit, eidemq; nupta fugam cum ipso arripuit, tracto secum fugæ comite Absyrto parvulo fratre. Quos cùm

pater

pater persequeretur, neque quisquam insequentem retardare posset, Medæa fratrem Absyrthum occidit & articulatim discerptum passim per agros disjecit, atque ita dum pater filij mēbra colligeret, illa cum raptore aufugit. Tandem post longos errores in Thessaliam cum Jasone pervenit, ubi ejusdem precibus Æsonem patrem annositate decrepitum in robustiorem ætatem rerraxit: Cumq; Jasoni duos filios peperisset, in Peliæ mortem filias suas armavit. Postremò ab ipso Jasone repudiata est, quia aliam uxorem, Creusam videl. Creontis Corinthiorū regis filiam duxerat. Quod Medæa ægerrimè ferens ignem in scriniolo muneris loco Creusæ misit, quo ipsa cum tota regia exusta est, ut superius ostensum est: Quo tàm impio facinore Jason iratus supplicium de ea sumturus irruit: Medæa vero filijs, quos ex eo susceperat, arreptis in patris ipsos conspectu jugulavit, maleficijsque sublata Athenas advolavit, ubi Ægeo regi annoso nupsit, ex quo filium suscepit, quem de suo nomine Medum appellavit, à quo postea Media regio dicta est. Tandem, nescio quo pacto, Jasoni conciliata cum eo Colchos redi[it,] patremq; senem & exule[m] Jasonis viribus in regnu[m] reduxit. Sunt mamen, q[ui] referant, eam Jasoni non r[e]conciliatam, sed post susc[e]ptum ex Ægeo Medum fil[i]um, Cerberi spuma pota[m] se Theseum privignum, a[c] demum nubes carminibu[s] excitasse, ijsque cum Med[o] filio involutam in eam A[]siæ partem, quæ hodiè Me[]dia dicitur, pervolasse Vi[]de Justin. libr. 42. Memini[t] ejus & Cicero pro lege Manilia cùm inquit: Primùm ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medæa illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris su[i] membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa mœrorque patrius celeritatem persequendi retardaret. Et Ovid. 3. eleg. 9. ubi ita:

Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur hic remos applicuisse vadis.

Et:

Ergo ubi prospexit venientia vela tenemur,
Et pater est aliqua fraude morandus, ait.

Dum

Dum quid agat quærit, dum versat in omnia vultus.
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cujus ut oblata est præsentia, vicimus, inquit.
Hic mihi morte sua causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quicquam tale timentis,
Innocuum rigido perferat ense latus.
Itq; ita divellet, divulsáque membra per agros
Dissipat in multis invenienda locis.

Vide eundem lib. 2. elog. 7. Metam. libr. 2. de arte, & in epist. & Alciat. libr. 1. emblem. 98. Horat. item in arte. Docent autem Medææ amores, magnum vim esse affectuum, præsertim amoris, ut qui rectæ rationis dictamen parū sequatur. Monent igitur, ne affectib. indulgeamus, quôd indulgentes illis consilium plerunq; sequantur deterius. Factum est autem postea Medææ & Jasonis divortium, ubi Creontis ille duxit filiā. Quod ut Medæa ulcisceretur, Creontis filiam incendio extinxit, & suos ipsamet liberos interemit. Ostendit autem Jasonis & Medææ divortiū,

eorumque liberorum tristis ac miserabilis interitus, conjugia, quæ parentibus invitis vel desertis ineuntur, firma & felicia non esse. Amoris enim ubi deserpuit æstus, amor in odium & iram mutatur.

POETICE.

Impia
Iniqua
Maga
Fera
Impudica
} Colchis.

Phasias barbara.
Æetias, quod Æetæ regis filia.
Barbara pellex.
Barbara venefica.
Æetis Æea puella.
Parens sanguinolenta natorum nece.

Medea:

Callida, Venefica, Adultera, Torva, Impudica, Fera, Infamis, Turbida, Noxia, Infesta, Dira, Effrena, Nefanda, Furibunda, Furens, Profuga, Docta, Ferox, Sagax, Cruenta, Scelerata, Sæva, Sequax, Furiata, Furiis agitata. Puerorum sanguine respersa. Desertum parentem fugiens. Adultera virgo, quæ turpiter virum cognovit. Quam puppe avexit Jason. Regina Colchorum. Filia misero parenti acerba. Germana fratri acerba. Ulta virum per natos. Quæ iram matris

piavis

piavit cæde natorum. Cruenta cæde sua. Quæ polluit se iniqua manu. Cruenta cæde fraterna. Docto novare senem infirmum. Quæ patrios tauros extinxit. Herbis nota. Quæ pueros trucidavit. Quæ meditata est anxia vulnera sollicitis natis. Cujus impius ensis perfusus est sanguine natorum. Fera impietate. Quę sylvas, & viva saxa loco movit. Quæ lacerata fratris corpora spargere potuit per agros. Pulsa Æsonia domo. Quæ læsa sanguine natorum maculata est. Quæ roganti Æsonidæ auxilium tulit. Capta amore Æmonij Ducis.

Medesicastes, filia Priami notha, teste Homer.

Media, μηδία, quidam tamen per diphthongum scribunt, pri. long. מָדַי, regio Asiæ majoris, contermina Assyriæ & Persiæ, atque mari Hyrcano, in qua nascitur Silphin&, ex quo medicus liquor, non multum inferior Cyrenaico colligitur. Item Medica (μηδική) herba ex trifoliorum genere, qua optimè pascuntur equi, Pferdefutter / Medisch Kraut. Herba est Germaniæ planè ignota, ex Media verò in Italiam etiam bellorum occasione translata. Fœnum Burgundiacum, vocat, Burgundisch hew. Multa de ea habent scriptores de re rustica. Virgil. Georg.

Tunc te quoq; Medica patres
Accipiunt sulci, &c.

Dictam autem quidam regionem hanc volunt Medo. Medeæ filio, quidam Mædai filio Japhet, nepoti Nohæ, Genes. 10. Hinc fit Medicus, a, um. Lucanus lib. 2.

Achemeniis decurrant Medica Susis
Agmina, &c.

Et Medi populi, id est, mensores, à מד mensus est.

POETICE.

Media:

Ferax, Barbara, Fœcunda. Quæ claret felici malo. Ferens tristes succos. Ferens tardum saporem felicis mali, quo non ullum præsentius remedium contra virus.

Medi, populi

Pharetrati, Pugnates, Bellicosi, Braccati. Non tarda gens sumtis pharetris. Pharetra decori. Quibus herbida pascua.

Mediolanium, vide suprà. Mamhester & Münster.

Mediolanum, Galliæ Cisalpinæ urbs, Insubrum caput. Meiland. Hinc Mediolanensis, e.

Mediolum, μεδίολον, Hispaniæ

niæ urbs. Ptol.lib.2.cap.6. Vulgò Medina cœli.

Mediomatrices, Vide supra, Westerreicher.

Medioxumi dij minores antiquis dicti sunt. Plat in Cistellaria: Ita me Dij Deæq; Superi atq; inferi, & Medioxumi. Idem Deos vocat Patellarios, qui patellis & basis sacrificio accommodatis pacabantur.

Medod, ex Centautis unus. Perortus.

Medon, μέδων, Oilei nothus fuit, ex matre Rhena teste Homer 2. Iliad.

Medua, portus plin.lib.3.cap. 5. inde Meduacus, Venetorum fluvius, qui nunc vulgò Brenta dicitur,

Medullina, μεδȣλῖνα virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata fuit, ut verò stupri aurorem agnosceret annulum digito ejus detraxit. Ubi ex pignorê patrem esse comperit eundem ad aram gladio confodit. *Autor* Plut. in Parallelis.

Medusa, pri, brev. μέδȣσα, quæ & Gorgone, sive Gorgonis, dis/ quæ mulierum formosissima fuit, & inter alia sui decoris spectabilia, crines habuit ad auri colorem proximè accedentes, quorum splendore captus Neptunus in Minervæ templo cum ea concubuit, ex quo conceubitu postea natus est Pegasus equus. Quam injuriam Minerva graviter ferens, Medusæ crines, quibus amatori suo maximè placuerat, in angues mutavit, deditq; ut omnes eam intuentes in lapides mutarentur. Quamobrem cum nemo monstrũ adeò immane, citra vitæ etiam, discrimen aspicere posset. Perseus Jovis & Danaes filius Mercurij talaribus, & falcato ense accepto, Palladis item scuto, ut ære repercusso effigiem ejus videre impunè posset, ex improviso, cum ipsa angueisq; sopiti essent, adortus uno validissimo ictu peremit, & in patriam rediens, cum ejusdem caput secum deferrer, contigit ut guttæ sanguinis decidenees per Aphricæ solitudines mutarentur in serpentes. Per mutationem verò (ut & hoc addamus) capillorum Medusæ in serpentes significatur torpitudo, & infamia, qua pudicitia amissa, illustres fœminæ deformantur Vide Medusæ fabulam apud Lucanum lib. II. belli, ubi prolixè eam describit. Ovidius in ibin. saxificam appellat Medusam, quod qui Medusæ caput (ut jam ostendimus) inspiciebant, in lapides verterentur. Hinc est Medusæus, a, um, ut Os

Medusæum, equus Medusæus, apud eundem Ovid. Plura de Medusa, vide in dictione Pegasus.

POETICE.

Ora Medusæ,
Forma Medusæ.
Phorcis, Phorcinis, Gorgonis.
Medusæ squallentia ora.

Medusa:

Horrenda, Invisa, Sæva, Anguitenens, Gorgon, Gorgonea, Stillans, Sacrifica, Torua, Nexa angue nodosa comas. Anguibus cincta caput. Quæ torquata micat stygijs colubris. Nexis angue comis.

Mega, id est, magnum, Mauritaniæ Cæsariensis promontorium. Ptolem.

Megabyzi, μεγάβυζοι sive Megalobyzi dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos Eunuchos esse oportebat: Unde & pro imbellibus ac mollibus poni consueverunt, quales sunt Spadones. Vide Quintilianum lib. 5 capite 12.

Megæra, prim. brev. μέγαιρα una ex furijs ἀπὸ τῦ μεγαίρειν, hoc est, odio aliquem prose qui, vel, fortunæ alicujus invidere. Hæc enim apud homines odium, iram, lites, atque malevolentiam excitat, de qua Claudian. 1. in Ruffin. lib.

Improba mox surgit tristi d
sede Megæra,
Quam penes insanit fremitu
animiq; profanus
Error & undantes spumis furialibus iræ
Non nisi quæsitum cognat
cæde cruorem,
Illicitumq; bibit, patrius quem
fuderit ensis
Quem dederint fratres, hæc
torruit Herculis ora.
Hæc defensores terrarum polluit arcus.
Hæc Athamanteæ direxit spicula dextræ
Hæc Agamemnonios inter
bacchata penates
Alternis lusit jugulis, hæc auspice tædæ
Oedipoden matri, natæ junxere Thyesten.

Meminit & Megæræ Virgil. 12. Æneid.

POETICE.

Megæra:

Atra, Dira, Ferox, Sæva, Tetrica, Violenta, Virulenta, Venenosa, Viperea, Odiosa, Crinita, Inferna, Rapida, Scelerata, Torua, Tartarea.

Megalesia, μεγαλήσια, dies Magnæ Deorum matri sacer, vel ludi etiam eidem matri sacri, qui in palatio

Romæ celebrabantur, qui & Megalenses ludi dicti fuere. De Magna Deorum matre vide in dictione Cybele.

POETICE.

Megalesia:

Cybeleja primi ludi.

Festa Idææ parentis.

Megara, pen. brev, μέγαρα, urbs juxta Isthmum Corinthiacum media inter Peloponnesum Atticam & Bœotiam, Euclidis Geometrarũ principis patria, qui Socratem Athenis audiendi cupidissimus sub noctem pallium muliebre indutus, & tunicam versicolorem, eo se recepit, cum decreto gravissimo Atheniensis cavissent, ut si quis Megarensium intulisse Athenas pedem deprehensus esset, ei capitale id esset. Gell. lib. 6. cap. 10. Dicta est à Megareo Apollinis filio. *Hujus* meminit Cicero lib. 4 epist. & P. Virgil. in libro, qui Ciris, inscribitur, his verbis:

Sunt Pandionijs vicinæ sedibus urbes,
Actæos inter colles, & candida Thesei.
Purpureis latè ridentia littora conchis,
Quarum non ulli fama concedere digna.
Stat Megara, &c.

Hinc Megaricus, Megarici Megareus ut:

Megaricum machinamentum.

μεγαρικὴ μηχανὴ, quod proverbialiter dicitur ubi non sincera fide res agitur sed astu & dolo. Sic Euclides Socratis discipulus Megareus Cicero in Acad. Et Megarejus quautor syllabis apud Ovid. Heros Megarejus 10. Metam. & Megarensis. Est & alia hujus nomini urbs prope Syracusas. Fuit præterea Megara, Creontis regis filia, & uxor *Herculis*, quam furens interemit ut scribit Seneca in Hercule furente. Dictus denique & Mons est hoc nomine in Sicilia, ubi multæ apes: licet & Megara, Megarorum legatur. Vide Hybla.

Megaris, idis, μεγαρὶς, regio in Achaja, in qua bulbi Megarici, qui à Catone Columella lib. 10. celebrantur.

Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.

Plin. lib. 4. cap. 7.

Meges, μέγης, ex Græcorum principibus unus fuit, qui ad Trojam sunt profecti.

Melamphilum, insulæ nomen in Asia, Plin. lib. 5. cap. 31.

Melampus, Melampodis, pri. bre fuit, μελάμπους, teste Homero lib. Odiss. 15. filius Amythaonis ex patria Argo Dicitur etiam fuisse medico insignis, qui teste Achil. Pirmin. in Chr. primus vi-

 num

num aqua diluere præcepit, circa annum mundi 3775. Idem etiam Præti Argivorum regis filias adhibitio helleboro ab insania purgavit & sanavit. Quod tetigisse videtur Virg. 3. Georg. cùm de medicinis pro sævissima peste loquetetur. Et Ovid. lib. 5. hujus meminit.

Amithaone natu
Prætidas attonitus postquam per carmen & herbas
Eripuit furijs, &c.

POETICE.

Melampus:

Præclarus, Fortis, Insignis Vates, qui pro fratre Biante Iphicli armenta abduxit Spartana gente. Cui fatale munere pero data est. Amithaone natus. Qui eripuit præsidas furijs.

Est & Melampus in tertio Europæ sinu & canis nomen apud Ovid. 3. Metam. Sicut & Melantheres.

Melanea oppidum in Arcadia, Plin. lib. 4. cap. 6.

Melanes vel nigri, montes juxta deserta Arabiæ, Ptol. lib. 5. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ: Sui desertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

Melanthia, μελανθία, teste Aristarcho in 10. Odyss. Homeri filia fuit Deucalionis ex Pyrrha.

Melanthius, μελάνθιος, vir fuit Troianus, ab Euriphilo in bello Troiano interfectus, teste Homero. Alius ejusdē nominis pastor est apud Theocritum. Alius item pictor fuit præstantissimus. Autor Quintilianus.

Melantho, μελανθώ, Prothei senis filia fuit, quæ positis vestibus dorso Delphinum insidere, atq; ita per maria patris vagari consuevit. Forma autem ejus insigni, qua prædita erat, illectus Neptunus in Delphinem se transmutavit, atque illi applaudens in sui eam consessum traxit, & transportatam etiam violavit, ex quo postea Theodoro teste, Amycum genuit. Aliter tamen Servius sentit, qui hunc Neptuni & Melites filium facit. Vide suprà.

Melanyon, μηλανύων, quamvis sint, qui per jota penultimā scribi malint dictus est Hippomenes, eò quòd pomis certamen eònfecerit, μῆλον enim Græcis malum sive pomum est apud Propertium Mimalion pro Melanyon perperam legitur, cum inquit:

Mimalion nullos fugiendo Tulle labores
Sævitiam duræ contudit Iasidos.

Melas, μέλας, nomen est multorum

torum fluviorum. Nam unũ esse in Mygdonia ostendere videtur. Ovid. 2. Metam.

Mygdoniusq; Melas, &c.

Alius ejusdem nominis in minori Asia est, qui solyno teste Smyrnam ambit. Alius in Cilicia est navigabilis Ciliciam à Pamphilia dividens, teste Plin. lib 5. Alius item in Thracia eodem Plinio teste loco citato. Alius pratetea est in Bœotia, oriens sub Orchomenorum urbe, unus omnium fluviorum Græciæ ab ipso fonte navigabilis, atq; circa solstitium æstivum, ut Nilus stata accipiens incrementa, nec longius excurrit, sed in lacus & cunicolos delapsus modica sui parte Cephilo iufunditur. Stat. lib. 7.

Palladiusq; Melas Hecateaq; gurgite nutrit.

Alium esse in Sicilia ostendere videtur Ovid. Fastor. lib. 4. cum de fluminibus & de Siciliæ locis quæ peragraverat Ceres, loquens ait.

Sacratumque Melan pascua læta boum.

Meleager, vel Meleagrus μελέαγρος fuit Oenei Regis Calydoniæ filius, de quo vide Ovid. 8. Metam. Croceos habuit capillos, unde Flavus dicitur à Juvenali Satyr. 5.

POETICE.

Calydonius heros.

Meleager:

Mavortius, Ferus, Flavus, Thestiades, Oenides, Frendens tumida ira. Vivus fatali in igne. Flammis absentibus ardens. Versus in arma, prece conjugis. Qui aprum Calydonia rura vastantem pressit. Qui bello ferox erat.

Meleagrea, μελεαγρεία, Calydon Etoliæ urbs dicitur, eo quòd Meleager in ea imperârit. Perottus.

Meles, is, & etis, μέλης, Plin. lib. 15. cap. 29. Asiæ fluvius est prope urbem Smyrnam.

Melesigenes. pen brev. μελεσιγένης, Homeri fuit nomen proprium, priusquam à cœcitate Homerus diceretur. Sumtum autem est nomen à Melite fluvio Smyrne propinquo, juxta quem natum eum esse scribunt. Vide supra Homerus.

Meletim Arrianæ sectæ præsul fuit in Ægypto. Vide de eo historiam tripartitam.

Melibœa, μελίβοια, Magnesiæ urbs propinqua Thassaliæ, teste Herodot. lib. 6. Fuit & patria Philoctetæ, quæ nobilis ob purpuram fuit. Virgil, lib. 5.

Quam plurima circum
Purpura Meandro duplici Melibœa cucurrit.

Id est Mesibensis, à Meliboeus adject.

Meliboeus, μελίβοιος, pastoris nomen apud Theocritum & Virgil. Inde dictus quòd boves curet. Est enim à μελε- id est, curare & βόες id est, boves. Intelligitur autem per Mœlibæum Virgilianum civis Mantuanus, cui cum reliquis agri sunt adempti.

Melibocus, Das Gebirg in Hessen / in Meissen am Hartzwald.

Melicerta sive **Melicertes**, μελικέρτης, filius fuit Athamantis & Jovis, cum quo mater Athamanta maritum furentem videns de Scyronia rupe in mare se præcipitem dedit: & postquam in numina Deorum commiseratione sunt commutati, Græcè Leucothea & Palæmon sunt appellati, Latinè Portunus & mater Matura. Autor. Servius. Meminit Virg. 4. Georg & Claud. in 4. Honorij consulatu, ubi ita:

Et puer Isthmiaci jam pridem litoris exul
Secura repetit portus cum matre Palæmon.

Ovid. item. 6. Fastor. his verbis:

Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicit.

Polydor. præterea Virgil. lib. 2. de rerum invent. 13.

Melissa, μέλισσα, filia Melissi, Cretensium regis, quæ cum Amalthea sorore Jovem infantem in Ida monte caprino lacte & melle nutrivisse fertur. Tandem à Jove in apem mutata est. Unde & apes Græcis μελίτται, dicuntur.

Melissus μέλισσος Rex fuit Cretensium antiquissimus, qui primus Dijs sacrificavit, habuitq; duas filias, Amaltheam & Melissam, quæ Jovis nutrices fuère. Fuit item Melissus Grammaticus muneri datus Mecœnati. & manumissus ab eo. Autor Tranquillus. Alius præterea eodem nomine Samius Philosophus fuit, Parmenidis auditor, qui vixit tempore belli Peloponnesiaci, de quo Apollodorus, Laertius & Plutarchus in vita Periclis.

Melita, æ, & **Melite**, es, prim. & pen. brev. μελίτη, est insula maris Siculi inter Italiam & Epirum posita, quæ nunc Malta vocatur. Accepit autem Melita nomen à melle, quod omnium optimum ibi conficitur. Ab hac Melita canes nobiles aliquando dicti μελιταῖα κυνίδια, Melitæi canes, sive catuli, Kleine spiel hündichen, qui olim Romanis in delitijs erant. Alit enim ea insula canes ejusmodi parvos. A Melite etiam fit Melitæus

litæus & Melitensis, μελιταῖος, μελιτεὺς, ut, Canes Melitæi & Melitenses. Melitæa lana vel vestis, Zartte weiche Kleider.

POETICE.

Melite:

Fertilis, Ferax, Opima, Quam unda Lybici freti verberat, Vicina sterili Cosyræ.

Melitides fatuus fuit Homerico carmine nobilitatus, qui Zenodoto teste, ultra quinq; supputationem prosequi non potuit, ita ut proverbio locum fecerit μωρότερος μελιτίδου, id est:

Stultior Melitide.

de studino admodũ & stulto.

Melo, fluvij nomen, qui & Nilus & Geon appellatus est.

Melobosis, μελόβοσις, nympha Oceani & Tethyos filia teste Hesiodo in Theogonia.

Melocabus, Vide suprà, Choburgk.

Meloesse, μηλοέσση, insula una ex Serinis non tam à pomorum quàm pecorum abundantia dicta. Plin. lib. 3. cap. 10.

Melos, μῆλος insula inter Cycladas Pompon. numeratur lib. 2.

Melus, Thessaliæ oppidum quod Atheniensium dux Nicias obsedit & expugnavit, non tam machinis bellicis, quã fame. Unde λιμὸς μηλιαῖος, Id est:

Fames Meliæa.

de fame extrema, rebusque difficilimis proverbialiter dicitur.

Melpomene, antepen. & pen. brev. μελπομένη, una est ex Musis, Tragœdiarum inventrix, à modulando nomen trahens. Vide plura in prima parte statim in initio libri: Göttin der freyen Künste.

Memmius præceptor fuit Ciceronis, mediocris orator, sed accusator vehemens & acerbus.

Memnon, μέμνων, dux fuit Æthiopum, qui ex oriente suppetias Trojanis cùm venisset, ab Achille interfectus est. Virg. 1. Æneid.

Et nigri Memnonis arma.

Fingitur idem Auroræ filius, propter patriam in oriente sitam. Hinc Memnonius, ut aves Memnoniæ, quas Memnoniadas Ovid. 13 Met. vocat, quæ singulis annis ex Æthiopia ad Trojam adventantes super Memnonis sepulcro decertant. Quotannis verò, Plinio teste ex Æthiopia aves advolant in Phrygiam, eoque in loco tantum, ubi Memnon sepultus est conspiciuntur. Hinc est de avibus hoc figmentum.

POETICE.

Memnon.

Fortis, Acer, Niger. Quem Phrygijs campis Diva mori vidit

vidit Achillea cuſpide. Filius auroræ.

Memphis, vide ſuprà **Meſſer.**

Mempricus Britannia rex, qui Malym fratrem vita exuit, ut eo extincto regnaret, Volater.

Mena, μήνη Deæ nomen apud Romanos, quæ menſtruis fluoribus præeſſe putabatur. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam brevis, in Italia magis, quàm Germania notior, qui hyeme candidus, æſtate nigior fuit, **Ein Heuring.** Cicero de finibus bonorum & malor. Qui voluptatē contemnunt eis licet dicere, ſe acipenſerem Menæ anteponere. Hunc piſcem etiam halecē dici poſſe quidam exiſtimārunt. Sunt tamen qui hoc nomen cum Diphthongo ſcribi malint, Mæna, æ, μαινίς.

Menæchmus, Μέναιχμος, Philoſopus Platonicus Proconeſius, qui ſcripſit libros tres in libros Platonis de republ. Menæchmus itē Sicyonius hiſtoricus Alexandri Magni hiſtoriam ſcripſit. Meminit utriuſq; Suidas.

Menalcas, Μενάλκας, nomen paſtoris apud Virgil. ecl. 3.

Menalippe, Μεναλίππη, Amazonum regina fuit, quam Hercules in bello quod contra Amazones geſſit, cepit, poſtea verò Antiop... ſorori

reſtituit. Meminit illius Juvenal. Satyr. 8.

Menalippides, Μεναλιππίδης, poeta Melius genere, plures Dithyrambicorū libros, & poemata epica, & epigrammata & elegos ſcripſit. Hujus ex filia nepos Menalippides junior item poeta, paternis inſiſtens veſtigijs Lyrica & Dithyrambica ſcripſit. Vixit mortuusq; apud Perdicam regem Macedoniæ, Suid.

Menalippus, Μενάλιππος, Thebanus quidam fuit, qui in bello Thebano Tyteum lethaliter vulneravit, qui ſaucius apud Statium ita vociferatur:

Caput ô mihi ſi quis
Apportet Menalippe tuum.

Quod ubi per ſocios allatū ipſi eſſet, inſtar canis rabioſi illud devoravit, & poſteà expiravit. Fuit alter Menalippus Oenei filius, Tydei frater, à quo imprudenter in Sylvus inter venandum interemtus eſt. Fuit idem eodem nomine Trojanus, quem ob virtutem ſuam Priamus filij loco adamavit.

Menander, & Menandrus, pri. brev. Μένανδρος, Athenienſis γνωμικώτατος, Comicus novæ Comediæ Comœdias 108. cōpoſuiſſe traditur ab alijs 109. Sed Apollodorus centum & quinq; ſuo carmine prodidit. Quāvis verò vir

vir fuerit doctissimus, ita etiam ut inter omnes novæ Comœdiæ facilè princeps habeatur, tamen vivus non magnopere laudatus est, ut ait Martialis.

Rara coronatæ plausére
theatra Menandro;
Et sua riserunt secula Mæoni-
dem.

Hinc est Menandrius, μενάνδρειος, adject. Transtulit ex Menandro in fabulas quædam suas Terentius, ut ex titulis commœdiarum Terentij videre est. Vide de Menandro Gellium lib. 17. cap 4. & cap. 23. lib 2 & egregiam ejus commendationem apud Quintilianum. lib. 10.

POETICE.

Sales Menandri.
Thais Menandri.

Menander;

Doctus, Blandus, Jucundus, Facundus, Amabilis, Festivus, Strabus. Cujus fabula nulla sine amore. Salibus aspersus. Mulierum amans Peracutus mento. Qui pueris virginibusq; legi solet. Qui liquidis perijt, dum nabat in undis.

Fuit & Menander Laodiceus Sophista, de quo Suid. meminit. Item alius Samarita Simonis Magi discipulus fuit, & successor de quo Irenæus lib. 1. cap. 21. & Eu-

seb. lib. 3. cap. 26.

Menapij, μενάπιοι, populi inter Musam & Rhenum habitantes, Ubijs Eburonibus ac Tongris contermini, die Geller vnd Gülicher, Strab. lib. 4.

Menaria μεναρία, insula est contra Magonem, à copia piscium, quæ Menæ dicuntur appelata. Vide Plin. lib. 3. cap. 5. A quibusdam per æ diphthongum scribitur.

Mendesium, Mendesicum, μενδησικὸν, unum est ex Nili ostijs.

Menecheus, oraculo edito suum patriæ sanguinem largitus est Autor Cicer. in Tusculan. quæstionib. circa finem lib. 1.

Menecrates, μενεκράτης, medicus Syracusanus, nullam medendo accepisse mercedem dicitur. Curabat inprimis sacrum morbum tantū hac mercede contentus, ut liberati se ipsius esse servos faterentur: se verò Jovem appellabat. Vide Aeliam de varie. histor. Alius hoc nomine Comicus poeta fuit. Autor Suid.

Menedemus μενέδημος, nobilis inter Socraticos Philosophos Phædri discipulus, pauperis architecti filius, decessit annos natus 74. Autor est Diogenes Laertius. Menedemus item Lampsacenus Cynicus in tàm prodigio-

digiosam suspicionem venerat, ut furiæ habitu sumto prodiret dictitans, se exploratorem ex inferis venisse delaturum dæmonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat cum tunica talari adstricta baltheo puniceo Arcadium Pileum gestabat, cothurnos tragicos, virgam in manu Autor Laertius. Est & Menedemus senis nomen apud Terent. in Heautontim. Ubi intro ducitur durus in filium & vehemens, sed postea nimium indulgens. Dicitur à μένος, id est robur, & δῆμος, id est populus.

Menelaus, μενέλαος, filius Atrei frater Agamemnonis rex Spartæ civitatis, & maritus Helenæ, quam ubi Paris Priami filius, eo absente rapuisset, legatos ad Paridem misit, qui illam repeterent, Sed cum reddere nollet, omnes totius Græciæ principes convocavit ad bellum, qui collecto maximo exercitu ad unum omnes sub Agamemnone rege in excidium Trojanum conjurarunt. Cumq; jam tota Phrygia atq; Mysia devastata ad Ilium Priami regiam pervenissent, decennali id bello oppugnârunt, atq; ita egregiam suam conjugem recepit, conscensaq; navi post octavum annum domum rediit.

Tantæ molis erat infamam reducere scortum,
Virg. lib. 2. Æneid.
Et Menelaus & ipsi doli fabricator Epeus.

Tribuit Menelao βραχυλογίαν Homerus 3. Iliad. Meminit ejus & Cicero de clar. orator.

POETICE.

Atrides minor.
Doricus hospes.
Mycenæus Atrides.

Menelaus:

Dulcis, Suavis, Pauca dicens & acuta. Repetitor ademtæ nuptæ. Cui pia militiæ causa puella fuit.

Menes primus omnium hominum teste Herodoto in Ægypto regnavit, sub quo tota Ægyptus Thebaica excepta plaga palustris fuit.

Menosthius, μενέσθιος, filius Arithoi & Philomedusæ fuit ex urbe Arua, in bello Troiano à Paride occisus, Homero in initio lib. 6. Iliad. teste.

Menestho, μενεσθώ, nymphæ nomen, quæ dicta est à memorando. Unde Menestheus μενεσθεύς, Diomedis auriga. Alius fuit Athenarum dux Thesei & Phœdræ filius ac frater Demophoni.

Menetes, seu Mynetes, princeps fuit in Lernesso oppido & Maritus Astynomes Chrysæ filiæ ab Achille interem-

teremtes, vide suprà Chryseis, item Astynome. Ovid. lib. 12.

Hastam
Misit in adversum Lycia de plebe Menetem.

Meninx μῆνιγξ, insula est clarissima circa Africam, quam Latophagitin Eratosthenes appellat. Vide Plin. lib 5. cap. 7.

Menippus, Μένιππος, Stratonicensis, in tota Asia disertissimus, præceptor Ciceronis ut ipse in Bruto testatur. Menippus alius poeta Comicus fuit de quo Sui. Alium item Menippum Macrob. adducit, quem Philosophum & servum fuisse tradit, scripsisseq; libros, quos in Satyris Marcus varro imitatur, quas Marnippeas nominavit: alij verò Cynicas. Alius præterea hujus nominis Phœnix, Philosophus Cynicus, nihil memoria dignum, in lucem edidit. Porro ipse librisq; ejus ridendi. Cumque πλεονεξίας vitio laboraret, bonis amissis seipsum strangulavit. Tide Diogen. Laert.

Menius Lycaonis filius, qui ubi patre in lupum verso, & domo conflagrante Jovem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

Menlearia, μενλεαρία, vulgò Marcia, Hispaniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Menœtius μενοίτιος, teste Homero, Actoris fuit filius & Patrocli pater. à quo Menætiades dictus est Ovid. 1. Heroid. epist.

Sive Menætiadem falsis cecidisse sub annis.

Menoles, dictus est Dionysius quod Latinè totum furentem significat, cui Bacchæ Orgia celebrabant, & crudas carnes comedentes sacro furore initiabantur. Evan Evan conclamantes. Quæ vox aspirata, secundum exquisitam Ebræorum linguā fœminei sexus serpentem significat. Scribitur & cum æ diphthongo.

Menophilus, μηνόφιλος, Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio victus filiam servandam dedit in arce quadam, quam cum Manlius Priscus obsedisset, defensoresq; deditionem parantes Menophilus sentiret, arrepto gladio sibi ipsi mortem conscivit, veritus ne captiva puella raperetur & violaretur, Autor Ammianus Marcellinus, lib. 6.

Menosgada, vide suprà **Æger.**

Mentercosa, μεντερκόσα, Hispaniæ urbs Ptolem.

Mentisa, aliâs Mentesa, μέντεσα, Hispaniæ urbs Ptolem.

Mentor, μέντωρ, præclarus in cælandis vasis artifex fuit,

de-

de quo Plin. lib. 12. Mentori, inquit, quotidiè testimonium perhibet Juppiter Capitolinus & Diana Ephesia quibus fuêre consecrata ejus artis vasa. Quare ait Juvenalis Satyr. 8.

Rara sine Mentore mensæ.

Hinc Mentoreus, a, um, ut, Mentoreus labor.

POETICE.

Mentor:

Clarus, Egregia arte notus vel bonspicuus.

Menus vel potius Mœnus, item Moganus. Aliqui etiam Mœnis scribunt, fluvius est Germaniæ in Rhenū fluens, der Mäyn bey Franckfurt Alioqui Mœnis.

POETICE.

Irriguæ aquæ
Flumina } Mœni.
Vada cœrula

Mœnus:

Spumifer, Vitifer, Gelidus, Jungens flumina Rheni aquis. Proluens arva fluvio suo. Perpinguia culta volutus. Cujus irriguas aquas Francia potat. Quem cadē tem ad solem mœnia opulenti Rheni excipiunt.

Menus item vir fuit inter Samnites natus, qui mirè solitudinem amabat, in qua ne quid per ocium perperam faceret, apes curabat.

Menuthias, adis, Μενουθιάς, insula Australis Ptol. lib. 5. 6. 9 ad Æthiopiam, hodiè Madargasca, sive insulam S. Gregorij vocant, licet accolæ sint Machometistæ.

Meonia, Asiæ minoris regio, quæ postea à Lydo Thyrreni fratre cognominata fuit ut antè scripsimus, Et à Meonia Meonis patronym. deducitur. Vide suprà Mœonia.

Mera, prim. prod. μήρα filia Præti & Antiæ, cum venationi dedita Dianam per nemora sequeretur, à Jove visa & dilecta est, qui Dianæ figuræ sumta cum ea concubuit. Quapropter cum postea ob patrati facinoris pudorem timens, ne denuò deciperetur vocanti eam Dianæ obsequi nollet, ab eadem sagittis confossa, occubuit. Tandem in canem versa est. Ovid. 7. Metam.

Et quos Mera novo latratu terruit agros

Est & alterius canis, nomen dc quo suprà in dictione Erigones.

Mercurius ἑρμῆς, מְנִי Jovis & Maiæ filius, nuncius & interpres Deorum qui interdum pro quovis nuncio sivè tebellario ponitur, in pedibus habet talaria, galerum in capite, in manu virgam qua Virgilio teste animarū alias orco evocat, alias in tartara mittit, ventos concitat

tat, tranatq; nubila, Significatur, autē per alata talaria & velox ipsius motus, quia omnium, inter quos etiam refertur planetarum velocissimè movetur, & volubilitas linguæ, quæ egregium in oratore est decus. Per virgam item significatur vis eloquentiæ, qua hominum mentes alliciuntur & impelluntur. Per capitis tegumen simulatio quam fronte & vultu sustinent homines versuti, ad orationis fallacias tegendas. Oportet enim fallacem in dicendo tectum, & cautum esse. Deus est eloquentiæ, item mercatorum & furum. Colebatur maxime in Arcadia, in cujus monte Cyllene progenitus fuit. Virgil. lib. 4. Æneid.

Tunc si Mercurium alloquitur, ac talia mandat.

Prudentius contra Sym mach. lib. 1. de Mercurio.

Successit Jovis Imperio corruptior ætas,
Quæ docuit rigidos vitijs servire colonos,
Expertes furandi homines, hac imbuit arte
Mercurius Maia genitus, nunc magnus habetur
Illo Deus, cujus dedit experientia fures.

Nec non Thessalica doctissimus ille Magiæ
Traditur extinctus sumtæ moderamine virgæ
In lucem revocasse animas. Cocytia lethi
Iura resignasse, sursum volventibus umbris,
Ast alias damnasse neci, penitusq; latenti
Immersisse Chao, &c.

Alciat. lib. 1. emblem. 77.

In trivio mons est lapidum, super eminet illi
Trunca Dei effigies pectore facta tenus
Mercurij est igitur tumulus, suspende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monstrat iter,
Omnes in trivio sumus, atq; hoc tramite vitæ
Fallimur, ostendit ni Deus ipse viam,

ȣ̓κ ἐκ παντὸς ξύλȣ ἑρμῆς ἂν γένοιτο, id est, Non è quovis ligno fit Mercurius. Proverbiale est ostendens, non omnium ingenia disciplinis accommodata esse. Ita proverbiali etiam ironia dicitur, ἑρμῆς ἀμύητος, id est, Mercurius infans quando rudem se quis fingit ejus artis, in qua excellit. Eloquentiæ enim & discipli-

narum

carum Deus Mercurius. Meminit Mercurij etiam Claud. lib. 1. de raptu Proserpinæ. Virgil. 4. & 8. Æn. Horat. lib. 1. carm. ode. 11. & Polydor. Virgil. lib. 1. cap. 15. de rerum inventione, ubi inter cætera Mercurium lyram omnium primum ex testudine fecisse scribit. Vide etiam plura in 1. parte: **Gott der beredtsamkeit/Diebe vnd Kaufleute/etc.** Est & Mercurius nomen Planetæ, qui Soli admodum est vicinus. Hinc Mercurialis, e, ut, Mercuriale ingeniũ, **ein geschwinder/tückischer kopff.** Mercurialis statua, signum in bivio, trivio vel quadrivio erectum, quod monstrat, quo sit eundum. Viarum enim atq; itinerum ducem Mercurium olim finxere, cujus etiam meminit Cæsar de bello Gallico lib. 5. cùm inquit: Deum maximè Mercurium colunt, hujus plurima sunt simulacra. Hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atq; itinerum ducem, hunc ad quæstus pecuniæ, mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur scil. Galli.

Meriones, μηριόνης, fuit teste Homero Iliad 2. auriga Idomenei, & cum eo dux navium, quæ venerant ad Trojam, ipsi Marti, ut ait, ipsius Martis arbitrio comparandus.

Mero dictus fuit Nero, quòd impendio vinosior esset, quemadmodum & Tiberius Biberius Sueton.

Meroe, roes, μερόη, insula Ægypti, omnium Nili insularum maxima, in qua ejusdem nominis grandis civitas est condita à Cambyse, & à matris nomine ita vocitata. In hac fuerunt mulieres grandibus mammis. Vnde Iuvenalis.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus, aut quis
In Meroe crasso majorem

POETICE.

Meroe:

Infante mamillam? &c.

Niliaca, Cephœa, Crinita, Limosa, circumflua extremo Nilo. Habitata nigris colonis. Quam Nilus opacus tepidis ambit aquis.

Merope, es, pen bre. μερόπη filia fuit Atlantis & Pleiones, quæ Sisypho Corinthiorum regi nupsit. Ovid.

Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.
Pœnitet, & facti sola pudore latet.

Vide Pleiades. Est item insulæ nomen Plin. lib. 5. c. 31.

Meros, sive Merus, μηρός mons Indiæ, sub cujus radicibus

Nisa civitas constituta est.

Mesa, fluvius notus per Leodium fluens, & per Brabantiam ac Geldriam: Vulgò tamen Mosa dicitur, & conjungit se cum Rheno, Est & Mesa pars in domo apum. Vitruvius Latinè Media nam dici autor est.

Mesapia, μεσαπία, regio Italiæ, quæ Apulia aliás dicitur. Mesapia verò à Mesapo rege appellatur. Strab. lib. 9 Est & insula quædam hoc nomine, de qua in Calabria.

Mesapus, filius fuit Neptuni, qui neq; ferro vulnerari, neq; igne corrumpi potuit, ut testatur Virgil. lib. 9.

At Mesapus equum domitor Neptunia proles.
Quem neq; fas igni cuiquā nec sternere ferro.

Hic, ut idem ait, Turno adversus Æneam auxilio venit.

Mesia, μησία, provincia, quæ Pannoniæ jungitur, ad Pontum usq; cum Danubio decurrens. Est & palus hoc nomine Pompon. lib. 3.

Mesomedes, pen. lon. μεσομήδης, poeta Adriano principi inprimis carus, in Antinoi liberti sui laudem scripsit. Suid.

Meson, astrologus ex his unus, qui Atheniensibus asscriptus fuit, in Siciliæ expeditionē navigaturis, onus detrectare cupiens tempestatem futuram prædixit, cumq; propterea minimè proficeret, simulavit insaniam, atq; hoc modo missionē impetravit: feliciusq; hoc illi contigit, quam Vlyssi cujus insaniā fictam Palamedes detexit & accusavit, Ælian. de var. histor.

Mesopotamia, μεσοποταμία Asiæ regio cincta duobus fluminibus, Euphrate nimirum & Tygride, unde & nomen sortita μέσος enim Græcis medius est, ποταμὸς fluvius. Fertilem hanc reddit Euphrates, qui alluvione sua quotannis novos q. agros invehit. In hujus urbe Charran aliquandiu habitaverunt, Thare, Abraham, & Iacob Genes. 11. 24. 25. 28. 31. &c. Psal. 59. Iud. 3. Ebraicè vocatur אֲרַם נַהֲרַיִם Aram Naharaim, id est, Syria fluviorum Chald. מְסוֹפּוֹטָמְיָא

Messala, μεσσάλης, ac Messana primùm à civitate Messana Siciliæ dicta, nomē fuit Valerio Corvino. A quo & Messalarum familia Romæ florentissima dicta fuit.

Messalina, pen. pro. μεσσαλίνα, Claudij Imperatoris, deinde Barbari Messalæ uxor, libidinis incōtinētissimæ, de qua multa Iuvenal. Satyr. 6.

Messa-

Messana, μεσσήνη, penult. long. Siciliæ urbs; Palori propinqua à Messenijs Græcis cōdita, postea cùm Mamertini natio Campana eò colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini potiùs, quàm Messanenses vocati sunt. Silius lib. 15.

Incumbens Messana freto
nivibusq; revulsa, &c.

Ejus quoq; ager feracissimus est vini, quod Mamertinum appellatur; Martial,

Amphora Nestorea tibi
Mamertina senecta
Si detur. &c.

P. Bembus lib. 1. epist. famil. epist. 4. urbs præclaro Foro posita ad mare, portu amplo atque tutissimo: Aeris mira temperies, annona rerum ad victum omnium cùm utilis, tùm luculenta.

Messapia, vide Calabria.

Messena, Siciliæ urbs Ptolem. lib. 3. cap. 4. vulgò Mesina.

Messene, μεσσήνη, oppidum in Achaja Plin. lib. 4. c. 5.

Mesthlis, μέσθλης, Homero unus ex his ducibus, qui in Trojanorum auxilium venerunt.

Mesuvium, Germaniæ urbs, de qua Ptol. lib. 2. cap. 11. & supra: **Magdeburg.**

Metapontum, Italiæ oppidum in sinu Tarentino, terræ proventu & agricolatione admodum felix. pompon. lib. 2. Ptolem. Metapontium, μεταπόντιον, dicitur. Hinc Metapontinus, a, um, ut, Civis Metapontinus vel Metapontius.

Metaurus, vel Metaurum, pri. bre. (Germ. Metro, **ein fluß in Italien**) Vmbriæ fluvius in Flaminiam decurrens, juxta quem Claudius Nero consul cum Salinatore Aldrubale Annibalis fratrem superavit & interemit. Horat. lib. 3. carmin. Testis Metaurum flumen & Asdrubal. Lucan. li. 2 velocem. Claud. Vagum Metaurum appellat.

Metellus, prim. bre. μέτελλος, plures hoc nomine fuere, plebei illi quidem, sed victoriarum fortuna & magistratibus celebres, unde & fortes à Claud. appellantur, ut Metellus Cœcus Pōtifex Maximus, Balearicus Vittatus, Numicus, Creticus. Dalmaticus, à Numidis Cretensibus & Dalmatis devictis. Metellus verò Cœcilius (quod cognomen tamen Metellis omnibus fuit) in exercitu arcanum quiddam interrogatus respōdit: Εἰ ᾤμην τὸν χιτῶνα μοὶ συνειδέναι τοῦτο τὸ ἀπόῤῥητον, ἀποδυσάμενος, ἂν αὐτὸν ἐπὶ πῦρ ἔθηκα, Id est, si existimarem tunicam esse mihi consciam hujus arcani, exutam eam in ignem injecerem. Plut. lib.

lib.de garrulitate.

Methone,prim. bre.pen.long. μεθώνη,vulgò Modon, urbs Peloponnesi littoralis in Magnesia regione, quam ubi Philippus Macedo obsideret oculum amisit ictu sagittæ, quam jecerat Aster oppidanus, cui quoq; inscriptum erat: Aster telum Philippo immisit in oculum Ptolem. lib.3.cap.16. Hodiè Modona: Via à Venerijs Hierosolymam proficiscentium.

Methymna,μέθυμνα, vel Methymne prim.long. Urbs in Lesbo insula optimum habens vinum, ex qua etiam oriundus fuit Arion Citharœdus clarissimus, de quo Herodot.

POETICE.

Methymna:

Lesbia, Ferax, Spargens pampineos racemos. Optimum creans Falernum. Nobili claramero. Innumeros habens racemos.

Hinc est Methymnæus, a, um,μετυμναῖος,Ovid. lib.11. Metam.

Et Methymnæi potiuntur
littore Lesbi.

Sic Methymnæa uva Hor.

Metiochus, μητίοχος, Miltiadis Atheniensis ducis filius fuit,qui ubi à Phœnicibus captus Persarum regi Dario, contra quem pater bellum gerebat,præsentaretur, plane non fuit læsus, sed donavit eum Darius pulcerrimo palatio, multis possessionibus & divitijs atq; uxorem Persicam dedit, ex qua liberos suscepit. Vide Herodot. lib.6.

Metis,μῆτις, nympha quædam ex Oceani & Tethyos filiabus una fuit. Testis est Hesiodus in Theogina.

Metiscus,Turni auriga fuit, de quo Virgil.12.Æneid.

Aurigam Turni media in-
ter lora Metiscum
Excutit, &c.

Metius Carus, delator fuit insignis,de quo Plin. epist. ad Vocanium,& libr. 6. ad Hispanum.

Metius Geminas, Tusculanorum dux fuit bello Latino à Romanis victus: Metius item Curtius Sabinorum, dux contra Romulum ob raptas Sabinas acriter pugnavit. Metius Suffetius, dux Albanorum fuit tempore Tulli regis Romanorum,qui quòd contra fœdus societatis bello Fidenatium animum ancipitem & infidum gesserat, in concione à Tullo Hostilio quadrigis disceipi jussus est. Vide Livium lib.1. Plutarch. in Parallel. Meminit & Virgil. lib.8.

Haud procul inde citæ Me-
tium in diversa quadrigæ

Distulerant, &c.

Metra, nomen puellæ in varias figuras transformari solitæ unde & proverbio locum dedit: Mutabilior Metra Erisichthonis, in eũ, qui secũ non constat, sed aliam atq; aliam personam subinde sumit. Erisichthon enim Thessalus quidam, ubi facultatibus omnibus absumtis ad extremã redactus esset paupertatem, filiam suam quam diximus, Metram formæ præstanti prostituit, ad quã qui commeabant adolescentes, varia munera deferebant, alius equos, alius boves, alius verveces. Porro Thessali per jocum dicebant. Metram Erisichthonis verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur. Atque hinc proverbium:

Μεταβλητότερος μήτρας τῆς ἐρυσίχθονος. Vide Ovid. libr. 8 Metam. idem suprà de Erisichthone.

POETICE.

Metra:

Trietis conjunx, Autolyci Erisichthone.

Metrodorus, pen. long. μητρόδωρος, Lampsacenus Epicuri discipulus & amicus fidissimus, de quo Strab. & Diogen. Metrodorus item Atheniensis pictor fuit, & Philosophus, Carneadis auditor, de quo Cicero de oratore. Metrodorus præterea Sceptius, cujus memoriam Cicero libr. 1. Tuscul. quæstion. commendat è Philosophica vita in civilem mutatus est. Novo autem dicendi quodam genere usus est, quo multos deterruit, Propter nominis famam, quanquam pauper erat, clarum tamen apud Athenienses assecutus est conjugium, atque Atheniensium more vivebat. Cumq; amicitiam Mithridatis regis sibi conciliasset, ad illum cum uxore discessit, ubi in summo pretio fuit.

Mevania, μηουανία, Ptol. vulgò Mevania, urbs Umbriæ inclyta, ad viam Flaminiam armentorum & gregum ferax. Lucan. lib. 1.

Est tauriferis ubi se Mevania campis
Explicat, &c.

Mevius & Bavius, mali & indocti poetæ, Horatij inimici & Virgilij æmuli, ut indicat ipse in Bucolicis eclog. 3. Horatius in epod. ode 10. Memium olentem appellat.

Mezentius, rex fuit Tyrrhenorum, impius teste Macrobio, in homines, sine Deorum respectu à subditis tota cũ familia propter summam tyrannidem expulsus, qui unà cum Lauso filio fugiens

giens ad Turnum Rutulorum regem pervenit, cum quo adversus Æneam profectus est, sed infeliciter. Cum filio enim in pugna ab Ænea est interemtus. Virgil. 7. Æneid.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor Divûm Mezentius, agminaq; armat
Filius huic juxta Lausus.

Idem 11. Æneid.

At Iovis interea, &c.

Meminit & Livius lib. 1, decad. 1.

POETICE.

Mezentius:

Ferus, Ferox, Dirus, Crudelis, Immanis, Sacrilegus, Tyrrhenus, Acer. Tyrrhenus rex. Dux Tuscus. Ferox armis. Qui cecidit justis armis. Nihil superos curans, Deum contemtor. Magnus equo. Qui Æneæ ira occidit. Quem tota Hetruria ferro atq; odijs petebant.

Micipsa, aliàs Micypsa, rex Numidarum, filius Masinissę regis, qui Jugurtham Manastabalis fratris filium unà cũ Adherbale & Hyempsale filijs regni participem reliquit. Vide Salust. de bello Jugurthino. Fuit enim Jugurthæ patruus.

Mida, vel Midas, μίδας, pri. br. Cordiæ bubulci filius, & rex Phrygũ, cunctorum penè regũ ditissimus fuit. Unde & proverbium: Μίδα πλοῦτος, id est, Midæ divitiæ, de opibus immensis. Est & aliud de hoc proverbium: Μίδας ὄνου ὦτα, id est, Midas auriculas asini, sc. habet, natum à fabula notissima hujus regis, cui quòd Bacchum hospitio suscepisset, concessum est, ut quicquid vellet optaret futuri voti compos. Optavit autem, ut omnia, quæ attingeret, in aurũ verterentur, quod annuẽte Baccho factum est. Cum itaq; attingeret arbores, glebas, saxa, aristas, poma, in aurum sunt mutata. Cum cibum capere vellet, etiam is in aurum versus est. Ibi stultè se petijsse sensit, & facti pœnitens Bacchum petijt, ut hoc munus auferret, tùm Bacchus mãdavit, ut in Pactolo flumine se ablueret, & sic liberaretur. Quod ubi fecisset, aurum in Pactolo esse cœpit. Cùm autem stultum retineret ingenium, & Apollini sive Phœbo Pana Deum pecorum judex electus stolidè præferret, aures Midæ mobiles & Asininas Phœbus indignatus fecit. Ille aures purpureis tiaris tegere conabatur, sed famulus, qui capillos ejus resecabat, cum prodere non auderet, abijt, & effodit humum

& immissa voce clamavit. Dominum habere auriculas asini, postea terra obruit & abijt. Inde temporis progressu arundines creverunt. quæ leni austro motæ sonu sub scrobe relictum ediderunt. Inde publicatum est Midam aures asini propter stoliditatem nactum. Dicitur autem adagium in homines stolidos, avaros, & nullius judicij. Vide de eo Herodot. & Justin. libr. 11 Metam. ubi elegantissime fabulam ejus persecutus. Sunt qui inter Apollinem & Marsyam decertantes Midam dicant judicem fuisse constitutum. Cum verò pro Marsya ipse sententiam tulisset, auriculis asininis à Phœbo donatum esse, id quod Persius etiam in prima sua Satyra tetigit. Meminit etiam stulti voti hujus regis Claud. 1. in Ruffin. his verbis.

Sic rex ad prima tumebat
Mæonides, pulcro cũ verteret omnia tactu,
Sed postquam riguisse dapes, fulvamq; revinctos
In glacie vidit latices, tunc munus acerbum
Sensit, & inviso votum donavit in auro.

Docet autem hæc Midæ fabula, inexplebilem auri cupiditatem paupertate longè deteriorem esse. Et non est dubium, fabulam hanc esse confictam in principes avaros & indoctos, qui pluris faciunt aurum, quàm sapientiam, insaniam, quàm eloquentiam, barbariem, quàm eruditionem. Asininæ enim, quæ Midæ affinguntur, aures nihil aliud sunt, quàm aures indoctæ: quamvis ad alia etiam earundem referri allegoria possit. Et quia plerunque reges ac principes sunt aut prorsus illiterati, aut indoctiores, quàm ut de Musica hoc est, de litteris & honestis artibus rectè judicare possint, ideò poetæ finxerunt, Midam etiam Musicam agrestiorem admirari, nec favere Apollini. Ejusmodi enim Midæ cùm studijs non sint exculti, rarò sunt φιλόμουσοι, & melius de tubæ sonitu, quàm de numero in Oratione vel versu dijudicare possunt. Per arundines verò vocales nihil aliud significatur, quàm scriptores, per quos turpia magnatum facta divulgantur. Quamvis enim reges & principes vitia sua tegant tiara, tamen illa scrobibus quasi tecta latent: Sed id ad tempus saltem, donec

nimirum è ſcrobibus enaſcantur cannæ ſeu arundines vocales, id eſt, donec ipſis ſepultis exiſtant ſcriptores, qui turpia illorum facinora poſteritati prodant.

POETICE.

Berecynthius heros.

Midas:

Dives, Locuples, Avarus, Stolidus, Stultus, Auritus, Miſer, Cupidus, Magnificus, Phrygius, Marmoreus, Mygdonius, Magnus, Aurea fingens omnia. Tortus inviſo ab auro. Stolidæ mẽtis. Stolida aure. Cui pingue ingenium. Patulis auribus & oblongis. Qui utrem habere gaudet pro cithara. Quem auſum contemnere quondam Phœbeos cantus fama priſca refert pœnas dediſſe. Cui ditia fuêre regna. Qui indutus eſt aures aſelli lentè gradientis.

Mieza, μίεζα, Macedoniæ oppidũ, quod antiquitus Strymonium vocabant, à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Plin libr. 31. cap. 2. Hinc gentile Mizeus & Miezæus.

Miletus, μίλητος, prim. & pen. prod. urbs fuit inſignis Jonum in Aſia colonia, totius belli paciſque artibus quondam princeps, patria Thaletis Aſtrologi, & Timothei Muſici, & Anaxamandri Phyſici, aliorumq; civium inclytis ingenijs merito inclyta. Vide Pompon. Mel. libro 1. & Cicer. in Verr. act. 3. Hinc eſt Mileſius, a, um, ut Thales Mileſius. Mileſia ſtragula, Mileſia vellera, id eſt, precioſiſſima. Ibi enim lana optima tingi dicitur. Sic piſcatores Mileſij, de quorum hiſtoria extat apud Plutarchum in vita Solonis, apud Diogenem Laertium in vita Thaletis, & in vita Æſopi à Camerario deſcripta. Vide & infrà in dictione Thales. Mileſij, incolæ, de quibus Quintil. lib. 2.

Mileſij quondam ſtrenui.

Qua ſententia proverbialiter notantur omnes, qui defierunt eſſe quod erant, facti jam deteriores. Alia fuit ejuſdem nominis urbs in Creta, teſte Homer. libr. 2. Iliad. Fuit & Miletus filius Apollinis & Argeæ Cleochi filiæ, ut Ovidio placet, Deiones: Nonnulli tamen non Apollinis, ſed Euxantij Miconis filij: alij rurſum Sarpedonis, qui fuit Jovis, filium faciunt. Hic ubi Cretenſium regem Minoa ſenem jam regno privare vellet, à Jove territus in Samum, deinde in Cariam Aſiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de

suo nomine Miletum appellavit, ejusq; incolas Milesios Ovid. lib. 9. Metam.

Tunc erat invalidus Deiodemque juventæ
Robore Miletum, Phœboq; parente superbum
Pertimuit, &c.

Inde Miletis, idis, patronymic. id est, Biblis.

Milo, μίλων, Romanus, cujus causam, cùm Clodium occidisset Cicero diligentissimè quidem, sed infeliciter egit. Alius fuit Milo Crotoniates, vel Crotoniensis, athleta robustissimus, quem cùm vestigio constitisset, nemo vestigio educere, malum tenenti digitis, extorquere nemo poterat. Is in certamine Olympico taurum ictu nudæ dextræ jugulavit, ac sine defatigatione per stadij spacium humeris gestavit, totumq; eo die devoravit, cùm alioqui in cibum absumere consuevisset carnium minas XX. totidemq; panum, bibere verò tres vini choas, quemadmodum ex Theophrasto retulit Athenæus libr. 10. apud quem de Milone plura vide. Perijt senex manibus ejus retentis ab arbore caudice discissa, quam ubi media in parte hiantem diducere vellet, fissuris reclusis deficiente conatu se feris lacerandum præbuit. Vide de hujus interitu Gellium libr. 15. cap. 16. de robore ejusdem Julium Solinum cap. 4.

POETICE.

Milo, priv. bre. Croton.
Robustus, Fortis, Calaber, Insignis, Illustris, Vorax bibaxq;. Qui, ubi tentavit diducere fissile robur, non potuit inde referre captas manus. Qui dicitur juvencum vorasse, quem prius occidit. Cui fuêre lacerti similes Herculeis.

Est item Milo nomen montis Indiæ, in quo homines nascuntur aversis plantis, octenos digitos in singulis pedibus habentes.

Miltiades, μιλτιάδης, Atheniensium dux egregius, qui multa millia Persarum in campis Marathonijs superavit. Justin. li. 2. Postea tamen Miltiades peculatus damnatus in carcere & vinculis mori ab Atheniensibus est coactus, teste Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3.

Milyas, adis, μιλυάς, ut Stephano, ut alijs placet & Milias, locus in Asia, cujus populi appellantur Solymi. His postquam imperavit Sarpedon, Termilæ sunt appellati tantisper, dum Lycus Pandionis filius à fratre Ægeo Athenis pulsus ad Sarpedonem in Termilas abijsset,

abijsset, factumq; esset, ut progressu temporis ad Lyci nomen Lycij vocarentur.

Mimallis, μιμαλλὶς, insula, quæ ab alijs Mesos, à nonnullis Zephyria dicitur. Plinius li. 4. cap. 12.

Mimallones, pen. communi, & Mimallonides, μιμαλλόνες, Bacchæ mulieres cornutæ à μιμέομαι dictæ, quòd ad Bacchi imitationem cornua ferrent. Aliqui à monte Mimas dictas volunt ut jam monebimus. Vocatæ sunt eædem & Bassarides, Thyades & Ogygides, Schwarm frawen/Fastnachtsfrawen. Mimallonius adject. apud Persium.

Mimas, antos, μίμας, mons est in minori Asia, ut ostendit Homerus in hymnis, in quo cum Bacchus mirũ in modũ à mulieribus celebraretur, dictas Bacchantes volunt Mimallonides. Est & Mimas nomen Gigantis à Jove fulminati, cujus meminit Horat. lib. 3.

POETICE.

Mimas, pri. bre.

Validus, Sævus, ferox stridore.

Mincius, fluvius Italiæ, qui ex Bœnaco Venetiæ lacu ortus urbem Mantuã circumfluit deinde in Padum delabitur, cujus in Bucolicis & Georgicis meminit, Virgil. quem Minciadem ab eo dixit Juvenalis:

Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

POETICE.

Mincius:

Limpidus, Ingens, Viridis, Piger, Flexuosus, Pulcer unda. Quieto amne. Prætexens arundine tenera ripas. Calamis abundans. Lene susurrans. Tardus meatu. Formoso de patre oriens. Leni unda per pascua serpens. Complectens Mantoa mœnia sinu magno. Jungẽs se aquis Eridani, Tardis flexibus errans. Qui ex Bœnaco ortum accipiens secat felicia arva. Mœoniæ gentis placido cursu. Proluens flumine Andinos agros. Nutriens flumine arguto olores. Rigans natale solum Maronis. Præteriens ripas arundinosas. Cinctus crinem tenera arundine, Pascens cygnos herboso in flumine.

Minæi, μιναῖοι, vel ut apud Stephanum legitur Minnæi duplici n μινναῖοι, Arabiæ sunt populi rubro mari adjacẽtes, qui primi commercium thuris fecêre, nec præter hos Arabes, alij thuris arborem vident. Unde ab ipsis thus ipsum Minæum dictum est. Plin. lib. 6. cap. 12.

Mineides, prim. long. Thebanæ sorores fuisse dicuntur ex quibus solertissimæ

Leucothoe & Leucone, ubi Liberi ſacra aſpernantes domi recitandis fabulis tempus tererent, in veſpertiliones mutatæ ſunt. Quo exemplo licet ficto homines profani & ἄθεοι, rem divinam ſæpè negligentes moniti ſacris intereſſe diſcant, ne & ipſi in veſpertiliones mutentur, hoc eſt, divinitus puniantur. Rectè autem religionis contemtores veſpertilionib. aſſimulantur. Quemadmodum enim veſpertiliones in tenebris volitare conſueverunt: ita impij etiam bonorum conſortio ſejuncti cœcitate & impetu feruntur. Meminit autem Mineid. Ovid. lib. 4. Metamorph.

POETICE.

Mineia proles.

Mineides:

Impiæ, Spernentes Deum. Feſtum prophanantes. Tenentes nomen à ſero veſpere. Quæ peroſæ lucem nocte volant. Quæ conatæ loqui vocem emiſerunt minimam pro corpore.

Minerva, veteribus diſciplinarum Dea fuit, vel à minuendo, vel miniſtrando Ciceroni dicta, ſeu, ut Feſtus admonet, quod benè moneat, lanificij & texendi artis inventrix. Quin & princeps & inventrix belli Cicerone teſte. Dicitur eadem & pallas, πάλλας, ab Ebraico Pale, quæ vox admirabile quiddã ſeu miraculoſum ſignificat, item ab ἀθωύη, ἀθλυναία & ἀθωῦα, id quod ex אֲדוֹנָי (Adonai) factum videtur. Poetæ Minervam perpetuam virginem faciunt, unde & innubam, innuptam, & intactam eam vocant. Vide Cicer. libr. 3. de natura Deor. Vide etiam de nativitate Palladis ſive Minervæ Semeles filiæ Lucian. in 8. & 9. Deorum dialogo. Meminit hujus & Claud. in laud. Stilic. Paneg. 2. & libr. 2. de raptu Proſerp. Hinc proverbia: Pingui ſeu craſſa Minerva dicere aliquid vel agere, de eo quod ſimpliciter & indoctè fit, nulla adhibita nec cura, neq; arte, dz nit ſubtil/ſondern gröblich/vnd ſchlechterweiſe geſchihet. Invitâ ſeu repugnante Minerva, idem eſt, quod ingenio ſeu natura repugnante, infeliciter, ohn vermügen vnd wolfart gezwungen/ ohn natürliche neigung. Hor. in arte:

Tu nihil invita dices facies-vè Minerva,

Sus Minervam, ſubaudi, docet vel monet. Dici ſolet adagium, quoties indoctus quiſpiam aut inſulſus longè ſe doctiorem inſtruere & doce-

docere conatur. Quod Germani ita ferè: Das Reuchlein wil das Hun leren. ὗς ποτ' ἀθηναίαν ἔριν ἤρισε, Id est:

Sus cum minerva certamen suscipit.

Quandò indocti & stolidi, doctissimos quosq; in certamen literarium provocaré non dubitant, Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον, id est:

Minervæ felem.

scil. confers. Ubi longè inferiora cum præstantioribus comparantur. Ἡ ἀθηνᾶς ψῆφος, id est:

Minervæ suffragium,

de judicio exacto dicitur.

Cum minerva manum quoq; move.

Quod monet, ne divina freti ope segnius laboremus, cui finitimum est. Σὺν ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, id est:

Auxiliante Minerva manum interim move.

Hilff dir selbst / so hilfft dir Gott. Man muß hand mit anschlahen. Atq; huc facit fabula de rustico sivè auriga implorante auxilium Jovis, nec admovente manum currui hæsitanti in luto. Cui hoc responsi à Jove datum. Admove manum rotæ, & ita me invoca. A Minerva (ut & hoc addamus) est Minerval, seu Minervale, διδακτρον, præmium, quod præceptoribus dabatur. Schulgeld. Vide de Minerva plura etiam in 1. parte: Göttin der Weißheit des Kriegs.

Minervæ, promontorium Campaniæ, Ptolem. libr. 3. cap. 1.

Minilius, Thessaliæ mons, qui postea Orchomenus dictus est.

Minio, vulgò Mennone, Thusciæ fluvius est, non procul à Cærere oppido, Virgilius lib. 10.

Quid Cærere domo, &c.

Minoa, μίνωα, vulgò Altemura urbs est in Amorgo Cycladum insula. Est & altera in Sicilia. Item Megarensium emporium fuit, duodeviginti stadijs ab urbe distans, cui & Nisea nomen. Vide Strab. lib. 9.

Minos, Minois, μίνως, prim. long. rex Cretensium, Jovis & Europæ filius, qui Pasiphaen Solis filiam matrimonio sibi junxit, & ex ea filios filiasq; progenuit. Primus is Cretensibus leges dedit. Fingunt Poetæ, novem annos Jovis consuetudine ac familiaritate usum fuisse, & ab eo modum ac rationem rectè & benè gubernandi rempub. didicisse. Id quod ideo finxerunt, ut ostenderent, à Deo fonte omnis boni bonas leges & statu-

ſtatuta ortas eſſe. Adverſus Megarenſes porrò & Athenienſes maxima idem bella, quòd Androgæum filium ſuum occidiſſent, geſſit. Dædalum, quòd Paſiphaes adulterio operam dediſſet, unà cum Icaro filio labyrintho incluſit: ex quo ubi evolaſſent, in Siciliam uſque ſumtis armis eos perſecutus eſt, ubi apud Camerium ſeu Camicam oppidum à filiabus Crocali ſeu Cocali regis occiſus eſt. Sunt tamen, qui a Cocalo ejus loci rege, quem Dædalus ipſe multis obſequiis ſibi demeruerat, per proditionem captum & in thermis ſuffocatum tradant. Vnde Ovi. in Ibin.

Vel tua maturet, ſicut Minoia fata,
Per caput infuſa fervidus humor aquæ.

Tandem poſt obitum ob inſignem, quam in terris exercuerat, juſtitiam & ſeveritatem à Poetis inferorum judex factus eſt. Cicero 1. Tuſcul. Inexorabiles judices apud inferos ſunt, Minos & Rhadamantus. Meminit & Claudian. lib. 2. in Ruffin. & lib. 2. de rapt. Proſerp. Virgil. item lib. 6 Hinc Minoius, a, um, ut, Minoia arva apud Virg.

POETICE.

Gortynius heros.

Dictæus rex.
Gnoſiacus rex.
Dux Europæus.
Dux Cretenſis.
Agenorus judex.
Arbiter Cydoniacus.

Minos, prim. long.

Legifer, Juridicus, Niger, Rigidus, Gnoſius, Juſtus, Severus, Magnanimus. Funereus judex. Arbiter orci. Pertentans crimina. Conſpicuus in alto ſolio. Silentum concilium vocans. Vitas & crimina diſcens. Cujus atria irremeabilibus dolis plena fuiſſe dicuntur. Illuſtris alumnus potentis Jovis, Qui ſceptro ſplendidus querulis umbris dat jura. Vitas explorans & crimina diſcens. Qui Androgei necem vitus eſt juſtis armis. Qui Gnoſia oppida conſtituit legibus. Qui poſſidet æquora.

A Minos eſt Minoius, a, um, μινώιος. poſſeſſ. Virg.

Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoia regna.

Et Minous, adject. aliud apud Ovid. Minois, idis, item patronym. apud eundem.

Minotaurus, μινόταυρος, dictio eſt compoſita ex Minoe & tauro, q. Minois taurus. Nam, ut ſcribit Homerus lib. 8 odyſſeæ, cùm Minos bello contra Athenienſes & Megarenſes, qui Androgeum filium interemerant, detinere-

neretur, Pasiphae ejus uxor à Venere, quæ in solis sobolem irata erat, ad infaustum amorem formosi tauri compellitur, cum quo arte Dædali concubuit, ac gravida facta Minotaurum genuit, quod monstrum fuit horrendum partim hominis, partim tauri formam habens, unde Ovid. libr. 2. de arte:

Semibovemq́; virum, semivirumq; bovem.

Hoc Minos inclusit Labyrintho, & cum vesceretur humanis carnibus, coegit Athenienses, qui Androgeum filium suum interfecerant, ut quotannis septem filios, & totidem filias, in Cretam mitterent ad alendum monstrum. Quo demum cùm venisset Theseus filius Ægei regis Athenarum, beneficio Ariadnes Minotaurum occidit, & egressus est labyrintho. Virgil. lib. 6.

Pasiphae, mixtumq́; genus, prolesq́; biformis
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.

Alciat. lib. 1 emblem. 8.

Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum
Gnosiacis clausit Dædalus in latebris.
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,
Semiviroq́; nitent signa superba bove.
Nosq́; monet, debere ducum secreta latere
Consilia, autori cognita techna nocet.

Hinc Minois patronymi, id est, Ariadne.

POETICE.

Semivir juvencus.
Semibos vir.
Sævum monstrum.
Labyrintheus taurus.
Biformis, Informis, Indomitus } taurus.
Monstrum pastum Actæo sanguine. Gemina figura tauri juvenisque. Tauri mixtaq; forma viri. Belua quæ sanguine stravit Cretæam humum.

Minotaurus:

Sævus, Dirus, Monstrosus, Horrendus. Humanis vivens carnibus. Parte vir, parte bos.

Minturnæ. μιντούρναι. Ptolem. Italiæ est oppidum in regione Campaniæ, juxta quod est palus, in qua Marius metu Syllæ victoris delituit. Dictæ sunt palustres Horatio lib. 1. epistolar.

Vina bibes iterum tauro diffusa palustres.

Inter Minturnas Sinvessanumq; petrinum.

Minturnæ, hodie Trajectum, Castellum Ptolem. libr. 3. cap.1.

Minutia, Vestalis fuit, quæ ubi ob elegantem corporis cultum in libidinis suspicionem venisset, viva defossa est. Liv. lib.8.

Miniæ, μίνυαι, populi fuerunt Thessaliæ, vel, ut alij, Bœotiæ circa Jolcum montem habitantes, qui cum argonautis navigârunt Colchos ad rapiendum aureum vellus. Hos dictos volunt à Minya rege Orchomeni filio Neptuni. Lucan.

Et Magnates equis Miniæ gens cognita remis.

POETICE.

Miniæ:

Magnanimi, Fortes, Prestantes, Insignes.

Minyeus, per quatuor syllabas sive Minyeius, μινυήϊος, ut apud Hom. legitur, fluvius est è Thess. veniens, qui oppido Arennæ vicinus ostia maris facit. Vide Homer. li. 11. Iliad.

Misenus, pen. prod. μισηνός, filius Æoli fuit Hectoris tubicen, post cujus interitum Æneam in Italiam secutus est. Hic ubi Deos marinos ad tubæ certamen provocatos irritasset, à Tritonide submersus est, sed postea ab Ænea inventus, ab eodem in monte quodam Italiæ sepultus est, qui deinde Misenus vel Missenus vocari cœpit. Vulgò monte Miseno, ut jam ostendemus. Virgil. lib.6.

Misenum Æoliden, quo non præstantior alter

Ære ciere viros, &c.

POETICE.

Misenus:

Canorus, Trojæ tubicen.

Missenus, μισσηνός, pen. long. Campaniæ mons à Misseno Æneæ comite ibi sepulto, Virgil.

Qui nunc Missenus ab illo

Dicitur, &c.

Mithra, cum h. μίθρας, à Persis Sol dicitur, Strabone autore lib.1. Thebaid.

Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Hinc Mithriaca, orum, sacra, Solis vel Osiridis. Interdum pro primario sacerdote positum invenitur, ut Apud Apuleium libr. ultimo. Ipsumque Mithram illum suum sacerdotem præcipuum sacrorum ministrum decernit.

Mithridatas, pen. brev. μιθριδάτης. Rex Ponsti, qui teste Gellio lib.17. c. 17. duarum & viginti gentium, quas sub ditio-

ditione habuit, linguas calluit, & sine interprete locutus est, unicuique jus reddens. Invictum se adversus venena fecit, subinde venena bibens. Ad quod allusit Martial. lib. 5.

Profecit poto Mithridates sæpè veneno.
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

Atq; hinc factũ est, ut propter eximiam herbarũ notitiam, & singulare antidoton contra venena morbosq; omnes contagiosos præsentaneum illius nomine insignitum immortale nomen consecutus sit. De rebus ejus gestis videatur, Just. lib. 42. Idem libr. 37. 38. & reliquis. Quamvis autem multas res præclarè gesserit: tamen maximè etiam crudelitatis arguitur. Conjugem enim Laodicem & sororem, præterea matrem fratremque ac tres filios impuberes, totidemq; filias interfecit. Hinc est Mithridaticus, a, um, adject. spectans ad Mithridatem. Et Mithridaticum substant. id est, ἀντίδοτον, Artzney wider Gifft. Mithridateus item, ut, Mithridateæ viæ, Stroz.

POETICE.
Mithridates:
Magnanimus, Indomitus, Tervictus, Ponticus, Rex Ponti. Rector Ponticus. Quem medicamina Pontica celebrabant.

Mitylene, es, μιτυλήνη, & Mitylenæ, arum, penult. long. urbs in Lesbo vicina Methymne, quæ quia olim reliquis omnib. præcellebat, sæpissimè pro tota insula accipitur. Horat. libr. 1. carmin.

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenem.

Idem libro 1. epist. pulcram Mitylenem vocat. Oriundi inde fuerunt Alceus & Sappho vates Lyrici, ac Pittacus unus è septem sapientibus. Vide etiam infra Mitylene cum prima per y.

Mnas, pirata fuit, qui Italiæ oram Pompeij temporibus prædatoria classe infestabat. Autor est Plutarchus in Antonio.

Mnasylus, & Chromys sunt nomina juvenum apud Virgil. eclog. 6.

Mnemosyne, pen. cor. μνημοσύνη, mater fingitur novem Musarum: quia memoria peperit artes. Hujus meminit Catul. & Ovidius. Ab hac Mnemosynides Musæ dicuntur. Et Mnemosynon, μνημόσυνον memoriæ monumentum, Ein gedenckzeichen.

Mnesarchus, μνήσαρχος, fuit unus ex Philosophis, inter quos principem ipsi locum tri-

tribuit Cicero libr. 4. acad. quæſt.

Mneſter, μνηστὴρ, Agrippinæ, Neronis juſſu interfectæ, libertus. Is Agrippina à ſatellitibus Neronis interempta, ferro ſe transfixit: incertum charitaténe in patronam, an metu exitij. Autor Cornel. Tacitus lib. 14.

Mneſtheus, duabus ſyllabis, μνησθεὺς, vir Trojanus fuit Virgilio ex Aſſarani regis familia. Virgil. 4. & 12. li. Obſervandum autem, verſus ſive metri ratione E poſt M, ut plurimum elidi, ut nimirum Mneſtheus ponatur non Meneſtheus. A Poetis Acer dicitur.

Mœdi & Mœdia, vide ſuprà Media.

Mœmagus. Galliæ urbs Ptol.

Mœnus, vide ſuprà Menus.

Mœris, Veneficus ſeu incantator deſcribitur Virgilio in bucolicis, eclog. 3. Eſt & Mœris, μοιρὶς, inſula in mari Lycio, Plin.

Mœſia, vel Myſia, μοισία, Europæ provincia, Pannoniæ vicina hodiè Boſna, vel Boſnia, Servia vel Service & Rhuſcia dicitur, paretque Turcis. Duplex eſt Mœſia ſuperior & inferior. Dz Königreich Boßen/Bulgarey.

Moguntia, vide ſuprà, Mentz am Rhein.

Molorchus, prim. br. μόλορχος, paſtor ſenex fuit Arcadius juxta Nemeam ſylvam habitans, qui Herculem hoſpitio ſuſceptũ rogavit, ut leonem vaſtiſſimum ibidem interficeret, qui inde leo Molorcheus appellatur. Et ſacra etiam huic paſtori inſtituta ſolennia quæ Molorchæa dicebantur.

POETICE.

Molorchus:

Pauper, Cleonæus, Herculis hoſpes.

Moloſſa, ſeu Moloſſia, μολοσσία, regio eſt Europæ, quæ poſtea dicta eſt Epirus, quia pars Epiri, & Chaonia, à Chaone Heleni fratre. Hinc Moloſſus, a, um, adject. μολοσσὸς, & Moloſſi gentes Epiroticæ, canum generoſorum, qui Moloſſi appellati, fœcunditate celebres. Maximus autem canum ejuſmodi uſus fuit in venatione, de quibus Horat. epod. 6. Virgil. 3. Georgic. Lucan. lib. 4.

POETICE.

Moloſſus, can.

Acer, Trux, Fortis, Armillatus. Mordax, Inſanus, Levis, Latrans, Latrator. Cui ora clamoſa. Latratu nemus omne complens.

Molus, μῶλος, vir fuit Cretenſis Homero, & Merionis aurigæ Idomenei pater.

Momus, prim. long. μῶμος, Deus reprehenſor Heſiodo in

in Theogonia, qui in hominis opificio id potissimum notavit, quod artifex non in pectore fenestras aut hostiola quædam addidisset, per quæ perspici, quid in corde lateret, posset, quod sinuosum alioqui multis recessibus finxisset. De quo Hadrian. Junius emblem. 1.

Nocte satus, genitore orbus, sum nomine Momus,
Dente Theonino singula rodo lubens:
Fingi hominem causor clathrato pectore apertis
Sensibus occultum ut nil specus ille tegat.

De hoc proverbium, τῷ μώμῳ ἀρέσκειν, id est, Momo satisfacere, de eo, quem planè perfectum inculpatum & τετράγωνον virum dicere volumus. Atq; ab hoc Deo quivis maledicus calumniator, qui in aliorum dictis & factis lynceus est, eaque facilè & liberè suis proscindit convitijs dicitur, **Ein Lästerer/der aller anderer leute thun vberklügelt vnd schmehet.**

POETICE.

Momus:

Ater, Teter, Lividus, Invidus, Dolandus, Improbus, Severus, Perversus, Reprobus Iniquus, Procax. Omnia carpens, Dente sævō singula rodens. Cui nemo satisfacit. Qui nihil sinit intactum convicijs suis. Querna fuste dolandus & ligandus.

Monacris, Arcadiæ mons, quasi soli summitas, Μόνος enim Græcis est solus ἄκρον, summitas, sive vertex. Tortelius.

Manacœda, aliàs Monatina insula est juxta orientalem plagam Hyberniæ. Ptol. lib. 2. cap. 2.

Mona, μόνα, Angliæ seu Britanniæ insula, quæ teste Cornelio Tacito incolis est valida, & perfugarum receptaculum. Est & hoc nomine insula Frisiæ proxima in fluvio Rheno.

Monodos, μονόδους, penult. brev. filius Prusiæ, qui os continuum habuit deutium loco: ὀδὺς enim dens est, unde Monodos q. unicus dens, quemadmodum Pyrrhum Epirotarum regem fuisse Plinius scribit.

Monœci portus, Massiliensium urbs, Ptol.

Monœcus μόνοικος, portus est in ora Ligusticæ, qui & Herculeus ab Hercule nominatus est, quòd ibi solus coleretur, unde & Monœcus vocari cœpit, Μόνος enim Græcis solns est, οἶκος domus, hodiè porta dimonaco Italis dicitur. Lucan. libr. 1.

Solus sua littora turbat
Circius, & tuta prohibet statione Monæci,

Monychus, μώνυχος, pen. brev. Centaurus, qui in bello contra Lapithas arboribus utebatur protelis. Juvenal.

Quantas jaculetur Monychus ornos.

Monyma, μονύμη, penult. brev. uxor Mithridatis, quæ rebus afflictis & desperatis diadema, è capite detraxit, eoque collo circumligato se suspendit. Corporis verò pondere laqueo illo disrupto dixit: Execrandum diadema, neq; in ministerio adeo tristi mihi profuisti, moxque cum super illud humi abjectum insputásset, regio Eunucho jugulandum sese obtulit.

Monymus, μόνυμος, Trapezitæ cujusdam, servus fuit Corinthij, qui ubi Philosophiæ amore flagraret, maximeq; Diogenem audire expeteret neq; tamen apud Dominum hoc ipsum obtinere posset, monetam insania simulata spargere hinc inde cœpit, atque ea ratione dimissus ad Philosophiam se convertit, Diogenemque secutus est. Vide Laert.

Mopsopia μοψοπία, regio Attica, sic appellata à rege Mopso, ut autor est Strabo lib. 9. Unde & μοψόπειος ut, Civis μοψόπειος.

Mopsus, μόψος, vates celeberrimus, Ampyci ex Chlorid filius, unde ab Ovid. lib. 12 Ampycides appellatur, quidam verò Apollinis & Hymantis, quidam non Hymãtis, sed Mantûs filium faciunt. Hic Colophonem condidit: Calchantem quoqu victum certamine vaticinãdi ad mortem adegit. Vid suprà Calchas. Fuit & ho nomine alius quidam vates qui teste Pompon. Mel. ve bem Phaselim in Pamphiliæ finibus condidit. Est & Mopsus, deformis aliquis insulsus & agrestis Virgili eclog 8. ubi inquit.

Mopso Nisa datur.

Ita Germani dicunt, Er ist ein rechter Mopsus, id est, Ein ungehöffelter Gesel.

Morini, vide supra, Flemminger/oder Flanderer.

Morpheus, μορφεὺς, filius aut minister, Somni Dei: Sic dictus, quod varias formas & visiones dormientibus indicet, Ovid. 11. Met. & Mant. in Gongaza, & alijs præterea in locis.

POETICE.

Morpheus:

Formipotens, Doctus, Lucidus, Artifex Simulator figuræ. Hominum victor. Pictus imaginibus. Astans formis fugacibus; Fingens

nova ora varijs vultibus Imitans mores, gestus & verba hominum. Quo non alter solertius exprimit incessus, vultum, & sonum loquendi.

Mosa, μῶσα, fluvius Belgicæ, cum Rheno se conjungens die Maus in Belgico.

POETICE.

Flaventes undæ Mosæ.

Humida flumina Mosæ.

Mosa:

Rapidus placidissimus, Flavus.

Moschi μόσχοι, populi Sarmatis vicini, Lucan. lib. 3. Vide Moscobiter.

Moschus, μόσχος, Grammaticus & Poeta Syracusanus, Aristarchi familiarit, hic 1 Theocrito secundus carmen bucolicum scripsit.

Mosella alias Obrinca, vel Obruccus, Gallicè Moselle, fluvius in Celtis oriens circa Lingonum fines, die Mosel fleust durchs Mentzer vnd Trier Bisthumb bey Cobolentz in den Rhein.

POETICE.

Levia fluenta Mosellæ.

Mosella:

Arenosus, ortus è Vogesi rupibus. Arenoso amne. Preno amne. Petens Rhenum Dominum.

Moses, is, vel rectius, æ, & Moyses, μωσῆς, μωσῆς, מֹשֶׁה filius Amram, nepos Caath, filij Levi, Exod. 6. Judæorum

ante Josuam dux inclytus fuit, & Doctor non tantum Legis, verùm etiam Evangelij de Christo, quemadmodum ipse Christus testatur, Johan. 5. Si Mosi crederetis, etiam mihi crederetis, De me enim scripsit ille. Deducunt autem à מֹשֶׁה (Mosche) id est, extractus ex aqua à מָשָׁה (Maschah) id est extaxit. Exod. 2. Juvenal. Satyr. 4.

Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.

Mortuus est Moyses in mon- Arabim, & non apparuit, nec inventum est corpus ejus, quod sepelivit Dominus angelorum ministerio, quod ideò factum esse autumant, Hebræi, ne eum ipsi pro Deo colorent, quia proni ad Idolatriam erant. Gomet in c. 24. Deut. Varab. in verb. Deut. c. 24. Et sepelivit eum, subaud. Deus vel angelus, id est, sepultus fuit. Ex doctioribus. Hebræorum alter vertit & sepelivit, semetipsum, id est, ingressus est Speluncam, quæ fuit illi loco sepulcri.

Hinc Moseus, a, um, ut Gens Mosea apud Stroz.

POETICE.

Legifer Propheta, qui populum duxit per mare pulsis aquis.

Amramides radiatus tempora ardenti vultu.
Vates radiatus tempora.
Corniger vates.
Legifer heros.
Dux Legifer.
Legifer Magister.

Moyses:

Legifer, Signifer, Sanctus Sacer, Fatidicus, Blesus, Eximius, Clarus, Severus Corniger, Fortissimus, Legislator Ebraicus, Radiatus clara tempora. Qui mundi ortum scripsit, Cujus Lex munia vitæ regit. Igneus vultum. Plenus cœlesti numine. Qui precibus suis dira sepè pericla flexit à populo vaganti propria ruditate Qui veluti digito monstra venturum Messiam manifesto in lumine. Quem Deus duxit per aperta vada sicco pede cum refugæ undæ vel ut altis montibus steterunt & tutum agmen transijt medias aquas. Qui divina carmina canit. Deo suetus verba ligare harmonicis modis. Cui Altitonans visus in igne & petra. Qui data jussa legis sonuit. Quo ductore Dei populus extulit ingentes triumphos, ductus per vada è medijs aquis.

Mosyni, vel Mosynœci μοσύνοικοι Asiæ sunt populi versus septentrionem, qui ligneas subeunt turres, notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur, promiscuè concumbunt, & palam regem suffragio deligunt, vinculisque & arctissima custodia tenent. Vide Pomponium lib. 1. de Etymologia Stephan.

Mulciber, beris, ἥφαιστος, Vulcanus, Deus ignis dicitur à mulcendo & molliendo ferro Martial. etiam lib. 9 secunda inflexione usurpavit. Meminit ejus Cicero 2 Tuscul. quæstion.

POETICE.

Mulciber:

Igneus, Flammeus, Fulminosus. Ignem Curans. Junonia proles. Ferrum tractans. Cujus dolis Mars & Venus capti sunt. Qui æthnæ cris præsidet. Qui facere potest opus variæ artis. Qui potis est ex ferro varias formas effingere.

Mulucha, Mauritaniæ fluvius, de quo Strab. lib. 10. & Salust. in jugurthino.

Munda vulgò Mundecata, urbs est Hispaniæ multis cladibus & funeribus celebris juxta quam etiam Cœsar pugnavit contra filios Pompeij in quo prælio tanta facta est strages, ut Cæsar obsidens victos congestis cadaveribus vallum circum urbem struxerit. Plin. lib. 2. cap. 1. Lucan. lib. 1.

Munychia, generis fœminini, portus Atticæ. Item Munychia,

chia, orum, plural. tantùm. μουνυχία, Festa Palladis erant dicta vel à Munychia Athenarum, de quo modò diximus, portu, vel à Munychio rege quodam eorum, auct. Ovid. 1. Metam.

Munchiates, hodiè Medina Talbani, urbs est Arabiæ Petrææ, ubi sepulcrum Mahumeti Ptolemæus lib. 5. cap. 17.

Murgis, Bœticæ sinus à quo Margitana regio Plin. lib. 3. c. vulgò μήχαινα.

Muroela, μυρρέλα, vulgò Morese, urbs superioris Pannoniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 15.

Murtanus priscus Rex Latinorum, a quo postea omnes Murtani reges Latini dicti sunt autor Servius.

Murtius, mons fuit Romæ, qui aliâs Aventinus dictus est. Hinc Muræam Deam, Venerem, cui sub hoc monte sacellum fuit, nuncuparunt quæ priscis Myrtea (μύρτεα) dicta fuit à Myrto arbuscula Veneri dicate. De qua Pl. l. 15. cap. 29.

Musæ μοῦσαι, Deæ esse finguntur à Poetis, filiæ Jovis & Mnemosynes, id est, memoriæ. Quo ostendere voluerunt, virum doctum intelligentia & memoria vigere oportere: præsunt, ut ijdem Poetæ fingunt, Musicæ, Poetis & cæteris bonis artibus

De his Ælia. lib. 12. de var. historia: Musæ nusquam ab ullo vel pictore vel fictore armatæ exhibitæ sunt. Quo significatur, id genus vitæ, quod in literis exigitur, placatum & mansuetum esse oportere, **Der Studenten vnd Gelerten leben / sol ein friedliches / stilles vnd sanfftmütiges leben seyn.** Eædem etiam perhibetur esse virgines, eò quod studiosi literarum modesti atque ab omni obscœnitate alieni esse debent. Ut autem virgines injuriæ sunt obnoxiæ & expositæ: Ita liberales etiam artes, præsertim belli temporibus. Ut enim omnia Marti cedere coguntur: Ita etiam artes literarū. De ijsdem etiam prov. ἄφθονοι μουσῶν θύραι, id est:

Candidæ, vel expertes invidentiæ Musarum sunt januæ.

Et ἀνεωγμέναι μουσῶν θύραι, Id est:

Apertæ Musarum januæ.

Quibus facili, promptoque ingenio aliquem significamus, & in discendis bonis artibus celerem & solertem Neq; etiam absq; proverbij specie, μουσῶν ὄρνιθας. id est *Musarum aves,*

Theocritus in Thalysia poetas appellat, quod lusciniarū instar assiduò sua modulētur carmina. Dicuntur au-

 tem

tem habitare Musæ in Helicone & Pernaso montibus, unde Heliconides sive Heliconiades, & Parnasides à Poetis dicuntur. Appellantur & alijs nominibus, quæ vel à fontibus, vel alijs locis ipsis sacris accepêre. Inter cætera Sicelides appellantur à Virgilio eclog. 4. quæ Bucolico præsunt carmini; à Sicilia in qua sarmen Bucolicum ortus sui inutium habuit, aut certè à Theocrito Siculo poeta à quo id carminis genus maximè illustratum est. Vocantur præterea eædem & sorores poetis, eò quòd omnes artes amice concurrant, arctissimèq; inter se cohereant, buæmadmodum & Græci circulum artium vocant λυκλοπαιδίαν. Artes enim inter se mutuas tradunt operas. Hinc est φιλόμουσος, id est, amans Musas sive doctos, & in literis versantes. & ἄμουσος. Id est, alienus à Musis. Vide Cicer. de Musis in Tusculan. lib. 5. de natura Deor. Eoban. Idyl. 2. & in prima parte statim in initio: Göttin der freyen Künste.

Musæus, μουσαῖος, Græcus Poeta antiquissimus, quem unum ex Argonautis fuisse quidam volunt. Hujus jucundissimum extat carmen de amore Erûs & Leandri. Virgil. 6. Æneid.

Musarum ante omnes, &c.

Vide Diogenem Laertium statim in initio lib. 1. de vitis Philosophorum.

Mutina, pe. br. Vulgo Modena, urbs est Galliæ Togatæ non procul à Bononia, firmissima & splenpissima quondã Romanorum colonia, ubi Antonius D. Brutum obsedit, quem tamen Augustus collectis veteranis militib9 liberavit. Vide Pompon. Mel. lib. 2. Mutinensis, e, spectans ad Mutinam, ut Color Mutinensis id est, nativus. Ex Lanie enim Mutinensibus nativo colore panni fiunt.

Mutius, nobilis Romanus priscis temporibus, qui Porsena rege Romam obsidente solus in castra profectus est, ut Porsenam occideret. Sed cùm regem non cognosceret, & alium indutum purpura pro rege occidisset, comprehensus, & conjuratos: si qui essent, prodere jussus, dextram suam igni impositam in conspectu regis sibi ipsi adussit, ut ita pœnam quasi de ea exigeret, eò quod in cæde aberrasset. Unde etiam Scævola postea cognominatus est, quod sinistra uti manu cogeretur. Rex autem admiratus ejus fortitudinem liberum eum dimisit. Ibi Mutius pro gratia

tia regi dixit, ut sibi caveret quia trecenti Romani conjurassent, sic se facturos. Lucan. lib. 1.

Te quoq; neglectum violata Scævola dextræ,
Ante ipsum penetrale Deæ; semperq; calentes
Mactavere focos.

POETICE.

Scævola:

Fortis, Prudens, Audax, Magnanimus, Negligens violatam dextram. Qui non doluit combustam igne manum. Passus ardorem corpore, Qui celebratur æterna flamma. Cui cessit fracta potentia legitimi regis. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterr. lib. 17.

Mutuscæ, urbs Sabinorum alias Trebula, & suffena dicta, Serulus etiam Trebiam hanc postea dictam fuisse testatur 7. Æneid. ubi maxima Romani affecti sunt clade ab Annibale. Virgil. lib. 7.

Oliferaq; Mutuscæ, &c.

Myagrus, μύαγρος, Deus muscarum. Aliter vocatur Myodes & Achor, ut Plutarchius scribit, Plin. lib. 10. c. 28. Invocant & Ægyptij Ibes suas contra serpentum adventum: Et Elei Myagron Deum muscarum multitudine pestilentiam afferente, te, quæ confestim, qua illi litatum est, die intereunt.

Mycale, es, μυκάλη, mulier venefica apud Ovid. lib. 12. Metam. Est etiam hoc nomine promontorium in cōtinenti situm, ut Herodotus scribit.

Mycenæ, arum, μυκῆναι, prim. brev. pen. long. urbs Peloponesi, regia & patria Agamemnonis, Thyestis & Pelopis, à Perseo condita prope Argos, quæ quandoq; Achajæ imperium habuit. Dicitur etiam hæc Mycena Mycenæ, ut ait Servius apud Virgil. lib. 7. ab Ovidio Pelopeiades, à Pelope filio Tantali dicuntur, à Statio Iuachiæ ab Inacho, Argivorum rege. Micenensis & dux Mycunæus, Agamemnon apud Ovid.

POETICE.

Mycenæ:

Fortes, Claræ, Diræ, Magnæ, Veteres, Dites, Thyestæ, Pelopeiades, Lacedæmoniæ, Altæ, Inachiæ, Caligantes. Indignæ sole.

Mycone, es, & Myconus, penult. brev. μύκονος, insula in mari Ægeo; una ex Cycladibus, eaque sterilis, prope Delum, in qua fabulis proditum est, positos esse Gigantes postremo ab Hercule confectos. Ovid. 7. Metam-

tamorph. Humilem Myconem scribit. Unde Myconius, a, um, μυκόνιος, & Myconij incolæ, qui cùm tenuioris essent fortunæ & luxui tamen dediti convivijs se ingerere cogebantur. Unde

Myconiorum more ad convivium accedere,

proverbialiter dicebantur ij, qui ultrò venirent non vocati, **vngebetene Gäste**. Ita etiam μυκόνιος γείτων, Id est:

Myconius vicinus,

similiter dicitur in eum, qui invocatus convivijs se immiscet, **Ein gern Gast**. Præterea &

Myconij calui,

dicuntur proverbialiter ideò, quòd Myconij incolæ, autore Strabone calui fuerint omnes. Donatus ex Lucilio.

Myconi omnis calva juventus.

Mydas, vide suprà Mida.

Mygdonia, μυγδονία, regio Macedoniæ littoralis, ut scribit Herodot. lib. 7. Dicta est autem μυγδονία, à Mygdone rege aliâs Mygdonia dicebatur. In hac Niobe in saxum conversa conspicitur, ut scribit Ovid. in epistolis:

Quæque superba parens saxo per corpus oborto
Nunc quoq; Mygdonia flebilis astat humo.

Rursus in epistola ad Phaonem.

Quæ mihi Mygdonij marmoris instar erit.

Est etiam pars Phrygiæ versus Lydiam. Unde Ovidius Mygdonides nurus pro Lydijs dixit. Hinc est Mygdonius, ut, Mygdoniæ opes. Horat. & Mygdonicus.

Mygdonus, frater Otrei fuit, ac teste Porphyrio in Iliad. 3. ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cissei filij ambo regis in Thracia, & à Mygdono, ejus filius Chorœbus, Mygdonides dictus est.

Mylas, μύλας oppidum circa Messanam fimo quiddam simile proferens, fervensq; & æstuans non sine fœdo calore. Unde illic solis boves stabulari fabula est. Vide Senec. lib. 4. natur. quæstion.

Mynetes, vide suprà Menetes.

Mypsæi seu Nypsæi, Thraciæ sunt populi, qui Dario Thraciam oppungnante ultrò se dediderunt. Vide Herodot. lib. 4.

Myrina, μύρινα, Amazonum fuit regina, quæ triginta millia peditum & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Autor est Diodorus lib. 4. Fuit etiam ejusdem nominis urbs in Æolia. Homer.

Myri-

My

Myrinus, μύρινος, penult. bre. dictus est Apollo, à Myrina urbe, à quo & Myrini campi dicti sunt, quòd ibi religiosissimè coleretur Apollo.

Myrlea, μύρλεια, Bythiniæ oppidum, quod Apamea dicitur, Plin. lib. 5. c. 32.

Myrmecides bre. pen. μυρμηκίδης. statuarius de quo Plin. lib. 36. c. 5. Sunt & in parvis inquit marmoreis famam consecuti Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca, meminit & hujus Cicero in Academicis.

Myrmidones, μυρμίδονες, Græci Achillis socij, hanc ob causam sic dicti, inquit Servius: Æacus cum in arbore fici formicas, id est, μυρμήκας vidisset, optavit tot sibi socios evenire & statim formicæ in homines mutatæ sunt. Sed hæc fabula est. Erathosthenes enim dicit, Myrmidonas à rege Myrmidone dictos. Hactenus Serv. 2. in Æneid. Sunt, qui Myrmidonas propter nominis agnationem, naturãq; gentis ex formicis natos fingant. Quæ enim Latinis formicæ, Græcis μυρμήκες, dicuntur. Et fuêre Myrmidones homines laboriosi & frugales, adeò etiam, ut in ædificijs extruendis nullos omninò sumtus fecerint, sed (quemadmodũ Strabo scribit) formicarum more in subterraneis cavernis habitârint.

Myrmilon, histrionis nomen est apud Iuvenalem.

Aut Myrmilon, exprimat infans.

Myron, μύρων, statuarius Eleutheris filius, & Ageladis discipulus Syracusanus qui ex ære fecit buculam multorum poetarum epigrammatis celebratam. Plinius lib. 34. cap. 2. Alter, teste Pausania, Atheniensis fuit.

POETICE.

Myron:

Operosus, Eximius, Clarus,

Qui ære dicitur finxisse artifici arte quatuor boves, quæ fallere possent tauros.

Myrrha, Cynaræ regis filia, quæ nefando patris sui amore capta, nutricis auxilio cum illo ignorante, quod filia sua esset, concubuit. Postquam verò pater filiam esse rescivit, gladio eam interficere voluit. Sed Myrrha fugiens per Arabiam Deorum commiserationem in arbusculam sui nominis mutata fertur. Hanc autem arbusculam succo distillantem habent Arabia, Assyria, & Orontes fluvius. Genuit autem ex flagitioso isto concubito Myrrha filium nomine Adonidem. De quo incestu Ovid. lib. 10. Metam.

Accipit obscœno genitor sua viscera lecto,

Virgineosq; metus levat, hortaturq; timentem.

Meminit idem lib.1. de arte amandi. Vide supra Cynaras, item Adonis.

POETICE.

Cynareia virgo.

Myrrha:

Libidinosa Scelerata, Incesta, Decora, Cujus ingens fuit gloria. Quæ patrem amavit, sed non ut debet filia, & nunc pressa latet obducto cortice. Cujus lacrymis, quas odora arbor fundit, ungimur. Tegens vultus suos cortice. Subdita ignaro patri.

Myrsinus, μύρσινος, Homero urbs est in Peloponneso, quæ & Mysum vocatur. Hinc Myrtusius gentile.

Myrsus, μύρσος, Candalis Sardium tyranni pater, à quo & Myrsilus dictus est, Autor est Herodotus.

Myrtilos μύρτιλος, auriga Oenomai regis Elidis, qui à Pelope curruli certamine cum Hippodamia Oenomai filia certante pecunia corruptus, axi in certamine vectem non objecit, ut Hippodamiæ currus dissolveretur & Pelops victor evaderet. Quod cum fecisset, à Pelope victore præmium postulavit qui ab Oenomao moriente

antè rogatus, ut Myrtili factum ulciscerentur, eundem in mare præcipitavit, unde Pelagus Myrtorum dictum est Seneca: Deceptor Dominæ Myrtilus.

POETICE.

Myrtilus:

Industrius Fallax. Qui signat nomine Myrtoas aquas.

Myrtorum mare, sive Pelagus, μυρτῷον πέλαγος, à Myrtilo dictum quemamodum ex præcedentibus videre est insulis Cycladibus allabitur, inter Ægæum & Creticum maximæ magnitudinis. Vide Strabon. Ovid. in ibin.

Proditor ut sævi perijt auriga tyranni,

Qui nova Myrteæ nomina fecit aquæ.

Myea, μυσία, vulgò Bosna, vel Servia, regio Asiæ minoris Aithyniæ, Phrygiæ, Lydiæ & Troadi finitima cujus mentionem facit Lucas Actor.16. Hinc Mysij & Mysi populi qui adeò viles & contemti fuerunt, ut proverbio locum fecerint: μυσῶν ἔσχατος, id est:

Mysorum postremus vel ultimus,

de homine valdè contemto. Utitur Cicero pro Flacco. Ita μυσῶν λεία, id est

Mysorum præda,

in eos olim proverbialiter dicebatur, qui impunè à quibus libet læduntur ac diripiuntur. Ortum à Myſis qui Thelepho rege aliquandò peregrè agente, finitimorum incurſationicus malè vexati fuiſſe ſcribuntur, ἔσχατος μυσῶν πλεῖν, id eſt, Myſorum ultimus navigare proverbiali joco dicebatur ſi quis fruſtrà laboraret, vel ubi dura factuq; difficilia imperarentur. Myſorum ac Phrygum termini diſcreti ſunt, proverbialiter uti licebit de rebus toto genere inter ſe diſſidentibus, vel de hominibus, inter quos nihil convenit, nihilq; commune intercedit, Sunt & in Europa duæ regiores, quarum una Myſia vel Mœſia ſuperior, alia Inferior dicitur, de quibus vide ſuprà Mœſia.

Mytilene, Inſula eſt cum ejuſdem nominis urbe in mari Ægæo, olim Lesbus dicta fuit, à Leſbo urbe, quæ & ipſa in hac inſula jacet, de qua Cicero II. Agratia Quid Mytilenæ, quæ terræ veſtræ. Quirites, belli lege ac victoriæ juræ factæ ſunt urbs & natura & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulcritudine in primis nobilis agri jucundi & fertiles nempe eodem capite incluſi continentur. Et Vitruvius lib. I. cap. 6. Vide etiam ſuprà Mitylene. Hodie Turcis paret.

N.

Nabathæa, ναβαθαία, Dionyſ. prioror duab. bre. ναβαθηνὴ Steph. regio eſt orientalis, quæ Arabiam Petræam in ſe continens ad rubrum uſque mare protenditur. Dictâ eſt à filio Hiſmaele, nepote Abrahæ נְבָיוֹת Inde Nabathæus, a, um, adject. ναβαθαῖος Et Nabathei populi orientales, colligendis opibus dediti. Apud eos mulcta publica dicitur ijs, qui rem aliquo modo imminuerint. Creſcentib. opibus augetur honos, rara inibi ſervitia, miniſtris utuntur plurimũ cognatis, vel ſibi unuſquiſq; miniſter eſt. In convivijs plura duodenis exicaſſe pocula ignominioſum eſt. Rex quandoq; ſibi & alijs miniſtrat. Ejus mortui cadaver in ſterquilinium dejcitur. Urbes hebent nullis clauſas mœnibus. Utuntur Camelis equorum vice. Sol ſacratiſſimum ipſis numen.

Nabius, Ptol. Narium Mel. fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis.

Nabtiſſa Ptol. alijs Nebtiſſa, hodie Venerea cognomina-

ta urbs eſt Hiſpaniæ.

Nagnia, quæ Nequinum olim, hodiè Narnia dicitur, Vilumbrorum urbs in Italia. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Vide infrà.

Nagnata, aliàs Magnata, urbs inſignis Hyberniæ. Ptolem. lib. 2. c. 2.

Nævius, poeta Comicus vetuſtiſſimus, de quo Horat. lib. 2. epiſt. 1. & Gellius lib. 17. cap. ult. in fine. Idem lib. 1. cap. 24. ipſius Epitaphium recenſet tale ſcil.

Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent Divæ Camœnæ Nævium poetam.
Itaq; poſtquam è Orchio traditus theſauro,
Obliti ſunt Romæ Latina lingua loquier.

Naiades, pen. bre. ναιάδες, & ναϊάδες, ſive νηΐδες, fontium nymphæ, vel fluminum de quibus plura in 1. parte. Göttin der Waſſer vnnd Brunnen.

Nain, ναΐν, Galilææ urbs, in cujus porta Chriſtus veniens ex urbe Capernaum, quæ quatuor milliaribus à Najn diſtat, unicum viduæ filium mortuum in vitam revocat. Luc. 7. ſignificatur hoc nomine pulcer ſive decorus, נָעִים Naim enim

eſt jucundùm, gratum, acceptum, lieblich.

POETICE.

Urbs Naima. Urbs Galilææ, quæ priſco nomine dicta fuerat Naim.

Naim:

Alta, Decora, Nota facto Chriſti.

Nais, ναΐς, nomen nymphæ aquaticæ, à νάειν, id eſt fluere. Cœrula Nais. Candida Nais. Virg. eclog. 2. Eſt & fluvius hoc nomine, qui ex Tauro naſcens in Pontum mergitur. Eſt & Nais meretrix inſignis Steph. in Eucarp.

Namnitæ, ναμνῆται, aliàs Namnites, vulgò, Nantes en bretaigne, populi Galliæ Celticæ aliâs Namnites, quorum urbs Condivincum, de quibus Ptol. lib. 3. cap. 8.

Napææ, pri. br. ναπαῖαι, Nymphæ ſylvarum & montium de quibus plura in 1. parte: Götter der Berge vnnd Wälde. Sunt, qui fontium nymphas eſſe dicant.

Napæi, ναπαῖοι populi in Inſula Lesbo, Plin. lib. 6. capit. 7.

Napitæ, ναπῖται, Scythiæ populi, quorum caput vicus Nadis, qui & Napatæ nominantur.

Nar, aris, νάρνος, Steph. Italiæ fluvius in Tyberim cadens cujus aqua ſulphur olet. Pl. lib. 3. cap. 5. Virgil. 7. Æ-

neid. Ovid. lib. I.

POETICE.

Nar:

Præceps, Velox, Rapax, Rapidus. Albus fulphurea aqua Odoro fulphure vitiatus. Eſt & alius hoc nomine fluvius in Dalmatia, qui & Naro dicitur.

Narane, Dalmatiæ fluvius non amplius centum millibus paſſuum ab Epidauro diſtans.

Narbo, onis, ναρβῶν, Gallicè Narbonne. Galliæ urbs. Hinc eſt Galliæ Narbonenſis appellatio, quæ Braccata aliàs dicitur.

POETICÆ.

Narbo Martius.

Narbo ſpectans occiduam Pyrenen.

Narbonenſis Gallia ναρβωνίτης à Narbone, ναρβῶν, civitate dicta eſt, Der Delphinat vnd Langendock. Scribit Strab. lib. 4. Narbonem fuiſſe ampliſſimum ejus regionis emporium.

Narciſſus, fuit Cephiſi fluvij ex Lyriope nympha filius formoſiſſimus, unde & dignos Baccho digitos ipſi fuiſſe Ovid. lib. 3. ſcribit. Is in ſylvis agens venationis ſtudio ſe exercuit. A plurimis verò nymphis ob formæ elegantiam amatus eſt. Potiſſimum autem ab Echo Parnaſi Nympha, quas cùm omnes aſpernaretur, tandem à ſua ipſius forma captus eſt. Cum enim venatu feſſus aliquandò divertiſſet ad fontem, & in eodem perinde ac ſpeculo ſeipſum vidiſſet, ratus eſt, unam earum à quibus prius adamabatur, Nympharum, juxta fontem amoris deſiderio intabuit tandem Nimpharum commiſeratione in ſui nominis florem mutatus eſt, qui bis in anno creſcit, in Martio & Septembri. Germani vocant, Zeitloß/ de quo in priori parte ſuo loco. Significat autem Echo allegoricè jactantiam, quæ ſpreta mutatur in ſonum, hoc eſt in rem vanam, & nullius momenti. Talis enim eſt jactantia. Narciſſus denotat hominem vehemẽter ſibi placente, & plus, quàm par eſt, ſui amantem. Rectè igitur Echo amat Narciſſum, hoc eſt, jactantia φιλαυτίαν. Monemur autem fabula hac inſigni, lectuq; jucunda, ne nimis maturè, & ante tempus ſapere incipiamus, neve nos, aut noſtra nimis amemus atque admiremur, ne Narciſſi hujus exemplò pudefiamus, & confundamur. Et facit huc illud: Præcocia ingenia rarò ad maturitatem perveniunt. Meminit Narciſſi & Claudian. 2. de rapt. Proſerpinæ.

Te quoq́, flebiliens mœrens Hyacynthe figuris
Narcissumq́, metunt, tunc inclyta gramina veris
Præstantes olim pueros, tu natus Amyclis,
Hunc Helicon genuit, te disci perculit error,
Hunc fontis decepit amor, te fronte retusa
Delius; hunc fracta Cephisus arundine luget.

Andr. Alciat. emblem. 4. lib. 2.

Quod nimium tua forma tibi Narcisse placebat,
In florem, & noti est versa stuporis olus.

POETICE

Proles Cephisia.

Narcissus:

Formosus, Pulcer, Venustus, Insigni forma. Filius Liryopes, Cephisus, Tenera forma. Qui flagrantem Echo risit. Qui despexit omnes. Dinus vero amore. Sui amore ustus. Qui nimium credidit suis undis. Quem multi juvenes & multæ puellæ petière. Qui spem sine corpore amavit. Cui digiti Baccho crines Apolline digni fuerunt.

Hinc est Narcissinus ut Oleum Narcissinum apud Pli. Fuit & Narcissus Claudij imperatoris libertus potentissimus sanè apud principem.

Naritia & Narix, Brutiorum in Italia urbs, extructa à socijs Ajacis & Oilei, à qua Naritij dicuntur populi qui pice abundant optima. Et Naritius, a, um, Virg. 3. Æneid.

Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri, &c.

Est & Naritia insula in mari Ægæo, sub Ulyssis imperio.

Narna vel Narnia, νάρνα. ναρνία vulgò Narni, Umbriæ urbs in Italia, per quam Nar labitur, unde & nomen sortita est. Vide Strab. lib. 5. Inde Narniensis, e, spectans ad Narniam, vel inde oriundum.

Narona, Ptolem. Melæ, Nari, hodiè Narenta, Dalmatiæ fluvius.

Narses, ναρσῆς, Eunuchus Justiniani principis cubicularius, bibliopola prius deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus. Idem in locum Belisarij ducis in Italiam missus decem annos varijs eventibus pugnavit. De quo Volaterr.

Narycium, ναρύκιον, Quod & Naryx, νάρυξ. & Narice ναρυκὴ dicitur. vide Naritia.

Nasamones, νασαμῶνες, pen. lo. Africæ sunt populi, qui naves Syrtibus illisas spoliant & victum rapto quærunt de-

de quibus Herodot. lib. 4. Plin. lib. 5. Lucan. lib. 4. Inde Nasamonis fœminin.

POETICE.

Nasamones.

Populatores, Æquorei, Bellatores, Semihomines, Alacres, Pauperes, Inopes. Duri, Genus effrenum. Quos barbara Syrtis alit littoreis cannis. Naufragijs quærentes victum. Procellis turbinibusq; gaudentes. Fusas per æquora merces colligentes. Nautas pulsos ad littora Punica violantes.

Nasica, pen. lon. νασικᾶς, nobilis fuit Romanus, qui Gracchum seditiosum virum interemit. Meminit hujus Cicero 1. Tusculan. quæstion.

Nasium, Galliæ Belgicæ, urbs, Ptol. lib. 2. cap. 9.

Nassium, vide supra, Nonsen.

Naso, Ovidij est cognomen, quod ab eventu habuit. Creditur enim hoc accepisse à magnitudine nasi.

Nastes, νάστης, Amphimachi frater fuit, unus ex his qui suppetias tulerunt Trojanis. Homer. lib. 2. Iliad.

Natiso, fluvius Venetiæ, Ptol. lib. 3. cap. 1.

Nava, vide suprà, Die Nab.

Navalia, vide suprà, Swol.

Naucrotis, ναύκρατις, Ægypti oppidum, cujus incolæ Naucraticæ dicuntur, Strab. lib. 17.

Naulium, urbs Liguriæ, portu ac turribus inclyta.

Naupactus, ναύπακτος, Achaiæ urbs apud Locros fuit, Ptol. lib. 3. cap. 15. hodiè Lepanthum dicitur, per Turcas Venetis ereptum.

Nauplius, ναύπλιος, pater Palamedis, qui cum intellexisset, Diomedem & Vlyssem naufragio liberatos (in quos tamen hoc malum per insidias machinabatur) seipsum præcipitem dedit. Naupliades, patronymic. id est, Nauplij filius.

Nausica vel Nausicae ναυσικάα, fuit Alcinoi Phœacum regis & Aretes filia, cujus meminit Martialis lib. 2.

Nausimenes, ναυσιμένης, Atheniensis vir fuit, cujus conjunx ubi incestu liberos deprehendisset, facinoris indignitate perterrita vocem amisit.

Nausithous, ναυσίθοος, rex Phœacum, filius Neptuni, pater verò Alcinoi, qui successor filij in regno fuit. Meminit ejus Homer. lib. 7. Odyss.

Naxus, νάξος vulgò Niosia, insula est in mari Ægæo, una Cycladum, antea Strŏgyle deinde Dia dicta & quia vini feracissima fuit, Dionysia mox appellata fuit. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. In hac insula Theseus Ariadnam dereliquit, quam Bacchus postea in uxorem duxit.

Virgil.lib.3.Æneid.

Bacchatamq; jugis Naxon, viridemq; Donysam.

Hinc naxius, a, um, adject. ut, naxius ardor apud Columellam, id est Bacchi coronæ sidus. Et naxius lapis vel cos Naxia, ἀκόνη ναξία, in insula Cypro est cos genita Dioscorid. ein Wetzstein aus Cypern.

POETICE.

Naxos:

Vitigena, Bacchica, Genitalis, Thesæa, Bacchata jugis Insula quæ cultu vacat. Est & Naxos Plin. lib. 3. cap 8. oppidi nomen.

Neæra, νέαιρα, fœminæ sive nymphæ nomen, ex qua Phœbus sive Sol Phaetusam & Lampetien suscepit, quæ patris greges in Sicilia pavisse dicuntur. Est & mulieris cujusdam nomen apud Virgil. eclog 3.

Dum fovet ille Neæram.

Nealces, νεάλκης, nomen pictoris, à quo Venus picta, Naumachia Ægyptiorum & Persarum. Asellus item bibens in littore & Crocodilus ei insidians.

Neapolis, νεάπολις, Italicè Napoli, Italiæ urbs insignis in Campania ad mare sita, Virgilij sepulcro clara, quam & Parthenopē, à nomine unius ex Sirenibus, cujus corpus in veteri monumento repererant, appellârunt.

POETICE.

Parthenope.

Parthenopeia mœnia.

Neapolis:

Dulcis, Sinuosa, Docta, Inquieta, Cumæa, In ocia nata.

Sunt & aliæ Neapoles, ut in Africa, Caria, &c. teste Suida, qui inquit:

πολλαὶ δέ καὶ ἄλλαι νεαπόλεις.

Nearchus, νέαρχος, formosissimus juvenis fuit, de quo Horat. lib. 3. carmin.

Nebis, Ptolem. Benis Straboni, fluvius est Hispaniæ Taraconensis.

Neccarus, nomen fluvij est in Germania. Hinc Neccareus, a, um. ut, Neccareæ oræ.

POETICE.

Neccarus:

Purus, Celer, Rigans arva fluvio suo. Ad Rhenum fluens. Rigans arva undoso sinu. Urgens vitreas lymphas liquidis aquis. Qui rapidis aquis ad vada alta Rheni fertur.

Necos, rex fuit Ægypti, filius Psamnitichi, cui filius fuit Psamnis in regno ipsi successor, teste Herodot. lib. 2.

Necropolis, νεκρόπολις, Ægypti urbs 30. stadijs ab Alexandria distans, ubi Cleopatra, ne in triumpho ab Augusto duceretur, anguibus admotis uberibus seipsam extinxit.

Neleus, νηλεὺς, Neptuni filius

rex in Pylo fuit teste Homero 11. Odyss. Vxorem habuit Chlorim, ex qua genuit Nestorem, qui Neleides à Poetis dicitur. Hinc Neleus & Nelejus, a, um, ut, Neleja arva, Ovid.

POETICE.

Neleus magnus.
Neleus qui arva tenuit patientis Pyli.

Nemausus, νήμαυσος urbs Galliæ Narbonensis celeberrima, metropolis Aricomiscorum, de qua Strabon lib.4.

Nemea, æ, νεμέη, & Nemee, es, prior. bre. sylva Græciæ, in qua ludi Nemei, vel sacra Nemæa ob Herculis memoriam ab argivis celebrata sunt, eò quod vastissimum in ea interfecisset leonem. Hinc regio omnis Nemæa dicitur. Hinc Nemæus, a, um, νεμαῖος, νήμεος nt, Nemæus leo, quem Hercules ibi occidit.

POETICE.

Nemea:
Sylvosa, Frondifera, Frondosa, Frondens, Cleonæa. Est & Nemea fontis & montis nomen Virgil.
Et vastum Nemeæ sub rupe leonem, &c.

Nemertis, νημερτής, nympha marina dicta quasi incorruptibilis.

Nemesis, pri. & pe. bre. νέμεσις, filia est Iovis, & Dea indignationis, improborū & vaniloquorū hominū vindex, eorumq; malitiæ, arrogantiæ, præsertim etiam superbiæ severa ultrix, â turpibus deterrens, ad virtutis amorem alliciens, quam Plato in legibus δίκης ἄγγελον dixit, id est, divini judicij angelum levitati verborum judiciū inferentem, dicta à νεμεσάω, succenseo, sive à νεμέω quod bona & mala distribuat. Dicta fuit & Adrastia, ab Adrasto rege, qui primus ei templum posuit. Hinc proverb. ἀδράστεια νέμεσις Adrastia Nemesis, vel Rhamnusia Nemesis, supple, aderit. Quod dicitur vel in eos, quibus fortunæ mutationē ob arrogantiam & insolentiam minitamur, vel qui ad calamitosam fortunam à florentissimis rebus redacti sunt. Germani ferè ita: **Es wird sich das blat einmal vmbkehren Er wird der Straffe nicht entgehen.** Vide de Nemesi Crinitum lib. 19. cap. 6. honest. discip. Alciat. emblem. 33. lib. 1. & epigrammata in libris epigrammatū Græcorum. Vide etiam plura de ea in 1. parte: **Göttin/so die hoffart vnd ander vbelthat straffet** Fuit & hoc nomine puella unicè à Tibullo adamata. Martial. lib. 4.

Vssit amatorem Nemesis lasciva Tibullum.

Nemetes, vide Spirenses Horum urbs est Neomagus, vulgò Spira.

Nemetobriga, urbs Hispaniæ Tarroconensis, Ptol. lib. 2. cap. 4.

Neobule, νεοβούλη, filia Lycambis, quæ quòd Archilocho poetæ promissa negaretur Iambis insectari cœpit Lycamben Archilochus.

Neocles, clis, νεοκλῆς, Atheniensis Philosophus, Epicurei frater, qui de secta sua scripsit. Vide Diogen. Laert.

POETICE.

Neocles.

Profectus olivifera Sicione. Cui frigus & fames mortis causa fuit.

Neoclides, dictus est Themistocles. Ovid. lib. 1. de pont.

Neodunum, vel Næodunum, vulgò Leondoul. Galliæ Lugdunensis urbs Ptol. lib. 2. cap. 8.

Neoptolemus, νεοπτόλεμος, pen. bre. appellatur Pyrrhus Achillis & Deidamiæ filius, q. novus miles. νέος, enim Græcis novus est, πόλεμος bellum, eò quod puer adhuc ductus sit ad bellum. Vide Servium, Hinc proverb.

Neoptolemi, vel νεοπτολέμειος τίσις. Neoptolemi vindicta. ubi quis idem patitur, quod in alios fecit. Siquidem Neoptolemus Achillis filius qui Priamum in ipsis Palatij focis occiderat, ipse vicissim apud Delphos ad Apollinis aram interfectus est.

Nepeta, νέπετος Suidæ, urbs Hetruriæ, à qua Nepesini, νεπεσῖνοι, Nepesina cohors, apud Sil. Stephano νέπετος dicitur, hodie vulgò Nepa appellatur.

Nephele, νεφέλη, nubem Latinis sonat, Bocatio Neiphiles, uxor fuit Athamantis, ex quo Phryxum & Hellen suscepit. Unde hanc Lucanus lib. 9. Nephylejam, & Ovid. lib. 11. Nepheleidem appellat inquiens.

Augustum circa pontũ Nepheleidos Helles.

POETICÆ.

Nephele:

Mater pia Helles.

Neptunus, ποσειδῶν, filius Saturni & Opis, Deus maris & aquarum, quasi Nantunus, A nando enim dici eũ testis est Cicero lib. de natura Deor. Tribuitur ipsi sceptri vice Tridens, idq; ob tres orbis terrarum, quas Oceanus ambit, partes. Et quia maritimus in locis sæpius terræ motus fiunt, & cum terræ motu inundationes, ideò Neptunum Tridente suo terram concutere fingunt, unde & ἐρνοσίγαιος, quod terram quatiat, vocatus

tus. Sumitur interdum pro ipso mari, quòd terras nubat, id est, tegat, ut Plaut. Credere se Neptuno. id est, mari se committere. Sich auff das Wasser wagen. Publ. Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium fecit. Id quod proverbialiter dici poterit, de eo, qui secunda vice se periculo exponit. Wer sich zum andernmal in gefehrligkeit waget/klaget nit billich vber vnglück. Nō absimile illi. Turpe est bis ad eundem, Filij Neptuni ferocissimi Gell. lib. 15. cap. 21. Hinc Neptunius, a, um, ποσειδώνιος, possess. Vide plura in prima parte, Gott des Meers.

Nereus, νηρεύς, prim. lon. duab. syllab. Deus Marinus Oceani & Tethyos filius, qui Doridem, sororem uxorem accepit; ex qua plures Nymphas genuit. Sumitur interdum pro ipso mari, seu aqua pluviali, ut apud Virg. eclog. 6.

Discindere Nerea ponto.

Hinc Nerine & Nereis patron. & Nereus, a, um. Vide plura in prima parte: Gott des Meers.

Nereides, νηρηίδες, patronym. à Nereo deductum, beluæ sunt marinæ habentes speciem aliquam conformem hominis. Finguntur autem nymphæ æquoreæ, & filiæ Nerei, Meerfräwlein / Meergöttin. Vide Jul. Cæsar. Scal. libr. de subtil. exer. 227. num. 12.

POETICE.

Deæ æquoris.
Deæ maris.
Deæ æquoreæ.

Nereides:

Virides, Gaudentes undis, Agentes in æquore.

Nerio, Nerienis vel Nerienenes, νηρειήνη, & apud antiquissimos Nerea, Martis uxor Plaut. in Trucul.

Neritos, pri. bre. νήριτος, mons est in Ithaca insula, à quo Neritius appellatur Ulysses. Interdum pro tota insula solet accipi. Vide Plin. li. 2. Meminit & Virgil. 3. Æn. Scribitur & Neritum.

POETICE.

Neritæ domus.

Neritos:

Saxosa, Attingens vertice aerias nubes. Vigens felici fertilitate.

Nerium, νέριον, aliàs Artabrorum promontorium, Tarraconensis Hispaniæ promontorium est. Ptolem. libro 2. cap. 6. vulgò Finis terræ.

Nero, νέρων, prim. bre. Domitij ex Agrippina filius, imperator fuit Romanus omnium crudelissimus, unde & factum est, ut omnes cru-

deles five Tyranni Nerones appellentur. Matrem enim prius ftupro contaminatam interfici jufsit. Amitã item fuam, imò & uxorem, affines & neceffarios, virosq; illuftres alios multos interemit. Senecam præceptorem ad necem compulit. Romam incendit. Optavit etiam, omnium civium Romanorum capita confifter in una cervice, ut uno ictu omnes è medio tollere poffet. Tandem fibiipfi confcivit necem. Cùm enim ab omnibus jam deftitutus ex urbe fugeret & quæreretur ut ad fupplicium vivus attraheretur, ferrum jugulo adegit, ac fic defecit extantibus rigentibusq; oculis ad horrorem usq; formidinemque vifentium eodem die, quo Octaviam quondam e medio fuftulerat, de quo hujufmodi diftichon:

Qui matrem ferro, Romam qui perdidit igni:
Impius ipfe fuo concidit enfe Nero.

Vide Sueton. Regnavit annos 13. menfes 8. Legitur autem de hoc, quod quamvis tyrannus fuerit atrociffimus: Commodum tamen linguarum & artiũ cognoverit easq; coluerit, id quod proverbium etiam ejus, quod femper in ore habuit,

teftatum facit: Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει, id eft, Artem quævis alit terra. Hinc Neroneus, & Neronianus Martial.

Quid thermis melius Neronianis?

Vide plura fuperius in dictione Domitij.

POETICE.

Nero:

Turpis, Sævus, Ferus, Dirus, Durus, Inceftus, Crudus, Superbus, Piger, Libidinofus, Profufus, Matricida, Pravus, Invifus, Sanguineus, Calvus, Ingratus, Execrabile monftrum, Mõftrum hominis. Nulla umbra invifior. Qui proprio enfe fe perculit. Terræ execrabile pondus.

Nervij, νέρβιοι, qui nunc Tornacenfes, vulgò Tornaij, die im Tornawer Biſthumb/ in Flandern/ populi fuerũt Galliæ Belgicæ, in finibus Ambianorũ, qui femper reliquos Belgas increpitabant, quòd fe Romanis dedidiffent, fe autẽ neq; legatos ad Cæfarẽ miffuros, neq; ullas pacis conditiones accepturos affirmabant. Tandem verò difficilimo & periculofiffimo bello à Cæfare funt fuperati. Lucan. lib. 1.

Nimiumq; rebellũ Nervius, &c.

Nef.

Nesi, in Scythia Europæ populi abundantes quondam optimis equis. Plin. libr. 6. cap. 20.

Nesis, idis, pen. prod. sive Nesium, νήσιον, insula in Campano littore, inter Pausilypum & Puteolos. Actius eclog. 1.

Huc illuc dum Pausilypi latus omne pererro
Piscosamq; lego celeri Nesida Phaselo, &c.

Nessus, νέσσος, & Nesseus, ex Centauris unus, interemtus ab Hercule, quòd Dejaniram conjugem illius rapere vellet. Bocat. Vide superius Dejanira. Hinc Nessæus, a, um.

POETICE.

Nessus:

Videndus, Ferox, Ferus, Semivir, Biformis. Qui occubuit vi, lerniteroq; veneno.

Nestor, νέστωρ, filius Nelei, ex Chlori uxore, Rex Pyliorũ sapientissimus & eloquentissimus, qui consilio præstans & prudentia regit ubique apud Homerum Agamemnonem, & universum Græcorum exercitum, consilio & verbis, quemadmodum ipse inquit. Βουλῇ καὶ μύθοισι, Iliad. δ. Iliad. λ. narrat Homerus Pelea regem puero Achilli præcepisse, αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, id est, Optimè semper agere, & eximiũ esse inter cæteros. Exegit triã hominũ secula vivendo, de quo Homer. Iliad. γ. Ita, ut in proverbium etiã abierint: Nestorea senecta, & Nestoris anni, de vita admodum longæva. Quemadmodum etiã Nestorea eloquentia senilem suaviloquentiam proverbialiter significat, quæ Ovidio ad Pisouem est inclyta gratia Nestorei mellis, Liebliche Beretsamkeit. Meminit Nestoris Juvenalis Satyra 10. Horat. epist. libr. 1. epist. 2. ad Lollium. Ovid. li. 12. Cicero, in Catone Majore, & Homerus Iliad. α. his verbis, Τοῖσι δὲ Νέστωρ, ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής, &c. Hinc Nestorides, Νεστορίδης, patron. Nestoreus, Νεστόρειος, possessivum.

POETICE.

Pylius senex.
Neleius senex.
Neleius, Neleides.
Rex Pylius.

Nestor:

Annosus, Longævus, Grandævus, Facundus, Fidus, Prudens, Decrepitus, Providus, Senex, Dulci ore. Eloquio fidus, Senex facundus. Dulcis præ cunctis. Consilijs pollens. Ter ævo functus. Prudentia ævi sui. Qui tria secula vixit. Quã dulci ore edidit dulces so-

nos. Cujus ab ore dulcis fluxit sonus. Qui commendat Æacidem Achillem, & tanto de duce majus nomen habet. Cui dulcis eloquij sonus fluxit ab ore. Cui copis larga eloquij fluxit. Quem Graiæ militiæ rector coluit. Cui copia suavior hybleo melle redundavit. Cui instar nectaris dulcis sonus profluxit ore facundo. Cui non deerat copia facilis cultæ linguæ. Qui præditus erat suavi dulcedine oris. Qui carus erat Atridæ duci. Qui compescuit sæpè arma mora terribili tumultu, seditione orta per socium gregem. Qui etiam Agamemnona texit. Qui non caret laudibus suis. Qui potuit sæpè inter Argivorum primores componere verbis ingentes littes, & animos mulcere, & corda mollia fingere.

Nesius, νέσ☉, Thtaciæ fluviu est à Strimone sdcus Abderam urbem fluens, Mantua

Strimonius meminit Nestus, scit Bistonis unda.

POETICE.

Panchæum flumen.

Neuceria, νεουκτρία, Umbriæ urbs est. Vide Neuceria.

Nevius, poeta Comicus fuit, de quo Gell. libr. I. cap. 24. Vide Nævius suprà.

Nevola, flumen est in Sentinati agro.

Neuri, νοῦρι, populi Scythiæ Europæ. Plinius libro 4 cap. 12.

Niæthos, fluvius Siciliæ est scribitur. Meminit ejus Theocritus.

Nicæa, νίκαια, clarissima urbs Bythiniæ, in quo 319 episcopi erroneum & blasphemum Arij dogma refutarunt anno Domini 324. Hinc Nicænus, a, um, ut Synodus Nicæna, Symbolum Nicænum. Condita aútem (ut & hoc addamus) hæc urbs fuit ab Antigono Philippi filio, à quo & Antigonia dicta. Lysimachus verò à conjuge Nicæam appellavit. Vide Strab. lib. 4.

Nicæarchus, νικαίαρχ☉, pictor fuit sua ætate eximius, qui inter alia, Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit, & Herculem tristem insaniæ pœnitentia, Plinius lib. 35. cap. 11.

Nicander, poeta Colophonius de rebus rusticis scripsit, Theriaca nimirum, hoc est remedia adversus serpentes, & animalia, quæ vel morsu vel ictu venenum infligunt & Alexipharmaca, id est, antidota adversus cætera venena, quæ in cibo nocent aut potu. Meminit ejus Cicero libro I. de oratore.

Nicanor,

Nicanor, νικάνωρ, penult. lon. genuit. Nicanoris pen. brev. Alexandrinus Grammaticus sub Adriano principe, æqualis Hermippo Beritio. Auct. Suid. Fuit & alius hoc nomine apud Græcos, qui de medicina multa scripsit.

Nicer, Nicrus, & Neccorus & Neccarus, die Näcker im Wirtenberger Land. Fontes habet in sylva Martiana.

POETICE.

Flumina
Undæ } Nicri.
Liquidæ aquæ

Formosa flumina culti Nicri. Flava fluenta rapidi Nicri.

Nicer:

Flavus, Cœruleus, Torrens, Herbifer, Vitreis undis. Æstuans rapidis undis. Rigans culta arva spumantibus undis. Qui leni murmure vitreas aquas voluit. Qui præsidet irriguis undis.

Nicetes, νικήτης, Smyrnæus, Sophista Adriano principi carus, ab eoq; Musæo Ægyptio asscriptus fuit. Vide Phil.

Nicias, νικίας, Atheniensis genere clarus fuit, reip. post Periclem gubernator primarius. Post pugnam infelicem contra Syracusanos captus, & in carcerem conjectus violentas sibi intulit manus. Plutarch. Nicias alius pictor fuit Atheniensis, qui teste Aeliano, in pingendi arte adeò fuit diligens & strenuus ut cibum etiam sumere sæpius sit oblitus. Vide de eo Plinium libr. 36. Nicias tertius Cous fuit Grammaticus de quo Pompon. & Cicero libr. 7. epist. ad Atticum. Idem & Niciam quendã Smyrnæum se complecti scripsit ad Q. fratrem lib. 2. epist. 2.

Nico, νίκων, unus fuit ex 13. principibus Tarentinorum, qui in Annibalem conjurârunt. Livius decad. 3.

Nicocreon, ontis, νικοκρέων, tyrannus Cypriorum. Vide suprà Anaxarchus.

Nicomachus, penult. bre. νικόμαχος, poeta tragicus fuit, qui undecim tragœdias scripsit, & alter Machaonis medici filius, Æsculapij nepos.

Alij rursas aliquot fuêre ejus nominis, quos Suidas enumerat.

Nicomedes, νικομήδης, rex Bithyniæ, à quo Nicomedia νικομήδεια, Bithyniæ urbs, nautis vulgò dicta Comidia, Turcis Nichor, extructa nomenq; sortita fuit. Strab.

Nicomedia, urbs Bithyniæ, ut jam diximus. Ptol.

Nicophanes, νικοφάνης, pictor fuit elegans & concinnus,

de quo Plin. libr. 36. cap. 10.

Nicopolis, νικόπολις, vulgò Prevesa, urbs Epiri, cui ab Augusti victoria nominis id inditum, quia Cleopatram & Antonium apud Actium prælio superavit. Hodiè Turcis paret, & Prevesa dicitur. Alia item est in Ægypto. Hinc Nicopolites civis.

Nicostrata, νικοστράτη, filia fuit regis Arcadū, mater Euandri, alio nomine Carmenta sive Carmentis. Vide suprà. Vide & Polydor. Virgilij lib. 6. cap. 7. de rer. invent.

Nicostratus, νικόστρατος, Macedo, orator fuit insignis, de quo Suidas. Alius hoc nomine poeta Comicus fuit, de quo Athenæus. Fuêre & Nicostratus citharœdus & Laodocus, qui inter se concertârunt. Vide Ælian. de varia historia.

Nicrus, vide Nicer.

Nictobriges, **Mompellier**.

Niger, fluvius inferioris Libyæ ejusdem cum Nilo naturæ. Ptol. lib. 4. cap. 5.

Nigris, νίγρις, Æthiopum fluvius ejusdem cum Nilo naturæ. Calamum enim & papyrum, ejusdemq; generis, quæ in Nilo gignuntur, gignit animantes, & ijsdem temporibus augescit. Plin. libr. 5. cap. 8.

Nilus, νεῖλος, pen. long. totius orbis fluviorum celeberrimus, qui quotannis inundatione 100. dierum sole existente in cancro, virgine & libra, cum ex adverso flant Ethesiæ totam Ægyptum irrigat, cujus incrementum & auctionem mensuræ notis per puteos observant esse 16. cubitorum, ex cujus etiam incremento Ægyptij vim aut penutiam futurarum frugum prævident. Vide Polydor. Virgil. libr. 1. cap. 18. de rerum invent. Claudian. Panegyr. in Manlij Theod. Conf. de hoc flumine ita:

Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullas cōfessus murmure vires.

Utilitas enim Nili ex fertilitate cognoscitur, & inter cætera, quo ad hominum partus plures. De quo Plin. libr. 7. cap. 3. & Aristotel. libr. 7. de naturis animalium scribit, in terra Ægypti mulieres sæpè parere tres, interdum quatuor & quinq;. Nascebatur in eo papyrus, quæ species est fruticis sive junci, ex quo chartæ parabantur, Unde & papyrifer dicitur. Nascitur hic fluvius in monte inferioris Mauritaniæ. Habet ostia septem, unde etiam septemplicem & septem-

ſeptem fluum Poetæ vocant. Ad quæ reſpexit Juvenal. Satyra 13.

Rari quippe boni. vix ſunt numero totidem quot Thebarum portæ, vel divitis uſtia Nili.

Sunt qui fontem ejus ignorari ſcribant, unde & proverbialiter dicitur: Nili caput quærere: quod Claudianus ita: Arcanos Nili de prendere fōtes, id eſt, inveſtigatu impoſſibilē rem indagare Dicitur & illud proverbialiter: ut Canis è Nilo, de jis, qui leviter ac obiter q. artem aliquam aut autorem deguſtant In Ægypto enim canes raptu Crocodilorum exterriti bibunt & fugiunt, nec niſi currentes, Solino teſte, lambitant, ne deprehendantur. Vide plura de Nilo apud Plin. lib. 5. cap 9. Herodot. in Euterp. Senec. lib. 4. natur. quæſt. Jul. Cæſ. Scalig. lib. de ſubtilitat. capit. 47. Gellium libr. 10. cap. 7. Ciceron. in ſomno ſcipionis. Catull. carm. 11. Virg. 6. Æneid. Ovid. 1. Metam. Et in prima parte: Nil / fluß in Egypten. Hinc ſunt Niliacus & Niloticus adject. ut Gens Niliaca apud Marti. Nilotis patronym. ut acus Nilotis apud Lucan. Niligenus apud Ovid.

Nimblis, inſula non procul à Gyaro, quæ Agathyrſa à Callimacho vocatur.

Ninive, νινευὴ, pen. brev. urbs Aſſyriorum, à Nino rege ſic dicta, à Ptolomæo Ninus (νίνος) vocatur. Huic urbi tempore Oziæ regis Juda Jonas prædicit excidium, quod tamen ſua pœnitentia Ninivitæ effugerunt. Jon. 4. Matth. 12. Sed annis 200. poſt à Medorum rege Cyaxare proavo Cyri funditus deleta eſt circa tempora captivitatis Babylonicæ, teſte Euſebio & Herodot. libr. 1. Prædixerat autem hoc excidium Propheta Nahum cap. 1. 2. נִינְוֵה Niniveh, id eſt, habitata populoſa, à נָוָה Navah. Hieronymus ſpacioſam vertit. Urbs enim fuit maxima, quæ gradus long. 78. lat. 36. 40. habuit. Eſt & alia hujus nominis urbs in Arabia.

Ninus, νίνος, primus rex Aſſyriorum, de quo Polydorus Virgil. libr. 1. cap. 5. de rerum inventione ita: Sed ut ad unguem origo conſtet, faciamus initium hujus rei fuiſſe tempore Beli patris Nini, qui anno ab urbe condita circiter ter milleſimo CLXXX. apud Aſſyrios primus regnavit.

Hunc Belum ſibi Deum nominatum Babylonij & Aſſy-

rij colebant. Videatur et jam Justin. libr.1. Ubi Nini historiam persequitur. Hinc Ninive, es, νινίυη, civitas Hinc verò Ninivitæ incolæ.

Niobe, penult. cor. νιόβη, filia Tantali, & soror Pelopis, uxorq; Amphionis regis Thebarum fuit, luctu ex liberorum orbitate ut poëtæ fingunt) in saxum, sive scopulum prope Sipylum Mœonię urbem, hoc est, luctum æternum conversa. Cùm enim liberorum forma præstantium numero superbiens, Latonæ se prætulisset, indignata Latona Apollini & Dianæ, ut Niobis liberos arcu interficeret, mandavit. Quod & factum ita. Vide Ovid. libr 6. Metam. & libr. 1. de ponto elegia 2. Cicer. in 3. Tuscul. Homer. Iliad. lib. ult. Monet autem hoc figmentum, ne nimium dolori indulgeamus. Item, ne ob felicem, qua utimur, fortunam nimium nobis arrogemus, aliosque contemnamus & premanus. Quo vitio sexus muliebris maximè laborat, cujus etiam Andreas Alciatus libr. 2. emblem. 26. meminit, ubi inquit.

Et statuæ statua, & ductum de marmore marmor
Se conferre Deis ausa procax Niobe.
Est vitium muliebre superbia, & arguit oris
Duritiem, & sensus qualis inest lapidi.

Ælianus libro 12. Veteres scriptores de numero filiorum Niobes non videntur consentire. Homerus sex numerabat, & totidem filias. Lasus verò bis septem dicit, Hesiodus novendecim: nisi verò non sunt Hesiodi illa carmina, sicut multa quoq; alia falsò illi attribuuntur, Alcman decē ponit, Mimernus vigimti, & Pindarus totidem. De numero filiarum Niobes vide Gellium libr. 29. cap. 6. Observetur & proverbium: Νιόβης πάθη, Niobes mala sive dolores, de maximis, & acerbissimis malis dici solitum.

POETICE.

Genitrix Sipyleia.
Tantalis.

Niobe:

Lacrymans, Mœsta, Infelix, Ardua, Rigida, Superba, Pelopis soror. Prole orba, Durata saxo oborto. Saxea facta. Superba parens. Saxo per corpus oborto. Quæ flebilis astat Mygdonia humo. Tantali nata Quæ multa prole lacessivit Latonam. Quæ lacrymans defluit solicito á Sipylo. Cujus malis sensum eripuit forma saxea.

Fuit

Fuit & alia hoc nomine Phoronei filia, ex qua Jupiter Apim, qui postea Osiris & Serapis dictus est, genuit.

Niphæus, νιφαῖος, proprium viri ab equis interemti, apud Virg. lib. 10.

Niphates, νιφάτης, prim. brev. mons est Armeniam majorem ab Assyria disterminans ex quo Tygris oritur. Est item fluvius Scythiæ, vel, ut alij volunt, Armeniæ. Lucan. libr. 3. Virgil. 3. Georgicor.

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphaten.

Id est, Armenios.

POETICE.

Niphates:

Arduus, Tigrifer, Voluens, saxa.

Nireus, νιρεὺς, prim. long. Charopi & Aglaiæ filius, Rex Naxi fuit, Græcorum omnium, qui ad Trojam venerunt, formissimus & fortissimus. Homer. Iliad. β & Horat. libr. 3 carmin. Propert. libr. 3 eleg. Ovid. lib. 2. de arte amandi.

POETICE.

Nireus:

Divinus, Venustus, Acer, Pictus oculis. Fusus coma, Roseus labellis. Adamatus antiquo Homero. Forma conspiciendus.

Nisa, νίσα, Hellades urbs fuit, teste Homero libr. Iliad. 2. Est etiam fœminæ sive puellæ pulcerrimæ nomen, de qua Virg. eclog. 8.

Mopso Nisa datur.

Quod proverbiale est, dici solitum, ubi preter omnium spem res præclara contigit alicui planè indigno, ut nihil jam non posse sperari vel à quovis appareat.

Nisæa, νισαία, nomen nymphæ apud Virg.

Nisæus, νισαῖος, locus in Media in quo generosi equi nascebantur.

Nisus, νῖσος, prim. long. Rex Megarensium, pater Scyllæ fuit, cui capilli fuêre ad auri colorem propè accedentes. Cum autem contra Megarenses pugnaret Minos, devictis Atheniensibus, propter filij Androgei interitū. quem Athenienses, & Megarenses, dolo necaverant, amatus est. Minos à Scylla Nisi filia, quæ, ut hosti eò magis placeret, obtulit ei comam purpuream abscissam nocti parenti, cui oraculo re ponsum erat, tam diu ipsum regno potiturum quamdiu capillos retineret intactos. Postea Scylla à Mynoe contemta, dolore in sui nominis avem conversa est, & Nisus extinctus Deorum commiseratione etiam in Cirim avem mutatus est: quæ aves hodiè magna inter

ter se flagrant discordia. Observanda autem hîc sunt dissimilia exempla, alterum sceleris, alterum virtutis, in Scylla scelus, quod in patriam ipsa & parentem commisit, vituperatur: In Minoe impiam & nefariam puellam detestante præclara virtus commendatur. Per crinem purpureum, eumq; fatalem secretum. Nisi consilium significatur, quo hostib. enunciato Megarensiũ urbs prodita & capta est. Vide Ovid. lib. 8. Metam. Hinc Niseius, a, um, ut, Niseia virgo, apud eundem Ovid. loco citato. Fuit & alius hoc nomine Hirtaci filius, amicus Euryali, cum quo pro Ænea in Turnum certavit. Ubi verò Euryalum Rutuli interfecissent, Nisus, qui cursu periculum evaserat, rediјt tamen ad ulciscendũ socij mortem: eoque facto super mortui corpus se confodit, & exanimem projecit. Vide etiam Nisus. Vide & Virgil. lib. 9. & 5. Æneid. Ovid. item lib. 1. trist. eleg. 4.

Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes.
Hirtacidæ Nisi gloria nulla foret.

Sunt qui per y primam scribant, ut & antea ostensum.

Nisyrus, νίσυρος, pri. & penult. br. insula est una ex Cycladibus, non procul à Coo, celsa, saxosa & molendinarijs, lapidibus abundans. Strab. lib. 16.

Nitria, νιτρία, regio Ægypti, & nomen duarum urbium suprà Memphim. Strab. lib. 17. Hinc gentile νιτρίτης.

Noe, νῶε, נֹחַ à quiete dicitur, radix est נוּחַ quievit, Lamechi filius, justitiæ ante diluvium præco.

POETICE.

Noe:

Justus, Innocens, Pius. Quẽ incolumen transtulit lignea capsa jactatum rapidas per undas cara cum prole, cùm Deus elueret urbem ultricibus pluvijs. Conservatus arborea in arca, ne præda obvia rapidis aquis ferretur. Qui incolumis mansit, quandò DEUS genus omne per orbem obruit desuper effusis procellis immensa mole, & cœlo devoluit montes aquarum, Qui vectus est jactata in arca.

Noemachus, urbs Galliæ Narbonensis prope Gehennam. Ptol. lib. 2. cap. 10.

Noes, νόης, Thraciæ fluvius est, qui in Istrum defluit. Herodot. lib. 2.

Nola, νῶλα, Steph. aliàs νόλη, Campaniæ urbs, Sidicinum prius dicta. Plin. lib. 3. cap. 5. Gell. lib. 7. cap. 20. Sanazavius

zavius in fine ferè 2. Epigram, in Nolam.

Nomades, pen. brev. νομάδες, Scythæ, nunc Tartari, dicti à νέμειν seu νομάζειν potius, pascere. Omnis enim eorum vita in pascendis gregibus habetur, neque ullas certas habent sedes, sed plaustris impositas ædes suas hinc inde vehunt. Sunt & in Æthiopia Nomades. Sil. lib. 3.

Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva
Mos, atq; errantes circumvectare penates.

Nomentum, νωμεντὸς, Steph. vulgò Lamentana, Sabinorum oppidum in Latio, non procul a Roma, à Nomento quodam conditum, unde & nomen sumsit. Nomentani incolæ, & Nomentanus, a, um, adject. ut, Nomentana vina. Agrum enim vini feracissimum habuit. Sic nomentana via Romæ, qua itur Nomentum.

Nomius, νόμιος, dictus est Apollo, ἀπὸ τῆς νόμης, id est, à pascuis, quod olim juxta Amphrisum Thessaliæ fluvium divinitate ob interfectos Cyclopas privatus, Admeto regi armenta pavit.

Nona, νῶνα, una ex Parcis. Latini Nonam, Decimam & Nortam parcas dixere, de quibus Gellius libr. 3. capite 16.

Nonacris, pen. brev. νώνακρις, mons est Arcadiæ, à quo fit Nonacrius, & Nonacrinus penult. long. id est, Arcadicus. Ovid.

Quid fuit asperius Nonacria
Atalanta, &c.

Sic Nonacrius heros, id est, Evander apud eundem Ovi. lib. 5. Fast.

Norba Cæsarea, urbs Lusitaniæ. Ptol. lib. 2. cap. 5.

Noricum, νωρικὸν, der Nordgew/oder Beyerland uber der Tonaw nach mitternacht/Germaniæ regio, circum Alpes, Italiam versus, hodiè Bavaria dicitur. Hinc fit Noricus, a, um, νωρικός, Virg. 3. Georg.

Tunc sciat aerias Alpes, & Norica si quis
Castella in tumulis.

Horat:

Quas neq; Noricus deterreret ensis.

Et Norici absolutè dicuntur incolæ istius regionis.

Normandia, regio Galliæ ultra Sequanam fluvium, quæ à Carolo Magno devicta fidem Christianam suscepit.

Normanni vel Normandi, populi septentrionales, aliàs Suecones vel Sueci dicti, die Schweden vnd Norwegen.

Norvegia, vide suprà, Nortwegen.

Notium, νότιον, urbs in Æolia, Homer. libr. Iliad 2. Est & Notium, Hyberniæ promōtorium. Ptol. lib. 3. cap. 2.

Notus, vide in prima parte: Sudwind.

Nova mœnia, Vide suprà, Weissenburg.

Novellius, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tyberij Cæsaris, qui gestis honoribus à prætura ad consulatum usque pervenit, & Triconchius cognominatus est, quod tres vini congios uno impetu epotaverit.

Novem viæ, ἐννέα ὁδοί, Steph. urbs Thraciæ, quæ & Amphipolis (ἀμφίπολις,) dicitur.

Novesium, vide suprà, Neus vnter Cöln.

Noviomagum, vide suprà, Newmegen.

Novium, Νέιον, vulgò Nova, urbs Tarraconensis Hispaniæ. Ptol. lib. 2. cap. 6.

Novius, Britanniæ fluvius. Pto. lib. 2. cap. 3.

Nuceria, νουκερία, Campaniæ urbs, novem millibus passuum à mari distans, cujus meminit Silius, NUCERIA item Colonia, Umbrorum urbs, quæ Alphetenia hodiè. Vide Ptolem. libr. 3. cap. 1.

Nuithones, vide suprà, Nachtländer.

Numa Pompilius, νουμᾶς, vir Sabinus Romanorum Rex, alter à Romulo, justitia & pietate insignis, qui pacatis finitimorum odijs plurimū ad Deorum cultum contulit, & religionem, multas item superstitiones invexit. Templum Jani condidit, & annum, qui prius decimestris erat, in duodecim menses divisit. Fingitur etiam de ipso, quòd nocturnos cū Ægeria nympha congressus habuerit. Idque ideo, ut ostenderetur, bonas leges à Deo fonte omnis boni exortas esse. Vide de eo plura apud Livium & Plutarch.

POETICE.

Numa, prim. bre.

Sacer, Sanctus, Sacrificus, Munificus, Pacificus, Intonsus, Legifer, Romuleus, Fortis, Sceptrifer, Antiquus. Justus, Vetus, Placidus, Subtilis. Rex sævior. Felix conjuge Nympha. Ægeriæ maritus. Vir non abigendus Deûm colloquio. Quo non metuentius ullum ingeniū numinis Sabina terra tulit. Qui Ægeriam amasse fertur. Cui concubuisse Ægeriam fama est. Qui ultrò petitus populi Latialis habenas accipit. Qui felix nympha conjuge, ducibusq; Camœnis docuit sacrificos ritus, & gentem feroci bello assuetam traduxit ad pacis artes.

Quem extinctum Latiæ nurus, populus, & patres deflevêre.

Numana, Piceni oppidum est in Italia. Pompon. Mel. lib. 2.

Numantia, νομαντία, ἡ νουμαντία, Steph. urbs Hispaniæ in Celtiberia, quæ circa viginti annos bellum cum populo Romano gessit, tandem à Scipione posteriore, accepta utrinque maxima clade, capta & deleta est, unde Scipio Numantinus cognominatus est. Vide Flor. libr. 2. Meminit & Cicer. 4. Phil. Et Horatius feram Numantiam vocat. Numantini dicuntur cives.

POETICE.

Urbs Numantina.

Numicus, sive Numicius, Italiæ fluvius est, non procul à Lavinio, in quo Æneas submersus periit. Ovid. 3. Fastor.

Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis.

Creditur, &c.

Atque hinc est, quod idem Ovid. libr. 14. Metam. Numicium amnem Æneæ mortalitatem abluisse scribit. Ad historiam enim procul dubio illud est referendum. Meminit & Virgil. 7. Æneid.

POETICE.

Sacrum littus Numici.

Sacra vada Numici fontis.

Numicus:

Placidus, Corniger, Tumidus, Rapidis undis, Tectus arundine. Serpens vicina in freta flumineis undis.

Numidia, νομαδική, vulgò Il regno de Tunis, Africæ regio latè patens, quæ hodiè Barbaria appellatur. Numida Numidæ incolæ, Die Numidier/quasi Nomades à νομάζω, pasco. Vide Nomades. Numidicus, ut, Equi Numidici apud Livium.

POETICE.

Numidæ, prior. duab. brev.

Rebelles, indomiti, Maurusii, Acres, Infrenes, Fugaces, Belligeri, Feroces, Infreni. Vagi. Qui intestina bella moverunt. Qui sine legibus quolibet ruunt.

Numitius, fluvius ingens in Latio, qui paulatim post decrescens in fontem redactus est. Vide Numicus.

Numitor, penult. brev. filius Procæ Albanorum regis, pater Rheæ Sylviæ, Romuli & Remi matris, qui à fratre Amulio, in regnum restitutus est. Vide initium libr. 1. Livii Virg. 6. Æneid. & suprà Amulius.

POETICE.

Numitor:

Senex. Germanus Amulii.

Nursa, seu Nursia, hodiè. Norica,

rica oppidum est Sabinorũ in montibus situm, Nursie item urbs Piceni, à Virgilio fida dicta, Nursini dicuntur populi.

Nycteus, per duas syllabas, νυκτεύς, filius Neptuni fuit, ex Celene Atlantis filia, quē ex Amalthea Cretensi Nympha Antiopam, & Nyctimenem suscepisse ferunt. Vide plura Nyctimene.

Nyctileus, νυκτιλεύς, Bacchi epitheton fuit, à sacris ejus, quæ nocte celebrabantur acceptum. Vide Ovid. libr. 1. de arte amandi.

Nyctileumq; patrem nocturnaq; sacra precare.

Nyctileia, νυκτιλήια, sacrificia, quæ Baccho noctu fiebant.

Nyctimene, νυκτιμένη, nomen fuit puellæ Lesbiæ, quæ cum patre concubuit, & facti pœnitentiâ ducta in Sylvas aufugit, & in noctuam mutata est, quæ non nisi de nocte volat, cæterisque avibus est invisa. Quæ fabula impietatis atque incestæ libidinis detestationē continens honestè vivendũ nobis docet, ut benè audiamus, & in conspectum venire non erubescamus. Quin. turpè quid admittunt omnibus honestis invisi lucem atque conspectum noctuarum instar fugiunt. Vide Ovid. 2. Metam.

Nyctorix, quæ Nictocris Herodoto dicitur, Babyloniæ regina fuit, quæ post Semiramim sola regnavit. Vide Herodot. lib. 1

Nympha, νύμφη, appellativum Græcis sponsam significat. Latini Nymphas non tantùm aquarum numina dixerunt, Wassergöttin / sed etiam terrarum, ut sunt: Nereides, Napeæ, Najades, & id genus alias, de quibus suo loco. Poetæ eandem vocem etiam Musis interdũ tribuunt, quòd aqua cursu suo Musicos q. sonos reddere videatur. Unde etiam nõ rarò à Poetis invocantur. Virg.

Nymphæ noster amor.

Vide plura in prima parte: Göttin der Wasser und Brunnen.

Nympheum, νυμφαῖον, Steph. Macedoniæ oppidum. Vide supra Lyssus.

Nymphæus, νυμφαῖος, fluvius Italiæ juxta Velitras.

Nysa, νύσα, Ægypti urbs est vicina Arabiæ, in qua Bacchũ nutritum ferunt. Alia est in India, à Libero patre extructa, sub radicibus montis, quem incolæ Meron appellant. Virg. lib. 6.

Liber agens celso Nysæ de vertice Tigres, &c.

Et Nysa pagus in Helicone ubi Bacchus maximè co[...] batur, Hanc quidam in Bœotia,

otia, quidā in Caria esse volunt. Nysa quoq; dicitur unus ex veterib. Parnasi mõtis Baccho consecratus. Item Nysa mulieris nomen apud Virg eclog. 8.

Mopso Nysa datur.

Vide suprà, Nisa

Nysæa, Indiæ urbs celeberrima à Libero patre condita.

Nyseus, νυσεὺς, dissylab. dictio cognominatur Bacchus a Nysi Ægypti urbe, in qua à Nymphis educatus dicitur.

Nysiros, pen. brev. Insula thermas habens abunde scaturientes. Vide sup. Nisirus.

Nysus, Trojanus fuit indisso lubili amicitiæ vinculo junctus Euryalo, quarũ historiam copiosè describit Virgil. 9. Æneid. Vide etiam suprà Nisus per i, atque ita rectius scribi volunt.

POETICE.

Nysus:

Phrygius, Purpureus, Hyrtacides, Pius.

O.

Oaxis, ὄαξις, Crætæ insulæ fluvius est. Virg. eclog. 1.

Pars Scythiam, & rapidum
Cretæ veniemus Oaxem.

Oaxus verò (ὄαξος) civitas est Cretæ.

Obris, ὄβρις, fluvij nomẽ Pompon. libr. 2. Ptolem. Obrium vocat.

Ocalee, ὠκαλέη, ὠκάλεια, vel ὠκάλεια, Bœotiæ urbs est, Homer. lib. 3. Iliad.

Oceanus, ὠκεανὸς, prim. long. mare magnum, quod universam circuit terram, ab ὠκὺς, ut putatur, quod est velox, Oceanus Orientalis, dz Meer gegẽ auffgang. Oceanus Occidentalis, das Meer gegen vntergang. Oceanus Australis, Das Mittägig Meer/ Oceanus hyperboreus, sive Septentrionalis, dz Mitternächtige Meer/ Sortitur etiã nomina a littoribus, ut, Oceanus Atlanticus, Gaditanus, Persicus, Ineicus, Germanicus, &c. Poetæ verò Oceanum pro quocunq; mari usurpant, Virg.

Et ruit Oceano nox.

Oceanitis, idos, filia Oceani, Virg. in Georg.

Oceanitides ambæ.

POETICE.

Oceani aquæ.
Oceani undæ.
Unda Oceani reciprocantis.
Fontes largi Oceani.
Pater ille Oceanus canus & uvidus.
Æquor, quod terras ambit longis anfractibus.
Pontus circumsonans orbem extremo æquore.

Oceanus:

Vastus, Amplus, Circumfluus, Vitreus, Vagus, Undosus.

dosus, Immensus, Largus, Refluens, Fertilis, Canus, Reciprocans, Sonorus, Glacialis, Ingens, Cœruleus, Orbivagus, Refusus, Beluosus, Senex, Rubrus, Circum vagus, Rex undarum. Rura Britannica ditans. Obstrepens remotis Britannis. Terras ambiens. Qui circuit terram liquidis aquis. Qui terræ orbem tumidis ambit aquis, Continens terras liquidis aquis. Circũfuso gurgite claudens orbem. Cingens populosum orbem. Intonans strepidis undis. Æstuans stagnantibus undis. Quo terrarum orbis clauditur.

Ocelum ὄκελον, urbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolem. lib. 2 cap. 7.

Ochesius, dux Ætolorum vir longè præstantissimus, qui in bello Trojano interfectus est. Homer.

Ochus, ὦχος, Rex quispiam fuit, qui diu regnavit, de quo Athen. libro 12. Est & fluvius hoc nomine, qui in Indiæ montibus ortus, per Arcananiam fluit, Plin. li. 6. cap. 16.

Ocnus, ὄκνος, in Jonia regione Asiæ homo quidam fuit industrius & laboriosus. Habebat is uxorem adeò sumtuosam & prodigam, ut quicquid ille suo labore corraserat, id mox ab illa dilapidaretur. Inde proverbium dicebatur in hominẽ in re quapiam laborantem, quæ nihil afferret emolumenti.

Hic torquet funiculum Ocni. vide comment. in emblem. 16. libro 1. Alciati. Virgilius hunc Bianora etiam vocat ecloga 9. & Mantuæ conditorem asserit, Æneæque in auxilium venisse adversus Turnum lib. 1.

Ille etiam patriis agmen ciet
Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantus & Thusci filius amnis,
Qui muros matrisq; dedit tib
Mantua nomen,
Mantua dives avis.

Vide suprà Bianor.

Ocrium, sive Ocrion, ὄκρελον, vulgò sancti Michaelis mõs promontorium est Britanniæ, teste Ptolem. libro 2. cap. 3.

Octavia, gens à Velitris originem accepit, à qua Octavius Augustus, propter quẽ excellere eam gentem assentationis gratia dixerunt. Octavia, Neronis fuit uxor, quam interemit. Octavia, Tragœdia Senecæ. Et Octavia porticus duæ erant Romæ. Hinc Octavianus, ut bellum Octavianum. Ciceroni porrò Octavius, qui Cæsaris deinde & Augusti cognomen assumsit, natus est, M.T. Cicerone & Antonio

tonio Coss. Vide Sueton.

Octodurum, ὀκτώδουρον, aliàs Gothorum campus vulgò Toro, Hispaniæ Taraconensis urbs Ptolem. libr. 2. cap.6.

Ocyalus. ὠκύαλος, ex Phœacibus unus Alcinoi regis temporibus. Homer. libr.7. Odyss.

Ocypete, ὠκυπέτη, una Harpyjarum ab ὠκὺς, id est, velox & πέτομαι, volito. Dictam enim volunt ab alarum celeritate.

Ocyrrhoe, ὠκυῤῥόη, nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia, augurij peritissima, dicta à celeriter fluendo. Meminit hujus Ovid.lib.2. Metam.

POETICE.

Ocyrrhoe.

Centauri filia, Quam quondam nympha in ripis rapidi fluminis Cayci enixa vocavit Ocyrrhoen.

Ocyton, fluvius est in Arcadiæ finibus.

Odera, vide suprà, **Oder.**

Odessos, ὀδησσὸς, in Mesia inferiori urbs est. Pomp.Mel. libr.2. Civis Odessites, & Odesseus.

Odites, ὠδίτης, ex Centauris unus, Ixionis & Nubis, filius.

Odius, dux Halizonum, in bello Trojano ab Agamemnone interemtus. Homer. Ilia. lib 5.

Odrysæ, Ὀδρύσαι, Thraciæ populus. Plin. libr.4.cap.11. urbs eorum est Odrysa.

Oea, Ὀία, urbs Africæ, una ex tribus, quæ ex numero Tripolim illam Africanam fecerunt, vide Solin.

Oeagrus, Οἴαγρος, Thraciæ fluvius, à quo Hebrus, qui Oeagrius inde dicitur, nascitur. Dicunt quidam eundem etiam Orphei esse patrem: Servi. Virg. in Georg.

Oeanthe, Οἰάνθη, vel Oeanthia, Οἰάνθεια, urbs in Peloponneso.

Oebalus, Οἴβαλος, penul. brev. rex Oebaliæ, quæ Laconia est. Oebalides patronymic. apud Ovid. in Ibin.

Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.

Id est, Hyacinthus qui Lacon fuit. Oebalius adject. Oebalus alius Telonis regis Caprearum insulæ prope Neapolim, filius fuit, de quo Virg.7.Æneid.

Oebale quem generasse Telon Sebethide nympha.

Fertur, &c.

Oebalia enim altera in Italia est prope Tarentum Calabriæ.

Oebari, viri proprium, de quo Tortelius.

Oechalia, æ, Οἰχαλία, pars Laconiæ & civitas in ea ab Hercule eversa, propter Jolen Eurythi filiam, quam desponsatam ipsi pater po-

ſtea negârat. Ovid. libr. 9.

Victor ab Oechalia, &c.

Virgil. 8. Æneid. nomen verò urbs ea ſortita eſt ab Oechaleo fluvio eam præterfluente.

Oecirynes, vir Argivus, qui pulcerrimo thorace Agamemnonem donavit, ut ſcribit Homerus circa initium lib. 1. Iliad.

Oedipus, Oedipi, & Oedipodis in ſecundo & tertio ordine οἰδίπους, filius fuit Laii regis Thebanorum & Jocaſtæ, ſic dictus à tumore pedum contracto ex ſuſpendio ab arbore, pedibus gladio perforatis, cùm infans paſtori occidendus à patre traditus fuiſſet. Adultus jam patrem incognitum interemit, inſcius cum matre concubuit, ex qua quatuor genuit liberos. Cognito verò inceſtu eruit ſibi oculos, & abſorptus terræ hiatu triſte ſpecimen punitæ inceſtæ conſuetudinis dedit. Et Deus etiam totam illam familiam cædibus & ſeditionibus radicitus delevit. Idem hic Sphingis ænigma diſſolvit: Unde & in proverbium abijt:

Davus ſum non Oedipus.

Id eſt, Rudis & ſimplex ſum, nec rerum obſcurarum interpres. Ich bin ſchlecht vnd recht/vnd kein Doctor. Utitur eo Terent. in Andria Act. 1. ſcena 2. Ad quod & Plautus alluſit:

Oedipo conjectore opus eſt.

Vide infrà Sphinx. Invenitur & Oedipodes, οἰδιπόδης, in caſu Recto, ut Claudian.

Oedipodes matrem, natam duxiſſe Thyeſtes
Cantatur, &c.

Inde eſt Oedipodionius adject. ut Oedipodioniæ Thebæ apud Ovid. 15. Metam. & Oedipodionides οἰδιποδιονίδης, patronymic. apud Stat. Vide plura infrà in dictione Polybius.

POETICE.

Oedipus:

Impius, Miſer, Cœcus, Infauſtus Patricida. Orbus luminibus. Ruptæ telluris hiatu abſorptus. Quem ſua filia rexit. Cujus ſcelus expertus eſt uterq; parens.

Oenanthe, aliás Oenanthia, hodiè S. Sophia, Sarmatiæ in Aſiæ urbs. Ptol. lib. 5.

Oeneus, duab. ſyllab. οἰνεὺς, Calydoniæ Rex fuit, pater Dejaniræ, in cujus agros aprum vaſtantem immiſit Diana, quòd ab eo in ſacrificijs neglecta fuiſſet. Omnibus enim numinibus, excepta Diana, de primitijs ſacrificavit. Vide Ovid. 8. Metam. Hinc Oeneus adject. tribus ſyllab. apud eundem ibidem.

Inquit

Inquit, & Oeneos ultorem
spreta per agros
Misit aprum, &c.

Et Oeneius, quatuor syllabis, ut, Oeneius heros apud Stat. 4. Thebaid. Oenides item patronym. Ovid. 8. Metam.

At manus Oenidæ variat.

Id est Meleagri Oenei filij.

POETICE.

Oeneus:

Superbus, Elatus, Calydonius, Parthaone natus. Qui de tot cœlestibus aras Dianæ præterijt.

Oenochema, οἰνόχημα, mons in finibus Africæ.

Oenochonus, fluvius in Thessaliam defluens, sicut & Pereus autor est. Herodotus lib. 7.

Oenomaus, οἰνόμαος, filius Martis, Rex Elidis, & Pisæ atq; Hippodamiæ pater. Vide sup Hippodamia. Alter fuit Peloponnesius in bello Trojano ab Hectore interemptus. Homer.

POETICE.pri.

Oenomaus:

Sævus, Tyrannus, Qui perfusa miserorum cæde procorum ipse suo melius sanguine tinxit humum.

Oenone, οἰνώνη Nympha Phrygia à Paride adamata, cui duos filios genuit. Ubi verò in Helenes amorem incidisset Paris, priorem amasiam reliquit. Vide Ovid. in eorundem epistolis. Est & urbis nomen.

POETICE.

Oenone nympha:

Casta, Pauper, Pegasis, Nurus Hecubæ, Nympha de magno edita flumine. Amata Satyris. Celeberrima Phrygijs sylvis. Dilecta Paridi per multos annos. Cui Apollo medicas artes tradidit. Cujus virginitatis spolia Phœbus habet.

Oenopides, οἰνοπίδης, Mathematicus fuit, ex Chio insula minor aliquantò Anaxagora.

Oenops, vir Peloponnesius apud Homerum.

Oenotria, οἰνωτρία, Italia est, Hoc verò nominis, vel ab Oenotrio Sabinorum rege, vel à bonitate vini, quod in Italia nascitur, accepit. Græci enim οἶνον vinum dicunt. Claudian. in laud. Stilicon. Panegyr. 2.

Oenotria lentis
Vitibus intorquens hederas &
palmite largo
Vina fluens, &c.

Oenotrij ipsi populi. Virg. 1 Æneid.

Oenotria tellus.

Idem 7. Æneid. Vide suprà Italia.

Oenotrides, οἰνωτρίδες, dictæ sunt duæ Insulæ, quæ sunt contra Veliam: Pontia scil. & Iscia. Plin. libr. 3. cap. 7.

Oenotrij, dicuntur Itali ab Oenotro rege Sabinorum. Vide Oenotria.

Oenus, Austriæ fluvius, Der Jhn.

POETICE.

Lympha Oeni.
Flumina Oeni.

Oenus:

Spumifer, Æstuans, Sacer. Cinctus pruinosis jugis. Rotans quercus & saxa interdum. Confluens in Istrum & Lincia tura geminus flucti petens. Qui implicitis in undis convolvitur, & liquidas aquas urget medijs vallibus.

Oeta οἴτη, (scribunt & Oetha) mons inter Thessaliam & Macedoniam, ubi optimum helleborum nascebatur. In eo etiam monte Hercules in furorem versus seipsum combussit. Unde & morte, rogo & sepulcro ejus clarus est. Vide Plin. libr. 25. cap. 5. Livi. lib. 6. decad. 4. Strabon libr. 9. Quod Virgilius dixit, tibi deserit Hesperus Oetam, ita accipiendum est, quòd in eo monte stellæ videntur occidere. Sicut in Ida nasci. Hæc Servius. Hinc Oetæus, a, um, οἰταῖος, Ut Hercules Oetæus.

POETICE.

Juga Oetes damnata Herculeo rogo.

Oeta:

Frondosa, Alta, Ardua, Gelida, Æmonia, Nemorosa, Herculea.

Oetus, ὄιτος, Gigas fuit Aloei filius, frater Ephialtis; qui Jovem cœlo detrudere sunt conati. Virgil. in Culice, & 6. Æneid.

Ogdolapis, fluvius navigabilis, qui ex Alpibus fluens, ad urbem irrumpit, Strabo lib. 4.

Ogdous, ὄγδοος, Rex Ægypti, qui Memphim condidit, aliàs Vohæus dicitur. Vide Dioscorid Sicul. lib. 2.

Ogyges, æ. ὠγύγης, vel Ogygus, Conditor & Rex fuit Thebarum Bœotiæ, sub quo diluvium ingens fuisse Varro scribit, in Attica scilicet regione ex maris inundatione, circiter annum mundi 2210. Hinc Ogygius, a, um, id est, Thebanus, ut Ogygia mœnia, ὠγύγια κακά proverbialiter mala ingentia & antiqua dicuntur. Et Ogygidæ ipsi Thebani. Virg. in Ætna.

Nunc juvat Ogygiis circumdata mœnia Thebis.

Ogygia, ὠγυγία, insula maris Phœnicij, in qua Calypso, nympha fuit, quæ Ulyssem tempestate adactum hospitio suscepit, & deinde cognitum septem annis detinuit. Homer. 1. Odyss-

Ogyris, ὤγυρις, insula felicis Arabiæ Erythreo rege ibi sepultos clara, de qua Plin. lib.

lib.6.& Curt lib.9.

Oicles, Antiphatis filij Melampi filius fuit. Homerus lib.15.Odyſ.Idem fuit pater Amphirai Argivi vatis.

Oileus, ὀιλεὺς, trib. ſyllab. rex Locrorum, pater Ajacis Oilei. Virgil.1.Æneid. Oilides, patronym. Propert.

Victor Oilide rape nunc & dilige vatem.

Olbia, ὀλβία, Galliæ Narbonenſis urbs, Ptol lib.5. c.5.

Olcachites, ὀλκαχίτης κόλπος, Zeugitanæ regionis ſinus, hodiè Alcon civitas. Ptol.lib.4.cap.3.

Olearos, vel Oliarus, ὠλίαρος, inſula in mari Ægeo; una ex Cycladibus, de qua Virg. lib.3.

Oleaſtrum, aliàs Oleatro. Hiſpaniæ urbs Ptolem. libr. 2. cap 4.

Olenus, pen.br. ὤλενος, ὁ, vel ἡ, urbs Bœotiæ, ab Oleno Vulcani filio appellata. Fuit & alia hujus nominis urbs in Ætolia, in qua nutritam ferunt captam illam Amaltheam, eamque poſtea Jovē infantem aluiſſe, & inde Oleniam dictam. Ovid.

Naſcitur Oleniæ ſignum pluviale capellæ.

POETICE.

Olenia ora.

Oliarus, vide Olearos.

Oliba, vulgò Olit. Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs, Ptol. lib.2.cap.6.

Olicana, ὀλικάνα, Britanniæ urbs, Ptol.lib.2.cap.3.

Oliſippo, vide Oliſyppo.

Olympia, æ, ὀλυμπία, urbs eſt Achaiæ, quæ Piſa prius dicebatur, ubi Jovis Olympij templum erat, & ejuſdem etiā certamina quinto quoque anno celebrabantur, in quib. victor Olympionices dicebatur, qui penè tantus apud Græcos honor fuit, quantus apud Romanos cōſulem eſſe. Olympia, orum. τὰ ὀλύμπια, ludi & certamina gymnica, quæ apud Olympiam ſeu Piſam urbem celebrabantur. Olympicus, a, um, ὀλυμπικὸς, & Olympiacus, ut, certamina Olympiaca, de quibus Polyd.Virg. de rerum invent. libr.2.c.13. Et Pomp.Mel. libr.2.c.10. Olympionices, ὀλυμπιονίκης, pen.lon. victor in certamine Olympico, ut jam meminimus. Utitur Cic. 1. Tuſc. & de Invent. Olympias, adis, ὀλυμπιάς, quinque annorum ſpacium, quod à Romanis luſtrum dicitur. Per Olympiadas Græci tempora numerare cœperūt ſub annum mundi milleſimum tertium, ducēteſimum. Et Olympias mater Alexandri Magni dicta eſt. Videatur Ælianus libr. 13. de varia hiſtoria. Gell. lib.3.cap.4.

Olympus, pri. brev. ὄλυμπος, mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui quoniam propter sublimitatem videtur contingere nubes, sæpissimè pro cœlo apud Poetas ponitur, dictus q ὁλόλαμπος, id est totus splendens sive lucens. Virgil. libr. 1. Georgic. Lege de mira Olympi altitudine Jul. Solinum Polyhist. c. 13. qui scribit montem hunc adeò in sublime ferri, ut peractis sacrificijs anniversarijs post annum etiam ibi cõspiciantur cineres immoti & minimè dispersi. Ergo toto anno montis vertex ob altitudinem ventorum expers fuit: Ostendunt enim Physici aerem maximè moveri in prima & media regione in suprema non moveri. Hinc Olympius, a, um, ὀλύμπιος, id est, cœlestis possess. & Olympicus, a, um.

POETICE.

Olympus:

Frondosus, Celsus, Altus, Gelidus, Pruinosus, Opacus Nemorosus, Æmonius, Glacialis, Ardens, Editus, Præaltus, Vastus, Pindo major. Alius etiam Olympus est in Gallogræcia, alius in Mysia: alius item ad mare rubrum, non procul ab Heliopoli oppido. Fuêre etiã hoc nomini viri aliquot non sanè in postremis ponendi, Fuit enim Olympus præsul quidam, natione Hispanus, Christianis scriptoribus annumeratus. Ita Olympus Mysus, tibicen & poeta Musicus fuit. Fuit etiam alius hoc nomine junior è Phrygia tibicen regis Midæ temporibus, Et Olympus Nemesianus, qui multa etiam scripsit.

Olynthus, ὄλυνθος, Thraciæ urbs fuit antiqua, rebus omnibus aucta & ornata, quemadmodum de ea in Verrina scripsit Cicero, juxta Atticam, sed eversa ab Atheniensibus propterea quod ad Philippum Macedoniæ regem defecisset. Sunt tamen qui à Philippo eversam tradant. Juvenal. Satyre. 12.

Biberat quo callidus emtor
Olynthi.

Vide & Plutarch. libr. de cohibenda ira.

Olysippo, vide suprà, Lisbon.

Ombrici, ὄμβρικοι, populi sunt juxta Illyricum, ex quorum agro, Capris & Alpis fluvij in Istrum cadunt, teste Herodot. lib. 3.

Omphale, es, pen. br. ὀμφάλη, regina Lydiæ, cui Hercules amoris causa servivit, ita, ut illa jubente fusos & lanas rudibus illis manibus, quibus portenta subegerat, attrectaverit. Propert. libr. 3

Omphale in tantum formæ processit honorem,
Lydia Gygæo tincta puella lacu.
Vt qui pacato statuisset in orbe columnas.
Tam dura traheret mollia pensa manu.

Vide suprà Hercules,&c.

POETICE.

Mœonis.
Lydia puella.
Lydia conjunx.
Nympha Iardanis.

Omphale:

Formosa, Pulcra, Adultera, Impudica, Mœonia, Lyda, Multo spectabilis auro. Ridens amatorem suum. Perfusa humeros odoratis capillis. Conspicienda aurato sinu. Celeberrima Vatum cantu. Qua jubente Amphitryonides crassa fila duxit robusto pollice.

Onaba, vide Onabalisturia.

Onchestus, ὀγχηστὸς, Neptuni filius fuit, qui Onchesten, urbem Micalesso promontorio propinquam condidit, deque suo nomine appellavit. Hic Meleagrum peperit, de quo suprà.

Onchiston, ὀγχηστὸν, locus est in finibus Thebanorum teste Homero lib. Iliad. 2.

Onesicritus, ὀνησίκριτος, penul. long. Philosophus & historicus Ægineta: Ut autem Demetrio Magnesio placet, Astypalæus fuit, è Diogenis schola. Similitudinē quandam cum Xenophonte habere videtur. Vide Diogen. Laert.

Onesimus, ὀνήσιμος, Cyprius seu Spartiata, tempore Constantini Magni scripsit de Rhetorica, de statuum differentia, preter exercitationes, declamationes & alia. Vide Suid.

Onobalisturia, ὀνοβαλιστοῦρα, aliàs Onaba Lustria, vulgo Gibtaleon Hispaniæ urbs. Ptol. lib. 2. cap. 4.

Onytes, ὀνύτης, viri proprium est de quo Servius lib. 2. Æn.

Oppellum, hodiè Cestria, vulgo Chestre Vuchestræ, Britanniæ insulæ urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 3. sunt qui Uxellum dicant.

Opheltes, filius Lycurgi à serpente necatus, alio nomine Archemorus dicitur. Vide Hipsiphyle.

POETICE.

Puer Hipsiphyles.

Ophineus, Vates Messeniorū, qui à natali die lumine captus, publicè & privatim futura prædicere consuevit.

Ophiogenes, ὀφιογενεῖς, penult. brev. populi fuerunt in Hellesponto, qui serpentū ictus contactu levare, & manu imposita venena corporib9 extrahere consueverunt.

Plin. libro 7. cap. 2. Varro scribit, nunc etiam ibi esse, quorum salivæ contra serpentum ictus medeantur. Dicti Ophiogenes q. Anguigenæ sive serpentigenæ, cognationem quandam cum serpentibus habentes. Vide Strab. etiam libr. 13.

Ophiuchus, ὀφιοῦχος, signum est cœleste, quod Latinè serpentarius vel Anguitenens dicitur. Alij, Æsculapium, alij Herculē esse existimant. Hic enim anguem manu tenens à Jove in cœlum translatus est. Vide Ciceron. ex Arato lib. 2. de natura Deorum.

Ophiusa, ὀφιοῦσα, insula inter Africā & Hispaniam, in qua multi sunt serpentes. Unde & nomen sortita, Latinè colubria, olim Rhodos dicta fuit. Plin. lib. 5. cap. 31.

Ophyon, ὀφύων, pen. long. proprium viri, qui ante Saturnum rerum potitus est, quē Saturnus fugavit. Claud.

Hos onerat ramos exutus Ophyon.

Opigena, Iuno dicta est ab ope, quam in partu ferre dicitur.

Opis, hujus Opis, ὦπις, prim. long. nympha Dianæ comes, Virgil.

Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.

Claudian. in laud. Stilicon. Panegyr. 1.

Iungunt se geminæ metuenda feris Erymanthe
Et soror optatum numen venantibus Opis.

Idem:

Opis frena regit.

Opitergium hodiè Opitergum, vulgò Odetzo Carnorum oppidum, Ptolem. lib. 3. ca. 1. Opitergini incolæ. Lucan. libr. 4.

Opites, proprium Argivi, in bello Trojano ab Hectore interemti.

Oppia, una fuit ex Vestalibus, quæ stupri convicta, viva defossa est, cujus epitaphium Stroza filius scripsit:

Vestalis virgo, læsi damnata pudoris
Contegor hoc vivens Oppia sub tumulo.

Livius libr. 22. Opimiam hanc vocat.

Oppianus, ὀππιανὸς, poeta antiquus de piscibus & venatione scripsit cujus Halientica, id est, de piscatione libros tanti fecisse legitur Severus Imperator, ut pro quolibet carmine aureum ei nummum dederit. Perijt Roma in Ciliciam patriam reversus grassante peste.

Ops, opis, prim. brev. Dea Cybele, uxor Saturni, alio nomine Rhea, ῥέα, à ῥέειν, id est, fluere, quod terra rebus omnibus affluat. Hujus enim

Deæ

Deæ ope alimenta humanæ vitæ quæri perhibentur, Tibull. lib. I.

Idææ currus ille sequatur Opis.

Meminit & Ovidius libr. 2. Trist. Hinc Opalia, orum, festa Deæ Opis, quæ eodem die, quo Saturnalia celebrabantur.

Opus, opuntis, ὀπόεις, ἕς, Græciæ urbs est in Locris. Ovid. lib. 3 de Ponto eleg 4.

Cæde puer facta Patroclis Opunta reliquit.

Hinc Opuntius, qui est in mari Ægæo. Et Opuntij dicuntur populi de quibus Plin. lib. 4. Est & alia Opus Achaiæ urbs, alia Elidis.

Orbelus, ὀρβηλὸς, Macedoniæ mons, Plin. libr. 4. cap. 10. Ab hoc Orbelia, (ὀρβηλία) regio dicta.

Orbilius, Grammaticus fuit Horatij præceptor, vehemens in discipulos: Unde & plagosus ab Horatio dicitur. 2. epist. I.

Memini quæ plagosum mihi parvo Orbilium dictare.

Orcades, ὀρκάδες, vide Orchades.

Orcelis, ὀρκελὶς, Hispaniæ urbs Ptol. lib. 2 cap. 7.

Orchades, ὀρχάδες, penult. bre. insulæ in Oceano boreali, quas triginta esse dixit Pomponius, parent hodiè regi Scotorum. Notissimæ sunt ex Plinio, Strab. & Pompon. Sunt qui Orcades, ὀρκάδες, sine aspiratione scribant.

Orchamus, Assyriorū rex Leucotheam filiam suam ab Apolline sive sole stupratam vivam defodit, ut scribit Domitius, Ovid. in Ibin. enarrator. Ipse item Ovid. lib. 4. Metam.

POETICE.

Orchamus:

Salmacis pater, Quem Phœbus condidit ima in tartara.

Orchoe, ὀρχόη, Babyloniæ urbs juxta paludes & desertam Arabiam, Ptolem. autore lib. 6. Urchoa ab alijs dicitur, ipsa est Hur Chaldæorum, Abrahæ patria.

Orchomenus, ὀρχόμενος, penul. bre mons est Thessaliæ Minilus ante dictus, â quo Orchomenon oppidum Bœotiæ ditissimum quondam & potentissimum, cui Thebani olim tributa solverunt. Fuit etiam in eo fons Gratijs sacer, & templum earūdem ab Etheocle Orichomeniorum rege ædificatum. Est & Orchomenon, fluvij nomen in Bæotia, ad Trophonium, teste Plin. libr. 31. cap. 2.

Orcus, fluvius est inferorum, pro quibus nonnunquā ponitur,

nitur, ab ὅρκος, juramentū, quod per stygem paludem, à qua (teste Homero) profluit, jurabant Dij, nec pejerare licebat. Est & Thessaliæ fluvius, apud Homerum, quem ex inferis ortum in Peneum labi dicit. Quidam Orcum & Stygem, pro ijsdem accipiunt. Virg. 4. Æneid.

Stygioq; caput damnaverit Orco.

Vide plura in prima parte: Hellische Wasser.

Ordessus, ὀρδησσός, fluvius Scythiæ maximus, qui ab oriente profluens, cum Istro miscetur. Herodot. lib. 3.

Oreades, ὀρεάδες, ἢ ὀρειάδες, mōtium finguntur nymphæ Dianam sequentes, de quib. plura in 1. parte: Göttin der Berge.

Orebatis, Persidis urbs in mediterraneis, Ptol. libr. 6. capit. 4.

Oreni, populi Celtiberis proximi ab Austro.

Orestæ, vel, ut alij malunt, Oretæ, ὀρεῖται populi Indiæ, quos Lucanus quoq; ad bellū civile venisse dicit, cùm ait lib. 3.

Tum furor extremos movit Romanus Orestas.

Orestes, æ, prim. brev. ὀρέστης, Agamemnonis regis & Clytemnestræ filius, qui matrem occidit, in ultionem patris sui, quem illa priu adultera cū adultero pacti injustè interfecerat. Deind & Pyrrhum Achillis filium qui Hermionem sibi priu desponsatam uxorem duxe rat, occidit clàm in templo & Hermionem recepit. Propter quæ scelera furijs agitatus est, quibus antè purgari non potuit, quàm ad aram Dianæ Tauricæ commissa facinora expiasset. Amicum fidissimum Pyladem habuit, quo comite in regionem Tauricam pervenit, Ubi sororem suam invenit, cum qua in Italiam profectus est. De hoc proverb. ὀρέστη χλαῖναν ὑφαίνειν, id est, Oresti pallium texere. Quod dicitur in eum, qui abusuro munus pararet. Nam Orestes per insaniam vestes dilacerabat imò (teste Cœlio) digitum sibi vi furoris arrodebat & vorabat. Hinc Oresteus, pen. lon. ὀρέστειος, adject. Vide plura Pylades, & Gell. lib. 3. cap. 10. Herodot. 1. histor. Claud. in 6. consul. Honorij, Virg. 4. Æneid. Ovid. 1. trist. eleg. 4. Horat. lib. 2. sermon. Satyr. 3.

POETICE.

Orestes:

Insanus, Demens, Furiosus, Fortis, Sceleratus, Tristis, Miser, Pavidus; Argolicus, Rapidus, Timidus, Agamemno-

memnonius, Agamemnonides, Matricida, Agamemnone natus. Agitatus scelerum furijs. Exactus furijs. Ablatus ventis, vindex in matre. Ausus poscere tela in arcanas Deas. Inanis mentis Scenis agitatus. Malis patris ultor. Turbidus pœnis & cæcus pavoribus. Qui correpto ferro ferijt agmina sævæ matris. Qui Taurica sacra rapuit. Qui ferro genitricē occidit, Pyladi carus. Egens mentis. Cui juvenis Phoeæus adfuit. Qui acutum ferrum tepefecit in jugolo matris.

Oretus, ὤρετος, Siciliæ fluvius apud Panormum.

Orgia, orum, ὄργια, apud Græcos, Servio autore, omnia sacra, sicut apud Latinos Ceremoniæ dicuntur. Sed jam abusive sacra Liberi sive Bacchi triererica, quia tertio tantùm anno celebrabantur, dicuntur, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, à furore, quia sacrificantes divino quodā furore corripi videbantur, vel ἀπὸ τῶν ὄρων, id est, à montibus. In mōtibus enim veluti locis cœlo propinquioribus, sacra facere Dijs solebant, ad quā etymologiam allusit Virg. lib. 4.

Orgia nocturnusq; vocat
clamore Cythæron.

POETICE.

Festa Corymbiferi Bacchi.
Orgia:
Mollia. Mystica. Deliciosa, Sacra, Candida. Solennia, Bacchæa, Thebana, Obscura. Celebrata altisono cantu. Cavis cistis celebrata. Quæ tradidit Orpheus.

Oribasius, ὀρειβάσιος, Sardianus, familiaris fuit Juliani principis, â quo & quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit aliquot libros medicinæ. Vide Suid. & Eunapium.

Oricos, sive Oricum ὠρικὸς, vel ut alij malunt, Orithos, urbs Epiri est versus Macedoniā, juxta quam nascitûr terebynthus, nigrū lignum soliditatem in buxi speciem habens. Hinc Oricius, a, um, Virg. 10 Æneid.

Aut quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia
terebyntho:
Lucet ebur, &c.

Orion. O ancipiti penult. producta, ὠρίων, princeps fuit Bœotiæ, qui doctrinā de astris ab Atlante acceptam civibus tradidit, & annum ordinavit. Hujus ut memoria transmitteretur ad posteros nomen ejus pulcerrimo sideri tributum est, ubi כְּסִיל Hebræis dicitur ab inconstantia aeris, & quod hac stella oriente & occidente multæ ea citentur tempestates & pluviæ.

Est

Eſt enim id ſignum tempeſtuoſum, pluvijsq; & procellis idoneum, cujus tempore hyems ortum habet, turbatq; terras & maria tempeſtatibus. Aliquibus eſt כִּימָה Et ſcribitur interfectum eſſe Orionem à ſcorpio. Id vel à natura ſumptum eſt, quia oriente Scorpio, Orion occidit. Vel ab eventu, quia mala ingentia oderunt excellentem doctrinam, propterea quod ſua regna impediri ab eruditis exiſtimant, & tollere doctiores conantur. Nomen Orion Græci finxerunt eſſe ab ὀρεῖν, quia ortus & occaſus ejus ſideris tempeſtates ciet, ut res oſtendit, & Ariſtoteles inquit:

Χαλεπὸς ὁ ὠρίων ἀνατέλλων ϗ δύνων.

Fortaſſis autem nomen factum eſt ab ὥρα, quia anni tempora æſtatis & hyemis initia diſtinguit. Claudian. in 6. conſulat. Honorij.

Stellifer Eridanus ſinuatis
fluctibus errans.
Clara nota convexa rigat,
gladioq; tremendum.
Gurgite ſidereo ſubterluit
Oriona.

Achilles Pirminius in Chronicis. Orion ferarum perſecutor à ſcorpione interficitur anno 3825. mundi. Nicander ὠαρίων dixit, & Catull.

Proximus Hydrocheo fulgeat Oarion.

Vide plura in prima parte: Jacobsſtab.

Orithos, teſte Herodot. urbs inter Macedoniam & Epirum, Vide ſuprà Oricios.

Orithyia, pen. long. ὠρείθυια, Erichthei regis Athenarum filia fuit, quam ubi Boreas adamaſſet, & ſibi conjugem dari poſtularet, nec impetrare valuiſſet, illam rapuit, & in Thraciam ſecum detulit, ex qua Zetum & Calaim filios procreavit, ut pro vera hiſtoria retulit Euſebius. Socrates verò apud Platonem in Phœdro ſcribit Orithyiam Erechthei filiam è petra quadam ad amnem Iliſſum turbine venti dejectam, atq; ita extinctam eſſe. Hinc & fingi à Borea Strymonis filio, raptã eſſe, & poetas hominis raptum ad ventum tranſtuliſſe, ob nominis ſimilitudinem. Vide Calais.

POETICE.

Actæa conjunx gelidi Tyranni.

Orithyia.

Erechthis, Attis, Attica, Rapta; Pandionia, Eumolpis, Eumolpœa. Aquilone rapta.

Fuit & alia eodem nomine Amazonum regina, Justin. lib. 2.

Oremius, Magnesiæ urbs teste Homero, & Plin. lib. 5.

Ornea, sacra erant Priapi, quem Corinthii Orneum vocabant. Celebrabant hæc festa Nymphæ juxta Colophonem.

Orneus, ὀρνεὺς, filius Ixionis & Nubis, ex Centauris unus.

Oroandes, mons non procul ab Imao monte, imo unus ex Imai colliculis, teste, Pli. lib. 5. cap. 27.

Oroantis, fluvius est in sinu persico Meridiem versus, Ptolem. libr. 6. cap. 3. Scribitur & Oroatis.

Oroba, ὄροβα, Assyriæ in mediterraneis urbs est, Ptol. lib. 6. cap. 1.

Orodes, penult. long. ὀρώδης, Parthorum rex, à quo Crassus Romanus captus & occisus est. Plutarch. in Crasso. Est & alius hoc nomine, quem Mezentius interemit, de quo Virg.

Orœtes, ὀροίτης, rex fuit Parthorum qui Polycratem Samiorum regem dolo captū suspendit. Mantuan.

Insidiis tādem captum crudelia Orœtes.

Hic postea Darij jussu & opera, astuq; Bagei in Sardis trucidatus est. Herodot. libr. 3.

Orontes. ὀρόντης, pri. brev. vir Trojanus, qui Troja capta cum Aenea in Italiam navigans naufragium fecit, de quo Virgil. 1. Æneid. ubi fidum eum vocat & acrem. Est & Orontes Syriæ fluvius qui fluit per Antiochiam eamq; à Syria disterminat.

POETICE. fluvi.

Orontes:

Syrius, Babylonius. Mitis, Eous, Lōginquus, Imbellis, Rapidus, Celer, Vastus. Est & nomen montis inter quē & Orontem fluvium urbs Antiochia posita est. Hinc Orontæus, a, um, ὀρόντειος, pen. long.

Oropus, penult. long. ὠρωπὸς, Steph. oppidum in Attica in confinio Bœot. Plin. libr 4. cap. 7.

Orpheus, dissyl. ὀρφεὺς, poeta Thracius antiquissimus, & sapientissimus, Calliopes & Apollinis filius, scripsit Argonautica & hymnos, cū libello de lapidibus, quæ omnia excusa extant. Scribitur hic á Mercurio, vel, ut, alij habent, à patre Apolline lyram accepisse, qua tantum valuerit, ut illius cantu sylvas & saxa moverit, fluviorum cursum prohibuerit, ferasq; mitiores reddiderit, cujus rei, ut cæteros interim taceam) Virg. lib. 4. Georg. meminit. Innuitur autem hoc figmento nihil a-

liud quàm quòd suaviloquentia sua homines rudes & beluino more viventes ad mansuetiorem vitæ cultum redegerit. Ita Ovid.

Saxa ferasq; lyra movit.

id est, homines agrestes sapienti quodam orationis genere mansuetiores effecit. Lyra enim hujus nihil aliud significat, quàm artium & linguarum studia vel poetices studium. Scribitur hic idem Eurydicen uxorem defunctam ab inferis lyræ beneficio revocasse. Sed ad hoc quod attinet, Pausanias scribit, Orphea magicis artibus ac præstigijs evocasse umbram suæ uxoris, quæ postea statim evanuerit. Atque hinc forsan conficta est fabula de illius uxore ad inferos reducta. Commendat autem fabula amorem conjugalem & simul admonet, ne perfunctorum desiderio & luctu conficiamur. Porrò Orpheus amissa conjuge ne in altera similem dolorem experiretur, puerilem amorem primus instituit. Qua de causa Threyciæ mulieres instinctæ insolitudine agentem, propter desiderium conjugis trucidârunt, sejunctumque caput ejus à reliquo corpore cum Lyra in Hebrum projecerunt, per quem in mare delatum,

& hinc in Lesbum. Cùm hîc hæsisset in littore, serpensq; caput ejus laceraret, in silicem ab Apolline mutatus est. Est & hinc, quòd discamus, Orphei enim à mulieribus trucidati ac discerpti exemplo docemur ne ipsas quidem feras immites adeò esse & implacabiles, ac mulieres ira atque odio inflammatas. Has enim neq; blandiloquentia, neq; preces, neq; aliud quicquam movet. Deinde quod Lyra Orphei, per quam, ut antea ostensum est, poeseos studium significatur, ex Thracia in Lesbum insulam pervenisse fingitur, id ideo fit, quia apud Lesbios, Orpheo in Thracia extincto, poetices studium maximè floruit. Per anguem deniq; in lapidē conversum, qui Orphei vultum appetijt, intelligitur procul dubio Lesbius quispiam obtrectator, qui mortuum insectatus est. Famam enim bonorū, præsertim defunctorū qui rodunt, angue crudeliores, & silice duriores sunt. Vide de Orpheo Polydor. Virgilij libr.1. cap. 14. de rerum invent. Ubi ita: Orpheus & Linus ambo Dijs geniti musici insignes fuerunt, cum alter eorū rudes atq; agrestes hominum animos demulceret, cantusq; suavitate non feras

feras

feras modò, sed saxa etiam, ut fabulæ tradunt, sylvasq; duceret. Et Claudian. in præfat. libr. 2. de raptu Proserpinæ dulcissimos versus:

Otia sopitis ageret cum carmina
tibus Orpheus
Neglectumq; diu deposuisset opus.
Lugebant erepta sibi solatia Nymphæ.
Lugebant dulces flumina mœsta modos.
Sæva feris natura redit, metuensq; leonem
Implorat cytharæ vacca tacentis opem.
Illius & duri flevêre silentia montes,
Sylvaq; Bistoniam sæpè secuta Chelim.

Observetur eriam hîc ridiculum pravæ æmulationis exemplum. Nam (ut Lucianus narrat) Neanthus filius Pittaci tyranni lyram in templo Apollinis suspensã clàm abstulit, infeliciterque conatus est Orpheum æmulari. Quid autem fit? Cum aliquandò nocte in suburbio lyræ chordas indocta manu tangeret, canes tanquam rabidi eum invadentes dilaniдrunt. Vide de orpheo etiã Sulpitium in qunrela de interitu Lucani, quæ operi Lucani annexa est, Eras. in lib. de ratione consul. epi. Virg. ecloga 4. libr. 4. & 6. Æneid. & in poemate de Orpheo, Ovid. lib. 4. trist. eleg. 1. Horat. lib. 1. carm. od. 13. & in arte poetica. Claud. 2. panegyr. in laudes Stiliconis. Sil. Italic. libro 10. Punic. & Diogen. Laertium libro 1. in initio. Ubi epitaphium ejus recitat, quod fulmine fit percussus. Hinc Orpheius, a, um, & Orpheus, a, um, trisyllab. penult. prod.

POETICE.

Melicus
Threicius
Thracius
Ismarius
Apollineus } Vates.
Odrysius
Riphæus
Bistonius

Threicius sacerdos longa cum veste.
Vir melle fluens.

Orpheus:

Dulcisonus, Blandiloquus, Blandus, Mellifluus, Vocalis, Thracius, Rhodopeius, Geticus, Oeagrius, Othrysius, Citharista, Biston, Sonorus, Sieet, Pangæus, Thrax, Canorus, Dulcicanens. Ore vocali. Amissa conjuge mœstus. Qui rupit regna diri Erebi. Qui placavit Acheronta

flammis ſonantem. Canorus dulciloqua arte Saxa & robora mollire doctus, Oppreſſus Iſmariis in oris. Qui bruta cum ſylvis & ſequentia ſaxa duxit. Qui lenijt tygres, & rapidos leones. Sacer interpres Deorum. Qui canendo ſylvas, & ſaxa dura traxit. Qui fluminum lapſus cantu remoratus eſt, & celeres ventos. Qui fidibus canoris auritos quercus ducere potuit, Qui vagos amnes tenuit. Qui ſurda ſaxa cantu concitavit. Qui fide canora creditur moviſſe acrium ferarū ſenſus. Cujus ſuaviſonos modos arbores ſecutæ umbram vati præbuiſſe feruntur. Qui fera corda hominum placidis dictis mitigavit. Qui docta voce vitam hominum rudem temperavit. Qui mores agreſtes expolivit. Qui fretus cithara Threicia fidibuſque canoris conjugis manes accerſere potuit. Qui increpans pectine fila aurata lyræ umbroſos ſaltus, & cum ſaltibus ornos movit. Qui dura ſaxa cum ſcopulis carmine traxit. Quo modulante ſonos ultima Thrace ſtetit. Quo canente feræ venêre cum ſylvis, amnes cum montibus. Quo canente volucris immemor dulcis nidi, poſitoq; volatu captiva pependit non mota in æthra. Qui pallida regna placavit plectro & revolubile ſaxum fixit. Qui Caſtalio carmine dura virorum pectora movit. Cui lyra dulce ſonuit, & aurea barbytos fulſit. Qui vagos amnes cantu tenuit, & ſurda ſaxa concitavit. Qui moviſſe fertur ſaxa cum feris brutis. Qui dulci cheli traxiſſe dicitur infernum, flumina, ſaxa feras. Qui ſtygios Deos voce lyraque movit, Dijs genitus vates. Qui fila ſonantia movens ſylvas & arbores traxit. Qui conjuge amiſſa mœſtus erat. Qui allicere potuit arguto carmine ſtupefactos montes, flumina, volucres & feras. Qui rapta Eurydice ſolatus eſt ægrum amorem teſtudine. Qui ſylvas, & horrida ſaxa movit tangendo fila canora reſona lyræ. Qui amiſſa conjuge ingeminans quæſtus lacrymavit ad gelidas undas Strymonis. Qui carmine deduxit alta è rupe agmen ferarum, & aerias quercus. Qui Eurydicen tactu diræ ſerpentis demiſſam ad imas Erebi ſedes, & profundam noctē voce vocavit quærens irrita dona atri Ditis. Qui Eurydicen errantem in obſcuris vallibus Orci viſit, & quæſtubus commovit exangues umbras.

Fuit & Orpheus Oeagri filius unus ex Argonautis Ciconum rex. Sunt etiam quis .Orpheos fuisse scribant.

Orrea, Οὐῤῥέα vulgò Neucastel Moncastre Britanniæ urbs, ubi carbonum copia. Ptol. lib.3 cap. 9.

Orsilochus, Ὀρσίλοχος, fuit teste Homer. lib 3. Iliad. filius Alphei fluminis, qui lato flumine Pyliorum terram interfluit, & populi frequentis Princeps fuit. Alius fuit Alphei filius, qui ad bellum Trojanum profectus est. Est etiam Trojani cujusdam nomen, de quo Virgilius lib. 11. Orsilochum fugiens. &c.

Orthocorybanhij, Scythiæ in Asia populi, autore Herodoto lib.3.

Orthosia, ὀρθοσία, hodiè Tortosa, prius Amtaradum, Syriæ urbs Ptolem. lib. 5. capit. 15.

Orton, ὤρτων, hodiè Ortona Pelignorum urbs Ptol. lib.3 cap 1.

Ortopla, ὄρτοπλα, hodiè Ortopula, Dalmatiæ urbs Ptol. lib, 2. c. 17.

Ortygia ὀρτυγία, δῆλος, insula in mari Ægeo, inde dicta, quòd in ea primum visæ sunt (teste Solino) coturnices, quas ὄρτυγας Græci vocant. Vide suprà Asteric. Mantuan.

Ortygiamq; brevem Myone
Gyaroq; ligatam

Fuit & alia hujus nominis insula circa Siciliam ex opposito Plemmirij fluminis, Virgil. 3. Æneid.

Osca, ὄσκα, Hispaniæ urbs, Ptolem. lib.3 cap. 6. Isca dicta.

Oscela, ὄσκηλα, hodiè Secusa, Leopontinorum in Alpibus Scutijs urbs, Ptolem. lib.3. cap. 1.

Osci, ὄσκοι, populi Italiæ antiqui in Campania, sic, ut quibusdam placet, ab oris fœditate dicti. Verbis enim impudicis & obscœnis usos Oscos scribunt. Virgil. 7. æneid.

Oscorumq; manus.

Osiris, ὄσιρις, penult. long. ris, vel ridis genit. facit, Jovis filius ex Niobe Phoronei filia, qui cum Phoroneo avo in Argivorum regno succederet, & per aliquot jam annos Argivis imperasset, Ægialum fratrem regno Achajæ præfecit, ipse verò majoris gloriæ cupidine ductus ad Ægyptios transfretavit, quos ubi suo submisisset imperio, Isidem Inachi filiam primùm Io dictam, matrimonio sibi copulavit. Qua deinde magistra Ægyptij literas didicêre. Osiris similiter rudes istius loci homines & agriculturam & alia præterea homini in hac

 vita

vita cognitu maximè necessaria edocuit, quod beneficium occasio fortassis fuit, quamobrem pro Deo cultus sit, de quo Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.

Celebratur ob justitiam quam in regni administratione probavit. Sed interemtus est à proprio fratre Typhone impio ac nefario, quam mortem Isis ulta auxilio filij (qui Oros dicebatur) Typhonem vicissim occidit. Colebant autem Osirim Ægyptij forma bovis, & frequenter immersum aquis cum luctu quærebant, Unde & Apim vocavère, quod lingua eorum bovem significat. Deinde etiam Serapim vocarunt Eusebius, Osirim multi oculum interpretatur, & referri putat ad Solem.

POETICE

Osiris:

Pius, Sanctus, Cœlestis, Frugifer, Pharius, Corniger, Nudus, Auricomus. Nunquam satis quæsitus. Quem barbara proles mirabatur. Quem Ægyptus venerabatur. Quem Ægyptus mœrens plangebat. Quem barbara Memphis plorabat. Quem qui damnat, jugera damnat.

Ossa, æ, ὄσσα, mons est Thessaliæ Centaurorum stabulum non procul ab Olympo monte, cui etiam conjunctum ipsum olim fuisse Seneca scribit. Abunde pinorum copia. Unde etiam Pinifera dicitur à Lucano lib. 1. Vide de eo Solin. Hinc Ossæus, a, um, ὀσσαῖος adject. Ut Ossæa rupes, apud Lucan.

POETICE.

Ossa:

Frondens, Nemorosa, Pinifera, Ardua, Gelida, Arctoa, Abrupta, Thessala, Tonans. Thressa, Cui junctus Pelion. Quem Pelion premit Impositus Ossæ. Quam summus Olympus premit.

Ossonoba, ὀσσονόβα, aliâs Silvera, Lusitaniæ urbs, Ptol. lib. 2. c. 5.

Ostia, æ, ὠςία, ἡ, Steph. ὤςια τὰ, Strab. Urbs Italiæ, non procul à Roma, in Ostijs Tyberis, ab Anco Martio condita. Scribunt & Hostia, à qua Ostienses & Hostienses, ut Ager Ostiensis. Et Ostia ὠςιανὴ πύλη, Porta Romæ, Ostiam versus ducens, S. Paulus port.

Othanes, ὀτάνης, Persa vir nobilis, unus ex his qui cum Dario in Magnum conjurarunt. Herodot. lib. 5.

Otho, imperator fuit Galbæ successor, homo mundiciarum pene muliebrium, victus a Vitellio apud Bebriacum sibiipsi mortem conscivit, licet adhuc multas haberet copias & victoriam sperare posset, Id quod odio bellorum civilium fecisse scribitur. Adeo verò proprijs militibus amabilis fuit, ut plerique corpore ejus viso, suis sibi manibus mortem consciverint.

POETICE.

Otho:

Famosus, Sævus, Lascivus, Mollis, Turpis, Pathicus, Pulcer. Clara morte potitus. Muliebre pectore.

Othrys, ὄθρυς, Thessaliæ mons, Lapitharū olim sedes Strabon. lib. 9.

POETICE.

Othrys:

Nubifer, Nubilus, Gelidus, Nivalis, Canus, Piniger, Nemorosus, Nivosus, Thessalicus, Æmathius. Dorso virescens, Ingemiscens. Quem sanguis Centauricus polluit.

Othryades, in 'primo & tertio ordine, ὀθρυάδης, Spartiata fuit, qui cum inter Argivos & Spartiatas convenisset, ut trecenti utrinq; delecti de agro Tyreale inter se decernerent, & utri superiores extitissent, eorum regio foret: Vnus hic tantùm victor è Spartiatis superfuit, cùm duo, qui ex Argivis reliqui erant, fugissent, castris suorum relictis, ajunt Othryadem, spoliatis prius hostium corporibus, & ad sua castra relatis armis: deinde in scuto, VICI, conscripto, cùm puderet Spartam reverti ob socios interfectos, sibi mortem conscivisse. Vide de eo Valer. Plutarch. & Ovid. li. 2. fastor.

Otricus & Mygdonius, fratres fuerunt Hecubæ, filij Cissei, & patrueles Polymnestoris, teste Porphyrio in 3. lib. Iliad.

Ovidius Naso, cujus prænomen Publius, patria (quemadmodum ipse 4. trist. eleg. 9. testatur) Sulmonensis fuit, clarus familia & eruditione. Natus enim ex ordine equestri ingenio ad poesin felicissimo fuit, sicut ipse etiam testatur lib. 4. trist.

At mihi jam puero cœlestia
sacra placebant,
Inq; suū furtim Musa trahebat opus
Sæpe pater dixit, studium
quid inutile tentas?
Mœonides nullas ipse reliquit opes

Motus eram dictis, totoq; Helicone relicto
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.
Et quod tentabam scribere, versus erat, &c.

Uxores tres habuit, quarum duabus repudiatis cum tertia amantissimè & conjunctissimè vixit Expulsus est in exilium natos annos 50. cujus exilij causæ recensentur variæ. Alij dicunt, quod amaverit Liviam, seu Juliam Augusti, vel Tyberij filiam: alij quod scripserit artem amandi: nonnulli dicunt, Ovidium vidisse Juliam nudam. Quidam scribunt, Ovidium deprehendisse Augustum in re turpi quod facile ex illo loco intelligi potest:

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci?

Ex illa querela patet, quòd aliquid viderit, ex quo Augustum in odium provocârit, & exilio sub culpa amatoris punitus sit, in cujus exilij infelicitate etiam perijt, anno Tyberij 4. secundum Eusebium, Calendis Januarij, cùm exulasset annos 7. in Ponto: secundum alios 8. Sepultus est (ut Eusebius scribit) juxta oppidum Tomos.

POETICE

Sulmonis alumnus.
Peligni alumnus.
Magnus præceptor volucris amoris.
Sulmonensis poeta.
Poeta ortus Pelignis jugis.
Peligni ruris alumnus.
Pelignus vates.
Pelignus poeta.
Naso poeta.
Lusor Pharetrati amoris.
Sulmone satus.

Ovidius:

Doctus, Ingeniosus, Cultus, Venustus, Lascivus, Inops, Exul, Musis natus, Semisepultus Getica arena. Cui Sulmo patria fuit. Qui cecinit, quo modo mollis fœmina sit amanda. Cujus in arte Thais frequens est. Qui discendi studio ardens petijt doctas Athenas, & pulcra oppida, quæ tellus Asis jactat. Cujus munere nomen habet respubl. Romana. Cui placuit describere Laitos fastos. Qui justæ iræ causam in se præbuit, fugatus ad gelidas Ponti aquas. Qui nugis ingenium prostituit. Qui lusor fuit teneroruM amorum. Qui longè projectus fuit Sarmaticas in oras. Conditor parûm faustæ artis. Læsus ab ingenio suo. Quem sua Musa fugavit. Natus aquosis Pelignis

gnis. Præceptor lascivi amoris. Qui procul urbe fugatus Getici maris littus adire coactus est. Qui exul & inops degens in querelis amaris finijt extremam diem per multa mala Poetarum gloria. Decus aquosi Sulmonis. Qui nova corpora mutavit in diversas formas.

Oxeas filius Herculis, ex Megara, ut ait Bocatius.

Oxos, fluvius est ingens in Scythia Asiatica. Pompon. lib 3.

Oxovium. Vide suprà **Ochsenfurth.**

Oxus, amnis apud Bactros, teste Plin lib. 31. c. 7.

Oxyrynchus, ὀχύρυγχος, urbs est Ægypti ab Oxyryncho pisce, qui templum ibi habuit, dicta. Cæterum Ægyptij omnes Oxyrynchum piscem colunt. Sunt enim animalia quædam, quæ ab universis Ægyptijs coluntur de quibus supra, **Egyptenland.**

P.

Pachiri, montes in minori Asia.

Pacorus, pen. brev. πάκορος, Suid. Parthorum rex in Syria, post Crassi cædem occisus, teste Appiano in Parthico Meminit eius & Horat. li. 3 carmin.

Pachynus, pen. prod. πάχυνος, vel πάχεινον, promontoriũ est Siciliæ ab aeris densitate sic dictum, παχὺ, enim densum est sive crassum. Virg. 3. Æneid.

Præstat Trinacrij metas lu-
strare Pachyni.

Scribitur interdum etiam per duplex n, ut 7. Æn.

Dardaniam Siculo prospexit ab
usq; Pachynno,

Nonnunquam etiam media brevi reperitur.

POETICE.

Pachynus:

Siculus, Crassus, Excelsus, Altus, Trinacrius, Frondosus, Sylvis umbrosus.

Pacinus, unus ex nepotibus Volsinij regis, cognomento Luculli: à qua Pacinates Italiæ populi.

Pactolus, pen. prod. πακτωλὸς, Chrysorrhoas, Lydiæ fluvius apud Smyrnam aureas volvens arenas, quemadmodum Tagus in Hispania oritur ex monte Tmolo. In hoc ubi Mydas rex se lavisset; aureis arenis fluere cœpit. De hoc & proverb. τὸν πακτώλȣ πλȣ̃τον, id est, Pactoli opes sive divitias, de immensis opibus. Vide de hoc fluvio. Plin. lib. 5. cap. 29.

POETICE.

Pactolides undæ.

Pactoli humor.

Stagna aurea rubentis Pactoli.

Aqua Pactoli aurifera.

Pactolus:

Lydius, Rubens, Dives Magnus, Aureus, Aurifer amnis. Vicinus Sardibus amnis. Radians aurata arena Volvens rutilas arenas. Despumans nobiles arenas, Eructans gurgite divite arenas rutilas. Irrigans agros Smyrneos aureis arenis. χρυσοφόρος, Auriferas arenas volvens, & mulcens pascua liquidis aquis. Qui parit egregias opes. Vectans sive volvens inaruatas arenas.

Pacuvius, πακούβιος, poeta Tragœdiographus ex Ennij sorore natus est, gravitate sententiarum, pondere verborum autoritate personarum clarissimus, ut est apud Quintilian. Gell. lib 1. cap. 24. Epigramma Pacuvij verecundissimum & purissimum, dignumq; hujus elegantissima gravitate:

Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat
Ut se aspicias: deinde quod scriptum est legas:
Hic sunt Poetæ Pacuvij Marci sita
Ossa: hoc volebam, nescius ne esses, Vale.

Gell. lib. 13. c. 2.

Padua, Venetiæ urbs circa Padum fluvium, alio nomine Patavium πατάβιον. T. Livij & Valerij Flacci patria. Ptolem. lib 5. cap. 1

Padus, πάδος, pri. bre. quem Græci ἠριδανὸν vocant vulgò Il Po; fluvius est maximus & celeberrimus Italiæ, Nilo similis, & aurifer, ortum habens ex radicibus Vesuli montis, qui primò parvus, mox triginta amnibus acceptis per septem ostia in mare Adriaticum prorumpit. Medijs diebus æstivis semper aridus est. Plures perlabitur urbes, & pœna Phaetontis illustratus est Vide de eo Plin. lib. 3. capit. 16. & alijs locis. Vide etiam Metrodorum, qui dicit flumen hoc Padi nomen accepisse inde, quod circa fontē ejus arbor multa sit picea, quæ Pades Gallice vocetur, Der Po. Vide Eridanus. Ab hujus vicinitate Padua urbs elegantissima dicta est, quæ & Patavium.

POETICE.

Amnis Padi.

Phaetontius amnis.

Sinuosum Padi flumen.

Flumina magna Phaetontæi Padi.

Padus:

Gelidus, Celer, Torrens, Torvus, Rapax, Populifer, Tumens, Phaetonteus, Venetus,

netus, Præceps, Præpes, Olorifer Exundans, Trifidus. Spumeus. Per culta vagans. Hesperis amnis. Fluvius luctuosus. Ore tumens. Excurrens tutas ripas. Volvens in mare equas. Rigans sata pinguia. Qui sonans latifluo se gurgite pandit. Non capiens se suo alveo. Rumpens in æquora haud uno cornu. Qui plurimus extinxit Phaetonteos ignes. Qui it in æquoreas aquas Qui Adriacis interfluit undis. Qui exonerans in mare voluit aquas. Qui fertur per Ligurum arva. Gerens fronte taurina cornua. Qui pinnifero de vertice, Vesuli labens primùm sulcat pinguia sata exiguo rivo, dein auctus immenso gurgite se expandit. Diluens undis læta arva.

Padusa, penult. loug. fluvius, quem Padi Brachium Ravennam usque perductum facit, Messanicus alio nomine appellatum. Plin. lib. 3. capit. 16.

POETICE.

Vada longa.
Stagna } Padusæ
Piscosus amnis

Padusa:
Rauca, Usurpata, Phaetontæa.

Pæan alij Pœan, antis, pater fuit Philoctetæ, qui ab eo Pæantiades & Pæantius appellatur Ovid.

Nec Pæantiadem quod habet
Vulcania Lemnos.

Pæan, anos, παιάν, hymnus est in *Apollinis* laudem factus & decantatus abusivè verò pro omni Deorum laude ponitur. Vide plura in prima parte: Lobgesang der Götter. Interdum etiam ipse Apollo Pæan dicitur, Lucan.

Parce precor Pæan.

Pæon, παίων, medicus insignis apud Homerum, à quo Pæonia, herba laudatissima, quam ipse invenit, nomen accepit Peonien. παιονία

Pæstum, παῖστον, Lucaniæ oppidum abundans rosis ubi ob cœli clementiam fructus in anno bis proveniunt, Majo videlic. & Decembri. Virgil. 4. Georgic.

Biferiq; rosaria Pæsti.

Ovid. lib. 15 Meta.

Tepidiq; rosaria Pæsti.

Hinc pæstanus, a, um, παιστανὸς, apud Virgil. in Rosa, Sic Pæstana Rosaria.

Pagasa, alij Pegasa, Thessaliæ urbs, alio nomine Demetrias, juxta quam *Argo* navis extructa est. Vide Plin. lib. 4. cap. 8. Hinc Pagasæus, a, um, Lucan.

Pagyris, πάγυρις, & fluvij & urbis nomen à qua Pagyritæ populi Plin. lib. 4. cap. 12. Pacyrim vocat.

Palæmon pri. brev. παλαίμων.

Dei marini nomen. Claud. in 4. Honor. conſul.

Et puer Iſthmiaci jampridem littoris exul.
Secura repetit portus cum matre Palæmon.

Hinc παλαιμόνια, dies huic Deo dicati. Vide ſuprà Melicerta: item Athamas. Latinè Portunus dicitur, dicente Ovidio 6. Faſtor.

Quem nos Portunum, ſua lingua Palæmona dicit.

Vide Polydor. Virgil. lib. 2. de rerum invent. 13.

POETICE.

Palæmon:

Thebanus, Inous, Naufragus, Athamantiades. Quem toto Ponto planxerunt. Qui impoſita ſub matre jacuit, Alius fuit Phinei Arcadiæ regis filius. Alius itē Grammaticus præclariſſimus, qui Quintiliani ætate Romæ maximè excelluit. Unde etiam Palæmonis ars, Grammatica dicta eſt Juven. Satyr. 6. Vide Quintil. lib. 1. cap. 4. & lib. 10. Eſt & paſtoris nomen apud Virgil. in eclogis.

Palæſtina, παλαιστίνη, penult, long. פְּלִשְׁחִים אֶרֶץ Syriæ regio eſt, in qua duodecim tribus Iſrael habitârūt, aliâs Judæa cum regionib. finitimis: item terra Canaan vel ſancta dicitur, das heilige Land. Quia ſancti Prophetæ, & Chriſtus in ea habitârunt, & concionati ſunt Hinc Palæſtini populi dicuntur. Ab hac etiam Muſæ dicuntur Palæſtinæ. Ovid.

Sæpè Palæſtinas jurat adeſſe Deas.

Vide plura ſuprà, Galilæa.

Palamedes, παλαμήδης, Nauplij & Clynes filius, rex Eubææ inſulæ, vir fuit (Philoſtrato teſte) ingenioſus & doctus, ſapiens & juſtus, qui primus in caſtris, cum horrenda Solis Eclipſis videretur non timendam eam dixit, quòd naturalis eſſet: Aſtrologiæ enim peritus fuit. In bello Trojano literarum numero has adjecit θ, ξ, φ, χ, Suffragia etiam, quibus in deliberando judicandoq; utimur, primus omnium invenit. Aciei inſuper inſtruendæ inventor fuit, & vigiliarum. Unde à Poetis Palamedis aves dicuntur grues. Hoſtem habuit Ulyſſem, à quo, ubi falsò proditionis accuſaretur, lapidibus obrutus eſt. Poſt interitum verò Græci eum flevêre, & non ſine ſuſpirijs deſiderârunt, qui & in tragœdia de eo recitârunt hos verſus.

ἐκθανέεται ἐκθάνεται τῶν ἑλλήνων
ἄεισον τὴν οὐδὲν ὀργένουσαν ἀ-
ίδονα μουσῶν.

Id eſt: In

Interfecistis, interfecistis Græcorum optimum, nemini nocentem, lusciniam Musarum.

Virg. 2. Æneid.

Fando aliquid si fortè tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famæ
Gloria, quem falsò sub proditione Pelasgi
Insontè infando indicio, quia bella vetabat,
Demisére neci, nunc cassum lumine lugent.

Vide de eo Philostrat. in Heroicis, Polydor. Virgil. lib. 3. c. 2. & lib. 1. cap. 6. & Plin. lib. 7. cap. 56.

Palamedes, Eleades Grammaticus fuit, de quo Suid.

Palanteum, vel Pallanteum, παλάντειον, urbs in monte Palatino fuit, antequam Roma conderetur. Liv. lib. 1. decad. 1. Iam tum in Palatino monte lupercal hoc fuisse ferunt, & à Palantæo urbe Arcadica Palatium montem appellatum. Jul. Solin. Polyhistor. c. 2. Palatium verò nemo dubitârit quin Arcades habeat autores, a quibus primum Palanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Aborigenes habitârunt, &c. Vide plura loco citato scitu digna. Vide & Varron. lib. 3. de lingua Latina. & Servium in 8. Æneid. ad illud. Arcades his oris, &c.

Palantia, παλαντία Iberiæ oppidum, teste Stephano. Unde Palantini. Est & nominis hujus flumen in Valentino littore.

Palantina, παλαντίνη, παλαντίας, Romæ Regio, cujus Arcades duce Evandro Palantes autores extiterunt.

Palas, antis, Evandri proavus, à quo Palanteum, urbs in monte (ut jam ostendimus) Palantino. Virg. 8. Æn.

Posuere in montibus urbem
Palantis proavi de nomine Palanteum.

Palatinus, vide Palatium, quod mox sequitur.

Palatium, παλάτιον vel παλάντιον, παλαντινον ὄρος, mons Romæ Palatinus nimirum, sedes regum, consulum, & quorundã imper. Romanorum, dictus q. balatium, quod pecudes ibi pascentes ante urbem conditam balare sint soliti. Quidam à Palante, vel à Palantia Evandri filia dictam volunt. Sunt etiam, qui à Pale pastorum Dea dictam existiment. Palatium verò cujus prima anceps domus ampla imperatoris dicitur, **ein Pallast** / à Pallante, gigan-

gigante, prætorium, basilica, de qua plura in prima parte, **Pallast.**

POETICE.

Palatinum jugum.
Palatini colles.
Alta Palatia.
Palatinum templum.

Palepaphia, vocatur Venus à Virgilio in Ciri.

Docta Palepaphiæ testatur voce Pachinnus.

Pales, is, prim. br. βοτὸρικὴ θεὸς, Dea pastorum & pabuli Vir. in culice.

Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrunt
Agrestum bona cura, &c.

Vide plura in prima parte. **Göttin der Hirten vnnd Futters.** Hinc Palilia & Parilia plural. Festa Deæ Palis, quæ celebrantur, XI. Calend. Maij. Ejusmodi verò sacrificia pro pecoris salute fiebant. Vide Ovid. lib. 4. Fastor. ubi indicat, quibus ritibus & moribus pastores Palilia peregerint, idq; plurimis verbis à versu:

Pastor oves saturas &c.

POETICE.

Palilia:

Fumosa, Puerilia, Celebranda pastorali saltu, Pastorum sacra.

Palici, παλικοί, quasi palisci, gemini fuere fratres, filij Jovis & Thaliæ nymphæ, sive (ut alij volunt) Ætnæ, de quibus ita habent fabulæ. Cum olim Jupiter Thaliā nympham in Sicilia juxta Simetum fluvium non procul à Cratina urbe compressisset, ab eodem metu Junonis optavit ut sibi terra dehisceret, quod factum est. Sed cū justū partus tempus adesset, terra reclusa est, & duo infantes de aluo Thessaliæ progressi emerserunt, appellatiq; Palici, vel quod πάλιν, id est, rursus hiante terra emersissent, vel ἀπὸ τοῦ πάλιν ἵκειν quoniam prius in terram mersi denuò inde reversi sunt. Tandem à Siciliensibus pro Dijs habiti sunt Virgil. li. 9.

Genitor quem miserat, arcens
Eductum Martis luco, Simethia circum
Flumina pinguis ubi & placabilis ora Palisci.

Palinurus pri. & antepen. bre. παλίνουρος gubernator classis Æneæ fuit filius Jasij. Unde & Jasides vocatur à Virg. lib. 5. Ab hoc promontorium Italiæ propè Veliam urbem appellatum est. Ibi enim navis Æneæ (de quo diximus) gubernator sepultus, qui dormiens de puppe in mare deciderat, cujus meminit Virg. lib. 6. his verbis.

Ecce gubernator sese Palinurus agebat,
Qui Lybico nuper cursu dum sidera servat,
Exciderat puppi medijs effusus in undis.

Meminit idem autor. Palinuri etiam lib. 5. quem obitu ejus concludit.

Palladium Παλλάδιον, antiquissimum simulacrum Palladis fuit in urbe Trojana, cujus urbis exitium secuturum ab Apolline redditum erat oraculum, si extra mœnia simulacrum illud portaretur. Atque inde factum est, ut tempore belli Trojani Diomedes & Ulysses cuniculis, vel, ut alij scribunt, cloacis ascenderint in arcem & occisis arcis custodibus, simulacrum sustulerint. Finito verò postea bello Diomedes oraculo jussus Trojanis illud restituit. Significatur autem ejusmodi de Trojæ eversione ablato palladio figmento, tum demum everti respub. cùm sapientia ex urbibus sublata est. Vide Virg. lib. 2. & 9. Æneid. & Ovid. 13. Metam. & in fastis.

POETICE

Signum fatale Minervæ.
Signum penetrale Phrygiæ Minervæ.

Palantæum, vide Palanteum, per e simplex.

Pallantia, παλλαντία, alias Palentia, urbs Hispaniæ Tarraconensis, teste Ptol. lib. 2. c. 6. Vacceorum Colonia, à qua Palantini dicti, ut à Numantia, Numantini.

Pallas, antis, πάλλας αντος, ὁ nomen Gigantis Hesi. Fuit etiam hoc nomine filius Evandri, qui ubi Æneæ contra Turnum suppetias ferret à Turno mox in pugna est interemtus Virgil. lib. 10. Hinc Pallãteum, de quo suprà.

POETICE.

Pallas:

Fortis, Acer, Quem non texit mens virilis. Qui cecidit Rutulo ab ense.

Fuit & alius hujus nominis Pandionis filius, de quo Ovid. 7. Metam.

Pallas, Palladis, παλλὰς, άδος, ἡ Dea artium & ingenij Sunt qui & belli eam inventricẽ & principem esse dicant, Unde & Bellona à nonnullis vocata fuit, furor sci. & auriga Martis. Jupiter n. Junonem sterilem esse videns, percusso sibi capite Palladẽ armatam edidit. Poeta porrò perpetua virginitate florere Palladem voluerunt, cui rei ut fidem facerent, finxerunt ignis Deum Vulcanum, id est, concupiscentiæ fervorem, diu cum Pallade luctatum atq; devictum.

Ex ea verò lucta Vulcani & Palladis ortum esse Erichthonium, de quo vide suprà plura in dictione Erichthonius. De templo hujus Deæ, quod admirandum apud Milesios fuit, Herodotus scribit lib. 1. Hinc Palladius, a, um παλλάδιος, quod est Palladis, ut forum Palladium Romæ, quod Palladis templo vicinum erat. Palladius verò absolutè viri proprium est, qui de agricultura scripsit. Vide plura sup. in dictione Minerva, & in prima parte **Göttin der Kunst / Weißheit vnnd Krieges.**

Pallene, παλλήνη, regio est in littoribus Macedoniæ juxta Sithoniam, ut ostendit Herodotus lib. 7. in qua urbs Potidæa est. Hinc Pallenius gentile. Est & urbs ejusdem nominis in Achaja.

Palma, πάλμα Hispaniæ oppidum est Ptol. lib. 2. cap. 6. Est & hoc nomine urbs in majori Baleari.

Palmaria, παλμαρία, insula est in mari Thusco. Plin. lib. 3. cap. 6.

Palmyra, πάλμυρα, urbs Syriæ inter Romanorum & Parthorum ditionem sita, Ptolem. lib. 5. c. 15.

Palsum, Britanniæ flumen Plin. lib. 5. c. 1.

Paltos, πάλτος, Syriæ oppidum est Pomponio & Strabon.

Pamisus, παμισὸς Achajæ fluvius, dictus q. totus odiosus ob damna, quæ agris inferebat. Vide Plin. lib. 4. cap. 5.

Pamphilus, πάμφιλος, Neoclidis filius, Platonis auditor, de quo videatur Cicero de nat Deorum & Plato circa Phœdonis principium. Pamphilus alius Episcopus Cæsareæ in Palæstina insignem bibliothecam Cæsareæ collegit, sub Maximino Impetore martyrij coronam adeptus est. Ab hoc Pamphilo Eusebius conjunctissimus ipsius amicus cognomen accepit. Suidas tres Pamphilos commemorat de quo ipse videatur. Est & Pamphilus adolescentis nomen apud Terentium dictus quasi πᾶν & φίλος, id est, omnibus carus.

Pamphilia, Vide sup. **Pamphylien.**

Pan, Panos vel Panis, Πάν, Deus rusticus, quem Arcades ut Dominum sive Deum totius naturæ coluerunt, πᾶν enim idem est, quod omne. Invenit is fistulam teste Plinio & Servio. Nam cum Syringē Arcadiæ nympham, autore Ovidio in 1. Metam. ardenter amaret, & filia fugiens ad Ladonem fluvium pervenisset, & fluvio impedita non amplius fugere posset, implorato aliarum nympharum auxilio

in paluſtres cannas eſt mutata, quas cùm Pan excidiſſet, ex ijs ad amoris ſolatium primus ſibi fiſtulā confecit, Vide Polydor. Virg. lib. 1. cap. 15 de rerum inventione. Virg. in Corydone eclog. 2.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit, Pan curat oves oviumq; magiſtros.

Panicum, πανικὸν, terriculamantum ſubitum ſed inane, à Pane dictum, quem credidit vetuſtas terrores repentinos immittere. Vnde *Terror Panicus*, vel *Panicus caſus*, proverbialiter dicitur de ſubito animorū tumultu, ſed inani. Vtitur Cicero lib. 7. ad Atticum. Feſta porrò Panos Lupercalia dicebantur, & fiebant in monte Aventino menſe Februario, quorum autor fuit Evander. Videatur de ſacris hujus Dei Feneſtella lib. 1. cap. 1. de ſacerdotijs Romanorum. Vide etiam plura de hoc Deo in prima parte: Gott der Hirten.

Panætius, παναίτιος, Rhodius Stoicus Philoſophus, quaſi totus moralis, præceptor Scipionis Africani, deceſſit Athenis. Scripſit de officijs. Vnde Cic. ſuos libros mutuatus eſt. Hic ſcripſit hominum vitam ex improviſo aſſiduis & quotidianis periculis ſubjacere, ad quæ præcavenda oportet animo ſemper eſſe intento, ut ſunt Athletæ.

Fuit & alter Panætius ſenior item Rhodius, cujus inter Philoſophos multa mētio ſcriptaq; feruntur Suid.

Panætolium, πανατώλιον, mons eſt Ætoliæ, teſte *Plin.* lib. 4. cap. 2.

Panchæi, populi qui, ut Pompon. refert, deſerta Libyæ habitant, qui Ophiophagi vocantur, quoniam ſerpentibus veſcantur, ὄφις enim Græcis eſt ſerpens, φάγω edo.

Panchaia, παγχαῖα, Arabiæ regio thurifera. Virgil.

POETICE.

Panchaia:

Dives, Arenoſa, Clara, Tota pinguis thuriferis arenis. Mittens præclaras merces. Referta thuriferis ſylvis. Hinc eſt Panchæus, a, um, ut, thus Panchæum, & Panchaicus adject. & Panchæi, de quibus anteà diximus.

Pandarus, pen. brev. filius Alcanoris frater Bitiæ fuit, de quo Virg. 9. & 11. Æneid.

Pandaria, πανδαρία, Straboni lib. 5. exigua eſt inſula in ſinu Cajetano, ferùm habitaculis frequens, diſtans à continenti ducentis quinquaginta ſtadijs,

Pandataria, πανδαταρία, inſula

sula in mari Tyrrheno, autore Ptolem. lib.3.cap.1. hodie Pandana.

Pandion, πανδίων, Erichthei Athenarum regis filius, qui successit in regno. Hujus filiæ fuerunt, Progne & Philomela. Dictus est Pandion q. totus Διὸς, id est Iovis. Hinc Pandionia πανδιόνια dicta est Attica. Inde Pandionius Atticus dicitur.
Lucan. de Pallade:

Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

Pandora, pen. long. πανδώρα, formosissima mulier à Vulcano Iovis jussu facta, cui singuli Dij sua munera dederũt, unde & nomen sumsit. Hanc ut Hesiodus ait, Iupiter in terram misit, ut homines deciperet, eò quod Prometheus ignem è cœlo abstulisset. Ad Epimetheum igitur cum pixide clausa venit, qui illa recepta, & pixide apertâ, cui omne malorum genus inerat, terram morbis calamitatibusq; replevit: Quemadmodum verò poetæ multa & utilia & vera fabulis declarârunt: Ita fabula hæc de Pandoræ pixide initium habet ab historia de lapsu primorum parentum, morsu vetiti pomi. Vt enim è pixide Pandoræ omnis generis infortunia atq; mala evolârunt: Ita pomi vetiti morsu peccatum mundũ intravit, ex quo omnis generis mala atque calamitates promanãt, quibus homines miserrime affliguntur & premuntur.

POETICE.

Pandora:

Formosa, Egregia, Facta quondam Dea magno Tonante, cum Iapeto satus tulit rapta sidera. Cujus pectora Iupiter complevit cœlesti igne & apta reddidit ingenio suo. Cujus capillos Charites ornâruut auro fulgente & lumina bina scintillante face. Cujus vultum alma Cytherea rosis pinxit & nitidum ebur colli murice tinxit. Cujus Argutis labellis Pitho facunda sedit, & sparsit ora vocali favo. Quæ Epimethea fefellit ficto commento.

Est & Pandora nomen matris Deucalionis, à qua Thessalia Pandora dicta est. Hoc nomine dictæ sunt gẽtes in convallibus Indiæ, quæ, ut ait Plin. lib.5 cap.2, ducentos annos vivunt, in juventute capillos acndidos habent, in senectute nigros.

Pandosia, πανδοσία, urbs fuit in Epiro Plin. lib. 4. cap. 1. Est & altera hujus nominis urbs Lucanorum in Italia, in qua Alexander Epirotes occubuit. Vide Trogũ lib. 32. Liv. lib. 8. Stra. lib. 6.

Paneus, πανεὺς, Bocatio fluvius est Colchorum, cui oppidum sui nominis imminet, habens post se Heniochorum, multimodas gentes. Est & eidem fons sub Libano monte, in quem si qua natantia projiciantur, in lacu, cui Phiala nomen est, cuncta reperiuntur.

Pangæus, in singulari mascul. in plurali neutr. πάγγαιον, Thraciæ promontoriũ magnum atq; excelsum Macedoniæ junctum, in quo, ut scribit Herodot. lib. 7. aurea & argentea sunt metalla: quæ cum Pieres & Hodomanti, tùm præcipuè Satræ exercent.

Hinc Pangæus, a, um, ut ~, Pangæus mons, apud quem Cæsar à Pompejanis ad deditionem ferè coactus fuit. Lucan. lib. 1.

POETICE.

Pangæa:

Alta, Celsa, Ardua, Cana nivosis jugis.

Panionium, πανιώνιον, locus est Mycases sacer, ad septentrionem uergens, communiter ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus.

Panisci, πάνισκοι, Dij sylvestres, quasi parvi Panes, diminut.

Pannonia, παννονία, quæ & παιονία, Regio est Europæ duplex, superior vel prima, quæ hodiè Austria dicitur, Oesterreich. & inferior vel secunda, quam Hungariam vocant, Vngerland. incolæ Pannones pen. brev. & Pannonij, παννόνιοι, Græci παίονας vocant. Statius lib. 1.

Pannoniusq; ferox, arcúque horrenda fugaci
Armenia, &c.

Item Pannonis, idos, apud Lucan. lib. 6. Hinc Pannonicus, a, um. παιόνιος, spectans ad Pannoniam, & Pannonus, a, um, ut Pannona regna, Pannona terra apud Poetas.

POETICE.

Pannonij:

Feri, Inhumani, Dispersi per summa juga.

Panomphæus, Πανομφαῖος, Iovis epitheton, quod vel omnium vocibus celebretur, vel omnium voces audiat, à πᾶν, id est, omne & ὀμφὴ, vox, Ovid. 11. Meta.

Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.

Panope, es, πανόπη, penul. bre. & Panopæa, πανόπεια, una ex Nereidibus, nympha marina, Virg. lib. 5. Est etiam Phocidis urbs Steph.

Panormus, & Panormum, πάνορμος, hodie Palermo, Siciliæ metropolis, antiquissima urbs, quæ tempore Noæ,

Aretio

Aretio teste, condita, fuit ab ὅρμος, id est portus, quod naves eo appellant. Hinc Panormita, & Panormitanus, item Panormius.

Pantagia, vel Pantagias, παντάγιας, Siciliæ fluvius, qui cum plenus incederet, totam pene Siciliam sonitu implebat. Hic posteà cum Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere jussus est numinis voluntate. Claudian.

Et saxa rotantem Pantagiam, &c.

Meminit & Virgil. 3. Æneid.

Pantanus, Apuliæ lacus est in Italia. Plin. lib. 3. cap. 11.

Panthæa, πάνθεια, Abradatæ nobilis apud Persas viri uxor fuit, quam Cyrus expugnatis Assyriorum castris ob præstantiam formæ captivam duxerat. Vide Xenophontem apud Cœlium, lib. 7. cap. 53.

Pantheon, pen. long. πανθεῖον vel πάνθεον, templum Romæ omnibus Dijs sacrum, in quo etiam omnium Deorū imagines effictæ erant, hodie templum D. Mariæ rotūdæ dicitur, idq; ob structuræ formam, quæ Sphærica esse scribitur. Vide Plin. lib. 36. cap. 19.

Panthoides, Pythagoras Philosophus dicitur, qui dicebat se fuisse Euphorbum Trojanum. Panthoi filius.

Panthus, contractum ex Panthous, filius Ortei ex Trojanis primoribus unus. Virgil. 2. Æneid.

Nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis insula texit.

Dicitur idem etiam Pantheus, πάνθεος.

Panticapes, Scythiæ fluvius est quintus ab Istro, teste Herodot. lib 4.

Panticapæum, παντικάπειον, oppidum est ibidem prope Bosphorum, eodem autore.

Pantomatrium, παντομάτριον, oppidum est Cretæ Insulæ maritimum, autore Plin. lib. 4. cap. 12.

Pantrepes, Scythicæ fluvius est.

Papæus, nomen, quo Iupiter vocatur apud Scythas, teste Herodot. lib. 4.

Paphages, Ambraciæ rex, qui cum leænæ catulis suis stipetæ obviasset, ab eadem interemtus est.

Paphlagonia, παφλαγονία, Asiæ minoris regio, a Paphlagone Phinei filio appellata, ut autor est Stephanus. Hinc Paphlagon, Paphlagones.

Paphos, vel Paphus, πάφος, Cypri urbs ad mare sita, in qua culta fuit Venus, cujus celebre etiam fanum in ea fuit, corruit crebris terræ moti-

motibus concussa. Restaurata hodiè videtur, sed sua ætate Hieronymus scribit, tantùm vestigia ejus extitisse. In hac Sergius à D. Paulo est conversus, Actor. 13. Hodiè Bassa appellatur, quod nominis procul dubio est à veteri appellatione Pah us.

POETICE.

Paphos.

Cypria, Celsa, Florifera, Clara, Mollis, Insignis, Herbosa, Veneri dicata. Cincta alto æquore.

Hinc Paphius, a, um, ut, Venus Paphia, Myrti Paphiæ apud Ovid.

Paphus, πάφος, Cilicis fluvius, à quo Cilicia denominata est, qui in Cypro urbem condidit Paphum à se denominatam, ea fuit Veneri sacrata. Unde Paphia dicitur Venus.

Papia, vide suprà, Pavey.

Papinianus, Παπινιανος, Jurisconsultus Severo ptincipi gratissimus cui etiam moriens filios suos commendavit. Securi percussus tandem est ab Antonio Bassiano Caracalla Imperat. Propterea quòd Parricidium in fratre Geta commissum diluere in senatu & apud populum noluisset, sed respondisset:

Non tam facilè parricidium excusari posse, quàm fieri. Ælian. Spart.

Papinius Statius, Neapolitanus, poeta fuit heroicus idemq; probus & ingeniosus, qui multa scripsit & varia.

Pappus, πάππος, Alexandrinus fuit Philosophus.

Papyrius, à velocitate cursor dictus. cùm consulem se adversis omnibus contra Samnites progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus edixit. Fabio Rulliano magistro equitum, quem exercitui præponebat ne manus cum hoste confereret. Sed cùm ille oportunitate ductus pugnasset ac vicisset, reversus eum securi ferire voluit: ille in urbem confugit, nec supplicem tribuni tuebantur. Deinde parentis lacrymis populus veniam precibus impetravit. Papyrius item de Samnitibus triumphavit, de quo Livius, lib. 9. Papyrius Crassus cùm privernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus benè gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphavit & pro laurea usus est myrtea corona. Valer. libr. 4. Papyrius Carbo, cum dentibus natus, adolescens nobilis fuit, ingeniosus item & taciturnus, de quo Plin, lib. 7. & Gell. libr. 1. cap. 23. Meminit ejus & Macrobius. Papyrius alius, qui Publicum nobilem ado-

lescentem habebat : quòd stuprum pati nollet; contumelijs ac plagis afficiebat. Re ad senatum delata, papyrius damnatur, lex deinde lata est, ne quis in corpora libera ob æs alienum jus haberet. Liv. lib. 8. Valerius de pudicitia hæc eadem.

Paradisus, παράδεισος, penult. long. Syriæ oppidum supra Antaradum in meridiem ad Libani orientale latus situm. Vide Plin. & Strabon. Est & locus in oriente longo tractu maris distans à continente, de quo Augustinus ad Orosium ita scribit. Paradisus in oriente situs est interjecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus in altissimo loco constitutus, pertingens usq; ad lunarem circulum. Unde illuc aqua diluvij minimè pervenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec ulli animantium datur in eum aditus. Metaphoricè postea Paradisus pro quocunque loco amœno & fertili sumitur, vel etiam pro beata animarum in cœlo sede, sive cœlorum regia, ob felicitatem absolutissimam. Vide plura in 3. parte: **Paradiss.**

Parætonium, παραιτόνιον, Cyrenaicæ portus ingens. Vide Strab. libr. ult. Est & oppidum eiusdem nominis ab alijs Hammonia dictum. Strab. libr. ult. Hinc Parætonius, a, um, adject. Si Lucanus Syrtes Parætonia vocat. lib. 3.

Usq; Parætonias Eoa ad littora Syrtes.

Parapotamia, Παραποταμία regio proxima Tigri, Plin. lib. 6. cap. 27.

Parcæ; μοῖραι, αἶσαι, Deæ sunt fatales, quæ vitæ hominum præesse, & nendo eam ducere finguntur. Unde & lanificæ puellæ sive sorores à Poetis dicuntur. Claud. libr. 1. de raptu Proserpinæ:

Quarũ sub jura tenentur
Omnia, quæ seriem fatorum pollice ducunt,
Longaq; ferratis evolvunt secula pensis.

Vide plura in prima parte: **Göttin des Menschlichen Lebens.**

Parentium, παρέντιον, Istriæ urbs, Ptol. lib. 3 cap. 1.

Paresitaceni, παρεσιτακηνοί, populi sunt ultimi in Media, montani & latrones, ac Persis contigui, Strab. libr. 11.

Paretaceni, παρετακηνοί, gentes in Media, Herod. lib. 1.

Parethonium, urbs & portus in Ægypto. Unde Parethonius, a, um. Lucan.

Inde Parethoniam fertur securus in urbem.

Parienna, vide suprà, **Fridect.**

Parilia, vide suprà in dictione Pales.

Paris, idis, πάρις, prim. brev. Trojanus, alio nomine Alexander, Priami ex Hecuba filius fuit, qui à Menelao susceptus hospitio, Helenam conjugem ejus rapuit, peregrè ipso proficiscente. Unde exortum est bellum Trojanum, id quod somnium matris etiam portendit. Illa enim cùm utero Paridem ferret, somniavit, se parituram facem Trojam adurentem. Quod ubi intellexisset Priamus, natum infantem exponi jussit. Mater verò filium formosissimum perspiciens ejus miserta, curavit, ut furtim nutriretur à pastoribus in Ida monte. Ubi cùm adolevisset, Oenonem virgunculam, dum esset pastor, adamavit & compressit, suscepitq; ex ea duos filios. Tẽpore procedente in paternam tamen aulam receptus est. Porrò cùm in dirimendis controversijs æquissimus esset, maximam sibi justitiæ famam comparavit, adeò, ut orta inter Deas, Junonem, Palladem & Venerem disceptatione de forma, propter aureum pomum à Jove cœlitus demissum, in quo scriptum erat: Detur pulcerrimæ, judex constitutus sit. Quas cùm vidisset nudas, sententiam tulit secundum Venerem, quæ pulcerrimam fœminarum ei promiserat, neglecto regno, quod pollicebatur Juno, & contemta, quam Pallas offerebat, sapientia. Ob quod judicium Palladem & Junonem perpetuò infestas sibi regnoque habuit. Junonis iræ meminit, Virg. lib. 1.

Nec tum etiam causæ irarum, sæviq; dolores
Exciderant animo, manet alta mente repostum
Judicium Paridis, spretæq; injuria formæ.

A Venere verò hoc beneficij habuit, quod in bello Trojano, cum Menelao singulari in certamine congressus, ab ea subtractus fuit. Habuit hic cognomen Alexandri, ab opitulatione, hoc est, ab ἀλεξέω, auxilior & ἀνὴρ, ut Ovidius expressit in epistola ipsius ad Helenam:

Penè puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus & causam nominis inde tuli.

POETICE.

Priamides.
Priameius hospes.
Troicus raptor.
Trojanus }
Idæus } judex.
Phrygius }

Phrygius pastor.
Dardanus pastor.

Paris:

Lascivus, Temerarius, Potens, Fatalis, Iliacus, Roseus, *Procax*, Incestus, Semivir, Pulcer, Formosus, Perfidus, *Adulter*, Phryx, *Phrygius*. Judex formæ. Arbiter formæ. Advena Dardanius. Troicus hospes. Raptor Graiæ maritæ. Maritus Phryx. Formosus damno suorum. Classe virisq; potens. Multo spectabilis auro. Dearum judex. Helenæ amator. Achillis interfector. Arbiter inter potentes Deas. Famosus hospes. Qui per freta Idæis navibus Helenam hospitam traxit. Qui nuptam suam Menelao rapuit. Cui acer calor in extremis ossibus hæsit. Cui visa est Helene vincere ipsas Deas. Quem facies violenta Tindarides movebat. Cujus telo gnatus Thetidis obijt.

Fuit & Paris histrio, libertus Domitiæ Neronis amitæ, cujus meminit Cornelius Tacitus & Juvenalis.

Parisij, Galliæ Lugdunensis populi, de quibus suprà: **Pariß in Franckreich.**

Parma, πάρμη, fluvius est Galliæ, à quo urbs eiusdem nominis propè Ravennam dicta est, de qua Plin. libr. 3. cap. 1. Mantuan.

Te Martia Parma
Ad Tarense solum, &c.

Hinc gentile Parmæus, vel Parmanus.

Parmenides, παρμενίδης, Eleates Philosophus, Anaxagoræ discipulus, ut Suidas. Ut Diogenes Laertius, Xenophanis, qui Physiologiam carmine expressit. Meminit ejus Plato.

Parmenis, inter Alexandri comites maximè dilectus, cujus multam facit mentionē Curtius & Plutarchus.

Parmeno, παρμένω, nomen servi apud Terentium, & alios Comicos.

Parnasus, pen. long. vel etiam Parnassus (apud Stepha. enim & Suid. παρνασσὸς, legitur) mons est in Phocide, non longè remotus à templo Delphico, in quo Apollinem Musarum chori ducem suavissimè canere Musis accinentibus Poetæ scribunt. Habet autem duos vertices, velut distinctos monticulos quorum alter Baccho, alter Apollini sacer est cujus *Persius* meminit in prologo, cùm inquit:

Nec in bicipiti somniasse Parnasso,
Memini, ut repentè poeta sic prodirem.

In Parnasso etiam fons Castalius & Apollinis templum fuit. Hinc *Parnasius*, a, um.

παρνάσιος παρνασσὸς, ut Parnasia rupes, Virg. Hinc Musæ etiam Parnasides vocantur. Vide plura in prima parte: Berge der Musarum, &c.

Parnus, πάρνος, nauta fuit quispiam pauperculus, qui ob amissam naviculam cum ob vijs quibusque litigabat. Hinc adagium:

Disceptare ob Parni scaphulam,

Id est, ob res minutulas multum movere litium & querelarum. Diogenianus apud Erasmum.

Paropanusadæ, populi Asiæ, de quibus Ptolem. libr. 6. cap. 18.

Parus, πάρος, Insula una ex Cycladibus, à qua parius lapis, qui & Lydius, quo aurum probatur. Marmor habet candidissimum, quo primo scriptores usi sunt, à cujus candore dixit, Virg. libr. 2. Æneid.

Niveamq; Paron.

Ex hac insula fuit Archilochus poeta Jambographus, & hinc Horatius Jambum Parium vocat, cum inquit:

Parios ego primus Iambos
Ostendi Latio, &c.

POETICE.

Paros:

Candens, Marmorea, Delphica, Nivea, Rigida.

Parrhasia, παῤῥασία, regio in Peloponneso, dicta Arcadia Lycaonis patria, Unde est Parrhasius, a, um, παῤῥάσιος, παῤῥασιδὺς, id est, Arcadicus, & *Parrhasis* idos, id est, mulier Arcas, ut Calistho, Lucan. lib. 2.

Sed nocte sopora
Parrhasis, obliquos Elice cùm verteret axes.

In ea mons est, in quo bicornis Fauni templum fuerat, à quo Lycæa ludicra illi sacrata, à nobis Lupercalia dicta. Unde Ovid. li. 2. Fastor.

Quid vetat Arcadio dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadiæ templa Lycæus habet.

Parrhasius, παῤῥάσιος, pictor fuit insignis, qui cum Zeuxide certavit, Plin. libr. 35. cap. 10.

Parthenius, παρθένιος, fluvius est in Ponto & Bithynia, Item in Taurina regione, de quo Strabo. Meminit & Ovid. lib. 4. de Ponto.

Partheniusq; rapax, & volvens saxa Cynapes.

Est & Parthenius, portus in littore Brutio, & mons in Arcadia regione, virginibus quæ Veneri sacrificia dare solebant, olim sacer. Parthenius item Poeta Nicæus, ut ait Suidas, Elegiacus, diversorumque metrorum à

Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob ingenium manu missus.

Parthenope, παρθενόπη, una ex Sirenibus, à qua Parthenope Neapolis, Campaniæ urbs dicta fuit. Ovid. lib. 15. Metam.

In ocia natam Parthenopen.

Hinc Parthenopeius, a, um, sex syllabarum, παρθενοπήϊος, ut, Parthenopeia mœnia apud Ovid. 14. Metam.

POETICE. Sir.

Parthenope:

Blanda, Dulcis, Fallax, Insidiosa blandis modis.

POETICE. urb.

Parthenope:

Tenens Virgilium, Maronis cineres habens. Quæ sacra ossa docti Maronis sub herboso monte condita tegit. Ardua sublimibus muris. Quæ pulsa fertur æquoreis aquis.

Parthenopeus, παρθενοπαῖος, teste Servio, Menalippæ & Martis, sive Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui adhuc puer ad bellum missus, occisus est, eumq; apud inferos vidit Æneas. Virg. lib. 6.

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopeus, &c.

Parthia, παρθία, regio Asiæ majoris ab occasu habens Mediam, à Borea Hircaniã,

ab ortu Ariam, à meridie Carmaniam & Persiam. Actorum 2. Regionis hujus metropolis Hecatompylos, à centum quas habuit, portis, dicta fuit. Parthi populi sunt, de quibus vide suprà, Parther.

Parthini, Macedoniæ provinciæ populi sunt, Plin. lib. 4. cap. 23. in Macedoniæ descriptione.

Parysatis, παρυσάτις, filia Cyri, mater vero Artaxerxis fuit teste Plutarcho.

Pasiphae, es, πασιφάη, filia Solis, uxor Minois regis Cretensis, mater Ariadnes, & Minotauri. In nefandum enim amorem tauri delapsa fuit, adeoq; exarsit, ut pateretur, se includi ligneæ vaccæ, quo tauro illo potiretur, ex quo concepit & genuit horribile monstrũ formam habens partim hominis, & partim tauri. Unde appellatum est Minotaurus. Vide comment. emblemat. Alciat. lib. 1. emblemat. 8. Martial. lib. 1.

Iunctam Pasiphaen Dictæo (credite) tauro
Vidimus, accepit fabula prisca fidem.
Nec se miretur Cæsar, longæva vetustas,
Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Servius verò scribit, *Pasiphaen* in domo Dædali cum Tauro scriba regio coijsse, & hinc datam fabulæ occasionem. Docet autem Pasiphaes exemplum, nobilissimas præstantium virorum mulieres, libidinoso sæpè amore ita æstuare, ut hominibus turpissimis, brutorum animalium non dissimilibus pudicitiam suam prostituant. Hinc est *Pasipheius*, a, um, quinq; syllabarū. Pasipheia Phœdria dixit Ovidius filium Pasiphaes.

POETICE.

Gnosia mœcha.
Monstrifera mater.
Uxor magni Minois.

Pasiphae:

Dira, Adultera, Asinaria, Immixta tauro. Filia Solis vel *Phœbi*, Supposita tauro. Quæ amore nivei juvenci exarsit. Quam quondam candida forma torui bovis corripuit. Quæ induit cornua falsa abiegnæ bovis. Quæ taurum dilexit. Quæ peperit bovem. Quæ ligno torvum taurū decepit. Quæ diro correpta fuit amore. Quæ prolem biformem genuit. Quæ discordem fœtum utero tulit. Quæ subdita decepto tauro crimen, & onus suum utero est enixa. Quæ fieri gaudebat tauri adultera. Quæ vacca acerna taurum decepit.

Pasithea, πασιθέη, una est Gratiarum, aliàs Aglaia dicta. Stat.

Non hoc Pasithea blandarum
prima sororum.

Pasitheles, insignis sculptor ex Græcia oriundus, & civitate Romana donatus, Plin. libr. 35. cap. 12.

Pasithoe, πασιθόη, Atlantis filia ex Æthra fuit.

Pasitigris, Plin. libr. 6. cap. 27. nomen, quo Tigris fluvius, ubi remeavêre aquæ, appellatur.

Passalus, πάσσαλος, frater Achemonis fuit, de quo superius.

Pastophori, pen. bre. παστοφόροι, sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum, honoratiores cæteris, ita appellati, quòd Veneris cui pastos nomen est, palliū ferant. Pastophoros etiam Venus est appellata.

Patara, πάταρα, pen. bre. civitas est Lyciæ in Asia minori mari adjacens, apud quam Apollo sex mensibus hyemalibus responsa dabat, unde & *Pataræus* Apollo dicitur, & sex apud Delum. Autor est Servius enarrans Virgilianum illud:

Qualis ubi hybernam Lyciam,
Xantíq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam
invisit Apollo.

Dicta autem est hæc urbs à Pataro conditore. Strabo

lib. 14. Mentio etiam hujus fit Actor. 21.

Patavium, vide suprà, Padaw.

Paterniana, vulgò Pastrana, Hispaniæ urbs est Ptolem. lib. 21. cap. 6.

Patizites, vir Persa, magnus à Cambyse apud Persas præfectus relictus, de quo Herodot.

Patmos, πάτμος, hodiè Palmosa, insula in mari Ægyo, inter minorem Asiã & Græciam, una ex Sporadibus, in quam relegatus sub Domitiano Imperat. Johannes Apostolus Apocalypsin scripsit. Apocal. 1. Vide de hac Insula Strab. libr. 10. geographiæ, & Plin. libr. 5. cap.

Paræ,

træ, arum, πάτραι, Achaiæ urbs in longissimo promontorio posita ex adverso Ætoliæ. Ovid.

Messeneq; ferax, Patræq; humilesq; Cleonæ.

Vide Thucyd. lib. 2.

Patriamphes, vir Persa, & Xerxis auriga Herod. lib. 7.

Patrocles. πατροκλῆς, Atheniensis quispiam fuit, prædives quidem, sed parcus admodum & sordidus, adeò ut ne quidem in tota vita laverit. Unde Proverbium natum: ἐκ πατροκλέους, E

Patroclis domo venit.

In impensè sordidos & tenaces.

Patroclides, πατροκλείδης, Philippi Macedonum regis assentator fuit.

Patroclus, πάτροκλος, Menetij filius fuit, Achilli conjunctissimus, qui cum Græcis ad expeditionem Trojanam profectus est, & ibidem armis Achillis indutus ab Hectore in pugna interfectus occubuit. Quod ubi rescivit Achilles, tametsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseidem abstinere bello omninò constituisset, nihilominus tamen mutato proposito rediit ad bellum, nec prius quievit ex animo, quàm socij mortem vindicaverit. Meminit ejus Ovid. libr. 13. Ubi Actoridem, quia nepos Actoris, & in epist. Ubi Meneciadem, quia filius Menecij, eum appellat. Multa etiam de hoc Homerus.

POETICE.

Patroclus:

Tutus sub imagine Achillis.
Qui cecidit falsis sub armis.
Actorides. Menœtiades.

Pattagia, πατlαγία, Siciliæ fluvius, ἀπὸ τοῦ πατlάγου, id est, à sonitu. Per saxa enim fluens clamare videtur, Claudian.

Et saxa rotantem Pattagiam, &c.

Paulus, σόμα χριστοῦ, idem Στόμα θεοῦ, Cyro Prodomo dictus,

unus

unus ex Apoſtolis, in Tharſo Ciliciæ urbe natus, qui initiò quidē Phariſæus fuit inſtitutus Jeroſolymis à Gamaliele, ſed poſtea conversus veritatis Evangelicæ acerrimus propugnator factus eſt. Meminit ejus Chryſoſtomus, qui τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας, id eſt, columnas Eccleſiæ Petrum & Paulum vocat. Hinc Paulinus, a, um, ut Paulinæ fulmina linguæ apud Poet.

POETICE.

Paulus:

Tharſenſis, Divus, Sanctus Magnus ille. Grandiloquus, Grandiſonus. Magno ore tonans, Exutus veterem mentem cum nomine. Aſſertor magnus regni Chriſti. Qui prodijt Tharſiaco de ſanguine miles. Qui Saulus erat, ſed exiguo tempore Paulus. Qui præcipuus dux errantibus in tenebris ivit. Qui fecit multa ſtupenda miris modis. Qui jactatus per mare & terræ pericula vicit, ubique fuſa prece ad Dominum. Qui tuba nuncia fuit ſancti verbi. Qui homine major haud mortale ſonabat. Qui fundebat verba nivis ritu, cum toto ex æthere ningit.

Pauſanias, παυσανίας, Cleombroti filius, Lacedæmoniorum dux, multa aliquandiu ſapienter, feliciter & modeſtè geſſit. Sed cùm ex ſucceſſu inſolens & crudelis factus eſſet, fortuna cum animo ſuo immutata eſt. Bizantij, cùm id Græci ſe duce occupaſſent, rapuit filiam præcipui civis eamque interfecit, ubi è ſtatua editus eſt hic verſus pœnam ei denuncians:

στεῖχε δίκης ἄσσον μάλα τοὶ κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

Id eſt:

Pœna luenda tibi eſt, affert injuria cladem.

Deinde cum fœderis ſocietatem & Spartanæ urbis deditionem Xerxi Perſarum regi obtuliſſet, hac conditione, ut daretur ſibi uxor filia Xerxis, vel quia acceptis à Xerxe auri talentis 50. Spartæ proditionem ipſi pollicitus fuiſſet, quemadmodū Plutarchus retulit in Paral. Lacedæmonij re conperta ad ſupplicium eum comprehēdere conati ſunt. Sed Pauſanias id animadvertens in Minervæ templū fugit, ubi incluſus foribus, ne exire poſſet, obſtructis, fame necatus eſt. Dicitur autē in ea obſtructione mater Pauſaniæ, cùm id filij flagitiū cōperiſſet, primum lapidem magno conatu locaviſſe. Vide Thucyd. Probum, & Chronicon Philippi. Pauſanias Macedo adoleſcens, qui Philippum regem

gem Alexandri M. Patrem occidit, eò quòd justitiam sibi sæpè rogatus exercere noluisset. Cum enim primis pubertatis annis stuprum per vim passus ab Attalo fuisset, & quod deterius est; convivis non secus atque scortum ultrò oblatus, de injuria ejusmodi ignominiosa sæpè apud Philippum conquestus est. Sed ubi facinus eum ridere videret, iram in eum convertit, & ultionem, quam ab inimico non poterat ab iniquo judice exegit. Trogus: Est etiam Grammatici cujusdam Cæsariensis nomen, qui Hadriani & Antonini Imperatorum temporibus floruit, de quo Suid. & Philostrat.

Pausias, παυσίας, pictor Sicyonius, Brietis filius & discipulus Pamphili, qui primus lacunaria pingere instituit. Hinc Pausiacus, a, um, Hor.

Vel cum Pausiaca torpes insana tabella.

Glycerium enim municipē suam coronarum inventricem pinxit sedentem cum corona, quæ tabula appellata est στεφανόπλοκος, id est coronam texens.

Pausilypum, παυσίλυπον, villa est Campaniæ, non procul à Puteolis, ab amœnitate sic dictus Acti, Syn. eclog. 1.

Huc illuc dum Pausilypi latum
omne pererro.

Vide Plin. lib. 9. cap. 53.

Pauson, pictor fuit insigni tenuitate. Unde & Proverbium natum: Pausone mendicior, παύσωνος πτωχότερος de admodum paupere.

Pax Julia, Lusitaniæ urbs Ptolemæo.

Pedæus, πεδαῖος, Antenoris fuit filius nothus, Hom. li. 9. Iliad.

Pedasus, πήδασος, Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius fuit. Homer. li. 6. Iliad. Est & hoc nomine urbs Pylo vicina multū proferens vini. Homer. lib. 9. Iliad. Est etiā Pedasus, unus ex equis Achillis, quem præ cæteris egregium tanquam equorum immortalem comitem habuit. Homer. Ilia. 16.

Pedemontium, vel Pedemontana regio, hodiè dicitur Italiæ pars, juxta Alpes Grajas, Das Bemund / oder Ptemund. Olim Cotij regnū, nunc Ducis Sabaudiæ.

Pegasa, vide Pagasa.

Pegasæa, vel Pagasæa, navis Argonautarum, à Pegasa vel Pagasa oppido Thessaliæ, puppis Pegasæa, apud Ovid. 7. Metam.

Pegasides, πηγασίδες, pen. brev. Musæ dictæ sunt à fonte, quem in Helicone Pegasus è saxo ungula excitavit, πηγὴ, fons est, à quo Pegasus. Ovid.

Ovid. in epiſtol.

At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dicta.

Pegaſus, πήγασος, pen. brev. equus fuit alatus ex Neptuno & Meduſa, ſive, ut Ovidio placet, ex ſanguine ab occiſo Meduſæ capite procreatus, qui ad montem Parnaſſum advolans, cùm terram ungula pedis feriret, ſive effoderet, πηγὴν, id eſt, fontem Muſarum produxit, à quo ipſe Pegaſus cognominatus eſt. Cujus rei fabulam Ovid. lib. 4. Metam. & Lucan. libr. 9 ſcripſerunt. Uſus eſt hoc equo Perſeus, cùm ad Gorgones proficiſceretur, item Bellerophon, cùm adverſus Chimæram expeditionem ſumeret. Tandem in Cœlum ſublatus inter ſidera collocatus eſt. Vide ſuprà Bellerophon. Ovi. lib. 4. de Ponto.

Sed tantum virtus alios tua præterit omnes,
Ante citos quantum Pegaſus ibat equus.

Plin. lib. 10. cap. 29. Pegaſos fabuloſos fuiſſe exiſtimat. Hinc eſt Pegaſeus, a, um, πηγασαῖος, & Pegaſeius, quinq; ſyllabis, ut Gradus, Volatus Pegaſeus apud Senecam & Catull. id eſt, celerrimus: & Pegaſides, idos patronymic. fœminin. ut, Pegaſides Muſæ, de quibus proximè retrò. Obſervetur etiam proverbium, cui equi hujus velocitas locum fecit: *Teſtudinem Pegaſo cōparas.* de rebus admodum diſſimilibus. Item, πηγάσε ταχύτερος, id eſt, Pegaſo velocior, de admodum velocibus.

POETICE.

Gorgoneus:

Equus, ales.
Ales equus auroræ.
Equus Bellerophontæus.
Equus Meduſæus.

Pegaſus:

Pernix, Velox, Celer, Volucer, Acer, Volans. Qui calcibus invenit ſacras undas. Qui tulit profugum Bellerophonta. Qui pede fecit Gorgoneum fontem Cujus ungula ſacros latices Aganippidos undæ elicuit. Qui ictibus alati pedis elicuiſſe dicitur venas Gorgonei fontis. Pennis fugax Nitidus ſtellis quinque decemq;. Acer equus additus radiantibus aſtris. Cujus ungula fodit aquas Gorgoneas. Ocyor cunctis pernicibus alis.

Eſt etiā Pegaſus civis cujuſdam Albani nomē. Eſt & viri nomen apud Maronē li. 1

Pelagia, πελαγία, mulier Antiochena voluptatib. & illecebris primò deditiſſima, & circa corporis curā & cultū cum primis occupata fuit. Tandem tamen rectius ſapi-

ens

ens aſpernari cœpit , quod antea maximè amabat.

Pelaſgi, πελασγοί, prim. br. populi ſunt Græciæ vetuſtiſſimi, qui & Damaci dicti fuêre, olim & Theſſali, de quibus Strab. lib. ς.

Pelaſgia, πελασγία, regio Græciæ circa extremam Macedoniæ partem, verſus Achajam, olim Theſſalia dicta inter duo maria, Aegæum & Jonium, Platani folio ſimilis, propter anguloſos receſſus, Plin. li. 4. ca. 4. Pelaſgus, adject. ut claſſis Pelaſga apud Ovid. Pelaſgias, adis, patronymic. urbes *Pelaſgiades* Ovid.

Pelaſgis, πελασγὶς, Arcadiæ eſt regio, undiq; à mare remota, Drymodis dicta initiò Plin. libr. 4. cap. 5. Dicta quoq; eſt Pelaſgis Arcadia, à Pelaſgo rege magno & ſapiente viro.

Pelethronium, πελετρόνιον, Theſſaliæ oppidum, à quo Pelehtronij Lapithæ, qui primi equorum domandorum rationem invenerunt. Virg. 3. Georg.

Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedêre.

Peleus, πηλεὺς, Æaci regis filius, maritus Thetidis, pater Achillis, à quo Pelides med. prod. πηλείδης, Achilles, & Pelias, *Peliadis*, ut, Pelias haſta, qua Achilles uſus eſt, Ovid.

POETICE.

Æacides, Pithius rex. Jovis nepos. Magni creator Achillis.

Pelias, adis, πελίας, dicta eſt Achillis haſta quam nemo, excepto ſolo Achille, ob magnitudinem vibrare poterat. Ovid.

Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus.

Pelias, πελίας, fuit Neptuni filius ex Tyro nympha, filia Salmonei regis, Jaſonis patruus, quē ubi Peliades filiæ ejus ad juventutem revocare cuperent, Medeam cōſuluerunt, qua id ratione fieri poſſet, Quæ illas impulit ut parentem interfectum & laceratum lebeti ferventi imponerent, ita futurum, ut votis ipſarum ſatisfieret. Medea enim data occaſione Peliam hoſtem Jaſonis ulciſci ita voluit. Docemur autem hac fabula, ne falſa ſpe illecti non tantùm inanem ſumamus operam, verùm etiam damnum faciamus maximum. Atq; hinc proverbium: Lavare Peliam, de eo, qui ſalutem pollicitus exitium affert, aut qui prodeſſe conatus maximum addidit malum.

POETICE.

Pelias infelix.

Pelias, qui incoluit culta arva

arva ſpacioſi Jachi.

Pelides, πηλείδης, Achilles dictus eſt a Peleo patre.

Peligni, πελιγνοί, populi Italiæ Marſis vicini ex quibus originem duxiſſe ſe teſtatur Ovid. 3. Amor. eleg. 1.

Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Sulmo enim Pelignorum fuit metropolis Ovidij patria. Peſſima ibi naſcuntur vina. Inde Pelignus, a, um, ut, Vates Pelignus, id eſt, Ovid. Et Martial.

Marſica Peligni mittunt turbata coloni,
Non tu, libertus ſed bibat illa tuus.

Sic Peligni ſoni, id eſt, numeri ſive verſus Ovidiani Stroz.

Pelignum, nomen urbis, quę Ovidij patria fuit.

POETICE.

Pelignum:

Salubre, Aquoſum, Terra ferax Cereris, & multò feracior uvis.

Rus Pelignum.

Arva Peligna.

Pelion, πήλιον, prim. lon. mons Theſſaliæ verſus orientem Solem, in cujus vertice pineta abundant in reliquis partibus quercus. Vide Herodot. libr. 7. Lucan. lib. 6. & Ovid. 5. faſtor. Pelium nemus apud Cicer. pro Cæl.

Peliacus apex, vertex. Ovid.

POETICE.

Vertex Peliacus.

Juga Theſſalica.

Culmina alta Peliaci jugi.

Æmoniæ mons verſus in auſtros.

Pelion:

Gelidus, Frondifer, Altus, Umbroſus, Lapidoſus, Æmonius, Theſſalicus, Junctus Oſſæ. Subjectus Oſſæ. Quem Oſſa terit. Aſſurgens celſo dorſo, & nemoroſa juga latè inferens aereis nubibus: Aſpiciens Æmonias urbes. Superans Æmonium, & olympi culmen. Æmoniæ obverſus in Auſtro.

Pelius, quidam fuit, quem Acaſtus, Peliæ Jaſonis patrui filius falſò apud ſe de ſtupri appellatione ab uxore accuſatum in Pelio monte omnibus armis ſpoliatum feris devorandum reliquit, Vide ſuperius Acaſtus.

Pella, πέλλα, Macedoniæ urbs eſt in littore Ægæi maris, in qua Philippus rex Macedonum, & Alexander Magnus ejuſdem filius nati ſunt. Unde uterq; Pellæus vocabatur. Juvenal.

Vnus Pellæi juveni non ſufficit orbis,

Id eſt: Alexandro.

Lucan.

Illic Pellæi proles veſana Philippi. Vide

Vide de hac urbe Livium lib. 6. de ſecundo bello Punico, & Herodot. lib. 7.

Pellene, πελλήνη πελλίνα, pe. lo. pervetuſtum Achaiæ oppidum, de quo Strabo libr. 8. Protei patria, Unde eſt Bellenæus, a, um, ut, *Pellenæa tunica ſive veſtis*, πελληναῖος χιτὼν, proverbialiter de priſco cultu. Hinc & Pellenæi populi. Eſt etiam hoc nomine vicus Straboni, à quo Pellenecæ, ubi Chlenæ veſtes, ad agonas victoribus præmia proponebantur.

Pelopea, πελόπεια, filia fuit Thyeſtis, ex qua ipſe Thyeſtes pater Ægiſthum ſuſtulit, ſicuti ab oraculo edoctus fuit. Vide ſuprà Ægiſthus, item Atreus.

Peloponneſus, πελοπόννησος, regio eſt Græciæ inter duo maria, Jonium videlicet & Ægæum ſita. Alio nomine Achaia, hodiè verò Morea dicitur. Eine halbe Inſel in Griechenlandt/ heiſt jetzunder Moren. Hinc Peloponneſius, ut, Civitates Peloponneſiæ apud Cicer. ad Atticum, & Peloponneſiacus, ut, Bellum Peloponneſiacum, Græcorum, quod duravit annis XXVII. de quo Thucydides, & Xenophon, Cœpit anno mundi 3535.

Pelops, πέλωψ, pri. brev. filius fuit Tantali potentiſſimi Phrygum regis & Targetæ, quem pater, ut divinitatem experiretur, coxit, & Dijs quaſi carnem aliam comedendam appoſuit. A cujus eſu cùm Dij abſtinuiſſent, ſola Ceres humerum pueri comedit. Quare Dij revocato ad vitam Pelopi eburneum humerum addiderunt. Uxorem poſtea ſumſit Hippodamiã victo eiuſdem patre Oenomao Achaiæ rege curuli certamine; ſive, ut alij volũt, bello. Vide ſuprà de Hippodamia & Myrtilo. Vide & Diodor. Sicul. libr. 5. Putant autem Pelopem atroci aliquâ à patre Tantalo afflictum & laceratum fuiſſe injuria, atque inde eſſe, quod patrijs illum manibus diſſectum & appoſitum fuiſſe Dijs cõedendum poetæ fingunt. Innumeris verò atque immenſis beneficijs injuriam innocenti illatam Deum levaſſe, magnitudine ſcil. opum, ſplendore nominis & potentia. Per ebur enim opes, per humerum vires ſive potentia ſignificatur. Unde & proverbium: Pelopis talenta, de immenſis opibus. Hinc Pelopeius, quatuor ſyllabis, & Pelopeus, ut, Mœnia Pelopea, apud Virgil. 2. Æneid. Pe-

lopeis, idis, & Pelopeias, a dis, patronymic. fœminin. idem Pelopide, πελωπίδαι, dicuntur filij Pelopis, ut Atreus & Thyestes.

POETICE.

Pelops:

Perjurus, Sævus, Truncatus, Phrygius, Tantalides, Dardanus, Lacenus, Eburneus, Cruentus soceri de cæde. Qui signat Myrtoas aquas crimine. Dijs epulandus appositus. Ex cujus humero e bur nituit. Insignis humero eburneo.

Pelorum vel Pelorus, pri. brev. med. product. πέλωρος, Siciliæ promontorium Italiam versus, in quo tanta copia provenit crocus, ut à quibusdam etiam inquilinis Græcis flos cujusmodi sit, haud internoscatur. Curribus magnis hunc conportant, quibus libitum est. Tum verò strata ex eo, scenasq; construunt. Vide Aristotelem in li. de Mirabilib. Narrationib. Dictum autem est Pelorum à Peloro gubernatore navis Annibalis ibi sepulto.

POETICE.

Siculi angusta Pelori.

Pelorus:

Celsus, Altus, Tumidus, Augustus, Piscosus, Siculus, Ausonius, Sicanius, Sūmus-Tollens se arenosa mole. Quem Brutia ora circumspicit.

Pelusium, πηλούσιον, unum est ex Ostijs Nili, versus Asiam & Arabiam, quam ab Ægypto separat, juxta quod urbs est ejusdem nominis, quam Peleus Achillis pater condidit, à quo & nomen sortita est. Hinc Pelusius, & Pelusiacus. Martial.

Accipe Niliacam Pelusia munera gentem.

Virgil. 1. Georg.

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentu.

Petusium enim lentium laudatarum ferax fuit.

Penates, vide suprà, Haußgötter.

Peneleus, per 4. syllab. πενέλεως, unus fuit ex quinque Bœotorum Ducibus, teste Homer. lib. Iliad. 2.

Penelope, πηνελόπη, filia Icari conjunx Ulyssis laude pudicitiæ in diuturna mariti absentia servatæ & custoditæ celebris. Cùm enim Ulysses ad expeditionem Trojanā profectus per viginti annos abesset, atq; illa à multis interim procis sollicitaretur, nullis tamen neq; blāditijs; neq; pollicitationib. expetentium ad violandam, quam marito promiserat, fidem induci potuit. Urgentes verò & instantes jam amatores hac conditione delusit, ut tum se promitteret nuptu-

nupturam, ubi telam, quam habebat in manibus, absolvisset. Quam conditionem ubi illi accepissent, mulier astuta, quòd interdiu texuisset, id noctu retexere cœpit, atque hinc proverbium:

Penelopes telam retexere.

Id est, inanem sumere operam, & rursum destruere illa, quæ effeceris, natum ex hujusmodi fabula de Penelope procis absolutæ telæ pollicitatione illudente, Einen auffhalten/ vnnd auff vngewisse ding vertrösten. Vide Homer. odyss. 11. Claud. in laud. Serenæ uxor. Stilicon.

Penelope trahat arte procos, fallatq; furentes
Stamine nocturnæ relegens solertia telæ.

Hinc Penelopæus, a, um, ut, Penelopæa fides, apud Ovid. lib. 5. trist. Et Penelopæus, Penelopæa fides, Stroz.

POETICE.

Ithaceia conjunx.
Icaris.
Icariotis.
Ulyssis conjunx.

Penelope:

Sapiens, Casta, Pudica, Candida, Pia, Argolica, Difficilis procis. Fœmina digna multis procis. Quæ potuit salva vivere bis denos per annos. Fidelis profugo Ulyssi. Quæ detinuit iuvenes procaces tela fallente. Formæ munere præstans. Quæ thalami fidem servavit Ulyssi. Docta fuga reillusos procos. Quæ Ulyssis signum cognovit. Cujus tarda tela retexta fuerit nocturno dolo. Quam absens Ulysses torquebat. Quam proci nequiêre depellere recto cursu. Quæ flagrans amore conjugali longas noctes fefellit pendula tela. Quæ absente marito lacrymas fudit sola relicta in ingrato toro. Nulli laude secunda. Quæ vivit fama celebri per orbem cantata. Conjugij fide nobilitata. Quæ aversata mille procos protervos lusit una tot viros fœminea fraude.

Peneus, per tres Syllabas, πηνειός, pri. lo. fluvius est Thessaliæ, cujus ripas arbores vestiunt per Tempe fluens & Macedoniam à Magnesia disterminans. Oritur juxta Gomphos & inter Ossam & Olympum nemorosa cōvalle diffluit. In ejus ripa Daphnis (ut poetæ fabulantur) in laurum conversa est, quæ propterea vocabatur Peneia & Peneis, idos q. filia Penei. Ovid. libr. 1. Metam.

Est nemus Æmoniæ, &c.

Et lib. 15. Metam.

Est lacus Arcadiæ, &c.
Vide & Plin. lib. 4. cap. 8. in Thessaliæ descriptione.

POETICE.

Thessalus torrens.

Peneus:
Canorus, Stagnans; Amœnus. Thessalicus. Effusus ab imo Pindo. Qui spumosis undis voluitur per Tempe. Suspectus ambiguis aquis.

Pentapolis, πενπάπολις, pen. brev. regio inter *Palæstinam* & Arabiam, appellata hoc modo à quinque civitatibus inter quas Sodoma fuit & Gomorrha. Hanc regionem, ut Solinus scribit de cœlo tactam testatur humus nigra & cinere soluta. Nascuntur ibi poma, quæ comedi non possunt, licet matura videantur, quòd leniter manibus pressa fumum exhalent, & in pulverem fatiscant. Hinc Pentapolitanus. Est etiam hoc nomine Africæ regio, quæ Cyrenaica etiam dicitur. Vide supra.

Penthesilea, πενθεσίλεια, Amazonum regina, quæ equitum turmis stipata Trojanis contra Græcos in auxilium venit, sed ab Achille occisa est. Hæc, ut ait Servius, dicta est furens, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Vide de ea Iustin. lib. 2. Virgil. lib. 1. & 12. Æneid.

POETICE.

Penthesilea:
Martia, Furens, Furibunda, Fera, Mœotis, Sanguinolenta. Peltata, securigera, Virgo bellatrix audens viris concurrere. Quæ per medios enses ruit. Quæ ancipitem gessit securim. Quæ Amazonidum agmina lunatis peltis duxit.

Pentheus, per duas syllab. πένθεύς, teste Ovid. 3. Metam. Echionis regis Thebarum, & Agaves filius fuit, qui cum Bacchi sacra contemneret, ira numinis matre, & sorore in furorem versis laceratus est. Est autem Pentheus imago tyranni, qui crudelis est in Ecclesiæ ministros neque vllis admonitionibus sive miraculis movetur, quo minus sæviat, donec à sanguine junctis etiam dilaniatus extinguatur, tragicoque ejusmodi interitu ostendat impios ne à suis quidem tutos esse posse. Omnes igitur tyranni & Ecclesiæ Dei hostes à furore suo desistere & rectius sapere hinc discant, ne similem cum *Penrheo* exitum experiri cogantur & cũ Juliano illo apostata in has aliquando erumpere voces: Vicisti tandem Galilæe. Vide Agave. Meminit *Propert.* Claud. in laude Stilicon.

panegyr.2.Virgil.4.æneid. Stat.lib.2 Thebaidos.

POETICE.

Echionides.

Echione natus.

Pentheus.

Superbus, Exlex, Impius Cōtemtor Superûm. Quem matres Codmeæ lacerarunt Angue Creatus avo. Mala præda Thebanæ matris. Funera grata in triplices greges.

Penthylus, πένθυλος, filius Demonoi, qui è Papho naves duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse vero captus multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit, auctore Herodoto lib 7.

Peparethos. πεπάρηθος, Insula est una ex Cycladibus, cum ejusdem nominis urbe, Ovid.lib. 7. Metam.

Nitidæq́; ferax Peparethos olivæ.

Percope, es, pen. long. περκώπη Stephan. urbs juxta pontum, quæ, teste Homero, auxilia misit Trojanis.

Percosius Trojanorum amicus divinandi scientiâ longè clarissimus cui Adrastus & Amphius filij fuêre, qui ad expeditionē Troianam profecti interierunt, ubi patris monita, qui retinere eos conatus fuerat aspernati essent.

Perdicas, περδίκας. Macedo, unus ex comitibus Alexandri M. fuit, cui etiam in regni partem successit, vir adeò audax & fortis, ut leænâ præsente catulos ê cubili per vim aufferret, auctore Ælian. de var. historia.

Perga, πέργη *Pamphil.* oppidum in quo maximè olim Diana culta fuit ubi etiam templum habuit, unde Diana Pergæa (περγαία) dicta est. Vide Pompon. Mel lib. 1. in descriptione Pamphiliæ.

Pergama, orum, plurale tant. penult brev. πέργαμα, arces sive mœnia urbis Trojæ, quæ altissima fuerunt. Interdum ipsa urbs est. Abusive omnia alta ædificia Pergama vocantur. Meminit. Virg 4. 7. & 10, Æneid. Reperitur tamen etiam Pergamus pro Pergama positum, sed apud unum Senecam, Hinc Pergamens, brev. penult. ut Arces Pergameæ id est, Trojanæ.

POETICE.

Mœnia Iliaca. Phæbi. structa canore Phœbææ lyræ.

Laudata, Ardua, Alta, Troica, Phœbæa, Teucri, Neptunia, Rhætheia, Dardana. Quassa bello. Firmata turribus altis. Regna Priami. Superata bilustri bello. Capta

pta serò, capta tamen, Manibus Danaûm victa, diruta, eversa, Solo æquata. Argolica manu rapta. Quæ longo tandem bello cecidére. Quæ paverunt Danaas flāmas, Quæ ceciderunt superata bello bilustri, iu est, decennali. Lustrum enim spacium est quinq; annorum, Bilustrum decennium est.

Pergamum, sive Pergamus, πέργαμος, insignis urbs Mysiæ in Asia minore ad ripam Caici fluminis sita. Galeni & Apollodori patria, & sedes regum Attalicorum, cujus etiam in Apocalypsi fit mentio Apud hanc teste Varrone, chartæ usus inventus est, quæ nunc quoque vulgò pergamena (περγαμηνή) vel Pergamenum dicitur. **Pergament / Berment.** Vide de Pergamo Pl lib. 13. cap. Strab. lib. 13. & Ælian.

Periander, περίανδρος, Corinthiorum rex unus è septem sapientibus, cujus inter cætera hæc sunt cum primis observatu digna.

Αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταὶ αἱ δ' ἀρεταὶ ἀθάνατοι.

Voluptates quidem mortales sunt, virtutes autem immortales.

Item:

Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἴσθι, ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος.

In dextra quidem fortuna moderatus esto in sinistra autem prudens.

Vide de eo Diogen. & Suid.

Peribæa περίβοια, Durymedontis filia fuit, ex qua Neptunus Alcinoi patrem Nausithoum genuit.

Pericles, prim. brev. περικλῆς, Anaxagoræ Physici discipulus Philosophus & orator Atheniensis insignis, in cujus libris Suadelam sedisse scribunt, qui tempore belli Peloponesiaci, 40. annis rempub. gubernavit, in cujus ac ministratione adversarium habuit Thucididem Milesium. Scribitur aculeos q. orationis in auditorum mentibus reliquisse. Tanta enim hunc facundia excelluisse ferunt. Ut fulminare magis, quam perorare videretur. Suggestū verò ascensurus semper rogavit Deos, ne ullum sibi verbum excideret ejusmodi quo populus offenderetur, vel quod illi esset contrarium. Meminit Philostrat. Sui. & Quintilian. lib. 12. cap. 9. Ælianus item lib. 4. var. histor. De vita ejus vide Plutarch. & Thucididem lib. 2. Vide deniq; & Ciceron. de Orator. Hinc Pericleus, a, um, ut Periclea facundia, oratio. Sic Pericleo pondere cadentia verba, quod poeti-

cè usurpari poterit.

POETICE.

Pericles:

Facundus, Doctus, Argolicus, Græcus, Magnanimus, Cujus sermo stimulos animis liquisse dicitur sanguine nobilis, & arte.

Periclymenes, περικλυμένης Nelei filius fuit, cui à Neptuno avo concessum, ut posset in quas vellet se transformare figuras. Cum igitur Hercules bellum contra Neleum gereret, ipse in muscam versus ab Hercule con filio Palladis, quæ illum prodebat, clava interfectus est cum ille aculeum Herculi, ceu solent muscæ graviores immisisset. Ovid. autem lib. 12. Metamorph. fabulatur, *Periclymenem* in Aquilam versum ab Hercule, quem plurimum unguibus uncis infestabat, sagitta in sublimi confossum. Vide de eo Apollonium, & Hesiod.

Perillus, pri. bre. πέριλλος, fabricator fuit Atheniensis ingeniosissimus, qui, ut *Phalaridi* tyranno placeret venit Agrigentum, & ex ære taurum fabricavit, posita in latere janua per quam reus includeretur, qui cum subjectis ignibus torqueretur, non hominis vocem, sed bovis mugitum emittere videretur, quod primus ipse tyranni jussu expertus fuit, cùm potius magnum aliquod præmium expectaret. Unde etiã rectè infelix autor dicitur ab Ovidio lib. 1. de arte. Meminit ejus *Plin.* lib. 34. cap. 8 *Polydor.* Virgil. lib. 1. cap. 11. de rerum invention. & Ovid. 3. trist. eleg. 11. & 5. trist. eleg. 13. Claud. item lib. 1. in Europ. Ubi ita:

Sic opifex tauri, tormentorumq; repertor
Qui funesta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Sensit opus, docuitq; suum mugire juvencum.

Hinc est Perillæus, a, um, apud Ovid.

Ære Perillæo veros imitere juvencos.

Ære Perillæo, id est, tauro facto à Perillo ex ære.

POETICE.

Perillus:

Sævus, Infelix, Violentus opifex tauri, Tauri fabricator aheni. Qui clausus bove aheno mugijt. Qui bovem donasse fertur Siculo tyranno. Mirandus repertor pœnæ. Qui justas pœnas dedit. Qui autor infelix imbuit opus suum. Infelix autor. Qui fertur donasse bo-

vem Siculo tyranno.

Perimele penult. prod. Hippodamantis filia dicitur, quã ubi Achelous amnis per vim oppressisset, & pater eam ob admissum in Pelagus præcipitem dedisset stuprator expetijt, ut insula efficeretur. Revera autem Perimele inundatione & alluvio effecta est. Et ita ad fabulas transfertur, quod rerum natura fecit.

Perinthus, pri. bre. πέρινθος: urbs præclara Thaciæ, cujus olim metropolis fuit, Heraclea hodiè dicitur. Vide suprà Hinc Perinthius, a, um, adject. & Perinthi incolæ dicuntur.

Peripatetici, περιπατητικοὶ, Philosophi, qui in ambulando docebant, unde & nomen habuerunt, περιπατέω enim Græcis est deambulo. Princeps eorum Aristotel. extitit. Meminit eorum Cic. lib. 1. Academ. quæstion.

Permessus, πέρμησος, vel Permessis, messis, vel messidos, fluvius est Bœotiæ ex Helicone monte Musis sacro defluens de quo Virgil. in Sileno.

Pero, πηρὼ, filia fuit Nelei & soror Nestoris, & Periclymeni, forma adeo præstanti, ut omnes eam accolæ uxorem sibi dari expeterent. Pater igitur Neleus illi soli eam promisit, qui boves ingentes ex Herculis custodia ereptos sibi restitueret. Quod ubi Bias Melanpodis fratris auxilio præstitisset, filiam Nelei in uxorem accepit. Meminit hujus Homer. in Odyss. 11.

POETICE.

Pero:

Formosa, Venusta, Miranda forma. Quam mille juvenes petebãt in thalamos. Quam nulli procorum jungere voluit Neleus conjugio, nisi qui pro formæ munere abigens armenta vicinis agris abduceret, quæ Iphiclus rex valido custode tenebat.

Perorsi, æthiopum in fine Mauritaniæ populi quadrupedum ferarum modo vagi, earumque visceribus vescentes: de quibus Plin. lib. 5 c. 8. & lib. 6. c. 30.

Perrhæbe, Thessaliæ urbs est, & Perrhæbi πέῤῥαιβοὶ, populi, qui potentia Lapitharum fracti in loca montana, Pindo Thessaliæ monti vicina profugerunt. Propert. lib. 3.

Aut cur Perrhæbi tremuêre cacumina Pindi, &c.

Persa, Oceani filia ex qua Sol Æætam concepisse fertur.

Perseis, idos, περσηὶς, una ex nymphis Oceani & Thetyos fi-

os filia, teste Hesiodo in Theogonia. Vide suprà de Hecate.

Persephone, περσεφόνη, penult. brev. dicta est, Proserpina, Cereris & Jovis filia, quam Pluto rapuit, & uxorem duxit. Ovid in epistol.

Persephone nostras pulsat acerba fores.

Persepolis, pen. bre. περσέπολις. Persiæ urbs, & ejusdem metropolis à Perseo condita, quam postea Alexander Maced. vino & epulis calens demoliri fecit incitatus ab impurissimo & notissimo scorto Thaide. Vide Strab. lib 15. Fit ejus etiam mentio 2. Maccab. 9.

POETICE.

Danaeia Persis:

Persepolis:

Urbs in Achæmenijs vallibus.

Perses, πέρσης, Rex fuit Macedoniæ, qui à Paulo Æmylio victus in triumphum ductus est Romam cum filijs. Quem tamen ut captum sibi adduci vidit Paulus fortunam ejus miseratus flevit, Perijsse fertur in carcere animi mœrore confectus, vel ut alij volunt, vigilijs maceratus. Alius hoc nomine fuit filius Persei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit Herodot. lib. 7. Is primus sagittas reperit, teste Plin. lib. 7. c. 5. Alius item hujus nominis vates Ascræus, & Hesiodi poetæ frater fuit Suid.

Persæ & Persia, vide suprà, Persen vnd Persierland.

Perseus, dissyllab. ei περσεὺς & Perses, sis, vel Persis, filius Jovis & Danaes, Cephei Æthiopum regis gener, qui Vulcanio gladio (qui Harpe dicitur) Medusam occidit. Deinde Andromedam Cephei filiam saxo alligatam, & ceto sive monstro marino devorandam liberavit ac uxorem duxit, multosq; hostes ostenso capite Medusæ in saxa covertit. Tandem Argos reversus Acrisium regem avum suum, à quo cum matre infans fuerat mari expositus occidit, & pro eo regnavit. Postremò in cœlum sublatus est cum Andromeda uxore, & inter astra collocatus. Poetæ fingunt, datum à Dijs Perseo equum alatum Pegasum, quem regere non potuerit nisi aureo freno à Pallade domato. Per illud frenum intelligitur ratio, quæ illicitos cordis impetus, & immoderatas cupiditates frenat & moderatur. Ovid. 5. Metamorph. Unde Perseus, a, um, propert. lib. 3.

Secta

Sectaq; Persea Phocidos arva manu.

Vide suprà Acrisius, Andromeda, Atlas, &c.

POETICE.

Abantius }
Danaeius } heros.
Steboneius }
Acrisionides.
Inachides.
Abantiades.
Danaea propago.

Perseus:

Inachius, Alatus, Aureus, Aerius, Aurigena, Celer, Ferox, Pennifer, Pennipes, Acrisionæus, Victor Medusæ. Natus Danaes. Jove natus. Servator domus Cephei. Cui mobilis penna fuit in gemino pede. Ense fulgens. Qui Gorgoneam Medusam domuit. Qui anguicomam Gorgona superavit. Qui stat nitens, & tela horrentia quassat. Correptus imagine formæ Andromedæ Superator angnicomæ Gorgonis. Ausus ire per æthereas auras jactatis alis. Qui pernices habuit pennas cum densum caput tulit terribili angue. Qui subito saucius igne Andromeden tulit dubiæ pugnæ præmia. Qui per aera volitavit levibus pennis. Armatus torva Gorgone. Qui Andromeden monstro expositam liberavit. Qui secuit colla anguicomæ Medusæ, Qui cladio confecit horrendam Medusam. Qui datis talaribus findens olim auras fecit iter perliquidum aera.

Persius, poeta Satyricus sub Ne- Nerone fuit. Volaterr. Hetruriæ oppido natus. Mortuus est annum agens, unde trigesimum. Meminit ejus Quintilian. lib. 10. cap. 1. & Cicer. lib. 2 de Oratore.

Perusia περουσία, hodiè vulgò Perugia, Thuscorum urbs ab Achæis condita, Ptolem. Hinc Perusinus, a, um, περουσινός, Lucan. lib. I.

His Cæsar Perusina fames, Mutinæq; labores.
Accedant fatis, &c.

In hac enim urbe M. Antonius ab Augusto obsessus est, qui cum extrema fame laboraret, annonæ penuria deditionem facere coactus est.

Pessinus, untis, πεσινοῦς, oppidum in Phrygia nobile habens emporium, à simulacro Deæ Cybeles, cœlitus in eum locum delapso sic dictum Apud hos celebrantur Orgia matris Deûm, quæ inde Pessinuntia Deà dicta est ibi etiam Gordius nodus ab Alexandro rescissus est. Vide Strab. lib. II. & Ptolem. lib. 5. c. 4.

Petilia, πετηλία, pri. brev. Calabriæ oppidum est a Philoctete conditum. Meminit

Virgil.3. Æneid. Hinc πετηλινός.

Petosiris, pri. & antepen, brev. πετόσιρις, Ægyptius mathematicus insignis, de quo Pl. li. 7.c.49.& l.2.c.25.

Petovio, vide suprà Petrovo.

Petra, πέτρα, oppidum Siciliæ prope Hyblam, Petra Syrenum, urbs Lucaniæ, de qua Plin. lib.3.c.4. Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sedes de eo Virg. 5. Æneid.

Iamq; adeò scopulos Sirenum, &c.

Petræa, πετραία, pars est Arabiæ, sic dicta à Petra oppido, quod Nabathæi incolunt. Est & Petræa, Nympha, Oceani, & Thetios filia teste Hesiodo in Theogonia.

Petrejus, Apina, Cimbrico bello Primipilus sub Q. Catulo exclusam ob hoc legionem suam exhortatus Tribunum suum dubitantem per hostium castra erumpere interfecit legionemq; eduxit: donatus propterea corona graminea ob servatum exercitum.

Petreius, dux Pompeianus à Cæsare in Hispania superatus, ut in ipsius commentarijs scribitur.

Petronia. πετρωνία, Uxor Vitellij Romanorum Imperatoris consularis viri filia, ex quo Petronium captum oculo altero habuit. Autor Tranquillus. Est & hoc nomine fluvius in Tyberim defluens, inde dictus, quòd per petras fluat.

Petronius, πετρώνιος, Ægypti præfectus ab Augusto missus, Cornelio Gallo successit adversus æthiopes bellum gessit, quibus regina Candace imperitabat. Vide Strabon. lib. 17. Petronius Cranius centurio octavæ legionis sub Cæsare bello Gallico militans, de quo Plutarchus in Cæsare. Petronius alius, qui Ælij beneficio ex humili loco ad equestrem ordinem pervenerat. Mox cùm Ælius Placentiæ præesset, ne in manus hostium veniret, gladio incubuit. Petronius quoq; qui morientum juverat, super eundem cecidit. Auctor Val. de amicitia. Petronius consularis moriturus invidia Neronis, ut mensam ejus exhæredaret, trullam murrhinam CCC. Sestertiis emptam fregit. Vide Plin. lib.37. cap. 2. Petronius, pater Vespasiani Cæsaris. Petronius Perpennas, qui Constantianas thermas in pristinum splendorem restituit. Petronius Diodorus medicus, qui scripsit antilegomena, citatur testis à Plinio lib.20. cap. 8. Petroni-

tronius Preta de medicina quædam ſcripſit, de quo Volaterran.

Peuce, πεύκη, inſula eſt borealis oſtijs Danubij oppoſita, dicta à virginis Peuces nomine. Valer. Flac. lib. 8.

Danubij viridemq́; vident ante oſtia Peucen.

Vide & Plin. lib. 8.

Phabiranum, vide ſuprà, Bremen.

Phæa, φαῖα, mulier quædam pugnax fuit in Cremmyone vico, non procul à Corintho, quam propter feritatem moresque turpiſſimos vulgus ſuam appellabat. Hæc cum latrocinia exerceret à Theſeo interempta eſt. Vide ſuprà Cremmyon.

Phæax, Phæacis, pen. prod. Φαίακες, populi fuere, luxu teſte Homero in Odyſſ. infames ſub Alcinoo in Corcyra inſula, quæ & Phæacia dicta eſt, Hinc Phæacius, a, um; φαιάκιος, adject. ut Phæacia tellus apud Tibull.

POETICE.

Phæacia rura.

Phæacia:

Obſita felicibus pomis.

Phædon, φαίδων, philoſophus Elidenſis Socratis auditor, & titulus libri Platonis de animæ immortalitate Phædoni ſcil. eidem nuncupati, Vide de Phædone Gell. lib. 2. cap. 18 & Laert de vita Phil.

Phædra, φαῖδρα, filia Minois regis, ex Paſiphae, & uxor Theſei, quæ, privignum ſuum Hyppolitum falſo detulit apud patrem quaſi de ſtupro eam appellaverit, cum ſcelerata mulier illum oraret concubitum, exorare tamen non poſſet, unde & laqueo ſpiritum ſibi intercepit.

POETICE.

Creſſa puella.
Theſæa conjux.
Gnoſiaca noverca.

Phædra:

Inceſta, Scelerata, Funeſta, Paſiphacia, Minoia, Clara, Jovis progenies. Cujus vota temeraria Hyppolitus ſprevit. Quæ fruſtra tentavit quondam patrium cubile temerare. Cujus crimine juvenis caſtus jacet. Quæ Hyppolitum amavit.

Phædrus, φαῖδρος, diſcipulus Platonis, & Platonis ejuſdem liber nobilis Phædro iſti dedicatus.

Phædyma Perſæ nobilis Ottonis filia. Herod. lib. 4.

Phæniana, aliàs Phœbiana caſtra, vulgò hodiè Bebenhuſium: Rhetiæ urbs Ptol. lib. 2. c. 12.

Phæſtum, φαιςός, Cretæ urbs à Minoe extructa, poſtea verò à Cortinijs deleta Ovid. lib. 6. Metam.

Proxima Gnosiaco puam quõdam Phæstia regno
Progenuit tellus, &c.

Phæstos, Φαιστὸς, Bori Mœonij filius sive Lydij, qui in Trojanorum auxilium veniens ab Idomeneo interimitur, de quo Hom. 5 Iliad. Est & mons Crætæ sive promontorium circa Cortynam urbem ac civitatis eo in loco nomen, vide eundẽ Homer. 2 Iliad. & in Odyss.

Phaeton, trisyllab. Φαέθων, Ligurum Rex vetustissimus fuit, de quo vide plura in dictione Eridanus. Fuit & alius hoc nomine Solis & Clymenes filius, qui cum à patre impetrasset, ut ejus currum uno die regeret, peritis ejus satis factum est. Sed ubi imperitus equos Solis gubernandi cœlum & terras combureret Jupiter iratus in fluvium Padum fulmine ipsum præcipitavit Meminit ejus Cicero lib. 3. offic. Claudia. Paneg. in 4 & 6. consul. Honorij. Virgil. in Culice. Ovid. lib 1. eleg. de tristib. & 2. Metam. Vbi fabulam de Phaetonte prolixam habet. Et Epithapium etiam ejusem his verbis:

Hic situs est Phaeton, currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

Fingitur autem Phaethon Solis filius è paterno curru delapsus ideò, quòd Solis cursum investigavit prævẽtusq; morte imperfectam artem reliquit. Ejus verò tempore de cœlo deciderunt flammæ quibus (ut Aristotel. meminit in lib. de mundo) multæ ad occidentem exustæ sunt regiones. Hanc ob causam orbis terrarum eo currum regente inflamatus fingitur. Si ad mores referatur fabula, imaginem ambitiosi & temerarij principis exhibet, qui licet instar pueri vel parum vel nihil revera intelligat, gloria tamen & cupiditate regni incensus sublimia cogitans ad imperij gubernacula aspirat. Ad quæ evectus ubi tanto oneri non est ferundo temeritatis suæ dat pœnas, de quo Alciatus.

Aspicis aurigam currus Phaethonta paterni,
Ignivomos ausum flectere Solis equos,
Maxima qui postquam terris incendia sparsit,
Est temerè infesto lapsus ab axe miser.
Sic plerique rotis fortunæ ad sidera reges
Evecti, ambitio quos juvenilis agit.

Post magnam humani generis
clademq; suamq;
Cunctorum pœnas denique
dant scelerum.

Habet præterea & hoc figmentum duos locos morales. Primus est, ne liberi præcepta & monita parentum suorum aspernentur. Alter non servanda esse vota & promissa damnum ijs allatura, quibus sunt data. Observetur etiam Poetas Græcos Phaetontis nomine frequenter ipsum solem appellare ἀπὸ τοῦ φάους, a luce, & αἴθω uro. Hinc Phaethontius, & Phaethontæus, a, um, adject. ut, Phaetontææ ruinæ apud Claudian. Phaethontæus Padus.

POETICE.

Clymentia proles.
Puer Clymenes.
Filius Clymenes.
Juvenis ictus patrijs equis.

Phaethon:

Audax, Magnanimus, Infelix, Pronus, Devius, Rutilus, Errans, Temerarius, Stolidus, Incautus, Hyperionius, Clymeneius. Thetyos nepos. Qui male rexit temerè optatos æquos. Sole satus, de quo questus pater. Fulmine combustus. Qui non benè egit currum paternum. Qui confudit errantes habenas. Ætherea stirpe creatus. Quem ordine rupto insanæ quadrigæ traxerunt. Qui præceps fulmina efflavit in Padi aquis. Qui meditatus est flãmea frena flectere terrenis lacertis. Qui stultè optavit equos parentis. Qui frenare voluit Solis quadrigam. Projectus insigni curru. Qui Qui luctu mutavit artus. nimium alta petens malè rexit paternos equos, Fusus, detrusus præcipitatus dejectus cœlo.

Phaetontiades. aliâs Heliades, dicuntur sorores Phaetontis, qui ubi fratris ruinam lugerent, nec finem lacrymis imponerent, Deorum commiseratione in populos diriguerunt, earumque lacrymæ in Electrum mutatæ sunt, de quibus Claudianus paneg. in 3. Consulat. Honorij.

Et Phaetontæas solitæ deflere
ruinas
Roscida frondosæ revocant e-
lectra sorores.

Virgilius tamen in Bucolicis 6 ecloga in alnos mutatas fuisse ait, scribens.

Tum Phaetontiades musco
circumdat amaræ.
Corticis atq; solo proceras e-
rigit alnos.

Vide supra Heliades, item Lampetia.

POETICE.

Clymeneides.

Phaetontiades:

Miseræ, Virides, Frondosæ, Populeæ, Longæ, Nobiles sorores, Qui fratrem flevêre. Quibus querentibus ex animum Phaetonta guttæ manarunt versæ in succina lucentia.

Phaethusa, φαέθουσα, una ex filiabus Solis Lampetiæ soror de qua Homer. in 12. Odyss. & Ovid. 2. Metam.

POETICE.

Phaethusa formosa.
Phaethusa nitens.
Phaethusa auratis comis.

Phago, φάγων, vir fuit admodum gulosus & vorax, de quo Flavius Vopiscus.

Phalacrus, fuit Æoli filius, de quo Homer. in 10. Odyss.

Phalantus, pri. brev. φάλανθος, fuit Lacedæmonius, quo autore & principe Spartani juvenes, qui tempore belli incertis parentibus nati erant, Tarentū condiderunt, vide Servium lib. 3. Æneid. Meminit & Horat. lib. 2. carmin. Hinc Phalantæus, a, um.

POETICE.

Rhalanthus.

Clarus, Lædeus, Lacon, Tanagræus.

Phalara, Atticæ oppidum in Maliaco sinu, à Phalaro amne Ithomæ Minervæ proximo, Plin. lib. 4. cap. 7.

Phalaris, φάλαρις, tyrannus

fuit Agrigentinorum crudelis & immanis, ut à Cicerone lib. 2. offic. vocatur, qui ob sævitiam à suis tauro æneo, quo Perillum artificem, & alios prius suffocaverat inclusus & crematus est. Ovid in Ibin.

Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta.
More bovis Phario clausus in ære gemas.

Meminit ejus etiam Valer. Maxim. lib. 9. cap. 2. Cic. in Verr. & lib. 2. Offic. Juven. Satyr. 8. Persius Satyr. 3. & Ovid. 5. trist. eleg. 1. & lib. 1. de Arte. Vide etiam suprà Perillus Locum fecit proverbio, φαλάριδος ἀρχὴ, id est,

Phalaridis imperium.

quod de tyrannico imperio dicitur.

POETICE.

Phalaris:

Crudelis, Trux, Ferox, Siculus, tyrannus. Cruoris amans, Qui torruit falsum bovem lento igne. Qui Perilli violenti membra tauro torruit. Cujus juvenci æra genuerunt. Qui reos jussit in ære Perillæo mugitus edere & ore bovis queri Qui repertorem torruit suâ arte. Qui lento igne torruit magistrum, dum precium tulit immanis ingenij.

Phalera, orum, φάληρα τά, portus est Athenis celeber. à quo Demetrius Phalareus cognominatus est. Vide *Plin*. lib. 4. cap. 7.

Phalerium, Φαλέριον, Tyrrhenæ Hetruriæ urbs, Inde Phalerius, a, um, Stephan.

Phalisci, vide Falisci.

Phalora, Φαλώρη, Thessaliæ urbs Stephan.

Phanæus, Φαναῖος, capo mastico, mons est in Chio insula ferax optimi vini à rege ejusdem nominis sic dictus. Mantuan.

Antiqui decus excessura Phanæi.

Meminit & Virgil. lib. 2. Georg.

Phanes, Φάνης, vir Halicarnasseus, qui cùm diu in Amasis Ægyptiaci regis amacitia & societate fuisset, tandem accusatus ex Ægypto in Persas transfugit ad Cambysem, cui etiam à consilijs fuit. Herodot. lib. 2.

Phanesij, Φανήσιοι, populi in Insulis Oceani septentrionalibus, auribus oblongis, de quibus Solinus.

Phaon, Φάων, pulcerrimus hominum fuit, quem inter lactucas Venus occultavit. Scribunt oblatum ei ab ipsa Venere unguenti alabastrum, quo cum se oblevisset, omnium formosissimus factus est, proptereaq; adamatus à Mytilenæorum mulieribus sed maximè à Sappho poetria Scamandronymæ filia. Forma ejus ab Ovidio describitur.

POETICE.

Phaon:

Formosus, Pulcer, Conspicuus, Marmoreus, Durus, Insigni forma. Petitus à multis. Quem mille mulieres ambierunt. Cui facies invidiosa oculis. Meritis formæ Phœbus.

Pharæ, Φαραί, Cretæ urbs à Misenijs condita. Plin. lib. 4. cap. 2.

Pharao, pri. bre. Φαραώ, פַּרְעֹה, Ægypti Rex fuit antiquissimus, à cujus nomine reliqui omnes ad Salomonis usq; tempora Pharaones dicti sunt, Pharao enim Ægyptiaca lingua regem sonat, ut testatur Iosephus.

Pharaonis, qui persequens Israelitas in mari rubro submersus est, proprium nomen Chencres fuit.

POETICE.

Poster. Chener. scil.

Pharo.

Rex Pharius.

Pharius dux.

Pharius tyrannus.

Pharao:

Impius, Immitis, inexorabilis, Durus, Temerarius, Furiosus, Paratonius, Rex immanis. Qui Rex erat Ægypti, Insanus tyrannus.

Turpis

Turpis ante oculos hominũ & Dei. Extinctus æquoreis aquis. Qui tumidis in undis submersus factus est esca æquoreis piscibus. Qui furijs agitatus secutus est Israelitas. Qui obrutus mari piscibus esca jacuit. Qui submersus Erithræo salo piscibus esca natavit. Qui mersus est tumidis in undis. Multo milite cinctus. Furijs agitatus Qui correptus rapida vertigine torti fluctus obrutus est sævo mari. Qui nimium crudeliter ursit Isacidas. Cujus barbara sævities nescivit habere modum. Cujus dura colla Deus contrivit, & in ima tumidi freti mersit: Qui perijt mersus rubro quondam gurgite. Qui Pelagi vorticibus haustus est. Qui mersus est in ima rubri freti. Qui subsedit in æquore, ubi gens Deo dilecta tutum carpsit iter per medium mare: Ægypti quondam Dominus. Armatus rex, qui in æquore rapido mersus est. Qui instructis turmis gentem Israelitida urgens insecutus est per medias aquas. Qui temerarius perijt in medijs undis. Qui funera potans in medijs aquis perijt refluis undis. Mersus tumidas sub undas, quando Isacidæ traijcerent vada sicca. Absorptus tumido freto, cum Deus Isacidam gentem ex dubio discrimine duxit per attonitum mare refluis aquis. Mersus in rubro turbine ponti. Quẽ Deus mersit voragine reflui ponti, quâ castra sua transtulerat sicco pede. Qui infelix revoluto ponti turbine correptus exhalavit vitam in undis. Quem celer vortex hausit irato in æquore. Quẽ infidum æquor conversis fluctibus obruit. Qui luctantem animam media æquoris unda vomuit. Qui pelagi vorticibus in se reversis sub æquore mersus est. Quem profunda vorago ponti inexplicabili gurgite hausit. Cujus arma, currus & exercitum omnem Deus obruit inhospitalibus fluctibus asperi maris. Quem rex ætheris immersit sub vorticosis fluctibus rubri æquoris. Quem salis æstus hausit. Quem Deus justissimus ultor perdidit immersum reductis undis.

Pharetrius mons. mons Concordiæ. der Köchersberg.

Pharia. Φαρία, Ptol. & Plin. insula, in qua & ejusdem nominis urbs, quæ Dalmatiæ adjacet. Ptol. lib. 2. cap. 17. Dicitur & Pharos, Φάρος, Strab. Hinc Pharius.

Pharmaculæ Φαρμακοῦσαι, duæ Insulæ sunt juxta regionem Atticam, in mari Ægæo

Pharnax, nacis. pen are. Φάρναξ, Mithridatis filius, in bello adversus Pompejum victus à Cæsare, qui de eo postea illud jactavit: Veni, vidi, vici, Nam simul atq; vidit hostem, vicit, & instar fulminis uno, & non toto prælio obtrivit. Meminit ejus Suetonius & Florus.

Pharos, prim. brev. Φάρος, insula est Ægypti oblonga & parva contra Nili ostia Alexandriæ opposita, nunc continenti cōjuncta, in qua Ptolemæus Rex Ægypti fecit turrim latissimam inter septem miracula mundi cōnumeratam talentis 800. eum in usum, ut ignes nocturnos nautarum cursui ostenderet. Ejus operis architectus fuit Sostratus. Nominis autē hoc accepit à nauclero Menelai ibidem sepulto. Ab Ovidio palmifera appellatur. Quia palmis abundat. Vide Plutarch.

POETICE

Pharos:

Excelsa, Nocturna, Clara, Nuda, Palmifera, Ptolemæa. Cujus de vertice lampas ardet. Cujus vertex lumen præbet, Iactans pendula Mausolæa. Quæ eduxit monumenta splendida, amœnis signis.

Arphariades, Tauri montis pars una est, Plin, lib. 5. cap. 27.

Pharsalia, Φαρσαλία, Thessalia, quæ aliàs Pyrrhia, Æmonia, Æmathia, vel Macedonia dicitur.

Pharsalus, Φάρσαλος, seu Pharsalum, Græciæ urbs in regione Thessalica. Hinc Pharsalius & Pharsalicus, a, um, ut pugna Pharsalica in campis Philippicis, ad oppidum hoc Pharsalum, ubi Cæsar & Pompejus cōgressi sunt. Descripta est ea pugna à Lucano.

Pharusij, Φαρούσιοι, vel Pharusi, populi Africæ ultra Mauritaniam quondam Persæ, de quibus Plin. lib. 5. cap. 8. & Pompon. lib. 1. & 3. sub finem.

Phaselis, Φασηλίς, urbs Pamphyliæ in monte sita, piratarum olim perfugium, de qua copiosè Cicero in Verrem. act. 6.

Phasis, is, vel idis, Φᾶσις, prim. long. fluvius Colchorum maximus & celebratissimus, qui ex Armeno monte oriens in Euxinum mare defluit. Plin. lib. 6. cap 4. Lucan. lib. 3. Ex hoc fluvio Phasiani notæ aves ab Argonautis ad nos traducuntur. Columell. lib 8. cap. 8. Strab. lib. 11.

POETICE.

Phasiaca aqua.
Phasidis unda rapida.
Phasidis amnis.
Phasidos unda.

Phasis:
Gelidus, Rapidus, Asper, Altus, *Horridus*, Nivosus, Ponticus, Limosus, Ferus, Magnus, Cœnosus, Barbarus, Scythicus, In æquor delabens. Qui rura Colchorum ditissima facit. Petitus Graijs viris.

Est & Phasis urbs Colchorum emporium celeberrimum. *Hinc* Medea dicitur Phasias. Ovid. lib. 2. de Arte.

Barbara per natos Phasias ulta suos.

Et Phasius, a, um.

Phemonoe, Φημονόη, virgo prima Apollinis Delphici vates fuisse scribitur, carmenque Heroicum invenisse. Autor Pausan. Est & nomen Phœbados cujusdam Lucano lib. 5. Aliqui filiam Phœbi fuisse dicunt.

Pheneum, Φηνεία, Stephan. Arcadiæ oppidum, in quo herba Moly remedium contra omnis generis veneficia efficacissimum nascitur. Testis est Plin. lib. 25. cap. 4.

Pheneus, Φενεός, Arcadiæ lacus est, cujus aqua noctu noxia, interdiu verò salutaris esse dicitur. Ovid. lib. 15.

POETICE.

Pheneus:
Dubius, Mirandus, Varians. Ambiguis suspectus aquis.

Est locus Arcadiæ Pheneum dixere priores.

Pheræ, Φεραί, vulgò Cerami di, Thessaliæ oppidum, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, à quo & Pheræus appellatus est. Plin. lib. 4. cap. 8. & Cicer. lib. 1. de divinatione. Appellatur & Plinio lib. 4. cap. 5. locus & oppidum in Achaia. Eodem autem libro cap. 7. oppidum Atticæ inter Megaram & Thebas. Hinc Pheræus, a, um, id est Thessalus.

Pherecrates, Φερεκράτης, Atheniensis poeta comicus, qui sub Alexandro M. militavit. Suid.

Pherecydes, Φερεκύδης, penult. lon. Philosophus & Poeta Syrius, præceptor Pythagoræ, Cicer. 1. de divination. Diogenes Laertius Pittaci auditorem fuisse scribit. Suidas verò αὐτοδίδακτον ipsum fuisse, & ex mutis magistris multa assecutum testatur. Extinctus est Phthiriasi. Fuit & alius hoc nomine Atheniensis & Philosophus, superiore antiquior qui Theogoniam scripsit.

Pherenice, pen. long. Φερενίκη, mulieris nomen, quæ ad Olympicum certamen filium suum duxit, & victorem eundem reduxit. Vide Ælian. lib. 10. de varia historia.

Phidias, Φειδίας, pictor & statuarius, artifex nunquam satis laudatus, qui Jovem Olympium, & Romæ in porticibus Octaviæ, Venerem præterea & Nemesin apud Rhamnuntem fecit. Hinc Phidiacus, a, um. Φειδιακός. pen. brev. ut Phidiaca manus. Ovid. l. 4. de Ponto.

Phidippus, Φείδιππος, vir quidam Thessalus cujus meminit Homerus. Est & proprium senis avari apud Terentium in Hecyra.

Phila, Φίλα, Macedoniæ urbs à Demetrio Antigoni filio condita. Est & insula in mari Gallico. Pl. l.3. c. 5.

Philadelphia. Φιλαδελφία, Lydiæ urbs, ad radices Tmoli montis, est inter eas urbes, quibus Johannes Apocalypsin suam dedicavit. Srrabo eam ponit in Mysia proxima Lydiæ quam terræ motibus vexari dicit ad finem lib. 12.

Philadelphus, Φιλάδελφος, Ptolomæus ille dicebatur rex Ægypti, qui bibliothecam Alexandriæ libros 50000. continentem instruxit, & libros Mosaicos per 70. interpretes ex Ebraico in Græcum sermonem verti curavit.

Philæ, arum, pri. brev. Φίλαι, aspera & undiq; prærupta insula Ægypto adjacens. Lucan. lib. 10.

Philæni, Φιλαινοι, duo fratres fuerunt Carthaginenses, qui pro Reipublicæ suæ ampliatione se vivos sepeliri passi sunt. Cùm enim inter Carthaginenses & Cyrenenses diuturna fuisset concertatio de agrorum finibus: tandem ita pacti sunt, ut ex utraque urbe duo viri certo tempore exirent, & ubicunque sibi obviam venirent, ibi utriusq; urbis finis statueretur. Ex Carthagine igitur urbe missi duo fratres Philæni longê processerunt in Cyrenensium fines antequam illi advenirent. Tandem cùm & Cyrenenses venissent, seq; præventos vidissent, graviter indignati proposuerunt Philænis, ut nisi retrocederent, vivi illic infoderentur. Quod cùm factum esset, Carthaginenses in perpetuam rei memoriam *Philænis* aras constituerunt. Vide Solin. c. 20.

Philagrus, Φιλάγρος, Sophista Cilix, Lolliani auditor, admodum iracundus. Dormitanti enim quandoq; auditori colaphum infregisse dicitur Cælius lib. 11. c. 4].

Philamon, pri. brev. Φιλάμμων Apollinis filius ex Chione nympha fuit, carmine & cithara celebris, Vide suprà Chione. Ovid. lib. 11.

Philemon, Φιλήμων, Comicus

poeta Menandro. Quintiliani judicio, proximus inter cujus sententias & hæc est:

Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα.

Id est:

Insanimus omnes cum irascimur.

POETICE

Philemon:

Doctus, Celebris. Natus è Phœbo. Clarus carmine vocali & Cithara.

Philesius, Apollinis cognomen autore Bocatio lib. 5. Sunt & Philesia templa Apollini consecrata, eodem autore.

Philetas, prim. brev. Φιλητὰς Grammaticus Criticus & poeta ex Coo Insula. Ptolemæi Philadelphi præceptor, elegias, epigrammata, & alia scripsit. Carminibus Battidem puellam celebravit, quam adamavit, unde Ovid. lib. 1. trist.

Nec tantum Coo Battis amata suo.

Corpore scribitur fuisse adeò tenui, ut necesse fuerit plantis ejus plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur, cujus meminit Politian. in Nutricia.

POETICE.

Philetas:

Poeta Cous, Gracili corpore. Musa Coi poetæ.

Philides, nutrior quidam equorum fuit, de quo Plutarch. in Themist.

Philippi, orum φίλιπποι, metropolis Macedoniæ, venis metallicis abundans, a Philippo rege Macedonum Alexandri M. patre, qui eam ampliavit, sic dicta cùm Crenides antea diceretur. Iuxta hac sunt campi Philippici, in quibus primò Cæsar & Pompejus, postea Augustus & Cassius pugnarunt. Virgil. Georgic. Meminit & Ovid. lib. 15. Metamorph. ubi inquit:

Æmatiiq; iterum madefient cæde Philippi.

Hinc Philippenses, ad quos Paulus scripsit.

Philippides, Φιλιππίδης, poeta comicus, non in postremis ponendus ætate jam provecta, cùm in poetarum certamine præter omnem spem palmam reportasset, gaudio repentino extinctus est, id quod Diagore Rhodio etiam accidisse dicitur. Suid.

Philippus, φίλιππος, rex Macedonum, pater Alexandri Magni, qui multis jam urbibus & regionibus imperio suo subjectis, ne ob felicem rerum successum insolesceret injunxit alicui, se quotidiè, vesperi & manè clara voce hisce alloqueretur verbis:

Philippe, memento hominem te esse natum,

id eſt, ne efferas de ob res præclarè geſtas. Quia homo es, & propterea multo infortunio infinitisq; ferè periculis expoſitus. Id quod experientia docuit. Interfectus in poſtea eſt à ſatellite Pauſania adhuc adoleſcente natus annos 47. Idem hic rex tantus epiſtolam ſcripſit, eruditam ad Ariſtotelẽ & rogavit eum, ut inſtitueret filium ſuum Alexandrum M. In qua epiſtola ſcripſit, ſe non tâm lætari, natum ſibi filium ingenio acuto quàm eum natum eſſe tempore Ariſtotelis, à quo honeſtis diſciplinis imbui póſſet. Juvenal Satyr. 12.

Biberat quo callidus emtor Olynthi.

Urbem enim Olynthum Philippus delevit auro corruptis cuſtodibus. Fuit & alius hoc nomine Alexandri medicus, de quo Curtius lib. 2. Alius item orator, adverſarius Craſſi, de quo Cicero lib. 3. de oratore Philippeus Φιλίππειος. ſeu Philippicus, aut Philippus etjam aureus fuit nummus cujus crebrò mentionem facit. Plautus **Ein Philips gülden**. Hor. lib. 2. epiſt.

Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

POETICE.

Philippus:

Clarus, Amyntiades.

Philiſtion, Φιλιστίων, Nicæus Poeta Comicus, quem riſu nimio extinctum ſcribunt. Emicuit Socratis ætate.

Philix, Domitiani principis nutrix fuit, de qua Sueton.

Phillyra, Chironis Centauri mater, a qua Chiron Phillyrides dictus, a more Servio apud Virg. 3. Georg.

Philo, Φίλων, princeps Academiæ Clitomachi diſcipulus Romæ profeſſus eſt. Hic ubi cum Athenienſium optimatibus, Mithridatico bello domo pulſus profugiſſet, Romamq; veniſſet, totum ei ſe Cicero tradidit. Alius hoc nomine Judæus Alexandrinus fuit Platonis, æmulator, & alter Plato, quemadmodum de eo Græci teſtantur.

Ἢ πλάτων φιλωνίζει ἢ φίλων πλατωνίζει.

Aut Plato Philonem imitatur aut Philo Platonem.

Id quod allegoricῶς torqueri poterit ad quoſvis inter ſe admodum ſimiles. Floruit temporibus Cæſaris & Augusti. & Hebræorùm illuſtrium vitas ſcripſit, Et alia, Ejus inter cætera hæc ſunt:

Κόρου ὕβρις ἔγγονος, Id eſt:

Saturitatis germana comes petulantia eſt.

Et hoc:

Τὸ βίαιον ὀλιγοχρόνιον, id eſt.

Violentum modico durat tempore,

Philochorus, Φιλόχορος, Atheniensis vates fuit multijugæ doctrinæ, qui multa scripsit. Extinctus est Eratosthenis tempore Suid.

Philocles, is, Φιλοκλῆς Atheniensis poeta tragicus, sororis Æschili filius, de quo Suid.

Philocrates, Φιλοκράτης, vir Atheniensis, proditionis nota infamis, apud Demosthenem.

Philoctetes, ctetis, vel ctetæ, pen, lon. Φιλοκτήτης, Pæanti filius, & comes Herculis, cui idem moriens sagittas duas hydræ veneno tinctas reliquit, quarum una cùm ad bellum Trojanum una cùm Græcis proficisceretur, vulneratus est adeò graviter ut coactus sit commorari in Insula Lemno, ubi maximo dolore cruciatus est, ita ut ipsa etiam saxa gemitu suo movisse dicatur. Tandem tamen à Machaone medico sanatus est. Troiâ verò expugnatâ, pudore, ne in patriam eger rediret, impeditus Calabriam petijt, ibique Periliam oppidum condidit cujus Virgil. Meminit lib. 3. Æneid. ab Ovid. lib. 13. Laertiades & lib. 5. trist. Pæantias, item Pæantiades vocatur, quòd nimirum Pæante satus sit.

POETICE.

Pæantia proles.
Pæantius heros.
Philoctetes celebris, durus Ictus ab angue.
Philoctetes cujus magna est fama vulnere suo.

Philœnorum aræ, Φιλαίνων βωμοὶ, Sunt aræ duobus fratribus Carthaginensibus Philœnis extructæ in Africa inter Carthaginem & Cyrenem. Vide suprà Philœni.

Philolaus, Φιλόλαος, Philosophus quidam Pythagoricus fuit, Alius hoc nomine Corinthius fuit Alcinoæ filius qui Thebanis leges constituit. Vide de eo Aristotel, 2. Politic.

Philomela, pen. long. Φιλομήλη, Athenarum regis Pandionis filia & soror Prognes. Quæ ubi à Thracum rege Tereo Prognes marito vitiata fuisset tandem (ut fabulæ habent) in avem sui nominis, quæ luscinia dicitur, conversa est. Nec unquam desistit dulcissimo injuriam qua affecta est, cantu deflere. Progne autem re comperta indignata Ityn filium, ex Tereo susceptum, interfecit & marito} comedendum apposuit. Tandem etiã & Progne & Tereus in aves mutati sunt. hic in upupã, illa in hirundinem. Monet autem Terei & Prognes fabula

fabula, affectus animi impetuosos, qui ad immanitatem homines impellunt, frenandos esse. Impetu autem Venereo, & ulciscendi cupiditate, maximè homines immanes redduntur. Ac Tyrannus sordibus libidinum contaminatus rectè in upupam cōversus fingitur, quod nihil hac ave sit fœdius, Per duas autem sorores, oratoriam, & poeticam, quæ prope sorores h. e. cognatæ sint, intelligi volunt. Hirundinem n. urbanæ eloquentiæ conferunt, Philomelam verò eloquentiæ nemorali & poetarum, qui sylvis & locis á Musis atque Dijs celebratis gaudent. Vide Vallam de voluptate, lib. 3. Vide & Ovid. lib. 7. Metam Vbi historiam hanc persequitur.

POETICE.

Pandionia volucris.
Cecropis ales.
Daulias ales.
Ædonis.
Ismaria pellex.
Attica pellex.

Philomela:

Tristis, infelix, Getica, Garrula, Torva, Regis filia, Flens infandum nefas. Pandione nata. Flens scelus dulci carmine. Vitiata crimine perfidi Terei. Cui impurus Tereus fœda fraude vim fecit, Studiosa sancti pudoris. Querens scelus Ismarij tyranni. Deflens Terei perfidiam, & scelerata facta. Quæ flebilis arguto ore queritur scelus immitis tyranni. Deflens suum pudorem. Cui lingua resecta excidit ante pedes.

Philopæmenes sive Philopæmen, Φιλοποίμην, Suid. Megapolitanus, Acheorum dux præstātissimus, qui multis cladibus Lacedæmonios & Messenios afflixit. Vide Plutarchum & Livium lib. 5. in bello Macedonico.

Philostratus, Φιλόστρατος, Lemnius Severi principis temporibus, ejusq; uxoris Iuliæ epistolarum magister. Philostratus hujus pater Neronis tempore Athenis docuit, de quo Suid. Philostratus tertius, superioris filius Athenis docuit, de quo Suidas.

Philoxenus, Φιλόξενος, Philosophus fuit, qui ut diuturnior esset cibi potusq; voluptas, gruis sibi collum exoptavit. Philoxenus alius Grammaticus Alexandrinus fuit, de quo Suid. Philoxenus, Eretriensis pictor, Nicomachi discipulus fuit, de quo Plin. lib. 35. cap. 10. Philoxenus poeta Lyricus Æacidarum genealogiam Lyrico carmine scripsit, de quo Suid.

Phineus pri. long. Φινεὺς. Rex fuit Arcadiæ ditissimus, & admodum avarus, qui cùm

filijs uxoris secundæ suasu & impulsu, oculos eruisset, ira divina ipse cæcus factus est, & Harpyiæ ades rapacissimæ à Dijs immissæ cibos ejus, aut turpissimè fœdarunt, aut planè rapuerunt. Quas demum Zetus & Galais humaniter & prolixè à Phineo accepti ad Strophades insulas fugârunt. Meminit. Veler. Flac. lib. 4. & Ovid. lib. 1. de arte amandi. Vide & infrà Strophades.

POETICE.

Phineus:

Fatidicus, Locuples, Tenax, Cretus Agenore. Rex inclytus Odrysiæ oræ. Qui senectam traxit perpetua sub nocte. Qui immeritis natis lumina sua fodit. Qui gnatis non meritis lumina ademit. Quem aves dapibus frauderunt. Quo præcipiente columbe data est præ via & dux Palladiæ rati.

Phison, Φίσων, seu Pison, פִּשׁוֹן unus ex fluvijs Paradisum rigantibus, qui Indiam circuit, & à nostris Ganges dicitur. Habet appellationem ab incremento aquarum, & inundatione. Est enim à פוש id est, dispersus est, in amplitudinem excrevit. Nam & Plinius lib. 5. Naturalis historiæ in eum unde viginti amnes fluere testatur. Vide Genes. 2. & Joseph lib. 1, c. 2.

Phla, Insula in Tridonide palude grandi, de qua Herod. lib. 4.

Phlanotes, Φλάνοτες, populi in Illyria, de quibus Plin. lib. 3. cap. 21.

Phlegethon, pri. & pen. brev. Φλεγέθων, fluvius infernalis ab ardore dictus, φλέγω enim est ardeo. Hinc Phlegethontæus, Phlegethontis, idis patronym. apud Ovid. Vide plura in prima parte, Hellisch wasser.

Phlegon, Φλέγων, unus ex equis Solis, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, id est, ab ardendo. Vide Æthon. Phlegon item Trallianus, Augusti, vel, ut alij volunt, Adriani libertus, scripsit Olympiadum historiam lib. 16. Suid.

Phlegra, Φλέγρα, Macedoniæ urbs, de qua Plin. lib. 4. cap. 10. in Macedoniæ descriptione. Hinc Phlægræus, a, um, φλεγραῖος, ut Phlegræi campi quorum duo fuere alter in Thessalea, ubi Gigantes Dijs bellum moverunt, sed à Jove fulminati sunt: alter in campania juxta Cumas, in quo (ut fabulantur) Gigantes ac Hercule victi sunt, illicq; sepulti quoties anhelant, terram quatiunt. Vide Plinium & Strabon. Meminit & Silius libro 12. Dicti autem sunt isti campi à φλέγειν, quod est ardere. Est enim ibi sulphurea terra.

Phle-

Phlegyas, Φλεγύας, Φλεγύης, vel Φλεγύς, filius Martis Lapitharum, rex, pater Ixionis, filiam habuit Coronidem nympham, quam Apollo vitiavit, unde Æsculapium suscepit. Ob quod stuprum Phlegyas indignatus templum Apollinis Delphis incendit. Id quod Apollo indignè ferens sagittis Phlegyam interfecit, insuper & ad inferos detrusit, ubi hac pœna afficitur, ut sub ingenti saxo ruinam minitante sempet illud casurum suspicetur & timeat. A quo Phlegiæ populi sunt Thessaliæ, à Phlegyam hoc cognominati, qui cum sacrilegi essent, Deorumq; & hominum contemtores ab irato Neptuno immisso diluvio sunt sunt submersi, quorum apud ipseros meminit. Virg. lib. 6.

Phlegyasq; miserrimus omnes
Admonet, &c.

Phlius, untis, Φλίυς, urbs est Peloponnesi, ubi eximiæ colitur Hebe. Strab. lib. 8.

Phocæa Φόκαια, urbs Phrygiæ Athenienfium colonia item Cariæ, urbs Hinc Phocæenses & Phocaenses incolæ.

Phocenses seu *Phocæi*, Φωκαιεῖς, Ionum populi fuerunt, qui ob multa mala communi sensu patrium solum reliquerunt, adacti devotionibus atq; execrationib. quibusdam, ne quisquam usquam de repentenda patria cogitaret. Unde in proverbiũ abijt: Φωκέων ἀρὰ id est. *Phocensium execratio.* De juramento multis vinculis astricto.

Phocion, Φωκίων, Athenienfis ex optimis illis Græcis quos pauperrimos fuisse Ælianus scripsit, unus post multa in Rempubl. Athenienfium merita pro laude invidiam pro gratia odium reportavit, imò mortis tandem damnatus est. Meminit ejus Plutarch in Phocione, & Apopht.

Phocis, idis, penult. correpr. Φωκὶς, parva Græciæ regio Corinthiaco finui contermina, in qua est oppidum Delphi, item Helicon & Parnasus, montes, fons Castallius, Cephisus amnis, & Apollinis templum. Phocenses dicuntur populi. Hinc & Phocanus, a, um, Ovid. de Ponte.

POETICE.

Phocæa rura.
Phocidis regio.

Phocis:

Sonora, Obliqua, Trifida, Parva Danubij.

Phocus, φῶκος, Æaci filius fuit qui æacides vocatur ab Ovid. lib. 7. & Nercius juvenis ab eodem.

Phocusa insula una ey Sporadibus, Plin. lib. cap. 12.

Phœbas, adis, Φοιβὰς, sacerdos Phœbi & mulier vaticinans autore Servio.

POETICE.

Phœbas:

Saucia, exululata, vates Apollinis, Non sentiens vulnus.

Phœbe, es, Φοίβη, luna dicitur Virg. 1. Georg.

Vento semper rubet aurea Phœbe.

Vide plura in prima parte: **Mon oder Mond.**

Phœbus, Φοῖβος, dicitur Apollo divinationis & sapientiæ. Deus, Musarum præses lux vitæ à φῶς & βίος. Ad Solem enim refertur. Tribuitur etiam ipsi medendi potestas, idq; ideò, quòd (ut Macrob. in primò Saturnal. refert) temperatus Solis calor morborum omnium causa sit. Dicata est eidem & laurus quod vatum præses sit. Vide de eo Polydor. Virg. lib. 1. c. 20. de rerum invent. Claud. 1. lib. de raptu, & Ovid. lib. 1. Metam. Vide etiam in prima parte: **Gott der Musicken/oder des Gesanges**, & sequentib. aliquos tit. Hinc Phœbeus, penult. producta, & Phœbeius adject. ut Phœbeja lampas, id est, Sol, Phœbeius juvenis, id est, Æsculapius apud Ovid. Sic Phœbeia munera.

Phœmon, Arcadiæ lacus est, cujus aqua noctu perniciosa interdiu salutaris est, teste Ovid. 15. Metam. ubi inquit:

Est lacus Arcadiæ Phœmon dixére priores, &c.

Phœmonoe, filia Phœbi, & vates quæ teste Hesiodo in Thegon carmen. heroicum cecinit Stat. lib. 2. Syl.

Referetq; arcana pudicos Phœmonoe fontes

Est & Phœbados cujusdam nomen apud Lucan. lib. 5. cùm inquit:

Phœmonoen errare vagam, curisq; vagantem.

Phœnicia, Φοινικία, vel Phœnice, es, Φοινίκη, Asiæ regio, pars Syriæ contigua Palæstinæ sive Judææ in qua Tyrus & Sydon sunt urbes, & montes Carmelus ac Lybanus thuriferi. Mentio fit Phœnices Actor. 11. 15. 21. Hinc Phœniceus adject. color **Braun Purpur farbe** In Tyro enim Purpura tingebatur laudatissima, & Phœnissus, ut, Dido Phœnissa apud Virg. A Didone enim ex Phœnicia deducta est Colonia in Africam unde Pœni orti sunt, seu gens Punica, quæ cum Romanis de orbis terrarum imperio dimicavit. Phœnices Φοίνικες dicuntur populi, qui primi literas invenisse scribuntur Plinio autore de quibus proverb.

Phœnicum pacta.
Id est, astuta & insidiosa.
Phœnissa mulier ex Phœnicia.

POETICE

Thyria orta

Phœnix, φοῖνιξ, filius Agenoris frater Cadmi, qui Phœnicibus imperavit, â quo etiam Phœnicia nomen sortita est. Alius fuit Phœnix, Achillis præceptor, & Amyntoris filius unde & Amyntorides appellatur, ab Ovid. in Ibin. Est & Phœnix Thessaliæ fluvius, qui in Asorum delabitur. Est præterea aliàs hoc nomine avis, Arabica solitaria, aquilæ magnitudine, de qua Pli. & Jul. Cæs. Scal. l. de subtil. Exercit 233. sub finem. Seneca lib. 4. epistol. Claud. lib 2. de rapt. Proserpin. Ovid. item 15. Metam. & lib. 2. Amor. eleg. 6.

POETICE.

Avis quæ gravi senio victa construit provida fragrantes nidos, ut post funera sua vivat.

Unicus ales, qui Assyrijs odoribus vivit, & usq; nascitur iterum exuvijs suis.

phœnix:

Vivax, unica semper avis. Qui exutus senium, & nitidus juventa surgit à funere puniceis plumis. Ales ille unicus, qui senium deponit, ut novus & nitidus juventa rursus exurgat a funere. Qui ubi turpe irrepsit senium, congerit sibi altum rogum ramis felicibus summo in colle, ponitq; senectam in morte, ibiq; novus continuò exoritur & nitidus juventa cristis effulget, & alis versicolorib.

Pholoe, φολόη, pen. brev, Arcadiæ mons est opacus, sylvosus & nivosus, in quo centauri morati sunt, de quo Claudian. & Lucan. lib. 7. Est etiam famulæ cujusdam nomen apud Virg. lib. 5.

Olli serva datur operum haud ignara Minervæ.
Cressa genus Pholoe, &c.

Pholus, φόλος, Centaurorum unus, Ixionis & Nubis filius, qui expugnatum Centauros pergentem Herculem hospitio suscepit. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, de quo Virgil. 2. Georg.

Letho domuit Rhætumq; Pholumq;.

Phorbas antis, φόρβας, Ilionei Troiani hominis eloquentissimi Æneæ in fuga Comitis pater: Mercurio Deo eloquentiæ favente semper pugnavit. Unde Virgil. 5. Æneid.

Puppiq; Deus consedit in alta.

Phorbanti similis, fuditq; has ore loquelas, &c.

Alius fuit Phorbas Argivorum rex: Alius item pastor Polybij Corinthiorum regis.

Phorcus, & Phorcys, φόρκυς, filius fuis Neptuni & Thoosæ nymphæ rex Corsicæ & Sardiniæ insularum. Hic ab Atlante navali præiio victus submersus est, quem superstites postea socij in Deum marinum mutatum dixerunt eiq; divinos honores fecerunt. Virgil. 5. Æneid.

Tritonesq; citi Phorciq; exercitus omnis, &c.

Alius fuit Phorcys Medusæ pater, a quo Phorcynis, nidis & Phorcys, idis, patronymica pro ipsa Medusa, apud Ovid. & Propert.

Phormio, φορμίων, Crotoniata dux, à quo Lacedæmonij navali bello sunt superati, de quo Theopompus in Philippicis Phormio dux Atheniensium in bello Peloponnesiaco, de quo Thucyd. l. 2. Phormio, Philosophus Peripateticus, cujus Cicero meminit lib. 2. de Oratore. Phormio item apud Terentium parasitus est & exemplum simulatorum, qui aliud loquuntur, aliud sentiunt, à φορμὸς, id est, tegenicula.

Phormus φόρμος, Comicus fuit Syracusanus, qui septem docuit fabulas, quæ ab Athenæo commemorantur. Vixit temporibus Gelonis tyranni, cui etiam familiaris fuit.

Phoroneus, φορωνεὺς, trib. syl. Argivorum rex: a quo ipsi Phoronei nomen sunt sortiti. Hinc Phoronides, φορωνίδης, patron. masculin. & Phoronis, idis, fœminin. Atq; hoc nomine Inachi filia Io ab Ovidio appellatur, cùm inquit:

Nec Superûm rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre potest, &c.

Pharaortes, φαραόρτης, Indorex sobrietatis & temperantiæ nomine commendabilis. Vide de eo Philostrat. in vita Apollonij.

Phrygia, vide suprà, **Phrygien**.

Phryne, φρύνη meretrix fuit pud Athenas, de qua Quintilian. lib. 2. c. cap. 15. poetis Succuba appellatur.

Phrynichus, φρύνιχος, Atheniensis tragicus, cujus filius fuit Polyphradmones poeta & ipse tragicus. Alius hoc nomine fuit Atheniensis Comicus, Alius præterea ejusdem nominis sophista Bithynicus fuit Vide de his Suid.

Phryxus, φρύξος, Athamantis regis Thebarum filius fraterq;

terq; Helles, ut scribit Hesiodus qui cum patris furorem, & insidias novercales ferre non possent. fugientes arietem aurei velleris conscenderunt, eoq; vectore Asiam perituri mare intrârunt. Helle verò cùm maris angustias transferat edeberet, puellari more exterrita ab ariete in pontum decidit & perijt. Unde postea pars illa maris Hellesponti nomen sortita est. Phryxus aurem incolumis Colchos pervenit, & arietem Jovi immolavit, velusq; aureum in templo suspendit, quod postea Jason adjutus ope Medeæ abstulit, Aries verò inter sidera relatus pristinam effigiem tenuit, qui â Phryxo Phryxeus appellatur, in quo cum Sol existit, æquinoctium fit vernum. Mediam product. habet. Ovid 7. Metam.

Dumq; adeunt regem, Phryxeaq; vellera poscunt.

POETICE.

Phryxus:

Proles Athamantis. Quem aurea ovis, lanigero vellere tutum vexit per freta tristia.

Phtia, Φθία. Thessaliæ oppidum populosum, Achillis patria, à qua Phtium Achillem Horatius dixit. Vide Servium apud Virg. 1. Æneid. Hinc Phtius, Φθῖος. & Phtiota, Φθιώτης, aliquis ex Phtia, Phtiotis, Φθιῶτις verò dicta est una ex quatuor Italiæ partibus, autore Strabone lib. 9.

Phitographi, populi sunt, quibus à sordibus & fame nomen datum est, de quibus Plin. lib. 11.

Phycus, untis, Φυκοῦς, promontorium Cyrenarum, autore Plin. lib. 4. cap. 12.

Phyleus, Φυλεύς ex Græcorum ducibus, qui Trojam navigârunt, unus, de quo Hom. & Ovid. 8 Metam.

Phyllis, Φύλλις, regina Thracum fuit, & Lycurgi Thracum regis filia, teste Servio. Hæc Demophoonta Thesei Athenarum regis filium ab expeditione Trojana redeuntem, tempestateq; ad eam actum & hospitio & lecto suscepit ea tamen conditione, ut matrimonio ipsam sibi copularet, quod etjam pollicitus est, dummodò liceret sibi Athenas proficisci & rex suas componere, quoniam de interitu fratris Mnesthi nuncium accepisset. Tandem Phyllide assentiente, statuto temporis termino Demophoon Athenas profectus est. Verùm cùm tardior esset ad reditum, illa amoris impatientia, sive quod sperni se

De-

Demophoonte existimaret: laqueo finivit vitam, & in arborem Amygdalum folijs carentem conversa est. Mox verò reversus Demophoon cùm re cognita amplexus arborem & deosculatus esset, folia quasi intellecto sponsi amore emittentem conspexit, quæ ab ipsa Phyllide Phylla sunt dicta. Vide Servium eclog. 5. Est etiam Phyllis, Bithyniæ fluvius à quo Phylli, Phyllienses que dicuntur. Strab.

POETICE.

Phyllis;

Impatiens, Dives, Misera, Misella, Frondifera, Rhodopeja, Threicia, Sythonis, Honesta, Tenens regna Lycurgi. Quæ præbuit ipsa manus neci. Quam Demophoon amavit & lusit, Decepta blandis verbis, & lacrymis Demophoōtis. Quæ Demophonti longis erroribus acto hospitium dedit. Quam sylvæ depositis comis flesse dicuntur. Quam sylva flevit positis comis. Quæ Demophoonti subjecit latissima Lycurgi regna. Vix satis apta regi fœmineo nomine. Quæ Demophoonti egenti multa dedit munera. Quam Demophoon letho dedit.

Phytecusa, hodie Ischia. Thyrrheni maris insula, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Inarime Homer. Ænaria Plinio dicitur.

Picentes, Italiæ populi supra Rubiconem, supra Anconam siti, qui Picentini πικεντινοί jam dicuntur. Strab. lib. 5.

Picenum, pen. lon. πικηνὸς, vulgò Marca d'Acona, Italiæ regio, in qua est Ascalum, à pico ave denominata, quòd Sabini, cùm Ascalum proficiscerentur, in vexillo eorum Picus consederit. Hodiè Marchia Anconitana dicitur. Hinc Pincenus & Picentinus. Picentes & Picentini.

Pictones, πίκτονες, vulgò Ceux de poitou. Galliæ populi. Ptol. lib. 7. c. 7. Horum metropolis olim Pictavia fuit urbs celebri Academia hodiè insignis.

Picumnus πίκυμνος, Deus quidam fuit, quem Romani in suis sacris adhibere consuêrant. Macer in Theog.

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Picus, Saturni filius & Latinorum rex fuit, Adamatus est à Pomona Pomorum Dea: propter quod à Circe, quæ ejusdem amore ardebat, & negligebatur, in picum avem conversus est. Hoc autem ideò fingitur, quia augur fuit: & domi picum habuit, per quem futura noscebat, id quod Pontificiales libri indicant, Picum enim

avem in augurijs adhibere olim consueverunt. Ovid, lib. 14. Metam. maritum Cyrces fuisse tradit, cui assentit Virgil. 7. Æneid.

Picus equum domitor, &c.

Pidytes, πηδύτης, vir fuit Percosius, quem in bello Trojano Ulysses interemit, teste Homer. Iliad.

Pieria, πιερία, mons Bœotiæ Musis sacer. & civitas.

Pierides, Musæ, de quibus jam monebimus, singulare Pieris, idis. ô Pieri est.

Pierus, πίερος, pen. brev. vir quidam fuit, cui, ut Ovidius 5. Metam. scribit novem fuêre filiæ, ex Evippe, sive, ut alij legunt, Avippe, uxore, quæ nimium ob fastum ipsas etiam Musas ad carminum certamen provocare non dubitârunt: Sed superatæ ab ijsdem in picas sunt transformatæ. Unde postea Musæ earum nomen sunt consecutæ, Pieridesq; cognominatæ: quamvis alij à Pieria, quæ est Macedoniæ regio, sic dictas velint, alij à Pierij montis amœnitate ac solitudine, quòd locis eæ secretis, & à vulgi strepitu semotis studiorum liberalium ratione gaudeant. Per novem autem Pierij filias in picas mutatas intelligũtur versificatores vel literatores inepti & arrogantes, qui ostentantes & jactitantes ingenium suum, alijs longè doctioribus odiosè obstrepunt. Picæ enim aves sunt garrulæ quidem, sed minimè tamen canoræ. Hinc Pierius, ut, Carmen Pierium.

Pigres, etis. πίγρης, Poeta quidam fuit, frater Artemisiæ uxoris Mausoli Suid.

Pigmalion, vide infrà, Pygmalion,

Pilumnus, filius Iovis, pater verò Dauni fuit. Cùm enim Acrisij filia Danae ad Apulum fortè littus acta, & à pastore unà cum Perseo parvulo ad Pilumnum delata esset, ipse genere cognito uxorem eam duxit, & Daunum filium ex ea suscepit. Virgil. 10. Æneid.

Cui Pilumnus avus, cui Diva Venilia mater.

Invenit hic Pilumnus, Servio teste, pinsendi frumenti rationem, unde & à pistoribus colitur, Pilumq; ab eo denominatum. Fratrem habuit Pitumnum, à quo stercorandorum agrorum usus primùm est inventus. Unde & Sterquilinij nomen cacepit.

Pimpla, æ, πίμπλα, Thraciæ mons & locus est teste Strabone lib. 10. Hinc Pimpleus, pen. prod. πίμπλειος; ut, Mons Pimpleus apud Catull. & Pimpleis, ut Musæ Pimpleides, quæ & Pimpleæ,

pleæ, à Pimpla, hoc monte, vel, ut alij volunt, à fonte Macedoniæ Pimpleo, propter unicam liquoris ejus subtilitatem. Meminit hujus fontis Martial. lib. 12.

Pinarius & Potitius, duo senes, quos Hercules, qua ratione coli vellet, edocuit, ut nimirum matutino & vespertino tempore ei sacrificaretur. Matutino itaque sacrificio perfecto, ubi circa Solis occubitū sacra jam essent repetenda, Potitius prior advenit. Pinarius postea extis jam reddidis. Ob moram istam Hercules indignatus statuit, ut Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitijs, & complentibus sacra. Vnde & Pinarij dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνας, id est, à fame. Senem enim illum Pinarium alio nuncupatum nomine constat. Vide Servium in Virgilij illud. lib. 8.

Primusq; Potitius autor
Et Domus Herculei custos
Pinaria sacri.

De his Fenestella.

Pindarus, pen. bre. πίνδαρος, Thebanus poeta Lyricorum princeps, μεγαλοφωνότατος ille, Xerxis Persarum regis & Æschyli tempore emicuit. Multa scripsit, quæ injuria temporum interjerunt. Extant adhuc ejus Olympia, Pythia, Nemea & Isthmia, opera insignia; Penatibus ipsius parci jussit Alexander, cum Thebas everteret, & in omnes sine discrimine sæviret, de quo plura vide in dictione Thebæ. Expirasse fertur obdormiscens in gremio pueri adamati Valerio teste. Vide de eo Athenæ. Suid. Plutar. Quintilian. lib. 10. instit. orat. & Horat. lib. 4. carmin. Hinc Pindaricus, a, um, ut, Pindaricica lyra, os Pindaricum.

POETICE.

Pindarus:

Gravis, Inimitabilis, Thebanus, Athrivagus, Eloquij flumine valens. Mira præstans gravitate. Qui immensus ore profundo ruit velut amnis monte decurrens. Quem imbres aluêre super ripas notas. Deos & reges canens. Qui Lyrica Camœna modulatus est arguta carmina Phœbo digna. Qui cecinit, ut justa morte ociderint bimembres Centauri, & flamma sævæ Chimeræ.

Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus fuit, de quo Ælianus de var. histor.

Pindus, πίνδος, in Thessaliæ finibus mons est, Apollini & Musis sacer. Propertius lib. 3. Perrhebum appellat à Perrhebe urbe vel Perrhe-

bis Thessaliæ populis, qui Lapithárum potentia fracti in loca montana Pindi Thessaliæ montivicina profugerunt.

POETICE.

Pindi apex non adeundus.
Iuga ardua Pindi.
Cacumina Pindi.

Pindus:

Nubifer, Gelidus, Nivalis, Pinnifer, Celsus. Thrax, Perrhebus. Astris inserens caput. Inter nubila caput caput.

Est & hoc nomine Thessaliæ oppidum à Pindo monte sic appellatum, juxta quod eiusdem nominis fluvius in Cephisum decurrens labitur.

Pinna, πίννα, Vestinorum, qui prægutiis magis sunt orientales, in Italia urbs, hodie Penna, Inde pindenses populi, Plin.lib.3.cap.12.

Pinifer mons, Der Fichtenberg zwischen Bamberg vnd Nürnberg. Dicuntur etiam Sudeti montes.

Pintia, πιντία, Hispaniæ urbs, alias vallis Oletana. Vide Ptol.lib.2.cap.6.

Pinton, insula est ex Cuniculariis, inter Sardiniam & Corsicam.

Pinytus, πινυτὸς, Grammaticus Romæ nobilis fuit unà cum Epaphrodito Neronis liberto, Pausan.

Piones, πίονες, populi in Mysia Asiæ, quæ supra Caicum amnem sita est.

Piquentum, Istriæ urbs Ptol. lib.3.cap.1.

Piræeus & πειραιεὺς, Piræum, Piræeum, & Piræa, ac Piræea plural. apud Ovid. portus Athenarum, & emporium duorum millium passuum, recenti muro Athenis junctus, quadringentarum navium capax, vulgò porto liene. Vide Gellium lib.2.cap. 21. Vadian. & Strabonem initio libr. 9. Propertius etiam portum Pyræum adiectivè dixit, & littora Piræa Ovid. 6. Metamorph.

Pirithous, pen. brev. πειρίθοος vel Perithous, Lapitharum rex Ixionis filius, nō ex nube, ut hæteri Centauri, sed ex uxore. Scribunt hunc arctissimo amicitiæ vinculo Theseo Atheniensi iunctum fuisse, cum quo ubi defuncta conjuge Hippodame ad inferos Proserpinam Plutonis coniugem ablatum descendisset, à Cerbero cane tricipiti devoratus à Poetis fingitur, ut Seneca in Hercule furente scribit. Alij tamen scribunt, ipsum à Cerbero primo impetu interfectum esse, Theseum verò adjuvare ipsum volentē captum, & à Dite detentum, sed postea ab Hercule liberatum Superisq; restitutum esse. Ovid.lib.1.trist.

Thesea Pirithoum non tam
sensisset amicum,
Si non informes vivus adisset
aquas,

Claudian. in Ruff. lib. 1. de Ruffin.

Talem progenies hominum si
prisca tulisset
Pirithoum fugeret Theseus,
offensus Orestem
Desereret Pilades: odisset Ca-
stora Pollux.

POETICE.

Ixionides.
Ixione natus.
Træzenius heros.

Pirithous:

Audax. Fidus. Constans in amore. Qui devinctum sibi Thesea dilexit.

Pirous heros quidam fuit, de quo Homer. lib 1. Iliad.

Pirus, filius Lambrasi, & princeps Thracum, qui ad bellum Trojanum profectus ab Ætolorum rege Thvante interfectus est, teste Homero lib. Iliad. 4.

Pisa, πίσα, prim. long. Arcadiæ urbs, Oenomai regia quam Alpheus amnis præterfluit, ubi quinto quoq; anno ludi Currules exercebantur, Vide suprà Ovid.

Ah quam penè Pelops Pisæo
concidit axe,
Dum spectat vultus Hippoda-
mia tuos,

Vide suprà Olympia.

Pisæ, arum, Italiæ urbs, quam ex Pisa Arcadiæ urbe profecti condiderunt. Virgil. lib. 10. Pisani incolæ dicuntur.

Pisandrus, πείσανδρος, Camireus poeta fuit tempore Eumolpi: Pisandrus alter Lycaonius, sub Alexandro Mammeæ versificator. Pisandrus tertius Nestoris filius, Suid.

Pisaurus, πίσαυρος, Umbriæ fluvius, à quo Pisaurum civitas ipsi adjacens nomen habet.

Piseus, πισεύς, Tyrrhenus æneam invenisse tubam dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56.

Pisidia, πισιδία, pri. & secund. bre. Asiæ minoris regio inter Lycaoniam & Isauriam. Pisidiæ populi.

Pisinoe Sirenum una est, Vide infrà.

Pisistratus, πεισίστρατος, Atheniensis tyrannus eloquentia clarus tempore Servij Tulli regis Romani, qui primus Athenis bibliothecam instituit. Artes enim liberales maxime fovit. Vide Gell. & Trogum lib. 2. Fuit & alius hoc nomine Nestoris & Euridices filius, quem pater dedit in socium Telemacho Ulyssis filio volenti ire Lacedæmoniam, Menelaum, nunquid de Ulysse aliquid sciret interrogaturus.

Pisones, πείσωνες, nobiles Romani è Calphurniorum prosapia fuêre, quæ à Numa rege descendit. Calphurnius enim Numæ filius fuit teste Festo, & Horatio in arte poetica, ubi ita ad Pisones:

Vos ô Popilius sanguis.

Dicti sunt vel à Pisendo, id est, purgando, vel à Piso, quod Pisa optimè sererent.

Pistoria, πιστωρία, Italiæ urbs, inter Florentiam & Lucam. A Ptolomæo lib. 3. cap. 1. inter. Thusciæ mediterraneas ponitur. Hinc Pistoriensis.

Pitane, pri. & sec. bre. πιτάνη, vel Pithania Æolidis oppidum est in Asia non procul à flumine Calco, Arcesilæ Academici patria, de quo Mela. & Ovid. 7. Melam. Hinc Pitanæi πιτανᾶοι & Pitanitæ, πιτανίται. Est & hoc nomine Laconiæ oppidum Hermolao apud Plin. autore cujus incolæ Pitanitæ vocantur.

Pithecusa, pri. bre. ante pen. & pen. lon. πιθηκῦσα, insula in mari Thyrreno non procul ab ostio Tyberis, aliàs Ænaria & inarime, nunc vulgo Ischia dicitur. In hujus summitate oppidum fuit Pithecusæ. Ovid.

Inarimem, Prochitemq́; legit sterilesq́; locatas.
Colle Pithecusas, &c.

POETICE.

Pithecusa:

Habitantum nomina dicta.

Pitheus maternus avus Thesei, qui Troezeni regnavit.

Hinc Pitheis, patronymic. & Pitheius, a, um, Ovid in epist.

Hec tecum Troezena colam
Pitheia regna

Pitho prim. long. πειθώ, οῦς, persuadendi Dea, quam Suadelam Horat. & Poetica mella, Ennius Suadam. Quintilianus persuadendi Deam Cicero leporem appellant: Göttin der beredung/ überredung. Vide plura in 1. parte Göttin der wolredenheit.

Pithodemus, pen. long. πειθόδημος, insignis luctator fuit, cujus statuam Dinomenes fecit. Plin. lib. 34. cap. 8.

Pithumnus, vide supra dictionem Pilumnus.

Pittacus, πιτ]ακὸς penult. brev. Philosoph, Mitylenæus, unus ex 7. sapientibus Græciæ, Crœsi regis tempore, cujus inter cætera hæc sunt.

Εγγύη πάρα δ' ἄτη.

Sponde, noxa præstò est.

Quod Germani ita: Bürgen solman Würgen.

ἀργὸς, μὴ ἴσθι. ἀνιαρὸν δ' ἀργία.

Id est:

Ociosus ne fueris, molesta enim res est ocium.

Placentia, πλακεντία, Italicè Placenza, Italiæ urbs in Gallia Trogata ad amnem Trebium Plin. lib. 3 cap. 15.

Placia, πλάκη, Steph. Cyzicum Mileſiorum oppidum Plin. lib. 4. cap. ultimo.

Planaria, Plin. lib. 3. cap. 6. inſula in mari Liguſtico, non procul à Corſica, dicta ita à ſpecie æquali freto, ideoq; navigijs fallax.

Planaſia, πλανασία, Ptolem. lib. 3. cap. 1. inſula in mari Tyrrheno vel Thuſco, non procul ab Ilva.

Plancus, cui plani pedes ſunt à Planca, ſive Plania, quo vocabulum, Feſto autore planam tabulam ſignificat. Dictus autem eſt hoc nomine Romanus, cujus epiſtolæ luculenter ſcriptæ inter familiares Ciceronis habentur.

Platææ, πλάτεια, πλαταιαὶ, in multitudinis numero, inſula in mari Ægæo, quæ & Paros & Minoida dicitur. Vide Herodot. lib. 2. Eſt & eodem nomine Græciæ urbs in Bœotia ſub Citherone monte, non procul à Thebis. Stat. lib. 7. Thebaid.

Nunciat excubijs vigiles arſiſſe Platæas, &c.

Platæenſes, πλαταεῖς, populi dicti ſunt.

Plato, onis, pri. brev. πλάτων, Philoſopdus Athenieñſis, ſub finem ſecundæ monarchiæ,

Pl

cui parvulo in cunis dormienti cùm in labellis apes conſediſſent, reſpōſum fuit, ſingulari eum fore orationis ſuavitate. Cicer. 1. de divinat. A Numenio, Suida teſte, μωσῆς ἀττικίζων, quòd multa ex doctrina patrum & Sibyllarum eſſet ſuffuratus, dicebatur. Natum Athenis tradunt eo die, quo apud Delon Apollo. Platonis nomen datum eſt ipſi ob humerorum latitudinem, cùm antea ex avi paterni nomine Ariſtocles nominaretur, de quo Mantuan.

Clarus Ariſtocles humeris
Plato dictus ab amplis.

Adeò autem in omni diſciplinarum genere, præſertim in philoſophia excelluit, ut & divinus Plato, & Philoſophorum Homerus ſit appellatus. Ariſtotelem, quod is ab eò optimis quibuſque inſtructus ſcholam contra ipſum aperuiſſet, mulum appellavit, ingratitudinem ei hoc nomine obijciens. Muli enim lacte materno ſaturati calcibus matrem petunt. Ælian. Morbo perijt pediculari natus annos 81. Referunt ipſum ſententiarum ſcriptorem Sophronem adeò laudaſſe, ut non ſolùm vivens ſemper in manibus eum habuerit, verùm etiam moriturus jam capiti ſuppoſitum pulvini vice habuerit.

buerit. Idem quotidiè dijs immortalibus gratias egisse scribitur pro hisce tribus: 1. quod natus esset mas, non fœmina. 2. quod natus esset Græcus, non barbarus. 3. quod natus esset Socratis tempore. Multa extant ejus scripta, quibus nomen suum ab interitu vindicavit. Vide de eo Plutarch. Quintilian. & Ciceron. in Catone Majore, & in Procemio offic. 1. Meminit ejus etiam Augustinus, qui vitam ipsum cœlibem & castam egisse testatur. Porphyrius item, à quo θεὸς φιλοσόφων & Ammonius, à quo φιλοσόφων ὅμηρος, dicitur. Denique & Plutarchus, qui scribit, Ciceronem dicere solitum, Jovem, si Græcè loqui vellet Platonis ore locururum. Hinc Platonicus, a. um, ut, Philosophi Platonici. Ita:

Numeris Platonicis obscurus,

proverbialiter de scripto obscuro admodum dicitur, quòd Plato numeris Pythagoricis Philosophiam suam obscuret.

POETICE.

Plato:

Doctiloquus, Grandiloquus, Doctus, Divinus, Magnus, Insignis, Egregius, Clarus, Celebris, Sapiens, Aristonis natus. Qui hæc & illa adijt loca, ut astra disceret, & numeros. Cui nascenti lux prima orta fuit, cùm humus floret tempore medij veris. Cujus cunis apes sparserunt mella dulcia, ut numina læta darent eloquij omen.

Plato alter Atheniensis priscæ comœdiæ poeta fuit, de quo Suid. Alius etiam hoc nomine Philosophus Rhodius fuit, Panætij discipulus. Alius item Peripatericus, de Aristotelis ludo. Alius deniq; Proxiphanis discipulus.

Plautius, Comicus poeta de quo post Varronem Gell. li. 3. cap. 3.

Plautus, poeta Comicus patria Parsinas ex Umbria fuit, dictus à planicie pedū. Plauti enim ijdem olim dicti sunt, qui Planci. Operā primùm pistori locavit, ad comparandum victum in circumagendis molis illis, quas trusatiles vocant. Abundat egregijs sententijs & phrasibus, Cicero urbano, ingenioso, & facero genere jocandi refertum eum scripsit, & Varro ex Ælij Stolonis sententia Musas dixit Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui voluissent. Mortuus est paucis annis post Ennium anno mundi 5765. Vide de eo Gell. lib. 1. cap. 24. & lib. 3. cap. 3. Crinit. Cicer. Quintilian. Varron. & Læl. Hinc Plau-

tinus,a,um,ut, *Versus*, numeri Plautini apud Horat. in arte poetica.

POETICE.

Plautus:

Iocosus,Antiquus,Disertus, Facetus, Urbanus, Salibus refertus. Verbis facetis abundans. Qui scabram molam traxit, Cui faciles numeri, inops senecta & servile jugum fuit. Qui acerbo pressus labore dura pristina subijt, & circum citus egit ferventem molam in urbem.

Plaxura, Hesiodo in Theogonia teste, Nympha fuit. Oceani & Tethyos filia.

Pleias πλειὰς, αδ☉, ἡ, Pleides septem stellæ sunt in unum q. fasciculum conjunctæ in genu tauri, quæ circa æquinoctium vernum oriuntur cosmicè q. ortus navigationis tempus indicat, unde & Virgilianum ipsis nomen Latini tribuunt, à verni mirum temporis significatione quo navigatio incipitur, quemadmodum Græci à πλεῖν navigare nominant. Sunt autem pluviosæ & infestissimæ nautis. Oriuntur & eædem in autumno Achronicè. Poetæ filias fingunt Atlantis ex Pleione nympha cum quibus Jupiter concubuerit, & postmodum inter sidera retulisse, ne ab Orione, qui amore illatum captus, eas persequebatur, vim paterentur. Nomina etiam earum finxerunt, Electram, Alcinoen, Celeno, Meropen, Steropen, Tagetam, Majam: quarum septima (ut Aratus ait) vix cerni potest. Unde etiam Electram eam vocatam quidam autumant, Sunt qui pudore occultasse se dixerint, quòd cum aliæ Dijs nupsissent, sola Electra, mortali nupserit. Alij, quod Electra non tulerit spectare ruinas Trojæ manumq; ante oculus opposuerit, Vide Ovid. lib. 4. fastor. Ubi nomina eorum ponit, & cui unaquæque nupserit. Ostendit. Vide etiam plura in 1. parte: Sieben Sterne.

Pleine, nes, per tres syllab. media brev. πλειόνη, vel Pleione per quat. syllab. πλειόνη, nympha Oceani & Tethyos filia & uxor Atlantis, ex qua Pleiades suscepit, in Ovid. refert. 5. fast.

Duxerat Oceanus, &c.

POETICE.

Pleione

Lacida nimpha Atlantis.

Plemmyrium, πλημμύριον, Siciliæ fluvius apud Syracusas urbem, de quo Virgil. 3. Æneid.

Pleuron, πλευρὼν, urbs Ætoliæ & patria Melagri, Stat. lib. 4. Thebaid.

Fleta

Fletaq; cognatis avibus
Meleagria Pleuron.

Plinius secundus Veronensis πλήνιος, pri. long. vir fuit in defesso omninò studio, qui floruit temporibus Vespasiani Imperat. Cujus etiam negotia administravit. noctib. verò & succisivis horis, opus de rerum natura conscripsit, unus omnium parcissimus temporis. Dicere consuevit:

Perire omne tempus, quod
studiis non impertiretur

Perijt suffocatus fumo ex Vesevo, cum ad ejus incendij explorandas causas propius accessisset.

POETICE.

Plinius:

Doctus, Acutus, Sagax Acer ingenium, summa vigilantia. Qui totum orbem complectitur. Carpens omne autorum genus.

Plinius alius junior fuit, cujus eruditæ extant epistolæ Hinc Plinianus, a, um, ut pliniana descriptio. Plinianum dictum.

Plistonicus, πλειστόνικος, medici nomen de quo Athenæus. Fuit & Appion quidam cognominatus Plistonicus, non multo tempore *Plinio* superior, hic à Plin. sæpè citatur.

Plotæ, πλωταὶ duæ sunt Insulæ in mare Ionio, quæ Strophades (στροφάδες) etiam dicuntur, Virgil. lib. 3.

Plotina, πλωτίνη, conjunx Cæsaris Troiani, omni Virtutum genere insignis, quæ tonso capillo virum mentita conjugem comitata in exilium euntem infracto animo omnis generis miserias quantumvis aceras toleravit.

Plotinus πλωτῖνος, pen. long. Philosophus fuit è Platonica, familia Ægyptius natione qui libros 54. scripsit de Philosophicis rebus. Celebratur à doctis, ut alter Plato.

Plotius, Gallus Patria Lugdunensis, Romæ professus est quem dicendi præceptorem insignem vocat Quintilian. lib. 2. Et à quo Cicero, se literas Latinas unà cum fratre Quintio edoctum testatur in lib. de oratore.

Plutarchus πλούταρχος, Chæroroneus fuit *Philpsophus* & philologus sapientissimus, vis tempore Traini Cæsaris, apud quem in summa fuit existimatione. Scripsit Græcè vitas & res gestas illustrium virorum tùm apud Græcos, quàm Latinos, cujus scripti etiam Epitome extat. Scripsit & alia multa eaqune præclara omnia.

Plutarchus alter, Nestorij filius, Atheniensis Sophista fuit. Vide de utroq; Suid.

Pluto, onis, vel Pluton πλέτων Saturni regis ex Ope filius, frater Jovis & Neptuni, cui in regni divisione, pars occidentis obtigit. Quam fabulæ occasio fuit. Plutonem inferorum esse regem, uxoremque ejus Proserpinam Cereris filiam. Vide de eo Ciceron. lib. 2. de natura Deor. Claud. lib. 2. de rapt. Proserpinæ, & in 1. parte: Hellisch König.

Plysthenes, ut alij Phylistenes, Pelopis ex Hyppodamia filius, qui ubi juvenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos parvulos Atreo fratri commendavit: & ob id Atrei habiti, Atridæ sunt appellati, Vide supra.

Podalirius, ποδαλείριος, filius Aesculapij medicus præclarus, qui ex insula Creta ad Trojam vocatus fuit cum Machaone fratre, cum sævissimè inter eos grassaretur pestis, sic vocatus à pedum magnitudine. Meminit ejus Ovid. lib. 2. de arte amandi in fine & lib. 5. trist. eleg. 7. Ubi ita:

Quem semel excepit, nunquam Podalirius ægro,
Promissam medicæ non tulit artis opem.

POETICE.

Podalirius:

Doctus, Clarus, Præstans,

arte medendi, Qui medendi arte levare novit languida corpora morti fera tabe. Fuit & hoc nomine Italus quidam, de quo Virgil. lib. 12.

Podarge, es, ποδάργη, ex Harpijs una, fuit, ex qua Zephitus ventus Balium & Xantum Achillis equos progenuit.

Pœan, antis. ποίαν. Philoctetis pater unde & ipse Philoctetes Pæantij nomen accepit Ovid 5. trist.

Penè decem dotis aluit Pæantius annis
Post serum tumido virus ab angue datum.

Pœcilasium, ποικιλάσιον Gretæ urbs Ptol. lib. 3. cap. 17.

Pœcile, ποικίλη, Plin. lib. cap. 1. cap. 9. urbs Porticus clara Athenis, in qua Stoici Philosophabantur. Hanc Polygnotus Thasius gratuito pinxit, cùm partem ejus mercede pingeret Mycon.

Pœnus, Pœni Carthaginenses quasi Phœni dicti, qui ex Phœnicia oriundi Derivativum œ in u mutat; ut Punicùs, a, um, Virgil.

Punica regna fides.

Ita Punica bella, quæ Romani cum Carthaginensibus gesserunt, quorum tria in Romanorum historijs celebrantur. Et punica fides, pro fallaci ab ejus gentis peculiari.

culiari perfidia in proverbium abijt, meineydigkeit. Puniceus color. φοινικὸς. Braunroth. Punicanus adject. aliud apud Cicer. legitur in orat. pro Mur. Punicani lectuli, quibus Carthaginenſes uti ſolebant.

POETICE.

Pœni:

Infidi, Perfidi, Fallaces Rebelles, Leves, Truces, fœdifragi, Feroces, Sicci, Fulminei.

Pœonia, Europæ regio & Macedoniæ pars, à Pœone filio Endimionis ſic dicta, à quo Pœnes, populi, Stat.

Præterijt didici, quo Pœones arma rotatu. &c.

Poſteà à regis nomine Emathia apdellata. Interdũ pro Macedonia ponitur, ſicut Emathia cujus littoralis regio juxta Sithoniã & Themopontum Pallene vocatur. Unde Virgil.

Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reviſit Pallenem, &c.

Sunt qui rectius ſcribi putant Pœonia, per æ, παιονία. Hinc Pœonus, a, um, ut, Pœona terra Sabin.

Pola, oppidum eſt in Iſtria, ubi & Polaticus eſt ſinus: hanc olim à Colchis habitatam aiunt, ſed tandem Romanorum facta eſt Colonia, Plin. Poetæ ſcopuloſam Polam vocant.

Polemon, pen. bre. πολέμων, filius Philoſtrati, juvenis luxui deditus & valdè petulans fuit, qui cum ebrius aliquandò & coronatus in Xenocratis ſcholam irrupiſſet, Xenozrates omiſſa ſua diſputatione dicere cœpit de continentia & pudicitia, ut juvenẽ hunc de honeſtate moneret, ubi tantùm effecit, ut is vitã emendaret, & ſcholæ Xenocratis poſteà ſucceſſerit. Hor. libr. 2. ſermon Satyra. 3.

Quæro facias ne quod olim Mutatus Polemon? ponas inſignia morbi, &c.

Alius hoc nomine cognomento Hallaticus, Iliæus genere hiſtoricus nobiliſſimus fuit, Ariſtophanis Grãmatici æqualis, de quo Sui. Alius item hoc nomine è Laodicea Cariæ fuit, qui Smyrnæ vixit.

Polemonium, πωλεμώνιον, urbs Cappadociæ, vulgò Leona, Ptol. lib. 5. cap. 6.

Polentia πολεντία, Ptol. libr. 8. cap. 1. Liguriæ urbs, vulgò Palauza.

Polites, πολίτης, penult. long. Priami ex Hecuba filius à Pyrrho in patris conſpectu capta urbe interemtus, de quo Virgil. 2. Æn.

Ecce autem elapſus, &c.

 Pollio,

Pollio πωλίων, Asinius Pollio, orator Romæ præclarus, quem Horatius tragœdiarum & historiarum scriptorem fuisse testatur in sermonibus & Virgil.

Pollio & ipse facit nova carmina, &c.

Fuit hic Amicus Augusti, & patronus Virgilij, Prætergressus jam annum Centesimum, ubi ab Augusto Cæsare interrogaretur, qua ratione vires tàm validas, tam crudam viridemque senectam obtinuisset, respondisse dicitur,

Intus vino, foris oleo.

Ut enim vini modicus usus cor lætificat: ita oleo vnctum corpus nitet, ac vires concipit. Id quod Plinius etjam testatur his verbis:

Duo liquores corporibus humanis saluberrimi, intus vini, foris olei.

Pollux Julius, Grammaticus Naucratita sub commodo principe Athenis docuit, de quo Suid. Pollux alius filius fuit Lædæ, à Jove compressæ in cigni forma, frater Castoris & Helenæ. Hi duo fratres vocantur Tyndaridæ, quòd Tyndari filij crederentur. Post obitum uterq; in Deorum numerum relatus est. Cùm autem in vivis adhuc essent, indissolubilis inter eos fuit amicitia, & alter eorum Pollux nimirum immortalis cùm esset, nihilo tamen minus immortalitatem suam cum fratre mortali divisit. Quod ideò fingunt, poetæ quoniam duo sunt sidera, quorum altero occidente, alterum statim apparere incipit. Ea præcipue à nautis invocantur.

POETICE.

Lædea sidera.

Sidera fæcundæ Lædæ. Gemini cœlestia sidera fratres.

Lædœi fratres de gente Deorum.

Tyndaridæ fratres, hic eques ille pugil.

Tyndaridæ gemini præstantes cæstibus alter, alter equo. Ledæi fratres, concordia sidera.

Sidera geminorum fratrum.

Pileati
Amyclæi
Tyndaridæ
Therapnæi
Oebalij
Tyndarei

} fratres, quot mira junxit gratia.

Fratres Helenæ lucida sidera.

Ledæi Lacones, quos maxima concordia tenuit.

Lædæi Dij.

Oebalide gemini quos mutua cura devinxit.

qui

Pollux & Castor — qui fratres duo fuêre una mente quos gloria sua de terris evexit, ut inter sidera uterq; meritum acciperent locum.
Quos celebres placidus Juppiter multo dignatur honore.

Pollux:
Amyclæus: Dioscorus, Pius Castora amans insigni affectu. Qui alterū morte redemit fratrem. Bonus ense, & ausis fortibus belli. Qui fratrem Castora dilexit. Præstans cæstibus Frater magni Castoris.

Polus, Πῶλος, Agrigentinus Sophista, Gorgiæ auditor, de quo Philostrat. & Suid.

Polyænus, Πολύαινος, Rhetor Macedo fuit, qui de re militari octo libros scripsit. Fuit & alius hoc nomine Sardianus Cæsaris dictatoris & Antonij triumviri temporibus, qui de triumpho Parthico M. Antonij scripsit, orationes item judiciales.

Polybius, Πολύβιος, rex fuit Corinthiorum, qui Oedipum Laij regis Thebani filium à patre rejectum, & morti destinatum, ceu proprium filium amplexus fovit & educavit. Cùm enim Oedipus in alvo adhuc materno teneretur, & pater Lajus Apolllinem de nascitura prole consuleret, & ab oraculo percepisset, se à filio nascituro interfectum iri, natum puerum pastori armentorum suorum occidendum tradidit, qui dum ætatis miseretur, & regium imperium exequi oportet, parvuli pedes gladio perforavit, & vimine suspendit, ad arborem quasi inedia moriturum. Sed cum vagitu Phorbantem pastorem Polybij Corinthiorum Regis ad se puer traxisset, ille conscissis vinculis jam tumidum pedibus puerum cuidam largitus est, qui lætus ad Meropen uxorem Polybij regis liberis carentem pro magno munere detulit: illa una cum viro tanquam filium cœlitus missum paterna catitate suscepit, & à pedum tumore Oedipodem nominavit. Iam igitur adultus cùm audisset, non Polybij se filium, patrem perquirere statuit, & consulto oraculo accepit, se in Phocide patrem inventurum, & matrem in conjugem sumturum. Quo cum venisset, orta inter Phocenses seditione Laium conantem reprimere tumultum incognitum interfecit. Postremò tanquam oraculo lusus Thebas petens in itinere in Sphyngem incidit, quam cùm

cum problematibus solutis occidisset, Thebas intravit, & quoniam Polybij filius credebatur, Jocastem matrem inscius duxit in uxorem, & quatuor ex ea filios genuit. Alius hoc nomine Arcas fuit, historicus summus, orator maximus & Philosophus optimus, qui de re militari scripsit octo libros. Vide Stob. & Suid.

Polycletus, πολύκλειτος, penul. lon. insignis fuit statuarius, de quo Ælian. de var. historia.

Polycrates, πολυκράτης, penul. brev. & Sylosontes, fratres Samyorum tyranni quorum alter Polycrates, opibus & fortuna singulari clarus fuit ut etiam ob raram & inusitatam ipsius ἀτυχίαν, Amasis Rex Ægypti socius & confœderatus ipsi manere noluerit. Ut autem aliquid adversi Polycrates hic sentiret, annulum, in quo erat Smaragdus, quem inter κειμηλία, sua maximè amabat, volens & de industria sua abjecit in mare. Sed accidit, ut post paucos dies à piscatore eum receperit capto pisce, qui eum devoraverat. Quemadmodum verò omnia humana incerta sunt & fragilia, ut nemo ante obitum supremaque funera, dici possit beatus: ita hic Polycrates tandem ab Oronte Persarum satrapa, vel ut alij volunt, ab Oront[e] regis Darii præfecto dol[o] captus, & in altissimo mon[te] cruci affixus est, cum paulò ante filia ejus in so[m]nis visa esset, se cerner[e] patrem in aere sublimem Jove ablui, & à Sole inung[i]. Suspensum.n. ardores Soli[s] ita percoxerunt, ut liquefa[c]ta exstillaret à corpor[e] pinguedo, quæ cadaver ob[-]linebat, & cœlestes id vi[-]cissim pluviæ abluerent. Vi[-]de Herod. lib. 3. Fuit & aliu[s] hoc nomine Episcopus E[-]phesi, cujus epistolæ frag[-]mentũ recitatur ab Eusebi[o] lib 3. cap. 31. lib. 5. cap. 24.

Polydamas, antis, πολυδάμας Trojanus fuit, Panthoi fili[-]us, & Hectoris æqualis. Dares Phrygius scribit hun[c] noctu ad Græcorum castr[a] profectum Trojam prodi[-]disse. Alius hoc nomine Pã[n]cratiastes Herculem æmulatus est, de quo Pausan.

Polydectes, πολυδέκτης, filius Magnetis, rex Seriphi insulæ, à quo Jovis & Danaes filius Perseus educatus est, cujus tandem ingenium veritus, audaciamq; & felicitatem, sub sempiternæ gloriæ pretextu ad superandam Gorgonem Medusam illum compulit, qua devicta redeunti Perseo cum semper detraheret conversus est ab il-

lo in silicem monstrato capite Medusæ, de quo Ovid. lib. 5. Metam.

POETICE.

Polydectes:

In saxum mutatus. Rector parvæ Seriphi.

Polydora, πολύδωρα, nympha Oceani & Tethyos filia, Hesiodo in Theogonia. Est etiam hoc nomine Propontidis Insula, Plin. libro 6. cap. 32.

Polydorus, πολύδωρος, penult. long. Priami filius ex Hecuba, quem pater de statu Trojæ & belli eventu dubitans initio belli cum magna vi auri misit ad Polymnestorem Thraciæ Regem antiquum hospitem, amicum, & generum suum conservandum & nutriendum, ut si contingeret, Trojam capi, ipse genus & urbem instaurare posset. Sed destructa Troja, cæterisq; Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in littore spaciantem telis aggreditur, & frustrà fidem implorantem occidit, cadentiq; tumulum superinjecit, cui supercrevere myrti virgulta. Quod ubi Hecuba mater intellexisset, simulavit se ingens adhuc auri pondus velle illi secretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod avarus Rex verum existimans mox ad Hecubam profectus illius unguibus obcœcatus est, ut elegantissimè scribit Euripides in Hecuba, & Ovidius tetigit libr. 13. Metam. Extat tamen & alia de Polydoro opinio: nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepisse, Priamum autem redimentum filium Græcis pro eo dedisse urbem, quæ postea ab eventu Antandros dicta est, qua accepta illos nihilò tamen minus Polydorum lapidibus obruisse. Meminit Virg. lib. 3. Æneid.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtum mandarat alendum
Threicio regi, cum jam diffideret armis
Dardaniæ, cingiq; orbem obsidione videret,
Ille ut opes fractæ Teucrûm &
fortuna recessit,
Rex Agamemnonias victriciaq; secutus
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat & auro
V potitur, &c.

Hinc Polydoræus, a, um, apud Ovid. 13. Metam.

Et Polydoræo manantem sanguine terram.

POETICE.

Priamides:

Alumnus, Polymnestoris.

Fuit & alius hoc nomine Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia, in bello Trojano cum fratre Lycaone ab Achille interfectus.

Polignotus, Πολύγνωτος, antiquissimus pictor, qui in tenuitate picturæ excelluit, de quo Pausanias lib. 10. ita scribit: Polygnotus pinxit, Ocnum torquentem Spartam & Asinam propè rudentem. Quod sanè ænigma est ejus, cui si uxor sit prodiga inanem operam sumit. Meminit ejus etiam Quintili. lib. 12. de institutione oratoria & Plin. lib. 7. c. 35. Vide & suprà in dictione Pœcile.

Polymedia, oppidum Troadis adjacens Hellesponto, Plin. lib. 5. c. 3.

Polymnestor. Πολυμνήστωρ, vel Polynestor, ut quibusdam placet, Rex Thracum fuit tempore belli Trojani, auri avidissimus. Vide Paulò ante Polydorus. Meminit ejus & Virg. 3. Æneid.

Ille ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna, recessit.

Ovid. 13. Metam. Est ubi Troja fuit, &c.

POETICE.

Odrysius, id est, Thracius, Ismarus Rex.

Polymnestor:

Perfidus, Thrax, Immitis, Avarus, Impius, Rex Thracum impius Diræ cædis artifex, Interfector alumni. Assuetus prædæ. Qui hospes perdidit alumnum propter nimias opes. Scelus Polymnestoris. Qui ignarum doli puerum nil tale verentem obtruncavit. Qui arreptum ensem alumni sui jugulo demisit. Qui manus ad sceptra natas, & veniam precantes vulneravit.

Polymnia, Πολύμνεια, vel Polymneia, una ex Musis Poeticis, quam Horat. & Ovid. Polyhymniam dixerunt. Vide in prima partis initio Göttin der freyen Künste.

Polynices, is, Πολυνείκης, filius Oedipi, frater Etheoclis, de quo vide suprà Adrastus & Eteocles, Statius lib. 7. Theb.

Parcior ad cives Polynicis inhorruit ensis.

POETICE

Oedipodionides.

Echionius juvenis.

Thebanus juvenis.

Heros { Cadmejus. Ismenius. Acheloius.

Polynices:

Infandus Argivus Cadmæus, Dircæus, Lugendus fratri.

Polyphemus, pen. lon. Πολύφημος, Neptuni filius fuit, ex Cyclopibus unus ἑτερόφθαλμος, vescens humanis carnibus, qui Galatheam nympham adamavit, à qua spretus animi dolore Acin puerum, quem illa prætulerat, saxo interfecit. Ad hunc veniens aliquando Ulysses cum duodecim comitibus petit se recipi hospitio. Id quod sanè factum, sed postea Polyphemus Ulyssis aliquot socios interficiens ad saxum (ut Virgilius loquitur) fregit, & semiviva adhuc membra devoravit. Id videns Ulysses sibi jam, & reliquis socijs timuit. Adhæc etiam ipsi Ulyssi interitum minitatus dixit: Tu eris ultimus. Quod ipse audiens magis sibi timuit, & cogitavit: quomodo astu ipsius crudelitatem effugere posset. Largum igitur ipsi dedit vinum, quo exhausto inebriatus, cùm se facilè in somnium solvisset, Ulysses arctissimo somno devincti unicum istum, quem in fronte habuit, oculum effodit. Quod ille experrectus animadvertens, ingenti saxo antrum occlusit, ne quisquam exire posset. Ubi verò gregibus postea pascendis antrum aperire cogeretur, immanem inde lapidem amovit, & ne quis hostium simul egrederetur, exeuntes pecudes manibus palpabat. Quod animadvertens Ulysses, se & socios sub captis ligavit, & ita tuti evaserunt. Postea ubi reliqui Cyclopes vocati accessissent quærentes, quisnam oculum effodisset? Poliphemus respondit: Οὐδείς, (Ulysses enim antea Polyphemo dixerat, sibi nomen esse Οὔδεις, id est, nemo) Ibi socij eum irridentes responderunt:

Si nemo fecit, quare igitur ita clamitas?

Meminit Alciat. lib. 1. emblem. cap. 38.

Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri.
Hæc secum teneras concinit inter oves:
Pascite vos herbas, socijs ego pascar Achivis.
Postremũq; Utin viscera nostra ferent.
Audijt hæc Ithacus, Cyclopaq; lumine cassum
Reddidit en pœnas ut suus autor habet.

Et apud Virg. 2. Æneid. inquit Achimenides:

Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt.
Immemores socij vasto Cyclopis in antro,
Atq; inde antiquæ nomen feritatis

ritatis amabat,
Vbera præbuerat parvo lupa, corporis alti
Terribilis moles, mens aspera vultus in ira
Semper, & ad cædes Cyclopea corda libido, &c.

Monemur autem hinc, ne quis, licet etiam immanis & robustus Gigas perpetuam sibi felicitatem polliceatur, sed certò animum inducat, se immanitatis suæ aliquandò pœnas daturum, & inferiorum etiam vires metuat. Servius hac de re ita scribit: Multi Polyphemum dicunt unum habuisse oculum, alij duos alij tres. Sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit & ab hoc oculum in capite habuisse dicitur, id est, juxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verùm Ulysses eum prudentia superavit, & ob hoc eum cœcasse fingitur. Hæc Servius 3. Æneid. vide & Homer, in Odyssea, Cicer. lib. 5. Tusculan. quæstion. & 1. dialog. Marin. Luciani, ubi colloqui. Doris & Galathea, Item secundum, ubi excœcatur ab Ulysse.

POETICE
Polyphemus:

Ferus, Durus, Madidus, Ferox, Cœcus, Siculus. Trux, Atrox, Ætnæus, Ennæus, Immanis, Terribilis, Sublimi corpore, Immansuetus, Pastor Ætnæus, Neptunius. Incola rupis Ætneæ. Cui Telemus Eurymedes ante vaticinatus erat casus futuros. Non curans socios. Monstrum spectabile, Lumine fraudatus. Non visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Qui socios Ulyssis manu magna prensos devoravit. Monstrum horrendum informe, & ingens. Vasta se mole vovens. Soboles metuenda Thoosæ. Qui par scopulis humeris fuit, & vertice pulsans sidera. Cui somno vinoque sepulto Ithacus ademit fronte oculum socia ope. Qui fronte media gessit unum oculum, quem rapuit Ulysses. Cui compacta est fistula centum Arundinibus. Cui unicum fuit lumen in media fronte. Qui Jovem cœlum & fulmẽ penetrabile sprevit. Qui Ulyssis socios vastam in alvum demisit. Quo nihil magis horrendum Ætna senserat. Qui videns Galatæam siccantem æquorea in rupe capillos, exarsit, licet aliàs sævus. Qui inglorius rigidis arvis uno lumine lanigeras oves pavit. Qui leges sprevit, &

& amavit nephas. Qui nil curavit cœlestia, neque Deos, neq; æthereum Jovem. Cujus in fronte magnus oculi orbis fuit. Cui lumen ademit astutus Dulichius. Qui fremebundis dentibus attrivit artus humanos, & cruentam carnem, indignãte ingluvie voravit.

Polypoites, πολυποίτης, Pirithoi, & Hippodamiæ filius, teste. Homer. Iliad. 2.

Polytes, Priami ex Hecuba filius, capta Troja à Pyrrho interfectus, de quo Virgil. 2. Æneid.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de
cæde Polytes
Vnus natorum Priami per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, &c.

Polyxena, Πολυξένη, pen. brev. Priami filia fuit, & Hecubæ formosissima, cujus amore captus Achilles pacem promisit Trojanis, si eam haberet uxorem, quod cum exorasset à Priamo, venissetque cum illa in templum Apollinis ad contrahendum matrimonium, ibidem à Paride est interẽptus. Quare Pyrrhus Achillis filius in ultionem patris sui Polyxenam velut autorem mali, ad tumulum ipsius Achillis jugulavit, Ovid. 13. Metam.

Placet Achillæ os mactata Polyxena manes.

Virg. 3. Æneid. Priameiam virginem vocat. Hinc est Polyxenius, a, um, ut, Polyxenia sepulcra apud Catull. Vide plura de Polyxena in historia belli Trojani.

POETICE.

Polyxena:

Regia virgo. *P*riami regis filia. Fortis & infelix & plus quàm fœmina virgo.

Polyxenus, Πολύξενος, unus ex Græcorum ducibus, Hom. Iliad. 2.

Polyzelus, pen. lon. Πολύζηλος, Poeta Comicus Græcus, cujus fabulæ apud Suidam habentur.

Pomona fuit Dea Pomorum Die Öpffel Göttin / à Latinorum rege Pico adamata, propter quod Circe conjunx illum in sui nominis avem mutavit, ut suprà est ostensum. Calphur. eclog. 2.

Et matura mihi Pomona sub
arbore ludit.

Meminit hujus Deæ & Ovid. lib. 14. Metam.

POETICE.

Pomona:

Solers, cultrix fertorum, studiosa arborei fœtus. Hamadryas.

Pompeij, Italiæ oppidum in regione Campaniæ, juxta Sarnum amnem, qui ejusdem nominis populos alluit. Hinc Pompeianum prædium circa Pompeios.

Pom-

Pompeiopolis, πομπηιούπολις, ἢ πομπηιόπολις, urbs Ciliciæ, antea Sole dicta Pompon. Mel. lib. 1. in descript. Ciliciæ. Dicta est postea Troianopolis, Solino teste.

Pompeius Gn. vel Cn. Pompeius, nobilissimus Imperator fuit Romanus, multis felicissimè confectis bellis & victorijs clarus, unus deniq; ex præcipuis viris, qui inter Ethnicos eo tempore vixerunt, sed victus tandem pugna Pharsalica à Cæsare, & in fuga interfectus exemplum se constituit instabilitatis fortunæ, & quod magni viri accensant sibi suis erratis magnas sæpè miserias. Ejus caput cùm Cæsari exhiberetur, lachrymans ab eo oculos averrit. Sylla ipsi Magni cognomen tribuit. Et Cicero in claris Oratoribus virum ad omnia summa natum eum dicit. Et lib. 2. epistol. famil. epist. 7. ad Cælium de eo ita: Tantum habeto, civem esse egregium Pompeium, & ad omnia, quæ providenda sunt in repub. & animo & consilio paratum. Belli quod gessit cum Iulio Cæsare, quod duravit annos 4. causa προηγουμένη fuit utriusque invidia & æmulatio. Pompejus enim gloriæ Cæsaris, & Cæsar authoritati Pompeij invidit. Quam causam Lucan. lib. 1. belli Pharsalici assignat his versibus:

Stimulos dedit æmula virtus
Quemlibet actorum series, usúsq; laborum
Excitat impatiensq; loci fortuna secundi est.
Nec quenquam jam ferre potest Cæsáre priorem
Pompejúsve parem, quis justius induit arma
Scire nefas, magno se judice quisque tuetur.
Victrix causa Deo placuit, sed victa Catoni.

Deus victoria ostendit, se favere parti Cæsaris, sed econtra homines sapientes (qualis fuit Cato) statuerunt, Pompeij causam esse justam. Virg. lib. 2. Æneid.

Iacet ingens littore truncus
Avulsúmq; humeris caput, & sine nomine corpus.

Vide plura apud Florum. Lucan. Philipp. & Plutarch. in vita Pompeij. Hinc Pompejus, adject. quatuor syllabar. ut, Domus Pompeia apud Ovid. lib. 4. de Ponto: Et Pompejanus, a, um, ut Triumphi Pompeiani apud Lucan. Fuêre & alij hoc nomine

mine, de quibus Fest. Cic. Ovid. & alij.

Pompelon, Πομπέλων, Ptolem. lib. 2. c. 6. Mantua dicta, regni Navarræ caput.

Pomponius Atticus Πομπόνιος, eques Romanus nobilissimus fuit, ingenio excelllenti & humanitate præditus, dives & Ciceroni conjunctissimus, qui postquam vidit, Cinnæ tumultu rempublic. Romanam esse turbatam, Athenas secessit, ubi in omnium hominum gratia & admiratione diu vixit, ac propterea, quod Atticam linguam felicissimè didicit, Atticus cognominatus est. Sic enim Græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Mendacium neque dicebat, neq; pati poterat. Vide pluta apud Cornel. Nepot. in Pomp. Attici vita. Pomponij etiam duo Ciceronis tempore fuerunt, quorum alter L. Pomponius Bononiensis Artellanarum scriptor fuit, de quo Solin. Alter Cn. Pomponius orator lateribus pugnans, incitans animos, acer, acerbus, & criminosus fuit, de quo Cicer in orat. Julius item Pomp. secundus tempore Quintiliani inter Tragicos princeps fuit, de quo Quintil. Tacit. & Plin. lib. 14. c. 4. Pomponius Jurisconsultus ex Pandectarum libris notus Pomponius Mela denique præclaro de orbis situ opere notissimus.

Pontia, Ποντία, vulgò Ponzo, Insula maris Tyrrheni, non procul à Palmaria Ptolem. lib. 2. c. 1. Est & urbis eiusdem nomen. Pontiæ, sunt Insulæ in mari Thusco, Plin. lib. 6. c. 3.

Pontina palus, Ποντίνη vulgò limaruti, est Palus Italiæ juxta Appij forum, non procul à Taracina, distatq; ab urbe circiter 40. millia passuum Lucan. lib 3,

Et qua Pontinas via dividit
uda paludes.

Pontus, Πόντος, Nerei filius & Neptuni, unde Pontus mare dicitur, & proprie id, quod à Palude Mœotidis in Tenedum usq; protenditur, sed ubi primum in angustias contrahitur, à Tenedo incipiens post Helles (quod mare est prope Byzanticum) casum, Hellespontus dicitur Vide Hellespont. Ubi rursus se expandit, Propontis, idis. Ubi enim iterum arctatur, Thracus Bosphorus. Ubi rursus se effundit, Pontus Euxinus vocatur, qui paludi Mœotidi committitur. Ei paludi proxima insula est Tomos Ovidij exilio nobilitata. Vide suprà Bosphorus, Mœotis, & Propontis. Abusivè Pontus pro quovis mari a Poetis

ponitur à Ποντίζειν, Id est; mergere, vel a πόνος, id est, labor, quod navigatio res sit laboriosa & periculosa. Unde & illud:

Qui nescit orare, discat navigare.

Est & Pontus fœminin, Asiæ minoris provincia, extra Bosphorum Thracium, regnum quondam Mithridatis. Abundat venenosis herbis. Unde Virg. eclog. 8.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,

Ponticus, a, um, adject. ut Pontica tellus apud Ovid lib. 3. de Ponto.

POETICE.

Gelidæ aquæ Ponti.
Flumina vasta Ponti.

Pontus:

Dives, Ingens, Spatiosus. Vastus.

Pompilij, à Pompilijs diversi leguntur, quorum princeps M Pompilius, de quo Cicero in Bruto. Is cùm COS, esset. eodemq; tempore sacrificium publicum cum Læna face ret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & seditione nunciata, ut erat Læna amictus, ita in concionem venit & seditionem cùm autoritate, tùm oratione sedavit. Vide plura de eo apud apud. Liv. lib. 55.

Popilius, ad Antiochum, qui

Ptolemæum regem populi Romano amicum obsederat legatus est missus, indicatum, ut à Romani populi socijs abstineret, cunctantem & responsum differentem virga conscripsit, ne ultra spacium illud differendi exiret. Ibi territus Antiochus è bello abstinuit. Vide Valer. & Liv. lib 45. Popilius Tenas Ciceronem occidit cujus in causa tamen capitali Cicero fuerat defensor. Valer.

Populonia, æ, sive Populonium Ποπλώνιον, urbs Hetrusæ a mare extructa Pomp. Mel lib. 2, hodie Plumbinum dicitur. Virg lib. 10.

Sexcentos illi dederat Populonia, &c.

Hinc Ποπλώνιος, gentile.

Populonium, Thuscorum Promontorium Ptolem.

Porphyrion, nomen est cujusdam Gigantis, de quo Claudian.

Porphirion trepidam conatus vellere Delon
Scilicet ad Superos ut torqueat Improbus axes.

Est & alius hoc nomine qui in Horatium commentatus est.

Porphyrione Πορφυριώνη, insula est in Propontide ante Cizicum. Plin. lib. 5. cap. ultimo,

Por

Porphyris, Πορφυρὶς, pen. bre. Insula in sinu Laconico, ob insigne, quod in ea constructum fuit. Veneris templũ, Citherea postea appellata. Vide Plin. lib. 4. Porphyris nomen est Græcis purpurã denotans, unde Porphyriacus, a, um, pro purpureo accipitur. Ovid.

Et Porphyriacis figere labra genis.

Porphyrius, Πορφύριος, Philosophus Plotini discipulus, Christianorum, contra quos etiam scripsit, hostis acerrimus. Meminit ejus Suidas & Hieronymus.

Porsena, Πορσένας, penul. brev. Rex Hetruriæ fuit, qui Romam obsedit expulsum regem Tarquinium regno restituere volens, sed Romanorum, præsertim Mutij Scævolæ fortitudine deterritus, obsidione relicta in gratiam cum Romanis redijt. Legitur interdum & Porsenna geminato n ubi rationn positionis penultima produc. Meminit. Vir. 8.

POETICE.

Porsena:

Magnanimus, Fortis, Minax, Thuscus, Ethruscus, Qui Romam ingenti obsidionæ pressit.

Porta Augusta, Ptol. lib. 2. cap. 5. Hispan, urbs.

Portunus, vel Portunus Deus Marinus, qui portubus præest, de quo Ovid.

Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicit.

Meminit & Virgil. lib. 5. Hinc Portunalia, festa huic Deo dicata.

Porus, prim. long. Πῶρος, Indiæ Rex fuit, quatuor cubitis & palmo proceros Claud.

Aut nigri cecidit cum regia Pori.

Posidippus, Ποσείδιππος. Cassandrinus fuit, filius Cinissi, docuit anno à Menandri obitu tertio, Comicus sunt que ejus comœdiæ numero 30. Suid.

Posideum, sive possidium pen. lon. Ποσειδεῖον, Ptol. lib. 5. cap. 2. urbs Syriæ. Est etiam oppidum in Macedoniæ finibus. Est item Joniæ promontorium, cum oppido ejusdem nominis:

Posidonius, Ποσειδώνιος, Rhodius, Philosophus, Stoicus, discipulus & successor Panætij Romæ profitebatur, venit etiam Romam M. Marcelli tempore, scripsitque multa. Auditor ejus etiam Cicero fuit. Docebat, dolorem non esse dolorem, sed saltem opinionem, unde etjam ubi articulari morbo gravissimo laboraret, sæpius reiterasse scribit. hæc verba:

Nihil agis dolor quamvis sis molestus, nunquam te esse consitebor malum.

Posidonius Obiopalita historicus, quem Strabo scribit suo tempore fuisse, multa etiam scripsit, de quibus consule Suidam. Posidonius Africæ præsul Augustini contabernalis, cujus etiam vitam scripsit, & aliæ insuper, de quibus Ptolemæus Lucensis.

Posnonia, vide suprà, Bosnaw.

Possideum, Joniæ Promontorium est, Pomp. Mel. lib. 1. in Joniæ descriptione.

Posthumia, virgo Vestalis quæ propter elegantiorem cultum in Suspiconem incesti venit, & eo nomine apud Pontifices accusata est, verùm cum nihil præterea ad versus eam probaretur pontificis Maximi sententia absoluta est. Volaterr. Posthumia item Servij Sulpitij conjunx, cujus mentionem facit Cic. l. 4. epist.

A. Posthumius Albinus missus ad Jugurtham, ab eoq; corruptus auro patriam magno damno affecit. Idem de Vacæris & Lusitanis triumphavit, Livi lib. 64. Fuere etiam alij hoc nomine, de quibus Cæcil. & Liv. lib. 4. 9. & 22.

Potamus, Πόταμος, Plin. lib. 4. cap. 7. Atticæ oppidum.

Potentia, Ποτεντία, urbs Picenorum Ptol. lib. 3. c. 1.

Potidæa, Ποτίδαια, Plin. lib. 2. cap. 58. urbs Macedoniæ in finibus Thraciæ, Cassandria ante dicta.

Potina, Bœotiæ urbs, ex qua Glaucus fuit, & à qua Potinus dictus, teste Stephano. Est etiam fons prope Thebas Bœotias autore Strabone. Plinius tamen lib. 4. ca. 19. oppidum in Magnesia statuit, circa quam eodem teste, asini pasti rabioni redduntur.

Potitius, Ποτίτιος, & Pinarius duo senes fuêre qui ab Hercule interfecto Caco, & ara maxima ubi nunc Roma est, in honorem ipsius ab Evandro extructa sacerdotes constituti & quomodò coli vellet, edocti sunt, de plura vide supra in dictione Pinarius.

Potnia, Ποτνία, Bœotiæ urbs, non procul à Thebis, ubi Glaucus Sisyphi filius & Meropes habuit equas, quas ut eò cupidius in hostem irruerunt, humana alere carne consuerat. Ipsum verò deficientibus jam alimentis devorarunt. Id quod ideò fingitur, ut innuatur nimia illius in alendis equis profusio, qua omnibus se bonis exuerit. Sunt, qui Scribunt Glaucum equos, quo velociores essent, a coitu cohibuisse, ob quod Venus indignata furorē eis immiserit, que illi perciti Glaucum dilace-

lacerârint Meminit Virg. 3. Georg. Vide etiam supra Glâucus. Hinc Potniæus, & Potnias adis.

Practius, Πράκτιος, Ponti urbs unde, teste Homero, Trojanis auxilia missa sunt,

Prægutij, vulgò Abruzi, hodiè Præcutini, Ptol. lib. 3. c. 1. Italiæ populi, qui Orientales magis sunt Marsis.

Præneste neutr. & hæc Prænestis, πραίνεστος, vulgò Palestina urbs Italiæ non longè à Roma, Fortunæ templo quondam celebris. Servius nomen ipsum fecit à πρῖνος, ilex, quod ibi ea abundârit. Alij à Præneste Ulyssis nepote, alij quòd locus, in quo sita est, montib. præstet, dictam volunt. Condita autem dicitur à Cœculo Vulcani filio, quod & Virgil. sensisse videtur lib. 7.

Ne Prænestinæ, fundator defuit urbis.

Hinc Prænestinus, a, um, & prænestini incolæ.

Prasij, πράσιοι, Plin lib. 6. cap. 18. populi Indiæ.

Praxaspes, Πραξάσπης, vir Persa nobilis, qui Smerdim Cambysis fratrem jussu ipsius interemit, autore Hieron. Vide Herodot. lib. 3.

Praxiteles, pe. br. Πραξιτέλης, Statuarius fuit nobilissimus, qui scripsit volumina quinque operum nobilium in toto orbe. Scripsit idem inter cætera Venerem Gnidi, quæ in toto orbe præcipua habita est, multiq; ut eam viderent, Gnidum sunt profecti. Vide Plin. lib. 36. c. 5. Ptopert. l. 3.

Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

Hinc Praxitelus, a, um, adject. ut, Praxitelia capita apud Cic. de divinat.

Præpenissus, Mysiæ majoris urbs est in Mediterraneis.

Priamus, Πρίαμος, Laomedontis Trojani regis filius & Rex Troiæ in bello, quo à Græcis capta ea urbs, & diruta fuit, Hic post patris obitum Ilio testaurato, ac reno etiam latè ampliato, Hecubam Cissei regis Thraciæ uxorem duxit, ex qua 19. liberos suscepit, ex alijs verò fœminis triginta unum, ex quibus Paris repetiturus Hesionem sororem in Græciam profectus Menelao Helenam uxorem rapuit. Unde motum est bellum decennale à Græcis in Trojanos, in quo vidit filios suos ferè omnes, ab hostibus interfectos iri. Tandem capto Ilio & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est, propè aram Jovis Hercæi in sanguine Politis filii, ut est apud Virgil. lib. 2, Æneid.

Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiris.

Meminit & Cicero 1. Tuscul. Priamum tota progenie orbatum, cùm ad aram confugisset, hostilis manus interemit, & Seneca in Troiade.

Ille tot regum parens caret sepulchro Priamus & flamma indiget ardente Troja, &c.

Juvenal. item Satyr. 10.

Incolumi Troja Priamus venisset ad umbras
Assarici magni solennibus Hectore funus
Portante, &c.

Nomen autem Priamus habuit ab eventu, quod puer ab Hercule captus auro redemptus fuisset. πρίαμαι, emo antea enim Lycophrone, teste Podarces dictus fuit. Hinc Priamejus, ut, Hospes Priamejus, virgo, uxor Priameja, sceptra Priameja, sceptra Priameja Virg. pe. brev. πριαμίδης patronymic, ut Hector, Deiphobus Priamides, apud Virg.

POETICE.

Laomedontiades.

Priamus:

Potens, Dives, Dardanius, Pulcer. Præclarus.

Dardanius, Sceptra tenens Asiæ Natorum funera plangens Cui ara Hercæi Jovis nihil profuit. Sortitus novissima tempora Trojæ. Quem doctus Homerus extulit innumeris laudibus.

Priaponnesus, Πριαπόννησος, Plin lib. 5. c. 31. Insula est in sinu Ceramico.

Priapus, pen. long. Πρίαπος, Bacchi ac Veneris filius, Deus Lampsacenus Hellesponti, qui hortus tueri dicitur. Is ob membri virilis magnitudinem immoderatam ex Hellesponto primum ejectus: deinde pro Deo habitus est. Unde Virg. lib. 4. Georg.

Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Constituerunt ei templa & sacra, Immolabant autem ipsi asinum, quòd cùm olim hic Deus in festo magnæ matris, ad quod omnes Dij convenerant epulisq; satiati noctem lusibus ducebant, Lothidem nympham, sive ut alij volunt, Vestam humi dormientem stuprare vellet in tempestivo asini, quo Silenus vehebatur, clamore roitu fuisset impeditus eumq; excitata virgo manu rejecisset magno omnium, qui aderant risu. Ut Ovidius fabulatur lib. Fastor. Vide plura in 1. parte: **Gott der Garten.** Est & hoc nomine Hellesponti urbs, à Priano hoc Liberi & Veneris filio extructa. Plin. lib. 5. cap. 32. Strabo

Prie-

Priene, es, πριήνη, Joniæ oppidum est in Asia, quo aliquando ab hostibus capto, & reliquis omnibus suarum rerum quippiam exportantibus, Biante verò, qui inde etiam oriundus nihil planè efferente, incogitantiæ, ut putabant reliqui, causam quæsiverunt quibus ille respondit:

Omnia mea mecum porto.

Animi dotes eruditionem intelligens, quod summum bonum statuebat. Hinc est Prienensis & Prieneus, ut, Prieneus, πριηνεύς.

Priscianus, Crammaticus Cæsariensis, Justiniani principis tempore Athenis emicuit, scripsit aliquot libros de partibus orationis, constructione & alijs ad Grammaticen pernicientibus. Vide de eo Volaterran.

Priscus Helvidius sub Nerone quæstor, Achajam administravit, quæstoribusq; adhuc à Pæto Thrasea genere ascitus, è moribus soceri nihil æquè ad libertatem hausit, opum contemtor, recti pervicax, constans adversus metus. Erant quibus appetentior famæ videretur. Quinetiam sapientibus cupido gloriæ novissima exuitur: Tacitus, Meminit ejus etjam probus Grammaticus, Alios hoc nomine panites genere Sophista, Theodosij junioris epistolarum magister fuit. de quo Suid.

Privernum Πρίβερνος, Steph. urbs Volscorum in Italia, nobile generans vinū, quod Privernatium vocant. Hinc Privernas, atis, aliquis ex hac urbe. Est & viri proprium apud Virg. 9. æne.

Privernum capit. &c.

Proæresius, è Cæsarea Cappadociæ, adolescens Antiochiam venit permotus fama Ulpiani dicendi Magistri, apud quem & primas tulit. Vide de eo plura apud Siliū.

Probus Berycius, Grammaticus Romæ profidebatur, de quo vide Tranquillum.

Procas, Πρώκας, filius, fuit Aventini regis Albanorum, cujus etiam in regno successor fuit. Filios relinquit Amultum & Numitorem, de quibus suprà. Meminit ejus Virg. 6. Æne.

Proximus ille Procas, Trojanæ gloria gentis.

Prochyta, æ, & prochyre, es, προχύτη. Insula est in sinu Puteolano ex Æolijs una, sic dicta, non ab Æneæ nutrice, sed quia ab Ænaria profusa erat. Græci enim προχύειν, dicunt effundere, profundere. Virg. 9. æneid.

Tum sonitu Prochyta alta tremit.

Vide & Plin. lib. 3. cap. 6.

Procilius Grammaticus vir suis temporibus doctissimus, qui ubi de peregrinandis regionibus loquitur, refert apud Memphim, in aurea columna Ægyptijs scriptum esse literis, tunc demum Ægyptum liberam fore cum Romani in eam venissent fascis. Meminit Lampridius, vide & Senecam.

Proclus, Πρόκλος, natione Lycius, Philosophus fuit Platonicus, & præses scholæ Athenienfis, Plutarchi discipulus, cujus extant quatuor hymni cum Orpheo excusi, in Platonem & Hesiodum etiam Græci commentarij. Etiam sphæra ipsius extat mira brevitate in Latinum conversa è Linacro. Scripsit idem contra Christianos Epicheremata decem & octo. Adversus quem Iohannes cognomento Grammaticus aut Philosophus genere Alexandrinus scripsit apologiam dictitans, Eum, quanquam in rebus Græcanicis magnum, stultum tamen esse & hac parte indoctum. Vide Suid. Alius hoc nomine Malleotes patria fuit, qui in Diogenis sophismata, & contra Epicurum scripsit. Alius item hujus nominis Proculejus cognomento è Laodicæa Syriæ fuit, qui in Panderæ fabulam Hesiodi Theologicum scripsit, & in aurea carmina. Isagogen item in Nicomachi Arithmetica, nec non alia Geometrica quædam. Alius deniq; Proclus Naucratita Athenis docuit, cujus auditor etiam fuit Philostratus, quem de eo consule. Vide & Plin. lib. 5. c. 9.

Proconnesus, Προκόννησος, vel ut Stephano placet, Proconesus per n unicum, aliàs Neuris, vulgò Marmora, insula est in Propontide, ante Cyzicum; unde Cyzicum marmor. *Plin.* lib. 5. cap. ultimo.

Procopius, Προκόπιος, è Cæsaria Palestinæ orator & sophista scripsit res Justiniani, quæ in oriente aut occidente, aut Affrica vel Belisarium patricium gesserat. Scripsit item lib. cui titulus ἀνέκδοτα. Vide plura apud Suid. Alius hoc nomine tyrannus Constantinopolitanus, contra Valentem principem apud Natoliam Phrygiæ urbem insurgens in manus ejus cum exercitu incidit à duobus militibus proditus: alligatusq; deinde duobus per vim reflexis arboribus discerptus est. De proditorib. etiam sumtum supplicium. Vide hist. Trip.

Procris, Πρόκρις, Iphidi filia, Cephali uxor, à marito in sylva jaculo transfixa: Cum n. venationis studio Cephalus

lus teneretur, labore defatigatus, aliquò se conferre cōsueverat, ubi ad recolligendum se auroram vocaret, quod ubi sæpius faceret, amore illius exarsit Aurora, quæ & Lælapam canem velocissimum ipsi donavit; & duo insuper hastilia inevitabilia, ejusq; sibi copiam fieri petijt. Ille verò respondit jusjurandum se castitatis mutuæ habere. Quo audito aurora respondit. Ut igitur conjugis castitatem probes, mercatoris habitum sive formam assume: paret ille monitis & ita se confert ad Procrim datisque quibus illa moveretur, muneribus, quod petijt, obtinuit. Impetrato coitu, maritum se esse confessus est, quod illa dolens ubi à rustico quodam cognovisset amare eum Auroram quam in invocaret consueverat, sylvas petijt, seq; in frutetis, ad deprehendendum cum pellice maritum occultavit, cumq; maritum blanda voce Auroram vocantem audisset, movit se paululum, quod Cephalus sentiens, feram ratus jaculum immisit, atq; ita ignarus uxorem interemit. Virgil 6. æneid.

His Phadram Procrimq; locis mæstamq; Eriphylen.

Postea Cephalus, ut Ovidius scribit, ab aurora raptus est. alij verò in lapidem ipsum à Jove mutatum dicunt. Monemur autem hoc Pocridis exemplo, ne suspicionibus materiam aut locum demus, cum & in conjugio & aliàs etiam magnarum sæpè calamitatum causa sint.

POETICE.

Procris:

Æolis, Cephali conjunx.
Fati iniqui. Fida conjunx.
Cui mortis causa amor.

Proculejus, προκυλήϊος, eques fuit Romanus amicissimus Augusti, erga Scipionem & Murenam fratres suos adeò pius, ut Civili bello spoliatis patrimonium suum ex integro divideret. quod jam antè cum eis diviserat. Hor. lib. 2. carmin. Huic Proculejo etiam Antonius post obitum suum, Cleopatram reginam credere se præcipue voluit, de quo Plutarchus in vita Antonij.

Procustes, latro fuit crudelissimus super Cephisum flumen habitans & nocte suos hospites trucidans, quem Theseus ægei filius superavit, & interfecit. Vide eo Dionys. Bocat. Ovid. item lib. 7. Meram.

POETICE.

Procustes:

Torvus, Sævus, Polyphæmone natus.

Procyon, προκύων, Sirius eſt, ita dictus, quod ante canem majorem exoriatur cum Leone, Latini cuniculam ſive Anticanem vocant, der Hundesſtern. Vide de eo Plin. lib 15. cap. 38. & Columell. lib. 12 Horat. lib. 3. Carmin. ode 29.

Prodicus, pen. long. πρόδικος, Philoſophus Chius fuit ſecundum Suidam temporibus Socratis & Gorgiæ, quem ſapientem vocat Plato in Axiocho nullumq; gratis eum docuiſſe ſcribit ſed in ore habuiſſe:

Δὸς τι καὶ λάβε τι, id eſt:

Da aliquid, & accipe aliquid.

Scripſit librum de Hercule, in quo congreſſum ejus cum voluptate & virtute elegantiſſime finxit, de quo Xenophon lib. 2. de dictis & factis Socatis.

Prætides, προιτίδες, Præti filiæ, de quibus mox plura.

Prætus, qui & Pritus προῖτος, Atlantis Argivorum regis filius frater Acriſij, qui ex Stenobæa quam Homerus Antiopam, Perottus, Antiam nominavit, uxore Iphianaſſam & Lyſippen filias ſuſcepit, quæ à Patre Prætides ſunt appellatæ. He ubi Pherecide teſte in forma

Junoni ſe præferre non du bitaſſent, indignata Dea fu rorem illis immiſit talem, ut vaccas ſe eſſe arbitrarentur & aratra timentes in ſylvas aufugerent. Virg. ec log. 6.

Prætides implerunt falſi
mugitibus agros.

Sanatæ autem dicuntur Hel leboro à Melampode, à cu jus nomine unum Hellebo ri genus Melampodion vo catur.

Progne, es, πρόγνη, filia fuit Paudionis regis Athenarum uxor Terei Thracum regis, ex qua Ityn filium ſuſcepit. Hæc ubi poſt aliquantum tempus Tereum maritum rogaret, ut vel ſe Athenas deduceret, vel ſibi Philomelam ſororem, cujus deſiderio videndæ tenebratur, acserferet, profectus ille Athenas dum abducit puellam, eam in itinere licet repugnantem vitiavit, eiq; ne facinus indicaret, linguam abſcidit & miniſtro in vinculis aſſeruandam commiſit. domumque reverſus maris ipſam nauſea extinctam ſimulavit. Philomela verò rem omnem, ut geſta fuerat, in veſte ſuo ipſius cruore deſcriptam, vel, ut alij volunt, acu in tenuiſſima depictam tela ſorori miſit. Qua re cognita Progne maximè indoluit,

&

& ut facinus ejuſmodi deteſtandum mariti ulciſceretur abſente eo Itym parvulum filium interfecit, & patri jam domum reverſo epulandum appoſuit. Qui ubi filium ſibi appoſitum vidit conjugem fugientem furibundus perſequitur, quam Deorum commiſeratione in hirundinem converſam vidit, ipſe vero in uppupam eſt mutatus. Itys etiam & Philomela in aves mutati ſunt, ille in phaſianum, hæc verò in laſciniam. Vide Perottum, Servium, eclog. 6. & apud Ovid. lib. 6. Metamorph. totam fabulam. Vide item ſuperiùs in dictione Philamela.

POETICE.

Daulias.
Pandionia volucris.
Rhodopeja conjunx.
Attica pellex Iſmarium Itym plorans.
Garrula mater gemens vel concinens enectum Itym.
Cecropis ales dolens raptum Itym.
Cruenta mater flens Iſmarium natum.
Mater acerbè plorans itym.
Infelix avis flebiliter gemens Itym.

Progne:
Impia, Quærula. Mœſta. Dura, Terribilis, Sæva, Parradi, one nata. Virum nō ulta piè mœſtiſſima mater. Conjugis infidi ulta nefas. Signata pectus cruentis manibus Lugens facinus furioſi mariti. Turpiter ulta triſte nefas agitata furijs doloris. Lugens ſuum Itym. Infecta plumas cruentis maculis. In avem verſa. Quæ jugulans enſe peremit Iſmarium Itym.

Prometheus. trib. ſyllab. προμηθεὺς, pen. lon. Deucalionis pater, & Iapeti filius ex Aſia nympha conjuge, qui primus omnium ut ſimulacra varia, ita hominem etiam ex luto formavit, cujus opus eximium mirata Minerva ei recepit. quicquid in ſui operis perfectionem ex bonis cœleſtibus expeteret. Qui ubi neſcire ſe reſpondiſſet, niſi videret, quæ apud ſuperos, ſibi eſſent utilia, ejuſdem beneficio & auxilio in cœlum aſcendit, ubi cum videret omnia flammis animata, ut ſuo etiam operi flammam immitteret, clàm ferula rotæ Solis applicata, eaq; incenſa ignem reportavit in terras, quo pectori ficti hominis admoto animatum reddidit. Ob quod furtum Dij irati febres & morbos terris per Pandoram fœminā (de qua ſupra) immiſerunt. Prometheum autem per Mercurium Caucaſo alligârunt, aquila quæ

jecur sive cor ejus assiduè depasceret, adhibita. Claud. in Gigantomachia:

Hinc volucrem vivo sub pectore pascit
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus.

Alciat lib. 1. emblem. 28.

Caucasia æternum pendens in rupe Prometheus.
Diripitur sacri Præpetis unguejecur.
Et nollet fecisse hominem, figulosq; perosus
Acceptam rapto damnat ab igne facem,
Roduntur varijs prudentum pectora curis
Qui cœli affectant scire Deumq; vices.

Hoc autem totum fabulosum est, & ideò fingitur: Quia Prometheus vir fuit prudentissimus, unde & nomen sortitus, ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est à prudentia. Hic prim9 astrologiam Assyrijs indicavit, quam in Caucaso monte circa Assyrios posito, & sideribus propemodum vicino residens, indagatione singulari observaverat. Quod verò aquila, cor ejus roderere & excedere dicitur, ideo fingitur, quia ἄχος, est solicitudo & cura, qua ille affectus omnes si-

derum motus deprehensis investigaverat. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis Deus est, ad saxum religatus esse dicitur. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicavit. Unde cœlestem ignem furatus esse dicitur. Nam quadam arte ab eodem monstrata superinus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo benè usi sunt. Postea enim malo hominum usu in perniciem eorum versus est, quemadmodum in Livio habetur de Tullio Hostilio, qui eo igni cum omnibus suis exustus est, Numa verò Pompilius impunè eo usus est tantum in sacris Deorum. Hinc est, quod igne rapto ab iratis numinibus mortalibus morbi immissi dicuntur. Videatur lib. 2, cap 21. Polydor. Virg. de invent. rerum comment. in emblemat. 58. Alciati lib. 1. & Sabinus in interprecatione fabularum Ovidij, ubi fabulam de Prometheo allegoricè explicat. lib. 1. in initio,

POETICE.

Japetionides.
Audax Japeti genus.
Prometheus:
Ignifer, Callidus, Consultus, Dirus, Infelix, Providus,

dus, Miser, Insigni fraude, Iapeto satus. Fixus in duris saxis. Cui Pyrrha sui filib fratris erat. Obligatus aliti. Qui furatus est tenuem ignem liquidis ab astris. Semper nimium vigil. Qui gētibus intulit ignem fraude mala. Qui ausus furarier sacras ignes, & animare putres glebas. Qui ab astris attulit mortalibus liquidos ignes. Religatus in Scythica rupe. Qui nimio gutture assiduam avem pavit. Qui terrena miscens æthereis furatus est patri sinceram mentem olympo. Qui primùm finxit plasma hominis recens de pulvere pigræ glebæ. Qui furatus mentem ignigenam nitido olympo glutinasse fertur tenaci corpori. Caucasea sub rupe ligatus. Miscens æthereis terrena. Qui fixus aerias volucres sanguine alit. Furatus mentem sinceram patri Olympo. Qui furto induit glebas vitalibus auris. Ausus flamma animare formatum lutum.

Propertius, pri. brev. ex Mena via Umbriæ oppido oriundus, poeta elegiarum fuit, in quibus multum laudis promeruit, quarum quatuor libros edidit. Patrem ubi puer adhuc amisisset, Romam petijt, ubi ob ingenij suavitatem & excellentiam statim amatus est à Cornelio Gallo, & Mecœnate. Ovidius blandum dixit, ob carminis ipsius suavitatem. Hostiam puellam, quam ficto nomine Cynthiam appellavit, nimio amore deperijt. In operibus subsecutus est Callimachū Græcum. Obiit anno ætatis suæ, 41.

POETICE

Romanus Callimachus.

Facundus, Iucundus, Blandus, Amabilis, Tener, Umber. Quem Cynthia fecit vatem. Cujus opus sola Cynthia fuit. Quem proxima supposito contingens Umbria campo genuit. Qui sæpe solitus est recitare suos ignes. Qui sodalitij iure Nasoni junctus fuit. Qui in tesquis umbris cantavit. Blandioris. Cuius ignis supererit, dum Veneris puer aurea arma diriget. Cuius carmine Cynthia clara est.

Propœtides, prim. long. προποιτίδες filiæ amathuntæs Venerem contemnentes primæ in trivio corpora vulgaverunt ob eiusdem Deæ iram, quoniam pudore indutæ erant, tandē in lapidem mutatæ sunt. Refert autem Iustinus Cyprios prostituere solitos virgines statis dieb. ante nuptias, ad dotalem pecuniam colligendam: ex qua turpitudine nata forsan

hæc

hæc est fabula. Ob pudorem verò extinctū. Propœtides angūtur, exhausto rubore, fuisse ore ita duro, ut parvo discrimine in silicem verterentur. Oris enim vocabulum non rarò pro impudentia usurpatur Meminit Ovid. lib. 10. Metamorph.

Propontis, idis, προποντὶς, fœmin. pri. brev. pars laxa est maris, quæ cum angustijs Bosphori Thracij, & ponto Euxino conjungitur. Vide suprà Pontus, & Hellespontus. Hinc Propontiacus, a, um, προπόντιος.

Proserpina, pen. brev. περσεφόνη Cereris ex Iove filia, quam Pluto inferorum Deus in Sicilia flores colligentem rapuit, cumq; Ceres mater diu eam quæsivisset, tandem aliquando apud inferos eam esse comperit: Pro quare cum Iovis implorasset auxilium, ille respondit reverti eam posse, si nihil apud inferos gustasset. Illa autem jam Punici mali in Elysio grana gustaret: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Unde Proserpina ad Superos remeare non potuit. Ceres tamen postea apud Jovem obtinuit, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito: id quod ideò fingitur, quia Proserpina ipsa est, quæ & luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sex deficit, scil. per singulos menses quindenis diebus: Ut crescens apud Superos, deficiens apud inferos videatur. Vide Ciceron. in Verr. Act. 9. lib. 6. Virgil. in Georgicor. & Æneid. Claud. lib. 1. de raptu Proserpinæ Ovid. lib. Metam. Vide etiam plura in prima parte: **Hellisch Königin.**

Prosopis, προσωπὶς, insula in Delia Nili ostio, teste Herodoto.

Protagoras, Abderites, πρωταγόρας, pen. brev. filius Iphili, ex Philao oppido oriundus, uxorem Laodamiam habuit. Hic dubitare dixit, an etiam aliquis esset Deus, ob quod ut impius exilium ejectus est ab Athenensibus, & libri ejus in concione exusti sunt. Vide de eo Philostrat. Polydor. Virgil. lib. 1. cap. 1. & Gell. lib. 5. cap. 2. Protagoras alius astrologus fuit, alius item Stoicus, Diogene Laertio autore.

Prote, πρώτη, insula una ex tribus Stœchadibus in Ionio mari contra Ætoliam sita, Plin. lib. 3. cap. 5.

Protesilaus, πρωτεσίλαος, unus è Græcorum ducibus, qui licet audivisset à vatibus, primum omnium in bell

Trojano interemtum iri, si eò se conferret, spretis tamen Vaticinijs cum cæteris ducibus profectus est, ubi cùm primus ex navibus in littus prosiliret, ab Hectore interfectus est, quod etiam nominis ratio indicat. Fuit ex Phylace Thessaliæ oppido, unde & Phylacides dictus. Uxorem habuit Laodamiam, Acasti filiam, de qua superius.

POETICE.

Heros Phylacides.

Protesilaus:

Fortis, vir Æmonius. Animosus in armis. Fung9 Phyllacide. Qui primus tetigit humum Troada.

Proteus, duab syllab. πρωτεὺς, filius Oceani & Tethyos Phocas Neptuni pascens, quem poetæ vatem faciunt, sed qui tamen non det responsum nisi coactus, finguntq; captum amore Pomonæ in omnigenā speciem se variasse, unde & à Latinis Vertumnus dicitur, à verso mutatoque cursu fluminis Tyberini. Dicabātur ipsi olim frugum primitiæ. Fuit autem Proteus, Diodoro teste, rex Ægypti tempore belli Trojani aliorum Ægyptiorum regum exemplo pro insigni utens nunc leonis, jam tauri, modò Draconis priori parte, aliâs verò aut arbore aut igne. Hinc πρωτέος ποικιλώτερος, id est, Proteo mutabilior, proverbium est de vafro & versipelle. Von einem verschlagenē Kopffe/den man nirgend fassen kan. Lege fabulam Protei apud Hom. Odyss. 4. & apud Virgil. 4. Georgicor. qui Carpathium eum vatem appellat, quia Proteus, teste Servio in Carpatho, insula aliquando regnavit, Pallene urbe Thessaliæ relicta, ad quam tamen postea reversus est. Videantur allegoricæ, eæq; diversæ de Protei metamorphosi explicationes apud Diodorum Siculum, Philip. Melanchth. in declamatione de artibus liberalibus, Platon. in Euthydemo, Cælium Calcagninum & alios.

POETICE.

Æquoreus senex.
Carpathius Vates.
Cæruleus vates.
Marinus vates.

Proteus:

Mirabilis, Sceleratus, Famosus, Udus, Ambiguus, Levis, Qui vinclis domitus ruit in sua membra. Qui in Carpathijs regnat aquis. Qui verso ab amne dicitur. Qui nomen cœperat averso ab amne. Cui prima uva liventibus racemis vertat. Cui spicea coma fruge lactenti tumet. Faciem suam

trans-

transformans, & arte alterans. Qui est in Carpathio gurgite.

Prothenor, Προθήνωρ, unus fuit ax quinq; Bœotiorum principibus, qui ad Trojam profecti sunt cum Græcis Homer. Iliad. 2.

Prothous, Πρόθοος, teste eodem Homero Iliad. 2. unus ex ducibus Græcorum, qui ex Magnesia ad Trojam venit.

Protogenes, Πρωτογένης, pictor fuit nobilissimus, qui eodem cum Apellis tempore vixit. Patria ipsi fuit Caunus gens Rhodiis subiecta, *Plin.* l. 35. c. 10. scribit Protogenē, Demetrio rege Rhodum oppugnante, extra murum in horto pinxisse, interrogatum verò à rege, qua id auderet fiducia, respondisse: Scire se, bellum esse Demetrio cum Rhodijs, non cum artibus.

Protogenia, Πρωτογένεια, Deucalionis & Pyrrhæ filia fuit, teste Aristarcho in Odyss. 10.

Prusa, Προῦσα, Bithyniæ urbs ad Olympum montem sita, Dionis Sophistæ & Philosophi patria. Condita est à Prusia, qui cum Crœso bellum gessit. Est & altera Prusa sub Hippo monte, teste Ptolemæo. Hinc Prusiensis

Prusias, Προυσίας, Bithyniæ rex de quo vide Liviū, qui plurimam ejus mentionem fecit.

Prymnesia, Πρυμνησία, Ptol. lib. 5. Mœoniæ urbs in finibus Lydiæ.

Prymnos, Πρύμνος, nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Prytaneum, pen. lon. πρυτανεῖον, locus erat Athenis in arce dignissimus, ubi judices & magistratus cōsilium habere solebant, & in quo publicè alebanrur, qui benè de republ. meriti essent. Cicero. lib. 1. de Oratora sic dictum fuit quasi πυρὸς ταμιεῖον, id est, tritici promtuarium.

Psammenitus, filius Amasis, & rex Ægyptiorum, qui à Cambyse convictus epoto sanguine taurino expiravit Herodot. lib. 3.

Psammetichus, Ψαμμήτιχος, rex Ægypti, cujus tempore, teste Herodoto libr. 2. ducenta & octo millia Ægyptiorum ad Æthiopes transiere. Cum enim triennium in præsidio fuissent Ægyptij, neque illinc ab aliquo dimitterentur, communi usi consilio, à Psammeticho rege crudeli ad Æthiopiam sibi transeundum putârunt.

Psophis, idis, Ψωφίς, urbs Arcadiæ, dicta vel à Psophide Erydis Sicani filia, vel à conditore Psophide Lycaonis filio Ovid. 3. Metam.

Vſq; ſub Orchomenon, Pſophidaq; Cylleneq;

Eſt & hoc nomine Acarnaniæ urbs, alia item Achaiæ, alia deniq; Libyæ.

Pſylli, Ψύλλοι, Libyæ, vel Africæ populi, propè Caramantas, medicandis ſerpentum morſibus celebres, ſic dicti à Pſyllo rege, cujus ſepulcrum in parte Syrtium majorum eſt. Scribunt his peculiarem vim indidiſſe naturam, ut non tantùm ipſi tuti ſint ab omnibus venenis, verùm etiam alijs à ſerpente percuſſis, carminib. ſalivaq; mederentur, atque ex ipſis etiam ulceribus ſuctu virus educant, ac revomant innocui. Unde Tranquillus ſcripſit, Auguſtum Cæſarem, ubi intellexiſſet Cleopatram (quam ſervatam triumpho magnoperè expetierat) aſpidis morſu extinctam eſſe, Pſyllos admoviſſe, qui venenum ac virus exugerent. Inde etiam Cato, ut Plutarchus refert, per deſerta Libyes iter faciens Pſyllos ſecum duxit, qui ſerpentum morſibus mederentur, partim ore trahentes venenum partim ſerpentes ipſos cantibus mitiganres. Deleti autem ſunt à Naſamonibus Libyæ populis, qui ſpoliatores extiterunt navium Syrtibus involuntarum. Vide de Pſyllis. Plin. libr. 7. cap. 2. Herodot. libr. 4. Silium de Atyro Pſyllo libr. 1. Lucan. libr. 9. Gell. lib. 16. cap. 11. & Lucan. lib. 9.

Pſylliũ, Ψύλλιον, vulgò Picello, Bithyniæ urbs, Ptol. libr. 5. cap. 1.

Pſyra, Ψύρα, inſula & urbs in Chio Strab. lib. 14.

Pteria Cappadociæ urbs omniũ munitiſſima, expugnata à Cyro, Herodot. lib. 1.

Pterophorus, Πτεροφόρος, *Plin.* libr. 4. cap. 12. regio juxta Riphæos montes.

Ptolemæus, Πτολεμαῖος, Lagi filius, primns ab Alexandri ducibus Ægyptum, Cyprum & Phœniciam obtinuit. Uxorem Euridycen Antipatri filiam habuit, deinde Berenicem *Philippi* notham ex qua maximè dilecta Philadelphum, Arſinoen & Lyſandrum genuit Regnavit annis quadraginta. Moriturus regem filium conſtituit Philadelphum. Trog. lib. 15. Ab hoc omnes poſtea Ægyptij reges *Ptolemæi* ſunt appellati, inter quos maximè laudatur Ptolemæus Philadelphus, qui noctiſſimus ipſe fuit, & celeberrimam illam Alexandriæ bibliothecam inſtruxit ſeptingẽtorum millium librorum. Gell. lib. 6. cap. ultimo. Ptolemæorum

ſeriem vide apud Strabon. lib. 17.

POETICE.

Ptolem. Philadelph.

Inclytus, Præclarus, Quem ſecula ſua laudarunt. Quo auſpice totus Nilus trilinguis erat. Cui Memphitica tellus multum debet, quod juſta præmia dedit Aonio choro. Clarus ob aſſertos Muſis honores. Qui promeruit longa coli poſteritate. Cujus nomine æriſonus, gaudet Nilus.

Fuit & alius Ptolemæus natione Ægyptius, Aſtrologus inſignis, Trajani & Hadriani temporibus, cujus aliquot ſcripta extāt. Hinc Ptolemæus adject. apud Propert. & Ptolemaïs, idis, patronymic. ſic Cleopatram dixit Lucan. Et Ptolemaïs, πτολεμαΐς, nomen quinque urbium, quarum una eſt in Ægypto, altera in æthiopia, tertia in Phœnicia, quarta Nili fluminis, quinta in Cyrenaica provincia.

Publius, natione Syrus fuit: poeta Mimographus, Cujus ſententia inter cœtera hæc laudatur. Cum abſente loquitur, cum ebrio qui litigat. Cæſari familiaris, & carus magis fuit, quàm Laberius, quod is arrogantior eſſet, & maledicentior.

Publius item prænomen eſt ejus, qui populo gratus fuit. Vide de eo Gell. & Macrob. Sic autem ſcribitur P. Cornel. Scipio, P. Virgil Maro.

Pucinum, πούκινον, Ptol. libr. 3 cap. 1. oppidum eſt Iſtriæ in mediterraneis.

Punicus, a, um, id eſt Carthaginenſis. Vide ſupra Pœnus.

Puppius, poeta Tragœdiographus, cujus poemata lacrymoſa vocavit Horat. epiſt. lib. 1.

Vt propius ſpectes lacrymoſa poemata Puppi.

Affectus enim ſpectantium ita moviſſe ſcribit, ut lacrymari eos compulerit.

Puteoli, orum, πουτίολοι, urbs Campaniæ in Italia vicina Neapoli verſus ſeptentrionem teſte Plinio lib. 3. cap. 4. diſtans ab Hieroſolymis 347. miliaria, dicta à puteis ſeu fontibus aquarum calidarum, teſte Stephano. Olim etiam Dicæarchiæ (δικαιαρχία) dicta fuit à juſtiſſima reipub. adminiſtratione, Græcis enim δίκη juſtitia eſt, ἀρχὴ principatus ſive imperium. Hodiè Puzzuoli appellatur. Hinc Puteolanus, a, um, ut, Aquæ Puteolanæ, Cicer.

Pygmæi, πυγμαῖοι, homunciones ſunt puſilli in extrema

parte

parte Indiæ, ad unius tantûm cubiti, longitudinem accedentes, qui cum gruibus avibus assiduè certant arietum & caprarum dorsis insidentes & sagittis armati. Verno tempore ad mare ova gruū consumunt, alioqui resistere his non possunt, Casæ eorum gruum putaminibus, pennis & luto construuntur, de quibus Plin. libr. 7. cap. 2. Vide etiam comment. in emblem. 20. li. 1. Alciati & Juvenal. Satyra 13. ubi de pugna Pygmæorum cum gruibus:

Ad subitas Thracum volucres nubemq́ꝫ sonoram.
Pygmæus parvus currit bellator in armis.
Mox impar hosti raptusq́ꝫ per aera curvis
Vnguib. à sæva fertur grue: Si videas hoc
Gentibus in nostris risu quatiére, sed illic
Quanquam eadem assiduè spectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

Scribunt horum mulieres parere anno quinto, & senescere octavo. Mant.

Inter Pygmæos non pudet esse brevem.

Vide plura in prima parte: **Zwerg.**

Pygmalion, πυγμαλίων, Cilicis filius, qui Paphū filiū ex Eburnea matre suscepit. Fingitur autē uxor *Pygmalionis* eburnea fuisse, vel propter corporis candorem vel propter similitudinē nominis, quia dicta fortassis Ebur, vel Eburnea fuit. Fabula verò hæc docet, uxorem castam & pudicā à Deo dari, & petendam esse, Vide Ovid. libr. 10. Metam. Alius hoc nomine Beli filius fuit, rex Tyri urbis Asiæ avarissimus, qui Sicheum sororis suæ Didonis maritum ante aras interemit, ut auro ejus potiretur. Virgil. 1. Æneid.

Impius ante aras, atq́ꝫ aurī cœcus amore
Clàm ferro incantum superat, &c.

Interdùm etiam per l simplex scriptum invenitur. Hinc Pygmalioneus, a, um, ut, Pygmalioneum scelus, Stroz.

POETICE.

Pygmalion:

Paphius heros. Antæi frater, qui aras tinxit sanguine, quo debuit.

Pylades, dæ vel dis, pen. brev. πυλάδης, Strophij filius, Agamemnonis & filij ejus Orestis amicissimus, cui etiam furore percito, quòd matrē interfecisset, ad Tauricā usq; regionem comitem se præbuic

buit. Ovid. lib. 1. trist. eleg. 4. item lib. 2. de Ponto, & lib. 2. amor. Cicero etiam libr. 2. de finibus multa de Pyladis & Orestæ amicitia scripsit.

POETICE.

Pylades:

Strophio natus, Amoris exemplum. Qui comitavit Orestem, Juvenis Phocæus.

Pylemenes, πυλαιμένης, dux Paphlagonum, qui in Trojanorum venit auxilium, atq; in bello à Menelao interfectus. Scribitur & Pylemeneus, De hoc Homer.

Pylartes, πυλάρτης, Trojani cujusdam ab Ajace in bello interemti nomen. Homer. Iliad. 11.

Pylene, πυλήνη, oppidum Ætoliæ, Papin, sensit scopulosa Pylene.

Pylos, πύλος, ὁ, vel ἡ: Achajæ vetusta civitas, non procul à Sparta, in qua Neleus & Nestor rex sapientissimus & eloquentissimus regnarunt, qui etiam Pylius inde est dictus. Hinc etiam illud:

Ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλος.

Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus alter sanè.

Quem versum Plutarchus proverbialem fuisse apud Messenios scripsit de eo, ubi quid alteri præfertur, ut

antiquius & præstantius, vel Ubi quis jactat se, quasi vel solus, vel summus sit, cùm tamen alij etiam, qui decertare cum eo non dubitent, inveniantur. Multæ enim hujus nominis urbes fuère.

POETICE.

Neleia arva.

Nestoris arva.

Pylos:

Neleia, Nelæa, Nestorea, Senilis.

Pyræchmes, viri nomen, de quo sæpè Homerus.

Pyracmon, πυράκμων, seu Pyragmon, πυράγμων, Cyclops ex Vulcani ministris unus. Vide suprà Brontes.

POETICE.

Pyracmon:

Durus, Ferrugineus, Æmonides, Igneus ora, oculis & nare flammeus. Fumans sæpè. In ardenti fornace ferrum tractans.

Pyræus, Atheniensium promontorium & portus fuit, qui contra incursiones publicè custodiebatur.

POETICE.

Pyreæa littora.

Tuta recessu.

Pyramides, πυραμίδες, fuerunt turres fastigiatæ in Ægypto, quas otiosam ac stultã regũ ægyptiorum pecuniæ ostentationem nominat Plin.

Plin. de quibus plura in fine libri inter miracula mundi.

POETICE.

Nobile opus Pyramidum.

Pyramides:

Nubigeræ, Superbæ, Celsæ, Phariæ, Prælatæ, Ferientes sidera. Ad sidera ductæ.

Hinc Pyramidalis, e, & Pyramidatus, ut, Corpora pyramidata, id est, Piramidali forma pacta, apud Cicero.de nat. Deor.

Pyramus, πύραμος, adolescens Mephiticus, qui Thysben puellam mutuo prosecutus est amore, verùm cùm adeò à parentibus uterque observaretur, ut nullo modo cõplecti se possent, egredi urbem ad locum constitutum decreverunt. Quò quidem cùm prior pervenisset Thysbe, leæna illic transeunte perterrefacta in antrum vicinum confugit. Pyramus deinde adveniens, cum velum, quod fugienti Thysbe è capite deciderat, cruentatum reperisset, eam putans à feris dilaniatam, gladio, quem secum habebat, sub moro arbore incubuit.

Thysbe autem ex antro egressa, cùm Pyramum vulnere confectum vidisset, eodem se gladio confodit. Quorum sanguine quidem mora effecta fuêre nigra, cùm antea candida fuissent, ut fabulatur Ovid. 1. Metamorph.

Pyramus & Thysbe juvenum pulcertimus alter,
Altera quas oriens habuit prælata puellis.

Docet autem exemplum Pyrami & Thysbes tristissimo ac infelicissimo mortis genere interire eos, qui parentum catitati amores suos illicitos anteferunt: idque exemplum ut sit illustrius animisq; juvenum eo inculcetur altius, mira & affectuum & figurarum suavitate fabulam exornat poeta.

Tristissimas enim infeliciter amantium querelas crebrasq; sermonis conversiones inserit; nunc ad parietem, nunc ad feras, nunc ad parentes, nunc ad arborem, quam Thysbe moritura jam alloquitur, orans ut utriusq; doloris monumenta in perpetuum retineat.

POETICE.

Pyramus:

Ardens, Amator, Infelix, Cõditus in tumulo dilectę, Cui exitij causa fuit amor, Juvenum pulcerrimus, Nutu signisque locutus cum Thysbe. Quem sua manus & amor infelix perdidit. Cujus cruoris monumenta Morus habet.

Est etiam Pyramus Ciliciæ

ciæ fluvius. Pompom. Mel. lib. 1.

Pyrander, Πύρανδρος, quæstor Athenis, qui quod tempore belli parcè admodum triticum suppeditaret, saxis obrutus est à populo. Callisthene apud Plutarchum teste.

Pyrasus, Πύρασος, vir Trojanus ab Ajace in bello interemtus. Homer. lib. 2. iliad.

Pyrene, es, & Pyreneus prim. syllab. ancipit. Πυρήνη καὶ Πυρηναῖος, & montes Pyrenæi, qui Galliam & Hispaniam disterminant, pars sunt Alpium, Der Brenner.

POETICE.

Pyrene:

Nivosa, Prærupta, Ferox. Candida, Fera, Aeria, Nubifera, Gelida, Pallida, Occidua. Celsis jugis. Tenens æterna divortia magnis terris. Spectans ab altis rupibus subjectas urbes.

Est etiam hoc nomine fons in Helicone, vel ut Straboni placet, in Acrocorintho Musis sacer.

Pyreneus, per tres syllab. πυρηνεύς, rex fuit Thraciæ, qui Musas hospitio susceptas violare voluit, sed ipsæ in picas mutatæ per fenestras evolarunt, quos ille secutus decidit, & fractis ossibus miserabiliter expiravit. Vide Ovid. 5. Metam.

Durusq; ante ora Pyreneus vertitur.

Docet autē hæc fabula, studia literarum Deo curæ esse. Nam per alas quibus Musæ effugiunt, auxilium significatur divinum, quo literarum studia mirabiliter conservantur. Pyrenei verò interitus docet, omnibus liberalium artium hostibus misere pereundum esse.

Pyrgo, Πυργώ, nutrix natorum Priami. Virg. 5. Æn.

Pyrgoteles, pen. br. Πυργοτέλης, artificiosissimus gemmarum sculptor, à quo tantùm Alexander M. in gemmis sculpi se passus est, edictoque alios vetuit. Meminit Plin. lib. 7. cap. 37. Idem hic Imperator (Alexander) edixit, ne quis ipsum alius, quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles sculperet, quàm Lysippus ex ære duceret. Meminit Plin. lib. 37. cap. 1.

Pyrgum, & Pyrgi, orum, Πύργοι Thusciæ olim metropolis fuit. Virgil. lib. 10. Et Pyrgi veteres.

Pyro, nympha Tethyos & Oceani filia Hesiodo in Theogonia teste.

Pyrodes, Πυρώδης, filius Cilicis qui primus è silice ignem excusisse, quemadmodū & Prometheus ferula asservasse dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56.

Pyrois, entis, πυρόεις, vel Pyrous,

rous, pri. brev. unus ex equis Solis, q. totus ardens. Quatuor enim poetæ faciunt Solares equos, de quibus Ovid. 2. Metam.

Pyrrha, πύῤῥα, Deucalionis uxor regis Thessaliæ, ad quem in diluvio quodam in Græcia homines confugerunt. Unde cum Pyrrha uxore humanum reparasse genus, à poetis fingitur. Ovid. 1. Metam.

Non illo melior quisquam, nec amantior æqui.
Vir fuit aut illa (Pyrrha) reverentior ulla Deorũ.

Juvenal. Satyra. 1.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Navigio ascendit montem fortesq; poposcit,
Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa.
Et matribus nudas ostendit Pyrrha puellas.

Dicitur hæc ab Ovidio & Epimethis, quòd filia Epimethei fuerit. Aliâs etiam Titania à poetis appellatur. Vide plura suprà Deucalion.

Est & Pyrrha Cariæ civitas juxta Myrtoum, & insula circa Mœotim, quam Pontus abstulit, Plin. libro 2. cap. 92.

Pyrrhæus, vide Pyrcus.

Pyrrho, πύῤῥων, Philosophus fuit Elidensis, qui, ut Laertius scribit κριτήρια, sive rerum omnium certitudinem sustulit, qui idem teste Cicerone libr. 4. acad. quæst. ἀπάθειαν in sapiente non admittebat. Ab hoc Philosophi Pyrrhonij dicti, qui & σκεπτικοὶ, id est, cõsideratores appellantur, eò quòd, cum nihil certi ab homine cognosci & indagari opinentur, in inquirendo & meditando usq; sint & maneant. Dicti sunt ijdem & ἐφηκτικοὶ, ἀπορητικοὶ, & ζητητικοὶ, item Academici à loco.

Pyrrhodes, Elidensis Philosophus, Philistarchi filius, qui teste Apollodoro, prius pictor fuit.

Pyrrhus, πύῤῥος, filius fuit Achillis & Deidamiæ; aliàs Neoptolemus, quamvis non desint, qui Neoptolemum Pyrrhi filium fecerunt. Pyrrho Epirotarum regi Romanorum potentia invidenti, & insidias molienti oraculum respondit:

Ajo te Æacida Romanos vincere posse.

Id quod ad se dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos venit. Ubi tamẽ oraculi sententia fuit, Romanos victuros Pyrrhũ.

Eſt enim Amphibolię fallacia, de quo in Dialecticis. Dictus eſt autem *Pyrrhus* à flavis capillis, quos πύῤῥους Græci dicunt.

POETICE.

Pyrrhus:

Cognato nomine clarus.
Rex Theſſaliæ.
Animoſus imagine patris.
qui ſuperbit actis Patris.

POETICE. poſter.

Pyrrhus:

Quem tegula tacta hoſtili manu opprimit. Cujus oſſa ſparſa per Americias vias jacuêre.

Pythagoras, pri. long. antepen. & pen. bre. πυθαγόρας, Samius *Philoſophus* inſignis fuit, qui omnium primus, Lactantio autore, in tertio, Philoſophiam, id eſt, amorem ſapientiæ, & ſe non σοφὸν, ſed Philoſophum, id eſt, amatorem ſapientiæ dici voluit, ne videlicet arrogantiæ incuſari poſſet, quia omnia humanæ mentis acie perſpici non poſſent, de quo & Gellius lib. 1. cap. 1. Credebat animas poſt mortem de corporibus in corpora tranſire, & animas hominum quandoque in beſtias mitti. Unde & carnis eſum improbabat. Quæ Pythagoræ de animarum migratione ab Ægyptijs accepta opinio a Luciano ut abſurda feſtive irridetur in dialogo Galli & Micylli. Exiſtimari autem poteſt, Pythagoram honeſtis de cauſis carnis eſum improbaſſe, ut homines partim à luxu ad frugalitatem avocaret, partim ut victu aſſuefaceret ad juſtitiam & manſuetudinē. Vide Ov. libr. 15. Metam. Abſtinebat etiam vino, ut quidam volunt. Juvenal. Satyra. 15. Diſcipulis, quos in ludum ſuum poſt ingenij explorationem admiſiſſet, quinquennale ſilentium indixit. Unde etiam Pythagoreis taciturnior, de vehementer taciturnis proverbialiter dicitur. Fuit in magna admiratione cûm apud diſcipulos, tū apud promiſcuū vulgus. Doctrinam ejus ut divinam, cui nefas eſſet contradicere, auditores ejus ſunt amplexi, unde & interrogati de aliqua propoſitione, ejuſq; rationes, defenderunt ſe:

αὐτὸς ἔφα, id eſt:

Ipſe dixit.

Poſt mortem fuit in tanta exiſtimatione, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro Deo colerent. Trog. lib. 20. Deceſſit autem annos natus 80. Diogene Laertio autore. Hinc Pythagoreus, a, um, ut, Somnia Pythagorea Horatius, & Py-

& Pythagorei, πυθαγόρειοι, & Pythagorici, qui sectam Pythagoræ tenent. Pythagoristæ, πυθαγορισταὶ, qui vitam Pythagoræ sequuntur.

POETICE.

Samius senex.

Pythagoras:

Prudens, Divinus, Doctus, Celeber, Samius, Panthoides. Qui putat, nos posse renasci. Samiæ telluris alumnus. Qui abiens per alta maris invisit Pharios, Persas, magos, & oram, cui quondam Græcia magna nomen fuit. Qui dogmata sancta tradidit.

Pythermos, πύθερμος, vir Phocensis, qui ubi Jonum Æolumq; legati Spartam appulissent, ex omnibus delegatus est, qui postulata proponeret. Hic purpurea veste indutus in Spartiatarum conventum processit, Lacedæmoniosq; longa habita oratione ad auxilium Jonibus ferendum exhortatus est. Herodot. lib. 2.

Pythia, vide mox in Python.

Pythodorus, πυθόδωρος, sculptor fuit insignis, de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

Python, πύθων, orator Byzantius eloquentissimus apud Philippum Macedoniæ regem, cujus meminerunt Æschines & Demosthenes in orationibus. Poetæ etiam dicunt, Pythonem fuisse serpentem à Junone immissum, ut Latonam persequeretur, à πύθω, quod est putredo, quoniam ex putredine terræ post diluvium Deucalionis natum volunt. Ab hoc Dracone Apollo Pythius (πύθιος) cognominatus est, quod in prima eum infantia sagittis interfecisset, nisi à πυνθάνεσθαι potius dictus fuit, hoc est, à sciscitando, oraculo videlicet. Exponit autem Jovianus Pontanus in Urania sua hanc fabulam hunc in modum, ut per Draconem istũ, post diluvium ex humida terra natum significari dicat immensam exhalationis vim, quæ post inundationem suam extitit, donec à Sole consumeretur. Et quia Sol omnem terræ putredinem consumit, ejusque è circulo radij sagittarum in modum emicant, ideò Apollo sive Sol (à Græcis enim Apollo φοῖβος, id est, Sol dicitur) Pythona sagittis interficere fingitur. Vide Ovid. 1. Metam. & Claudian. in 4. consulat. Honorij. Hinc Pythiæ, Phœbades vaticinantes. Pythonicus, qui & Apollinis numine afflatus oracula reddit. Pythonicus spiritus, Ein warsagender Geist. Et Pythia, orum, πύθια, ludi fuerunt Apol-

Apollinares, in Apollinis Pythij honorem institutis ob interfectum serpentem nocentissimum, vel ut Strabo libr. 9. scripsit, hominem sceleratissimum cognomento Draconem quorum autor Corœbus Atheniensis fuit. Vide de ludis Pythijs sive Apollinaribus Polydor. Virgilij de rerum inventione lib. 2. cap. 13. Meminit etiam Ovid. libr. 2. Metam.

Poeticè serpens. Pyth.

Python:

Cœruleus. Tumidus, Viridans. Atrox, Vetus, Sanguinolentus, Deucalionæus, Maximus. Qui in jugera spatiosa porrectus erat. Horrens grandibus squamis, & durus tergore. Multa jugera ventre premens. Incognitus serpens. Quem Apollo stravit multis sagittis. Qui novis populis terror erat. Quem Deus arcitenens mille telis perdidit effuso veneno per nigra vulnera.

Pythia:

Ludi sacri. Celebri certamine. Ludi dicti nomine perdomitæ serpentis.

Est etiam Pythia urbs Bithiniæ, quæ alias Sotiropolis dicta.

Pythonoscome, locus in Asia in campis patentibus, ubi primo adventus sui tempore cyconiæ advolant, & in eam, quæ omnium ultima venit impetum universi faciunt, & dilacerant. Vide Solin. & Plin. lib. 10. c. 23.

Pythopolis, πυθόπολις, teste Solino urbs est in Asia in ejus parte, quæ Mysia vocatur, & altera Cariæ, quæ Nyssa postea dicta.

Pyttacus, Mytilenæus. Unus ex septem sapientibus Græciæ. Sidon:

Tu Mytilene satus cognoscis Pyttace tempus.

POETICE.

Pyttacus:

Lesbius, Sapiens, Satus Lesbo, Mytilene satus.

Q.

Quadi, κουάδοι, Dioni Bohemorum olim gens, sicut & Marcomanni, Marckfelder / die alten Schlesier vnd Mähren. Ptolemæus Quadorum sedes ad sylvam Hercyniam fuisse scribit li. 2 sylvam intelligens Boiorū, quæ Hercyniæ pars est. Der Behmerwald.

Quadratus, Apostolorum discipulus Episcopus Atheniensis successit Publico Martyri, scripsit Apologeticum pro religione Christiana ad Adrian. Imperat. Euseb. lib. 4. cap. 3. & 23. Vide de eo etiam Hieronym.

Quari, populi Galliæ Narbonensis inter Salios & Vocontios. Strab. 4.

Quinquatria,orum, Quinquatribus & trijs, plural. tant. dies festus Minervæ, quod post diem quintum Iduum Martiarum celebraretur,sic dictus q. quinq; ab atro die. Solebant isto die adduci & invitari in ludos scholastici,ac donari præmiolis, ut ex Ovidio videre est libr.3. Fastor.

Discipulos attrahit illa novos.

Quæ consuetudo in quibusdam Germaniæ locis in diem D. Gregorio sacrum rejecta est.Eo enim propemodum tempore. Quinquatria Romæ celebratæ fuerunt. Utitur hac voce etiam Cic. lib. 12. famil. & Juvenal.

POETICE.

Quinquatria:

Sacra Miviervæ. Quæ nomina habent à junctis quinq; diebus.

Quintilianus, M. Fab. Quintil. Hispanus fuit, sed Romę Rhetoricam docuit multis annis, non sine summa laude.Scribunt eum tempore Domitiani principis emicuisse. Eximijs ornator encomijs à Laurentio Valla. Meminere etiam Plinius in epistol.& Martial. lib. 2. Epigrammatum ferè sub fine.

Quintiliane vagæ moderator summe juventæ.

Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Meminit & Seneca alterius Quintiliani declamatoris.

Quintiorum familia Romæ multiplex: ex ea enim Cincinnati. Flaminij, Crispiri,Marcij diversis temporibus claruêre. Antor est Volaterran.

Quirinus, κυρῖνος, Romulus dictus fuit, vel à curis vocabulo Sabiniorum, quo hastā illi appellârunt, à quo & securis dicta est, vel à Græco κοίρανος, quod estRex, vel etiam, quod cures vicerit. Ovid. in Fast.Virg. lib.1.

Remo cum fratre Quirinus jura dabat.

Romani etiam Quirinum Martem nominaverunt, quandò videl. tranquillus esset,Gradivum, quandò sæviret.

POETICE.

Quirinus:

Ausonius,Armifer, Martigena fortis.Bellipotens,Armipotens, Bellicus, Impavidus, Armiger, Belliger. Ingentem quatiens hastam. Qui sævijt rigidis in armis. Hinc Quirinalis,ut, Collis Quirinalis, κυρίνιος λόφος, Romæ in quo Quirini fuit templum, & porta Quirinalis, ad collem eum ducens, quæ & porta collina aliquando, hodiè porta salaria est. Jugum Quirinale apud

apud Ovid. in fastis. Quirinalia, orum, dies sacrorum Quirini. Quirites, κυρῖται, Romani appellantur. Hoc autem nomen à Romulo urbis Romæ conditore & rege promanavit, quem Quirinum dictum fuisse constat. Aliqui verò hoc nomen deducunt ab hasta, quæ Sabinorum lingua Quiris vocatur, qua Romulum assiduè esse usum narrant. Alij volunt corruptum esse vocabulum à κύριος, Dominus quod Romani fuerint Domini orbis terræ, unde Virgilius inquit;

Romanos verum Dominos.

Invenias etiam Quiritem in singulari apud Persium.

Quirites, vide proximè retrò in Quirinus.

R.

Rabirius, eques fuit Romanus quem perduellionis seu læsæ majestatis accusatum à T. Labieno Cicero defendit. Vide orationem ejus pro Rabirio.

Racirius, tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus questus est in senatu, de quo Cic. in epist. ad Quint. fratrem.

Radagasus, Rex Gothorum, Qui Arcadij & Homerij Cæsarum temporibus floruit, de quo Paul. Diacon.

Ratiastum, vulgò Limoges, urbs Lemovicum. Ptolem. lib. 2. cap. 7.

Ravenna, ῥάβεννα, prim. brev. Italiæ urbs in Cispadana regione, non longè à Rubicone fluvio, condita à Thessalis olim tota ligneis compacta ædificijs aquis diffusis pontibusque ac lembis peragrata. Strab. libr. 5. Hinc ῥαβεννάτης, vel Ravennesius gentil.

POETICE.

Ravenna:

Uluosa, Paludicosa, Paludosa, Æquorea, longæva, Humilis, Antiqua, Annosa.

Rauraci, Raurici & Rauraces, Galliæ sunt populi, Die im Baßler Bisthumb sein Plin.

Reate, ῥεάτιον, Stephano Umbriæ urbs in Italia, cujus & umbilicum esse dicunt, quòd in medio ferè Italiæ sit posita. Hinc Reatinus, a, um, possess. ῥεατινὸς, & Reatini populi.

Regium Lepidi, ῥήγιον, Italic. Rezzodi Lombardia Galliæ Cisalginæ oppidum â Lepido conditum. Hinc Regiensis, e, adject. Aliud est Rhegium, de quo infrà.

Regulus, M. Attilius Regulus Romanus nobilissimus, & fide & constantia clarissimus quem Carthaginenses resectis palpebris perpetuis vigilijs in carcere necârunt. Claudian. in 4. consul. Honorij:

Pro-

Prorogat æternam feritas tibi Punica famam,
Regule, &c.

Vide plura suprà: Attilius. Vide & Cic. paradox. II. 2. & 3. offic. & in Catone Majore. Gell. libr. 6. cap. 4. Legatur etiam tota Reguli historia apud Silium Italicum lib. 6. Punicorum.

POETICE.

Regulus:

Constans, Fidus, Ingenuus, Qui elevavit leviores Afros. Qui & constans certa nomina laudis suæ habet. Qui fortior fuit adversos in hostes. Qui mente liber, corpore captus erat. Qui redimi Romano turpe putavit.

Remus, pri. brev. ῥέμος, filius fuit Martis, frater Romuli, primi Romanorum Regis, à quo in ipso regni initio interfectus fuit, de quo Liv. lib. 1. decad. 1. Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad cædem vertuntur, ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est: ludibrio fratris Remum novos transiliisse muros, inde ab irato Romulo interfectũ, cùm verbis quoque increpans adjecisset: Sic deinde quicunq; alius transiliet mœnia mea, interficietur.

POETICE.

Remus:

Antiquus, Ausonius, Aventinus, Miser, Martigena, Iliades. Qui jura petita dedit cum fratre. Cujus sanguine muri Romani primum maduêre. In quem ferunt fulmina missa.

Rha, ῥᾶ vulgò, Edel, fluvius maximus in Sarmatia Asiatica, ubi Moscovitæ suam jam sedem habent, delabitur in mare Caspium. In hujus ripa Rhaponticum nobilis radix nascitur.

Rhadamanthus, ῥαδάμανθος, prim. & secund. bre. Jovis & Europæ filius, Rex Lyciæ fuit gravis & severus, unde poetæ ipsum inferorum judicem fingunt. Tres enim illi apud inferos judices faciunt, Minoem, Æacum, & hunc Rhadamantum. Meminit Virgil. 5. Æneid. Versus Rhadamansi hic celebris est:

Εἴκε πάθοι, τὰ κ' ἔρεξ' ἐδίκη ἰθεῖα
γένοιτο.

Iusta malis hæc admisso pro crimine pœna est,
Si qua fecerunt, eadem patiantur & ipsi.

POETICE.

Rhadamantus:

Immitis, Juridicus, Gnosius, Torvus, Inexorabilis, Agenorides. Explorans culpas nocentum. Ore terribilis.

lis. Habens duriſſima regna apud infernas ſedes. Qui caſtigans audit dolos. Qui fateri ſubigit piacula dilata in ſeram noctem.

Hinc Rhadamantæus, a, um, ut:

Rhadamantæum judicium.

ῥαδαμάνθυος κρίσις, proverbialiter dicitur de judicio ſevero & incorrupto, quod Rhadamantus manium (ut jam oſtenſum) judex neque muneribus, neque gratia moveatur, quo minus ſeverè judicet. Ita etiam ῥαδαμάνθυος ὅρκος: Id eſt:

Rhadamanti juſiurandum.

proverbialiter dicitur de veriſſimo juramento.

Rhamnes. etis, pen. genit. long. ῥαμνὴς, rex & augur, à Niſo interfectus, de quo Virgil. lib 9.

Rhamnus, Rhamnuntis, ῥάμνους fuit pagus in agro Attico clàrus ſtatua quadã 10. cubitorum magnitudine, Nemeſis Deæ, quæ ſuperbiæ ultrix habita eſt. Vide Pauſaniam in Atticis. Hinc Rhamnuſius, a, um, ῥαμνούσιος, quod eſt ex Rhamaunte. Terent. in Andria. Hoc certè ſcio Rhemnuſium ſe ajebat. Ita Rhamnuſia Dea, id eſt. Nemeſis.

Rhamnuſia, ῥαμνουσία, Dea ultionum, quæ & Nemeſis, vide ſuprà. Ovid. Rhamnuſis, idis, nomine dixit patronymico pro Rhamnuſia 14. Metam.

Memoremq́ time Rhamnuſidis iram.

Rhampſinitus, ῥαμψίνιτος, Ægypti rex poſt protea fuit Herodot. lib. 2.

Raphia, pen. lon. ῥάφια, Idumeæ Paleſtinæ urbs prope fluvium Jordanem, quæ à Judæis Roma dicitur. Ptol. lib. 5. cap. 16.

Rhea, ῥέα, eadem eſt, quæ & Cybele, Vide Cybele. Eſt & Rhea ſylvia filia Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ & Ilia dicta eſt. Vide Livium lib. 1. decad. 1. Ubi ita: Vi compreſſa Veſtalis (Rhea) cum geminum partum edidiſſet, ſeu iterata, ſeu quia Deus autor culpæ honeſtior erat. Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat. Sed nec Dij nec homines, aut ipſam aut ſtirpem à crudelitate regia vindicant. Sacerdos vincta in cuſtodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti jubet, Vide etiam ſuprà Amulius, & Ilia.

POETICE.

Ilia.

Rhea:

Horrida vultu.

Horrida vultum.

Romuli mater.

Rhebanus, fluvius in faucibus Boſphori Thracij, ut ſcribit Orphe-

Orpheus in Argonaut.

Rhebas, ῥήβας, fluvius est Bithiniæ, Valer. Flacc. lib. 14.

Lengiq; exirent flumina Rhebæ.

Rhedones, vulgò Renes, populi Galliæ in Britanniæ ducatu, de quibus Cæsar in commentarijs.

Rhegium, ῥήγιον, oppidum in Italiæ margine, situm versus Siciliam in Brutio agro. Hinc Græci à fractura nomen dedere, quod Sicilia ibi ab Italia avulsa abruptaque sit, ῥηγνύω rumpo Hinc rheginus,a,um.

Rhemi, ῥῆμοι, Galliæ Belgicæ populi, qui maxima sæpè cum Romanis bella gessere, cum Cæsare apud Gorgiam congressi sunt. Lucan. libr. 1. Plin. lib. 4. cap. 17.

Rhene, ῥήνη, insula Cycladum una in Ægæo deserta olim, in quam Delij suos inferebant defunctos. In Delo n. neque parere neque sepelire fas erat, sicut nec canem alere. Thucyd. libr. 4. Hermola.

Rhenus, pri. long. ῥῆνος, nobilis & amœnus Germaniæ fluvius, imperij Romani limes, quique Gallos à Germania separat. Oritur ex Rheticis Alpibus. Vide plura in prima parte: Rhein: Rheni, Rhenorum, Rheni accolæ, Germani & Galli, Die Rheinländer. Persus Satyra 6.

Ingentesq; locat Cæsonia Rhenus

Rhenanus adject. & hinc Citrenanus, Auff dißseit des Reihns. Cæsar etiã Transrhenanus dixit. Est & Rhenus Italiæ fluvius.

Rhesus, ῥῆσος, rex Thraciæ fuit, qui cum venisset in Trojanorum auxilium, à Diomede & Ulysse noctu in castris dormiens interemtus est. Virg. lib. 1. Ovid. lib. 13. Equos habuit albos, & cursu præstantes, de quibus Claudian.

POETICE.

Rhesus:

Ferox, Sythonius, Treicius,
Thrax, Bellicosus.
Odrysius dux,
In castris peremptus.

Rheti, ῥετοί populi Thyrrhenorum, Die Grawpünter / Algöwer / Bodenseer vnd Schwaben, Jenseid der Donaw. Hinc Rheticus, a,um, ut Rheticum vinum, quod optimum esse dicitur.

Rhetia, ῥαιτία, est Regio Europæ, quæ in primam & secundam dividitur, prima vel superior inter fôtes Rheni & Lycum fluvium, Das gantze Schwabenland / von Commersee / biß an den Lech / vnd Donaw. Secunda vel inferior inter Lycum fluviũ & Danub. fôtes, aliâs Vindelic. dicta der teil Bieerlands / zwischen dẽ fluß

Rhn

 Rh

Rhyn vnd dem Lech / der Donaw vnd Alpen.

Rhetico,onis,mons est in Rhetis,Pomp.Mel lib. 3. Vulgò Prettigurn.

Rhetus, ῥῆτος, pri. long. Centaurus quidam Ixionis filius de quo Lucan. lib. 4.

Rhexenor, ῥηξήνωρ, Nausithoi filius Aretes pater. Hic ab Appolline percussus obijt.

Rhion, Ætoliæ promontorium de quo Plin. lib. 4. cap. 2.

Riphæi montes, ῥίπαια ὄρη, montes in Scythia sic dicti ab assiduo ventorum flatu, ῥιπίζειν enim flare est Græcis. Hinc Riphæus,a,um, id est Scythicus & Aquilonaris. Est & Riphæus Trojani nomen apud Maronem 2. Æneid.

Rhithymna ῥίτυμνα: Brætæ hodiè Rhetinum,vulgò Aretina.Ptol. lib.5. cap.10.

Rhodanus, ῥόδανος. prima & secunda brevibus, fluvius est velocissimus apud Valesios ex monte arardu, quem bicornum vocant, nascens, & in mare Gallicum fluens Die Rhod. in Gallia. Cell. lib.10.cap.7. Hinc Rhodianue,a,um.

POETICE.

Liquidæ aquæ }
Rapax unda } Rhodani
Amnis vastus }

Rhodianus:

Furens, Præceps, Tumidus, Celer, Spumifer, Spumans, Ingens, Incitus, præcipitans, Velox. Fluens raucisono agmine, properè ruens in Pontum lato alveo. Hesperius amnis. Gallicos inundans campos. Cujus aqua Arar auget. Rapida unda tumens. Raptans in mare celeres aquas. Cui Surga & Druentia latis ripis cursus suos jungunt.

Rhodia, ῥοδία, nympha Oceani & Thetios filia, teste Hesiodo in Theogonia, dicta à fluendo. Est etiam vitis species, de qua Virg. lib. 2. Georg.

Transierim Rhodia.

Rhodogune, ῥοδογούνη, Darij filia, quæ viro defuncto nutricem secundas illi nuptias suadentem occidit.

Rhodope, es, ῥοδόπη, fœmin. penult. bre. Ital. Montagna de l'argento Thraciæ mons altissimus & celeberrimus in quo (quemadmodum & in Ismaro ejusdem regionis monte) Phœbus canere solitus est. Virg. ecl. 9. Hinc Rhodopeus, & Rhodopejus, quinq; syllab. adject. ut:

Saxa ferasq; lyra movit Rhodopejus Orpheus

Id est, Thracius. Sic Rhodopeja Phyllis Ovid. Rodopeja regna, idem.

POETICE.

Rhodope:
Nymbosa, Glacialis, Nivalis, Gelida, alta, Aeria, Threicia, Thressa, Cana gelu. Nivibus candens, Porrecta medium sub axem. Patens umbrosum ad Hæmum Quam solida nive arctos verberat.

Est & Rhodope pen. long. meretricis nomen eximiæ formæ, quæ meretricio quæstu maximas collegit opes, adeò ut magnificam etiam extruxerit Pyramidem, ne quis nimirum reges tantùm in erigendis ejusmodi structuris suspicere posset, cum etiam ipsa tale quid præstaret. Vide Plin. lib. 36. cap. 12. Dicitur eadem hæc & Rhodopis in Recto, genitiv. idis.

Rhodos, Vide supra, Rhodus.

Rhœbus, ῥοῖβος, Mezentij equus fuit, apud Virgil. libro. 10.

Rhæbe diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus, &c.

Rhœteum, ῥοίτειον, sive Rhœtus Trojæ promontorium, in quo Ajax Telamonius sepultus scribitur. Hinc Rhœteus & Rhœteius, a, um, Est & Rhœteum Troadis oppidum Aiacis Asylum. Virg. 6. Æneid.

Rhœtea littora.

Rhœtus, ῥοῖτος, Marrubiorum rex in Italia, qui filio Achemolo Casperiam novercam super induxit: hanc privignus stupravit. Quo cognito cum pater eum persequeretur, & ad pœnam vocaret fugiens ille ad Turnum se contulit. Virg. 8. & 10. Ænei. Rhœtus item mons Trojæ, de quo paulò ante.

Rhopolani, melius Rhoxolani, populi in Sarmatia Europea, apud Tanaim fluvium, qui nunc Moscovitæ sunt, & Tartari vel Rhutheni.

Rhymnus, ῥύμνος, fluvius, à quo Rhymnici Scythiæ populi & montes, Hermola. in Plin.

Rhyndacus, ῥύνδακος, penult. brev. fluvius, qui in pontum evolvitur. Hinc Rhyndacius, a, um, Est etiam hoc nomine urbs inter Pyrygiam & Hellespontum, autore Stephano.

Rhynitaleus, vir fuit Thracius, cujus exemplo Cæsar sæpè dicere solebat.

Proditionem quidem se amare, sed proditorem tamen odisse,

Autor est Plutarchus in vita Romuli.

Rhynton, ῥύντων, poeta fuit Comicus Tarentinus nugator, à quo ridiculæ ejusmodi Comœdiæ Rhynthonicæ

dictæ sunt. Legitur etiam Rhinthon apud Ciceron. qui ejus meminit lib.1. ad Atticum epist ultima.

Rhycius, Cretæ urbs est, teste Homer. lib. 2. Iliad.

Ricina, Insularum, quæ Hyberniæ adjacent una, autore Ptol. lib 2. c. 2. Plinio Ricnea dicitur.

Regiacum, urbs Atrebatum Ptol. lib 3. c. 9.

Ripa alta, Vide suprâ, Rotenburg.

Riphæi, vidê suprà Rhiphæi.

Ripheus, ῥίφεὺς, Ixionis & Nubis filius ex centauris unus Fuit & vir Trojanus, de quo Virg. lib. 2. Æneid. legitur & Rhipheus.

Risinum, hodiè Rhisinium, Ptol. lib. 2. c. 17. urbs Liburniæ.:

Riusiana, vide suprà Gengen.

Rizonicus, Lyburniæ sinus. Ptol. hodiè Catharum.

Rodope, vide. Rhodope.

Roma, prim. long. ῥώμη, Italiæ urbs nobilissima & bellicosissima. & totius orbis olim caput, quem penê totum sibi subjecerat. Ebraicè significat excelsam, sublimem, ut quæ caput inter reliquas urbes extulerit dicente Virgilio רום exaltatus est, Græce robur à ῥώμη. Capta fuit à Remo & Romulo condi, regnante Achas rege Juda, qui proximê antecessit Ezechiam; anno mundi 3212 annis 750. ante Christum natum. Distat ab Hierosolymis circiter 400. milliaria germanica à Corintho, unde Epistolam Paulus scripsit circiter 200. mil. Ambitus ejus quinq; fuit miliarium Germanicorum habuit portas, 27. colles intra mœnia septem cum Janiculo. Turres 63. fora diversa, campum Martium templa Deorum propemodum infinita. Respublica ipsa diversis gubernata est Magistratibus. Habuit enim Roma aristocratiam, Monarchiam, democratiam, teste Polydoro Virg. lib. 2. cap. 3. annotat. Legitur urbis hujus consulibus præferri solitos fasces, hoc est, virgas securibus alligatas quibus significare voluerunt, corrigendam esse malitiam, quæ sanari possit, quæ verò emendari nequeat, abscindendam esse. Virgæ enim corrigunt, secures autem abscindunt. Eandem Constantini Imperatotis sententiam fuisse legimus. Is enim cum aliquando consultaret de coercenda morum petulantia fertur usurpasse Ovidianum hoc atque ita exclamasse.

Immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars
sincera trahatur.

Vide

Vide Livium lib. 1. Decad. 1. ubi de urbis hujus conditore, & ratione appellationis scribit & Iulium Solinum cap. 2. de origine Romæ, & septem regibus Athenæum, Dionysium Afrum in descriptione orbis, Ciceron. & Ovid. vide etiam plura in prima parte: Rom. Hinc Romanus, ῥωμαῖος, ut Populus Romanus.

Romani rerum Domini
Virgil.

Romanus sedendo vicit.

Proverb. vetus, quod natum putant ex historia Fabij Cunctatoris, cujus mora & patienda vires Hannibalis juveniliter exultantis fractæ sunt, de quo versus Ennij:

Vnus, qui nobis cunctando
restituit rem.

Dicitur autem proverbium in eos, qui licet otiosi & tranquilli ea tamen, quæ volunt. efficiunt, vel qui non viribus, sed arte potius rem gerunt. Romanicus adject. Aliud Romanensis, qui alibi natus Romæ habitat.

Romandida, Italiæ regio est que & Flamminia dicitur in, ea sitæ sunt urbes, Bononia & Ferraria.

Romulus, ῥωμύλος, qui & Quirinus Martis filius, qui cum Remo fratre educatus à lupa dicitur, de quo Livius libro 1. Decad. 1. ita: Tenet fama, cùm fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitũ cursum flexisse, eã summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister regij pecoris invenerit (Faustulo nomen fuisse ferunt) ab eo ad stabula Laurentiæ uxori educandos datos. Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putẽt, inde locum fabulæ ac miraculo datum. Hactenus Livius. Fuit autem Romulus Romæ conditor, & primus rex Romanorum, qui 38. annos regnavit, de quo & hoc scribitur, quod nimirum capto augurio, ubi hastã ex Aventino monte in Capitolium jecisset, hasta solo infixa repentè frondescere cœperit: quod prodigium significavit, Romani imperij statum hasta, hoc est, armis florentem fore, Meminit hujus rei Ovid. 15. Metam. ubi inquit:

Cum subitò vidit frondescere
Romulus hastam.

Meminit & Plutarchus in vita Romuli hujus arboris eamq; tam diu floruisse scribit, dum imperij status maximè

ximè floruit: sub initium verò bellorum civilium exaruisse, ædificante enim Julio Cæsare, fabri, cum propinqua arboris loca temerè suffoderent, ejus radices violârunt. Atq; hæc de hasta Romuli in arborem conversa. Idem porro Romulus ablatus fingitur à Marte præcedente tonitru ac fulgure; idq; ideò, quia subitò coorta tempestate ictus est fulmine cùm ad exercitum recedendum concionem in campo ad Capræ paludem haberet. Vide plura supra Amulius, Numitor, Laurentia. Vide etiam Servium in illud Virg. 1. Æneid.

Donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dedit Ilia prolem.

Romulus etiam adjectivè interdum ponitur, ut, Romula tellus apud Virg. lib. 6. Gens Romula apud Horat. Romuleus aliud adject. ut, urbs Romulea apud Ovid. Romulidæ, Romani à Romulo.

POETICE.

Romulus:

Magnus, Fortis, Invictus; Acer, Magnanimus, Martigena, Mavortius, Potens, Augur, Iliades, Trabeatus, Trabea decorus. Proles Martia, Nepos Martis, Nepos Numitoris, Frater Remi. Rex Romanus. Urbis pater; Romanæ conditor urbis. Conditor urbis dominæ. Dux geminus. Junctus gemino Remo. Novus Deus, Bellicus Deus. Lupæ lacte nutritus Trabeati cura Quirini. Qui Mavortia mœnia condidit. Qui Romanos suo de nomine dixit. Qui primus fecit sollicitos ludos, cùm rapta Sabina juvit viduos viros.

Roscea, Reatini agri campus Fest. dictus inde, quod arva in eo rore semper sint humida.

Rhoscius, ῥόσκιος, Gallus Comœdiarum actor optimus fuit Romæ à quo omnes in re quapiam perfecti Rhoscij dicuntur Horatius lib. 2. epist.

Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit

Hinc etiam illud:

Difficile est, agere gestum præsente Roscio.

In gestu enim & pronunciatione reliquis omnibus excellentior Roscius fuit. Defensus est à Cicerone in judicio ob pecuniarum rationem.

Fuit & alius Roscius Amerinus, qui etiam à Cicerone in parricidij causa defensus est. Vide pro Roscijs orationes Ciceronis.

Rostra, plural. suggestus erat in

in foro Romano ad Palatini radices, navium hostibus ereptarum rostris extructus & exornatus, ex quo conciones habebantur ad populū **Ein Cantzel.** Dicere pro rostris, **Eine rede thun auff der Cantzel.** Rostrat9, ut, Corona rostrata, qua in navali pugna victor ornabatur. Plin. Subrostrarij, infra senatores, Sub rostris sedentes Cæl. Cic. 8. famil.

Rothemagus, Vide supra **Rovan.**

Roxana, Darij filia, & Alexandri concubina, quæ cum prægnans esset, à Sorore Satyra in puteum demersa est quod præcipuis eam honoribus Macedones cumularent. Autor Plutarchus in Alexandro.

Roxicum, vulgò Rogela, insulæ Corsice urbs. Ptolem. lib. 3. c. 2.

Rubi, orum, ῥουβειὰ, plur. tantùm Campaniæ oppidum, à ruborum frequentia dictum Horat. lib. 1. Satyr. 1.

Inde Rubos fessi pervenimus.

Hinc fit Rubeus, a, um, ut, Rubea vimina apud Virg. quæ inde afferebantur.

Rubicon, onis, ῥουβίκων, pen. bre. Italiæ fluvius, qui Galliam Togatam ab Italia distermınat, oritur ex Alpibus, & inter Ravennam & Ariminum in Adriaticum delabitur mare. Vide de eo

Plutarch. in vita Pompeij & Cæsaris. Claudian. in 6. Consulat. Honorij. Lucan. lib. 1. de bello civili.

POETICE.

Amnis Rubiconis.
Unda Rubiconis.

Rubicon:

Amœnus, Puniceus, Parvus, Alpinus. Cadens fonte modico Qui parvis impellitur undis. Per imas valles serpens. Decurrens parvis spacijs.

Rubricatus, Hispaniæ Tarraconensis fluvius, vulgò Lubregat.

Rhudiæ, arum, ῥουδίαι, Pt. ῥόδιαι, Steph. sive Rhudia, æ, Plin. vetustum oppidum fuit in Calabria, Ennij Poetæ patria apud Strab. Rhodæi, orum legitur. Sil. lib. 12.

Rhudiæ genuére vetusto
Nunc Rhudiæ solum memorabile nomen alumno.

Hinc Rhudium hominem vocat Ennium Cicero pro Archia.

Rufæ, Campaniæ oppidum Virgil. lib. 7.

Quiq; Rufas Batalumque tenent.

Rutheni, ῥουθηνοὶ, vulgo Rhodez, Gal. Aquitanicæ populi item Sarmatiæ Europææ, vide suprà **Reussen.**

Rutilus Geminus, Panetij auditor, vir doctus, & Græcis literis eruditus libros ponti-

tificales scripsit, de quo Cicero in Bruto. P. Rutilius primus legem pugnandi militibus tradidit, de quo Valerius & Seneca, lib. 6. de beneficijs M. Rutilius Censorinus item Censor creatus populum in concione corripuit, quòd eam potestatem sibi bis detulissent. Vide Valer. de Moderatione Rutilius LupusRhetor. fuit de quo Quintil.

Rutuba, Liguriæ fluvius, ex Apennino oriens, de quo Plin. lib. 3. c. 5.

Rutuli, pe. bre. ῥετελοι populi antiqui Italiæ fuére in Latio quorum rex Turnus bella gessit cum Ænea in Italia. Urbs eorum ardua fuit non procul à Roma distans, cujus meminit: Liv. lib. 1. decad 1. ferè in fine his verbis. Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione atq; in ea ætate divitijs præpollens.

Rutupiæ, vide suprâ, Sandwich.

Rutupinum pen. long. Britanniæ promontorium, unde Rutupium littorale Britanniæ oppidum. Hinc fit Rutupinus, ut, Rutu pina littora apud Lucan. lib. 6.

S.

Saba, æ pri brev. Σαβὰ שבא Sabæorum Arabiæ felicis metropolis, Nilo non secus atq; insula circumdata, dicta à σέβειν, id est, venerari quia thus mittit ad sacrific a, vel ab authore suo Sab filio Rhama. Gen. 10. Nostr tempore Elisaba dicitur. D hac Psalm. 71. Reges Ara bum & Saba dona addu cent. Sabæi populi, de quibus mox.

POETICE.

Saba:

Arabica, Australis, Thurifera. Sola ferax thuris. Ob thurea grana clara.

Sabacus, Rex Æthiopum, qui Ægypti rege Amisi fugato, annis quinquaginta illius obtinuit regnum Herodot. lib. 2.

Sabæi, Σαβαῖοι. pri. bre. populi felicis Arabiæ quos propter maximam fructuum copiam otiosos segnesque vivere scribunt, Nascitur apud illos thus & myrrha, cynamomum, in ora etiam balsamum, & aliæ quædam odoris longè suavissimi herbæ. Vide Strab. lib. 6.

POETICE.

Sabæi:

Molles, Thuriferi, Thurilegi, Odoriferi, Pingues, Leves, Uncti, Fatilegi. Qui sua thura mittunt. Qui toxica matura carpunt. Multum odoris habentes. Quibus solis thurea est virga.

Sabata, Sabatum & Sabatia, Liguriæ urbs Maritima, vulgò Savona. Ptol. lib. 3. cap.

cap. 1. Plin. lib. 3. cap. 4. Pompon. Mel. lib. 2.

Sabathra, parvæ Syrtis urbs, vulgò Raxaniabes. Sabrata Plinio dicitur.

Sabidius, vir Romanus gulæ deditus plus, quam concoquere stomachus posset, cibi ingurgitabat, unde & spiritũ habuit adeò fœditum, ut nemo in propinquo colloqui cum ipso posset, de quo Martialis.

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare,
Hoc tantùm possum dicere, non amo te.

Sabini, & Sabinæ prim. brev. Σαβῖνοι, populi fuerunt Italiæ antiquissimi, non procul à Roma, apud Appenninum montem, quos ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι dictos volunt, id est, à religione & cultu Deorum. Horum filias Romani olim, cùm uxoribus carerent, in spectaculo rapuerunt, unde & bellum ortum inter Romanos & Sabinos Virg. 8. Æneid.

Et raptas sine more Sabinas.

Hinc Sabellus, a, um, ut, Pubes Sabella, apud Virg. 2. Georg. & Sabellicus, ut, Sus Sabellicus 3. Georg.

POETICE.

Gens Sabina.

Sabini:

Rigidi, Duri, Fortes, Prisci, Veteres, Curibus sati.

Sa

Sabinæ:

Intactæ, Quas Romulus rapuit.

Sabinus, declamator Senecæ tempore insignis, de quo Seneca in declamationib. Sabinus Vespasiani frater interemtus à Vitellio, qui Vespasiano res contra Judæos gerente defuncto Othone Capitolium cum Jovis æde occupârat. Sabinus sophista, sub Adriano principe fuit, qui aliquot post se scripta reliquit, Suid. Sabinus Masurius, libros fastorum & rerum mirabilium scripsit, Sabinus Syrus, vir fortis, quem Josephus lib. 7. c. 1. tempore Titi, Jerosolymæ muros primùm ascendisse scribit. Sabinos Tyro, de Hortensibus scripsit, de quo Plin. lib. 19. c. 10

Sabota, aliâs Sabora. Arabiæ urbs in excelso monte.

Sabriana Britannici maris æstuarium, Ptol. lib. 2. cap. 3. Sabrinam fluvium Cornelius scribit, lib. 12. vulgò Severne.

Sabylius, Geliæ urbis Siciliæ tyrannus post à seipso interfectum Cleandrum. Herodot. lib. 6.

Sacæ, σάκαι, populi fuerunt inter præcipuos Persici regni. Vide Xenoph. & Herodot.

Sacamaza, magnæ Syrtis vicus, Ptol. lib. 4. c. 6.

Sacarum regio, ἡ σακῶν χώρα,

est

est in Asia ultra Caspium mare, Sogdianis contermina, ubi incolæ cum neque urbes, neq; vicos haberent, nemora & specus habitabant. Funditus sunt deletæ à Persis, quòd ex spolijs festa celebrarent.

Sacer mons, ἱερὸν ὄρος, est trans Anienem fluvium ultra trium miliarium, sic dictus, quòd Jovi esset consecratus. Hunc olim plebs Romana exactis regibus, ubi à ditioribus & potentiorib. premeretur, occupavit, & ibi creati sunt tribuni plebis. Meminit ejus Cicero in Bruto.

Sacerani, appellati fuerunt Reate orti, qui ex Septimontio Lagures & Siculos ejecerunt, ita dicti quòd sacro nati essent jure.

Sacrani, Italiæ fuêre populi, Romæ vicini, qui à Corybante quodam, ea loca tenente, orti sunt.

Sacra via, ἱερὰ ὁδὸς, locus Romæ, ubi Romulus & Tacitus fœdus fecerunt. Meminit Cicero in oratione pro Plancio.

Sacrum promontorium, ἱερὸν ἀκρωτήριον, Ptol. lib. 3. cap. 2. Lusitaniæ locus, qui hodiè S. Vincentij caput dicitur, ubi Cuneus ager.

Sadyates, σαδυάτης, fuit Ardyos filii Gygis filius, qui defuncto patre in Lydia regnavit. Vide Herodot. lib hist. 1.

Sæpinum, Σαίπινον, urbs Samnitum. Ptol. lib. 3. cap. 1.

Sætabis, aliàs Augusta Valeria, est fluvij nomen apud Ptol. lib. 2. cap. 6. olim Sectanis, nunc Xativa.

Sagæ, ijdem qui Sacæ anteà dicti, autor Pomp. Mel. lib. 3. Sagæ item dicuntur anus, quæ multa scire volunt autore Cicerone lib. 1. de divinat.

Sagatus, Herod. lib. 3. fluvius Phrygiæ, Livius verò in 7. de bello Macedonico Gallograeciæ fluvium dixit. Vide Sangoris.

Sagra, fluvius Italiæ, in magnæ Græciæ ora, in cujus ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sunt, vulgò Sagriano in Calabria. Vide Plinium & Strabon:

Saguntia, vel Sarguntia, Hispaniæ urbs Ptol. lib. 2. c. 4.

Saguntus vel Saguntum, Σάγουντον, pri. bre, hodiè Murvedre, vel Moviendro, oppidum Hispaniæ juxta flumen Iberum societate & fœdere junctum cum Romanis ab Hannibale expugnatum. Hinc Saguntinus, a, um, Σαγουντινὸς, ut:

Vasa Saguntina
Id est, Insignia, Ita.
Saguntina fames.
proverbialiter de extrema fame dicitur. Saguntum

enim

enim Pœnorum obsidione, fameq; eò redactum est, ut cives extructo in foro igni, quicquid erat preciosarum rerum, in eum conjicerent, ac postremò sese suosq; liberos eò præcipitarent, ne in hostium manus venirent. Livius lib. 1. decad. 3. Meminit & Cicero paradox. 3. Saguntini, qui parentes suos liberos emori, quam servos vivere maluerunt, paricidæ fuerunt, & Lucan. lib. 8.

POETICE.

Alta tecta Sagunti.

Saguntus:

Animosa, Metallifera, Hispana, Misera, Rigida, Graja.
Quam flamma combussit.
Quæ magno molimine cecidit.

Sais, σάϊς, Aegypti urbs juxta unum ex Nili fluminis ostijs, quod ab ipsa Saiti cum dicitur: & Saitæ populi in Ægypto loci hujus incolæ, qui Minervam colunt, autore Cicerone lib 3. de natura Deorum.

Sala, fluvius Germaniæ per Thuringiam in Albim delabens Die Sal. Hinc Salanus, a um, ut, Salanæ Musæ id est, Jenenses.

POETICE.

Flumen Salæ.
Fluenta Salæ.
Irrigua Salæ unda.
Liquidæ aquæ Salæ.
Illimis unda fluentis Salæ.

Sala:

Algens, Stridens, Irriguus, Thuringus. Undans, Gelidus Cœruleus, Pulcer, Pater, Spumifer, Flavus, Tumidus.
Inferens se Saxonicis finibus, Petens urbem à Marte vocatam. Irriguo flumine Arcuans fluctus profundos. Tollens caput sinuoso flumine. Perfluens undoso gurgite nemus ilice densum Ministrans Mœno irriguas aquas. Sonans spumanti gurgite. Qui turbidus hybernis undis densum agmen fluminis vorticibus agit. Qui præceps lapsus præpingues in agros præterfluit urbem eximiam salsis fontibus. Est etiam hoc nomine oppidum, & fluvius Mauritaniæ de quo Plin. lib. 5. c. 1. Est præterea hujus nominis oppidum magnæ Phrygiæ Pannoniæ superioris Atq; Armeniæ. Ptolem. lib. 4. cap. 1.

Salacia, vel, ut quibusdam placet, Salica, aquæ Dea, Neptuni uxor. A poetis pro aqua ipsa interdum sumitur.

Salacon, vir fuit, qui autore Suida divitem se simulabat, cum tamen pauper esset. Meminit & Cicero lib. 7. epist.

Salambriæ, σαλαμβρίαι, Cappadociæ urbs. Ptol. lib. 5.

cap. 6. Dicitur eadem & Sarabæa.

Salamin, seu Salamis, inis, σαλαμὶς, vel Salamina, σαλαμίνα, insula in mari Euboico, è regione Athenarum in qua urbs est ejusdem nominis, ubi Telamon Ajacis & Teucri pater regnavit. Sunt qui scribant, fuisse hanc Homeri patriam. Horat. 1. carm. ode 7. *Alia fuit in Cypro Solonis patria, quam Teucer condidit priorem pulsus à patre Telamone, quod ex bello Trojano reversus Ajacis inimicos non vltus fuisset.* Horat. in odis.

Tyburis umbra tui, Teucer
Salamina patremq;
Cum fugeret, &c.

Hinc Salaminus & Salaminius σαλαμίνιος, adject. ut σαλαμινία ναῦς, id est Salaminia navis, de præveloci proverbialiter dicitur. Salamini & Salaminij incolæ, ut Solon Salaminius. Lucanus etiam mare Salaminiacum dixit, mare Salaminis insulæ.

Salanga, σαλάγγη, Hyberniæ promontorium, aliâs mons Dominici, ubi S. Dominicus monasterium extruxit. Ptolem. lib. 2. c. 2.

Salapia Plin. lib. 3 c. 11. Apuliæ urbs.

Salaria via, σαλαρία ὁδὸς, Romæ dicta est, quod per eam Sabini sal à mari deferebant, die Salzstrasse. Sipontinus.

Salasgij, qui & Salisi populi sunt Boijs Helvetijsq; finitimi, die Ougstaler. Strab.

Saldæ colonia, hodiè Alger Mauritaniæ Cæsariensis urbs Barbarossæ regnum. Ptol. l. 4. c. 2.

Salentinum, pen. lon. σαλέντινον Ptol. Italiæ promontorium est, Salentini σαλεντῖνοι, populi, quorum regio Apuliæ proxima est. Et Salentini campi peninsulæ forma, non procul sunt à Tarento. Virgil. lib. 3.

Et Salentinos obsedit milite campos.

Salia, Hispaniæ fluvius ad oram Britannici maris, à quo Saleni accolæ dicti, quos Selinos Ptolomæum lib. 2. c. 6. dixisse Hermolaus autumat.

Salij, σάλιοι, prim. brev. Sacerdotes Martis, qui saltantes ancilia gestare soliti sunt Romæ à rege Numa instituti sunt, de quibus Livius 1. ab urb. Numa Salios XII. Marti legit, cœlestiaq; arma (quæ ancilia appellantur) ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, solenniq; saltatu jussit. Ovid. 3. fastor.

Iam dederint Salijs, à saltu nomina dicta.

Hinc Saliaris, e, ut, Cœna Saliaris, id est, splendida, Sunt & Salij Germaniæ populi, qui Franci aliàs sive Francones dicuntur, Die Francken. Ammian. Marcell. Althamerus in Taciti Germaniam, à Sala fluvio sic dictos putat. Ab his legem Salicam, quæ successionem mulieribus prohibet. Alciatus dictam putat.

POETICE. pri.

Salij Martis. A saltu nomina dicta.

Saliocanus. Galliæ portus, urbs apud Ptolem. lib. 2. c. 8. vulgò S. Paulus.

Salmacis, σαλμακίς, fons est in Caria propè Halicarnassum dictus Venereus, quia effœminatos homines reddit. Vide Strab. lib. 14. Et suprà Hermaphroditus, & Ovid. lib. 4. Metam.

Salmaci vel jaculum, vel pictas sume pharetras.

Fabula autem Salmacidis nymphæ, de qua suprà in dictione Hermaphroditus, non tam ad vitium aquæ, quam ad inertiam & seditiosum otium, quo vires hominum debilitari, imò enervari planè solent referenda est. Cares enim, qui eo in loco habitabãt, homines erant, desidiosi & luxuriosi flagitiosisq; libidinibus dediti: Unde & Hermaphroditi vulgò vocabantur. Hermaphroditus enim dicitur non tantùm cui vtrumque est membrum, & virile, & Muliebre: sed etiam qui utramque exercet Venerem, Hinc Salmaeius, a, um, adject. Invenitur & Salmacis interdum adjectivè, ut, Aquæ Salmacides apud Plin. lib. 31. cap 3.

POETICE

Obscœnæ Salmacidis undæ.

Salmantica, aliàs Salamanca, Hispaniæ Lusitaniæ urbs. Ptol. lib. 2. c. 5.

Salmoneus. trib. Syllab. med. lon. σαλμωνεύς, Aeoli filius non regis ventorũ, sed cujusdam apud Elidem, ubi regnavit. Hic regia sua majestate minimè contentus divinos affectavit honores, & ut suis videri posset Deus, super æreo ponte in sublimi extructo agitavit currus, qui tonitrua minitarentur. Ignitis etiam facibus ex excelso in fulminum similitudine jaculavit. Ob quem factum Jupiter iratus vero cum fulmine ad inferos deturbavit. Virg. lib. 6.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, &c.

Meminit ejus etiam Erasmus in copijs lib. 2. in exemplo fabuloso his verbis:

Salmoneus in tartara præceps datus docet, non esse æmulandum, quod longè supra nostram fortunam habeatur.

POETICE.

Æolides.

Salmoneus:

Ferus, Audax, Furens, Elatus, Superbus, Tumidus. Stolibus, Jovis æmulus. Qui in aere mentitus est Jovis fulmen. Qui quadrifida trabe alti Jovis tela finxit. Qui flammiferum fulmen rotavit Alphæa per oppida. Qui perterruit Elæam urbem casu, Qui imitatus est flammas Jovis, & sonitus olympi. Qui per urbem mediæ Elidis ibat, ovans & Divûm sibi honorem poscebat. Qui nimbos & fulmen non imitabile simulavit ære, & cursu cornipedum equorum.

Salmonis, idos, filia Salmone, id est, Tyro. Propert. lib. 1.

Salo, Dalmatiæ littus & emporium. Strab. lib. 7.

Salodurum, vide supra, Solothurn.

Salomon pri. & secund. br. vel Solomon, σολομὼν שְׁלֹמֹה omnium regum sapientissimus & eruditissimus, filius Davidis, cui etiam in regno successit.

POETICE.

Vates Idumæus.

Salomon:

Sapiens Rex, Prudens, Ditissimus regum. Qui regia patris sceptra tulit. Dives opum. Qui splendido amictu luxit. Qui in auras eduxit templum Augustum, ingens, centum columnis sublime. Qui operatus sacris iniquis patrias aras fædavit fictis numinibus. Qui per terras omnibus aris eversis ope barbarica condidit olim templum ingens & opulentum molem ad sidera eductam.

Salon, σάλων, Bithyniæ regio bobus pascendis idonea, Strab. lib. 12. Hinc Salonensis, ut, Salonensis caseus.

Salonæ, arum, pri. bre. σαλῶναι, Dalmatiæ urbs insignis, devicta olim ab Asinio Pollione, qui ob id laurea coronatus est. Martial. lib. 10.

Ibis littoreas Macer Salonas.

Salonius, Pollionis exercitus Germanici ducis filius, cui à captis Salonis pater hoc nominis indidit.

Salpiæ urbs Apulorum in mari Jonio. Ptol. lib. 3. cap. 1. Plinio Salapia dicitur.

Salpia, Apuliæ palus, juxta Salpiam urbem Annibalis meretricio amore claram. Lucan. lib. 5.

Salsusæ,

Salsusæ, Galliæ Narbonensis fons juxta Ruscinonem à salsis aquis dictus. Pompon. Mel. lib 2.

Saltiæ, aliâs Φθειροφάγοι, juxta Pontum Euxinum populi

Salus, est Dea omnium rerum servatrix, quam antiqui coluerunt. Vnde & Romæ propriam ædem habuit, cujus meminit Plin. lib. 52. cap. 4. Die Göttin des Heils/der Wolfahrt. Terent. in Adelph. act. 4. scena 7.

Ipsa, si cupiat, Salus
Servare prorsus non potest
hanc familiam.

Quod est Epiphonema patheticum & hyperbolicum quo summa desperatio notatur.

Salustius, vide suprà Crispus Salustius.

Samaria, σαμαρία, שֹׁמְרוֹן urbs regalis Israel, à qua tota regio decẽ tribuum dicta est Samaria. Abfuit ab Hierosolymis diei itinere, clarissima regum Israeliticorum tempore dicta a Somer, Domino ejus loci, in quo ab Amri Israelis rege Samaria cõdita fuit. Nomẽ Samariæ significat custodiã, sive custodię arcẽ, Landshut/à שָׁמַר custodivit. Hinc Samarita & Samaritanus, ex Samaria oriundus. Fuêre

autem Samaritani tale genus hominum, qui Iudæorum quidem Deum professi sunt, sed interim tamen gentium Dijs etiam servierunt. 4. Reg. 17. Ideo Iudæi à Samaritanis non secus atque ab Ethnicis Idololatricis abhorrebãt. Ioh. 4. Et Christo magni probri loco obijciunt, quod Samaritanus esset. Ioh. 8.

Samarobrina, Galliæ urbs est, vulgo S. Quintin. dicta à fluvio præterlabente Samara.

Samarobrini, σαμαροβρῖνοι, Galliæ Belgicæ populi, quorum metropolis Cameracum esse putatur. Ptol. lib. 3. cap. 9.

Same, es, σάμη, Pomp. Mel. lib. 2. insula in Ionio mari.

Samnites, σαμνῖται penul. lon. vulgò Abbruzzo, populi in Samnio, quod nunc Aprucion dicimus; regio Italiæ inter Picenum, Campaniam & Apuliam. Quidam etiam Sannites per duplex N scribunt, σαννῖται, Völcker in Italia.

Samnium, σάμνιον, urbs Britanniæ, Gentile Samnius, & possessivum Samniticus.

Samonium, Pompon. Mel. lib. 2. promontorium insulæ Cretæ.

Samos, σάμος, prim. bre. vulgò Samo insula in mari Ægæo, Epheso opposita, Pythago-

ræ

ræ patria. Nata etiam in ea dicitur una ex Sibyllis, cui vaticinia de Christo tribuuntur, inter quæ & hoc esse dicitur: Tu enim stulta Iudæa, Deũ tuum non cognovisti, ludentem mortalium mẽtibus, sed & spinis coronasti eum, horridumque fel miscuisti. Iunoni porrò hæc insula sacra fuit, quod & ipsa in ea nata fuerit, & Iovi nupserit. Dicta prius Anthemusa(ἀνθέμουσα) fuit à floribus, item Parthenia & Artemisia. *Hinc* Samius, a, um, ut, Samia vasa, Samium lutum. Samium & Samiolum diminutivum, testa, **Ein Jerdin geschirr/ ein jrdin gefeß.**

POETICE.

Samos:

Thrax, Vetus, Illustris, Fœcunda, Pulcra, Sterilis, Concinna, Threscia, Iunonia.

Samothracia, sive Samothrace, σαμοθράκη, Stephano Sarmodrachi, alia est insula in ora Thraciæ in mari Ægæo, unde & ob differentiã Sami insulæ *Asiaticæ* Samothrace, vel Samothracia dicta fuit. Virgil. lib. 7.

Threiciamq; Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

Meminit porrò & Sami urbis Ioniæ à M. Cicerone instauratæ; seu, ut ipse ajt, recreatæ Cicer. lib. 1. epist. ad Q. fratrem epist. 1. Vide & suprà, **Samothracien.**

Samosata, σαμοσάτα, Strab. lib. 14. Asiæ urbs ad Euphratem Samosata Luciano alumno nobilis.

Samson, sonis, Ebraicè שִׁמְשׁוֹן Simson, id est, Sol eorum, filius Manue, populi Israelitici judex annos 20. fuit. Mentio ejus fit in lib. Iudic. cap. 13. & sequentibus.

POETICE.

Manoeius heros.

Samson:

Fortis, Prævalidus, Invictus, Cœlesti robore, Crine potens. Intonsus crines. Qui contudit arma nota Philistæis viris. Qui primus avertit hostes Ebræis finibus, & arma intulit in Palæstinas plagas. Qui maxilla lentè gradientis aselli mille virũ corpora prostravit, Qui maxilla putris asini peremit mille viros. Cujus manu cecidit multa caterva. Qui Gazæ portas cardine convulsas fregit, & in summum mõtis jugum pertulit, Quem captum insidijs muliebribus ater carcer habuit in tenebris lumine privatum. Quẽ super & hostes & domus geminis columnis convulsa ruit. Qui abstulit portas fractas forti è cardine. Qui vocatis hospitibus proposuit docta argumenta, usus cæcis verborum

ambagibus. Qui effossa luce coactus est ire quaslibet vias, & credere dictis hostis. Quem sine luminis usu stantem in theatro risêre duces. Qui Philistinos problemata rogavit, cum cæso leone dulcia mella tulit.

Sandanis, vir quidam Lydus qui, teste Herodoto lib. 2. suasor fuit Crœso, ne Persis bellum inferret.

Sanga, σάγγης, Cantabrorum in Hispania citeriori fluvius Plin. lib. 4. cap. 20. Est etiam hoc nomine servus apud Terent. in Eunucho.

Sagallum, Helvetiæ oppidum S. Gallen.

Sangarius, σαγγάριος, vulgo Zagari fluvius inferioris Phrygiæ Stephan. aliàs Coralius dictus.

Sannaus, lacus, de quo Plin. li. 2. cap. 102. lacus Sannaus in Asia circumnascente absynthio inficitur.

Santones, σάντωνες, pen. brev. vel Santoni, vel Santonici Galliæ sunt populi. Tholosatibus vicini. Pomp. Mel. l. 3. Lucan. l. 1. Iuven. Satyr. 8.

Tempora Santhanico velas adaperta cucullo.

Santonicus, ut herba Santonica, absynthium, quo Gallia Alpibus finitima abundat. Plin. lib. 27. cap. 7.

Santonum portus, Galliæ urbs Ptol. lib. 2. cap. 7.

Santonum, Ptol. lib. 2. cap. 7. promontorium in Gallia, vulgò La Rochelle.

Sapiri, sunt populi juxta pontum, teste Orpheo in Argonauticis.

Sapis, Italiæ fluvius in Flaminia propè Cesenam urbem Plin. lib. 3. ca. 15. Est & Sapis Galliæ Cisalpinæ fluvius, vulgô Albs en Marca de Ancona

Sappho, σαπφὼ, fœmina fuit Lesbia, & nobilis & vates, Sapphici carminis invētrix Tarquinij prisci tempore, quæ θαυμαστόν τι χρῆμα. Suid. dicitur, Ein Wunder Weib. Ovid. 2. trist. Videatur & Ælian. lib. 12. de var. hist. Hinc Sapphicus, a, um, ut Musa Sapphica apud Catull. carmen Sapphicum.

POETICE.

Lesbis amica Aoniæ Lyræ.
Æolia puella.
Vates Lesbia.
Puella Lesbia.
Nomina dicta Æolia lyra.

Sappho:

Mascula, Æolis, Lesbia, Poetria, Pelasgis, Enthea, Amatrix, Temeraria, Ingeniosa, Facunda, Lasciva, Infamis. Misera, corpore parva brevis. Charaxi soror. Cujus nomen toto in urbe canitur. Cui Thalia dedit ingenium molle, Lyricis magis apta modis, Cui Pegasides blandissima carmina dictãt, Grata Musis, Soror addita

dita Pierijs Musis, Temperans pede Archilochi Musam. Quæ ungue legit Pierias rosas prope flumina. Quæ carmina fingentem laudavit. Quæ nil docuit, nisi amare puellas.

Saraca, σάραγκα, oppidum in mediterraneis Mediæ, Ptol. lib. 6. c. 2. Est & eidem lib. 5. cap. 10. Saracæ urbs in Colchide.

Saraceni vide Sarraceni.

Sarcarius, Phrygiæ fluvius est Hesiodo in Theogon. teste, vide Sangarius.

Sardanapalus, σαρδανάπαλος penult long. Vltimus Assyriorum rex fuit, adeò mollis & effœminatus, adeóq; omnis generis luxuriæ deditus, ut muliebri habitu fœminas omnes lasciviæ anteiverit, interq; medios etiam scortorum greges nere non erubuerit. Quamobrē principes Assyrij indignati hominem adeò effœminatum & scortatorem regem diutius habere noluerunt, sed bellum ipsi intulerunt, ubi victus ille in regia pyrā extruxit, ac seipsum & divitias suas & mulieres, in incendium misit. Videatur Iustin. lib. 1. qui muliere corruptiorem virum ipsum dixit. Factum est autem, ut ob insignem hominis mollitiem quilibet mollis & effœminatus Sardanapalus, proverbialiter dicatur. Suidas scribit, ipsum sibi Epitaphium in Ninive, cùm inter vivis adhuc esset, condidisse hujusmodi.

Sardanapalus Anazyndaraxi filius uno die Anchialon & Tharsum cōdidit. Tu verò, ô hospes, ede, bibe, & lude, hoc optimum est, & mortalibus omnium maximè expetendum. Post mortē enim nulla est voluptas. Hoc epithaphium, inquit Aristoteles, non hominis, sed bovis sepulchro inscribi debebat.

POETICE.

Sardanapalus:

Iners, Imbellis, Impudicus, Libidinosus, Mollis, Rex Assyrius. Qui muliebriter servijt languidus flagitijs improbis. Qui carissima corpora misit secum in Pyram. Qui obscœnæ pellicis instar amictus dicitur nunquam deseruisse fœmineum chorum. Qui dicitur sese spoliasse regnis paternis, & amens insilijsse ardentem pyram.

Sardemisos, Plin. li. 5. cap. 27. promontorium est Tauri mōtis inter Lyciam & Pamphyliam in nostrum pelagus imminens.

Sardinia, antepen. Ion. σαρδὼ, Stephano, vulgò Sardigna, insula

insula in mari Tyrrheno vel Ligustico, inter Siciliam & Africam sita, à Srado Herculis filio ita nuncupata, aliâs Ithnosa & Sardaliotis dicta. Vide Plin. lib. 3. cap. 7. Sardus, Sardi incolæ. Hinc & Sardeus, a, um, item Sardonius, a, um, us Sardonius risus σαρδόνιος γέλως, proverbialiter de ficto atque amarulento, aut insano denique risu dicitur. Tractum à Sardoa herba quam qui gustarunt, labijs dolore, in rictum contractis veluti ridentes emoriuntur. Sardinentes adject. aliud sardonyx, σαρδόνυξ, gemma, coloris rubæi & subcandicantis in Sardinia primùm inventa, quam qui ferunt, sardonicati dicuntur. Dicitur eadem & sarda vel sardonychus erjam, quod apud Juvenalem habetur sardonychata manus, hoc est, sardonyche ornata apud Martial.

POETICE.

Sardoa regna.

sardinia:

Dives, Ferax, Longa, Lata, spatiosa, Pestilens, sinuosa. Ubi noxius aer. Feraces agros jactans. Crasso cœlo. Humanæ plantæ speciem figurans.

sardis, σάρδις, steph. insignis urbs Asiæ minoris Tmolo, monti adiacens. Lydiæ Metropolis Crœsi regia, quam mediam Pactolus fluvius χρυσοφόρος, perfluit. Meminit Plin. lib. 32. ca. ultim. Horat. 1. epist. 11.

Quid Crœsi regia sardis.

Mentio etiam hujus fit in Apocalyp. cap. 13. Plurale frequentius legitur Sardes, dium, dibus. Hinc Sardianus.

Pardonici, vulgò Maranai Lyburniæ sunt montes. Ptol. l. 2. c. 17.

Sarepta, σαρέπτα, Steph. Phœniciæ oppidum in littore maris prope Sidonem situm ubi Helias Propheta esurientem viduam miraculo pavisse lireræ sacræ testatum faciunt. 3. Reg. 17. Luc. 4. Ebraicè צָרְפַת Zarpatah, ab ex coquendis & conflandis metallis nomen habet, Sidonij enim artem cōficiendi vitra ibi inverunt. Hodiè Sarepra vix 8. habet ædes, sed rudera ostendunt urbē olim fuisse insignem.

POETICE

Sarepta:

Fumans, Metallifera, Æris metalla gignens.

Sargacæ, populi iuxta Mœotidem, quorum oppida Murmetion, Panticapæum, Theodosia Hermesium, autore Pompon. Mell.

Sargapises, filius Tomyris captus à Cyro Persarum rege, qui ubi manicos brachio-

rum vincula eximi sibi impetrasset, ipse sibi mortem conscivit, autor est Herodotus.

Sarissæ, prim. bre. Macedonum hastæ dicuntur, Utitur Ovid. lib. 17. & Lucan. lib. 8.

Sarmatia, & Sarmatæ. Vide suprà. **Samatien/ & Sarmatier.**

Sarmantus, aliâs sarmentus, fuit eques Romanus sub Augusto Cæsare scurrilitate sua notus.

Sarnus, σάρνος, Italiæ fluvius in Picentinis, in Thyrrenum delabens mare à quo Sarastes populi sunt dicti, de quibus Virgil. 7. Æneid.

POETICE.

Flumina Sarni.
Undæ Sarni.

Sarnus:

Sonans, Resonans, Campanus. Vasto impete ruens. Magno murmure fluens. Defendens in æquora Tyrrhena.

Saronicus, σαρωνικὸς, portus in Achaja, ad isthmum Corinthiacum. Ptol. & *Plin.* sinum Saronicum, σαρωνικὸν, κόλπον faciunt.

Sarpedon, penult. long. σαρπηδὼν, filius Jovis. Minois frater, rex Lyciæ in Trojanorum contra Græcos auxilium venit. Ubi cùm strenuè sæpè pugnasset, a Patroclo tandem, Homero teste, est interemtus, cujus corpus jussu Jovis è medio pugnantium ab Apolline sublatum & flumine abstersum, regiaque indutum habitu ad sepeliendum suis est restitutum. Meminit ejus Virgil. lib. 1. & 10. Est & Sarpedon Ciliciæ promontorium Pompon. Mel. Hinc Sarpedonius gentile.

POETICE.

Sarpedon.

Lycius, Proles Divûm regis.

Sarra, æ, σάῤῥα, צור vulgò puerta de sar, urbs Phœniciæ clarissima, quæ Tyrus postea dicta est. Sarræ autem nomen accepit à pisce qui ibi abundat, quem lingua sua Sar appellant, cujus succo vestes tinctæ purpureæ fiebant. Hinc est Sarranus, a, um, id est Tyrius, ut Sarranæ vestes, aulæa Sarrana apud Juvenal, Ostrum Sarranum apud Virgil. 2. Georgic.

Sarraceni, σαῤῥακηνοὶ, populi Arabiæ, quorum opera Mahometus regnum suum inchoavit, cum ab Heraclio Imperatore defecissent, **die Türcken**. Hinc Sarracenicus, a, um, ut Sarracenica castra.

Sarsina, umbrorum urbs, Plauti poetæ Comici patria. Plin. lib. 3. cap. 14.

Sason, onis, σάσων. Strab. lib. 6. prim. long. insula est inter

Spirum

pirum & Brundusium. Est
iam hoc nomine fluvius,
aliæ in Adriaticum sese
onerans mare.
na. vide paulò antè Sarsin-
a,
gitæ, σατταγῦται, vel Sata-
yta per y, populi in Asia,
cythica. Herod. lib. 1.
rchæ, σατόρχαι, Septentri-
nales sunt populi, iiq; bel-
cosi ad Mœotim paludem
ergentes Pomp. Mel. l. 2.
aspes, Persa Theaspis filius
uem ob stuprum Zopyri
lij Megabysi filiæ illatum
Xerxes rex Cruci affixit.
Herod. lib. 4.
iculi, Campaniæ populi
horridis moribus. Virgil.
lib 7.
Pariterq; Saticulus asper.
Id est moribus incomtis.
ræ, σάτραι, Græcorum in
Thraciæ littoribus populi.
Herod. lib. 7. historiæ suæ.
rapes, æ, vel Satrapa, pen.
br. σατράπης dictio Persica
est & significat præfectum,
Voigt. Utitur Terent. in
Heautont. Satrapeja vel Sa-
trapia. σατράπια, pen. long.
præfectura, regio. **Eine
Vogtey/eine Pflege** apud
Plin. & Curt.
aturniana, hodiè Saturnia,
Σατουρνία, colonia Tuscorum
urbs, Ptol. lib. 3. cap. 1.
aturnus, prim. long. κρόνος,
Cœli & Vestæ filius, soro-

rem opem habuit, pater Jo-
vis Junonis Neptuni & Plu-
toni, quem ut Deum an-
tiquitus coluerunt. scri-
bitur de eo, quòd Cœlo pa-
tri suo falce pudenda ampu-
taverit, quæ in mare proje-
cta & fluctibus agitata spu-
mam fecerint, ex qua Ve-
nus nata sit. Nomen habet
à saturando, quod videl. in
devorandis filijs sit satura-
tus. Illos enim omnes devo-
ravit, excepto Jove, à quo
ex Creta pulsus in Italiam
venit, ibiq; metu delituit,
unde ea pars Italiæ à laten-
do Latium dictum est, de
quo suprà in Latium, & Pru-
dent. lib. 1. contra Sima-
chum. Virgil. item 8. Æ-
neid. Docuit ibidem Agri-
culturam, & modum sterco-
randorum agrorum. Unde
etiam Sterculius à Roma-
nis dictus est. Falcem etiam
primus invenit. Currus eius
a serpentibus trahitur. Car-
thaginenses usq; ad exeidi-
um suæ urbis pueros inge-
nuus Saturno semper immo
lârunt, autore Curtio de ge-
stis Alexandri. Quod genus
sacrificij Tauricæ Dianæ a-
ctum legimus in Thracia.
Scribunt præterea poetæ,
Saturno regnante auream
planè fuisse ætatem, terram
suam sponte expertem vo-
meris & aratri, fruges peri-
isse communes, & nullis

designatas limitibus agrorum possessiones. Itē multa alia id genus fertilitatis exempla, de quibus Ovid. 1. Metam. Fingunt deniq;, eundem in tartara missum esse, cujus fabulæ occasio ex aeris profunditate sumta est. Saturnus enim planetarum omniū extremus movetur. Estq; lōgissimè à terra submotus & ingens cœli altitudo vocatur tartarus. Vide plura apud Macrob. Saturnalior. lib. 1. cap. 40 41. 42. & Cicer. lib. 2. de natur. Deor. Hinc Saturnius, ut, Stella Saturnia, quæ in conficiendo cursu suo ita segnis ac tarda est, ut stare quasi videatur. Unde & motus illius non facilè animadvertitur, & in cōpedibus illa esse fingitur, quemadmodum Lucianus in libell. de astrolog. refert. Regna Saturnia, id est, aureum seculum, in quo saturnus regnavit, **die güldene zeit.** apud Virgil. eclog. 4. Et Saturnius pro Iove, saturnia pro Iunone poetis usurpatur. saturnalia, Græcè κρόνια, erāt festa quinq; seu septē dierum saturno dicata quæ à Romanis mense Decembri plena lætitia celebrabantur. Triduanas verò tantùm fuisse illas ferias, imò & unius tantùm apud majores diei, ex Macrobio liquet lib. 1. Sa
nal. cap. 10. Primus Sa
nalium dies fuit XV
dies Decembris, Satur
tius, a, um, quod ad Sa
nalia pertinet, ut, Mune
Saturnalitia. Munera e
his diebus ultrò citro
missitabantur.

POETICE.

Leucadius Deus.
Falcifer Deus.
Falcitenens Deus.
Falcifer senex.
Falcatus senex.
Falcifer rex.
Deus senior.

Saturnus:

Senex, Vitisator, Aure
Omnipotens, Profugus,
lidus, Tristis, stercul
Progenitor Deûm. Ti
bans. Regum optimus. Q
senio incurvatur. Drac
insidens. Qui priscis i
gris vixit. Potēs falce. Q
trucē minatur falcem. S
vans sub imagine falcē c
vā. Qui arma Iovis fugi
primus venit ab æthereo
lympo. Qui regnis adem
exul fuit. Qui indocile
nus, & montibus altis
spersum composuit & le
dedit. Qui animo agrest
& barbara corda virorum
informavit. Qui feritate
ti tyrāni dejectus est sol
Qui it per sidereos orb
auguic. Qui subsecuit p
tes illas, unde erat creat

ſt & Saturni ſtella, tard
urſus ut Antea monui-
mus.

urum, vel Satureum, σατύριον, Calabriæ urbs non procul à Tarento fuit, unde Saturejanus adjectiv. poſſeſ. quo uſus eſt Horatius.

yra, σατύρα, prim. & ſecunda brev. carmen varium & maledicum, vitia hominum liberius perſtringens quale apud Latinos ſcripſerunt Lucilius, Juvenalis, Horatius, & Perſius. Dici volunt vel à Satyris, qui illoti ſemper & petulantes, Dij ſunt, vel à Satyra cibi genere, quod autore Feſto, ex varijs rebus conditum erat. Sunt autem duo Satyrarum genera, alterum antiquius tam à Græcis, quam à Latinis uſurpatum, quod ſola carminum varietate conſtabat commœdiæ penè par, niſi plus habuiſſet laſciviæ; alterum Satyrarum genus recentius maledicum, & ad Carpenda hominum vitia compoſitum. Vide Polyd. Virgil. lib. 1. cap. 10. & 11. de rerum invent. Hinc Satyricus, poeta carmen ejuſmodi ſcribens.

POETICE.

Satyra:

Livens, Bibax, Copioſa, Audax in vitijs carpendis.

atyri, σάτυροι, à Græcis dicuntur, quos Latini Faunos vocant. Sunt autem ſimiæ facie propè humana piloſæ, ſpectra autem verius ſeu dæmones ejuſmodi hominbus ſpelie illudentes. Waldt-Teuffel / Waldgeſpenſt. Plin lib. 7, cap. 2, Sunt, & Satyri in ſubſolanis Indiæ montibus pernitioſiſſimum animal, tum quadrupedes, tum rectè currentes humana effigie. De Syla redituro in Italiam contra Marium dicitur, quòd Satyrum ceperit, ſed nihil audiviſſe eum, loqui coactum verò protuliſſe hanc vocem.

Optimum, non naſci, aut quam celerrime interire.

Lege Mel. in deſcriptione Græciæ vide etiam plura in prima parte: Götter der Wälde.

Satyrorum inſulæ, σατύρων νῆσοι, tres ſunt Indiæ adjacentes, quarum incolæ caudas inſtar ſatyrorum habere dicuntur.

Satyrus, Aquitaniæ fluvius cujus meminit Lucan. lib. 1.

Ripas Satyri qua littora curva.

Save, fluvius in Campaniæ finibus Plin. lib. 3. c. 5.

Saul, Σαῦλ, שָׁאוּל rex populi Judaici primus conſtitutus à Samuele propheta initio quidem benè regnavit. ſed

 poſt-

postea ut in aliis ita in hoc etiam habitus fuere mutabiles. Ex optimo enim impientissimus Saul est factus: Unde etiam à Deo rejectus & punitus est.

POETICE.

Saul:

Impius, Furibundus, Sævus, Deo invisus. Qui securus Dei implicuit se terro crimine. Qui Jessidæ aliquoties funera meditatus supplicium dedit proprio ense perditus.

Savona, vulgò Savone urbs, notissima Lyguriæ, hodiè Genuensium ditionis. Ptol. li 3. cap. 1.

Sauromatæ, vide suprà Sarmatter.

Saurus, Statuarius insignis, de cujus operibus Plin. lib. 36. cap. 5.

Savus fluvius est amplissimus ex Carinthia per Ungariam in Danubium defluens, die Saw in Ungern.

POETICE.

Unda } Savi.
Flumen }

Savus:

Vastus, Amplus, Amplivagus, Conterminus algenti Istro.

Saxo foratum, aliâs sentinum oppidum in Piceni atque Umbriæ finibus situm. Volaterran.

Saxones, Σάξονες, Germa populi non procul à C bris Ptolem. l. 3. c. 11. Nomen ipsum unde fact sit, incertum est. Claud consul. Honor.

Maduerunt Saxone fus Lucan. lib. 1.

Longisq; leves Saxones in mis.

Vide plura in prima par Sachsen.

Scæa, Σκαιά, porta Trojana qua Laomedontis sepulcr fuit. Virg. 2. Æneid.

Hinc Juno Scæas sævissi portas.

Prima tenet, &c.

Meminit idem Virgil. li

Scæneus, rex fuit in Scyro in la pater Atalantæ. Ab ec Schæneus & Schæneis. Vide supra Atalanta.

Scævola, vel Mutus Scævo nobilis Romanus, de quo prà dictione Mutius.

Scalde, Σκάλδη, sic Plinio, a Scaldis, fluvius Galliæ Bel cæ, Torna cum & Came cum urbes alluit, in Mos influit, die Scheide Belgic.

Scamander, Σκάμανδρος, al Xanthus, *Phrygiæ* fluvius Ida monte profluens.

Scamandria, Σκαμανδρία Trojæ oppidum Plin. lib. cap. 30.

Scamandrus, Hectoris & A dromaches filius, aliâs styn

ſtyanax dictus, vide ſuprà.

Scandia vide ſuprà, Schön-landt.

Scaptenſula, Σκαπτησύλη, Stephan. Macedoniæ locus, ubi metallum fodi ſolebat, dictus à Σκάπτω, Id eſt, fodio, Lucret. lib. 6.

Quales expiret Scaptenſula ſubter odores.

Scaptia, oppidum in Lacio, à qua ſcaptia tribus dicta eſt, Plin. lib. 2. c. 17.

Scardona, Σκάρδονα, hodiè Scardo, Lyburniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 17.

Scaurus, Σκαῦρος, Romanus ſapientia, & naturali quadam autoritate & eloquentia inſignis fuit. Vide de eo & ejuſdem cum ipſo nominis filio Plin. & Saluſt. Scaurus Aurelius legatus à Cymbris fuſo exercitu captus, & à Bojo rege feroci juvene interemtus eſt Livi. 97.

Scenitæ, σκηνῖται Arabiæ, felicis populi ſic dicti à ſcenis vel tabernaculis in quibus (domos enim alias non habent) habitant, Vide Solin. & Plin. lib. 6. cap. 28.

Scepſis, σκέψις: Plin. lib. 5. cap. 30. Æolidis, urbs, patria, Demetrij Grammatici, & Metrodori, qui Scepſius inde eſt cognominatus.

Schinis, σχῖνις aliâs Scinis, latro inſignis fuit prope Corinthum, qui homines laniare ſolebat curvatis pinibus & diverſis hominum partibus diverſarum arborum ramis alligatis. Hunc poſtea eodem modo dilaniavit Theſeus. Ovid. lib. 7.

Occidit ille Scinis, magnis male viribus uſus.

Schinuſa, σχίνουσα, inſula una ex ſporadibus Plin. lib. 4. cap 12.

Schœnus, σχοῖνος, portus eſt & oppidum Atticæ regionis. Plin l. 4. c. 7.

Sciona, Macedoniæ oppidum in ſinu Thermaico. Plin. l. 4. c. 10.

Sciapodes, σκιάποδες, aliâs Sciopedes. pen. bre. populi Indiæ pedem habentes unicum quo ſe ardento Sole humi jacentes contra æſtum tegunt, unde & nomen habent, σκιὰ, enim umbra eſt Græcis, πούς, pes. Plin. lib. 7. c. 2.

Scipio Cornelius, â quo Scipionum gens patritia & omnium clariſſima Romæ nomen ſortita eſt, Imperator fuit, qui poſt multas victorias, & res præclarè geſtas in Hiſpania, in prælio quodam interfectus eſt, Liv. Scipio Africanus, hujus filius fuit, de cujus vita & rebus geſtis C. Oppius., & L. Riginius. Meminit etiam ejus Plin. & Plutarch. Scipio Æmilianus, vel Africanus minor, Africani majoris adoptivus fuit, qui Numantiam evertit. Scipio Na-

ſica vir optimus fuit, de quo Cato major dicere conſuevit:

οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Soli ſenſus ineſt, umbris par relliqua turba.

Quod & de Chryſippo veteres dixerunt. Dicta eſt autem gens Scipionum à Scipione. Quia P. Cornelius Scipio, de quo initio jam dictum, patrem ſuum oculis orbum baculi vice incedentem rexit.

POETICE

Scipio Africanus.

Magnus, Egregius, Laudandus. Quem victorem Africa de ſe vocat. Quo duce Africa tunſa jacet.

Sciron, σκίρων, vel, ut alij volunt, ſcyron latro in Attica regione fuit. Prope Megaras urbem, qui hoſpites ſuos cum in ſcopulo ſederet, aut lavarent ſibi pedes, aut ſe adorare cogens eos incautos in mare præcipitavit. Tandem in Theſeo eſt intetemtus, cujus oſſa in mare cecideſſent in ſcopulos mutata dicuntur, qui adhuc Scironia ſaxa vocantur. Ovid. 7. Metam.

Tutus ad Alcathoen Lelegeja mœnia limes.
Compoſito Scirone patet. &c.

Petræ Scironides apud Strabon. σκιῤῥωνίδες πέτραι, in Attica ſunt poſt Crommyonem.

Sclavi, & Sclavonia, vide ſupra Windiſche Marckt

Scodra, Dalmatiæ urbs vulgo Scutarim. Aliquandò ſub Venetorum Domino fuit, jam verò Turcis paret. Vide Ptol. lib. 2, cap. 12.

Scolus, σκῶλος, Strab. lib. 9. pagus incultus, aſper atq; inamœnus ſub Cytherone, in Bæotia, unde natum illud.

Εἰς σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

Id eſt:

Ad Scolon nec proficiſceris ipſe, nec alterum comitaberis.

Quo proverbialiter uti poſſumus, ſi quandò ſignificabimus planè abſtinendum à convictu cujuſpiam, vel à loco, unde nihil neque voluptatis, neq; emolumenti polliceri nobis poſſumus.

Scopas, pri. br. σκόπας, inſignis ſtatuarius ſive ſculptor, qui Mauſolæum cælavit. Plin. lib. 35. c. 5. Horat. lib. 4. carm. od. 8.

Scordona. Ptol l. 2. cap. 17. inſula adjacens Dalmatiæ vulgò Malconſeglio.

Scoti, vide ſuprà, Schoten.

Scotuſſa, σκότουσα, urbs eſt Theſſaliæ Pelaſgicæ, Strab. lib. 7.

Scri-

Scribonius Aphrodiseus, Orbilij servus & auditor, mox à Scribonia Libonis filia, quæ Augusti ante conjunx fuerat redemptus & manumissus. Vide Tranquill.

Scropha Tremellius, ponitur in lib. 23 cap. 4. Varronis de re rustica, ubi de avo suo: Avus (inquit) meus primùm appellatus est Scropha, qui pastor cùm esset, Licinio Nerva prætore in Macedonia provincia relictus, qui præesset exercitui, quoad prætor rediret hostes arbitrari occasionem se habere victoriæ, impressionē facere cœperunt in castra. Avus ut hortaretur milites, ut caperent arma, ut exirent contra, dixit celeriter se illos, ut Scropha, porcos disjecturum: idq; fecit. Hostes enim eo prælio ita fugit ac fugavit, ut eò Nerva prætor Imperator sit appellatus, & avus cognomen invenerit, ut diceretur Scropha. Itaque proavus & superiores de Tremelijs nemo appellatus Scropha. Nec minus septimus sum deinceps prætorius in gente nostra. Hactenus Varro.

Scurgum, vide suprà, **Schmeben.**

Scyahtos, Σκύαθος, vulgò sciato Pomp. Mell. lib. 2. & Insulæ & oppidi nomen est in mari Ægæo, prope Thraciā.

Scylace, Σκυλάκη, Pomp. lib. 1. circa Cycicum urbs.

Scylacæum, vide Scylletium.

Scylatium, Ptol. li. 3. c. 1. Brutiorum urbs, Scyletium hodiè, vulgò Scylazo.

Scylax, Cariandæus, Mathematicus & Musicus fuit, de quo Suid.

Scylla, Σκύλλα, Scyllæ à Poetis duæ memorantur, altera Phorci & Creteidos nymphæ filia, qua cum Glaucus marinus Deus amaret eamque Circæ solis filiæ, à quo etiam amabatur, præferret indignata Circe fontem in quo lavari cōsueverat, Scyllam Veneris infecit adeò, ut cum descendisset in eum Scylla, more solito, pubetenus in varias formas mutata sit. Attamen cùm deformitatem suam horreret, in mare vicinum præcipitem se dedit: operaq; Glauci amasij Dea marina facta est, de qua Virg. 3. Æn.

At Scylla cæcis cohibet spelunca latebris, &c.

Hæc postea Ulyssis classem cum socijs evertisse scribitur, cujus meminit Virg. eclog. 6.

Quin loquar aut Scyllam,
Nisi quam fama secuta est,
&c.

Alij fingunt eam mutatam esse in scopulum vel monstrum marinum, quòd canis

in morem latret. Constat autem Scyllam, quæ à pube canibus & lupis succincta fingitur, scopulum esse in Siciliensi freto. Illud enim fretum, quia scupulosum & angustum est, tanto fervet æstu, ut fluctus inter se concurrentes scopulisque illisi, quendam q. latratum referant. Altera Nisi Megarensium regis filia fuit quæ & Nisei dicta est, de qua suprà in dictione Nisus.

POETICE poster.

Niseia virgo.

Filia furata Niso purpureos capillos.

Scylla :

Amans, Ardens, Impia, Nefaria. Furata purpureos capillos, Inimica capiti paterno, Infelix virgo, Hostis vultu decepta, Nisi filia, Capiti nō fida parentis. Proles regia Nisi. Furata patri canos capillos. Quæ demsit purpureum patris crinem vertice. Quam Grætia certatim petijt ex omni regno, qua curvus Hellespontus terras amplectitur. Quæ patriam & caros penates hostibus, & immilti tyranno ignara addixit. Quæ hostem plus patrio regno dilexit. Quæ parentem suū crine fatali spoliavit. Cujus amor patrium crinem defecuit. Quæ celsa cadens puppe avis refertur facta.

Ficta autem hæc de Scylli sunt à Poetis & revera locus est in mari periculosus, propter vortices & saxa, ut modo monuimus. Vide Justin in Initio lib. 4. Plin. lib. 3. Pomp. Mel. lib. 2. cap. ultimo. Ovid. lib. 14. Metam. Claudian. lib. 3. de rapt. Proserpinæ & supra etiam in dictione Charybdis. Hinc Scyllæus, a, um, ut Scyllæa rabies apud Virgil. Æneid. 3. Scyllæa monstra apud Stat. Scyllæa littora apud Ovid. 15. Metam.

Poetice scopul. marin.

Monstra canes.

Latrantia littora Scyllæ.

Scylla :

Rapax, Horribilis, Informis, Ferox, Immanis, Truculenta, Triformis. Torta Latrans, Sicula, Impia, Celer, Vorax. Monstrum maris. Cui portenta latrant virgineo sub inguine. Pandens hiatus terribilius, Latrans profundo in pelago. Trahens rate, infesta nautis. Agens in præceps carinas vela tendentes. Vorans raptas evomensque carinas. Virginis ora gerens. Quæ succingit atram alvum feris canibus. Succincta latrātibus monstris inguina. Canibus Molossis succincta. Quæ vexavit Dulichias rates, & alto in gurgite deprēsos nautas laceravit canibus

marinis. Cincta sævis canibus. Latrans Siculo profundo. Terrens Siculas aquas inguine. Feris monstris latrans trunco ab inguine. Premens pube & inguinibus rabidos canes. Latrans carmina in Siculo mari. Cincta latrantibus canibus inguina. Lacerans attractas rates.

Scylletium, Σκυλλήτιον, Atheniensium colonia eorum, qui Mnestei comites fuerunt. Strabo lib. 6. hodiè Scylatium vocatur, Virgil verò lib. 3. Scycæum:

Caulonisq; arces & naufragium Scylacæum.

Scyllæum Σκυλλαῖον, vel Scylleum sine diphthongo, urbs & Promontorium Italiæ in Brutijs. Est & hoc nomine aliud promontorium Peloponnesi in sinu Argolico.

Scyllias, Σκυλλίας, vir quidam fuit Scionæus, Urinator ea tempestate omniū optimus. qui etiam in naufragio ad Pelium facto magnam pecuniæ vim Persis servavit. Plurima etiam sibi lucratus est. Vide Pausanium, qui Scyllin ipsum vocat.

Scyllis, Dipæni frater, de quo in dictione Dipænus.

Scyllus, Scylluntis, Σκυλλȣ̃ς, Achajæ oppidū Xenophonti à Lacedæmonijs dono datum. Strab.

Scylurus, Σκύλȣρος, pen. long. nomen fuit Plutarcho reste, patris istius Scytharum regis, cui filij fuêre octoginta, qui moriturus jam filijs suis hastilium fascem proposuit. jubens singulas ut confringerent. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta hastilia omnia facilè confregit, παραινέσας addens, ita firmos ac potentes eos futuros, si unà esse per se verarent, imbecilles verò si separarentur ac dissederent. Plutarch. in apopht. & in tit. de garrulitate. A Græcis per i scribitur Scilurus.

Scyrias, hoc nomine dicta est Deidamia, ab insula Scyro, de qua jam monebitur, ubi vitiata est. Ovid. de arte amandri.

Scyrias Æmonio victa puella viro.

Scyros, Σκύρος, Insula ex Cycladibus una in mari Ægæo, Lycomedis regis patria, in qua Achillis sub puellari habitu adolevit, atque ejus regis filiam Deidamiam vitiavit. Hinc Scyrius, a, um, Σκύριος, & Scyriades mulieres ex Scyro.

Scythia, vide suprà, Scythter Land.

Scython, onis, Σκύθων, quidam fuit, qui pro arbitrio modò in virum, modò in fœminam mutabatur, de quo Ovid. 4. Metam.

Scytopolis Σκυτόπολις, Libiæ urbs,

Scythopolis, Σκυθόπολις, cum aspiratione, urbs Palestinæ non procul à mari Galilææ, à Scythis condita teste Plin. l.5.c.18 Mentio ejus fit 2. Macrob.12.

scytopolis sine aspiratione Σκυτόπολις Libiæ urbs est.

Scytothauri Σκυθόταυροι. Vide Tauri.

sebaste, Σεβαστή, prim.brev. שֹׁמְרוֹן urbs Judææ, Samaria quōdam dicta quam Herodes Sebastam appellavit, strab. lib. 16

POETICE

sebaste { Graia. / quæ vetus nomen amisit.

sebastapolis Σεβαστόπολις, ponti Cappadociæ urbs, Ptol. l. 5. c. 6.

sebennitus, Σεβέννυτος, steph. urbs Ægypti. Hinc Sebennyticū, unum ex ostijs Nili.

sebethis, Σηβηθὶς, nympha, Virg. 7. Æn.

Sebethus, pen. long. Σήβηθος, fons Neapolitanus,

POETICE.

Vada sebethi.

Liquor sebethi.

Sebethus { celebris. / pinguia arva rigans.

Sebinus, Σεβῖνος, penlt. long, Plin l.3.c.9. Istriæ lacus insignis, quem Lolius fluvius apud sarnicum facit,

secundus, Sophista Atheniensis, mediocri quidem doctrina & eloquentia æqualis, æmulusque Herodis Attici, de quo Philostrat Secundus alter Tridentinus, vir sanctus Longobardorum historiam scripsit.

seduni, vide suprà. Walesser.

segesta, æ, Σεγέστα, Ptol. pervetus Siciliæ oppidum ab Ænea conditum, alio nomine Acesta vide suprà.

segobrida, Σεγόβριδα, strab. li. 3. Celtiberorum urbs, circa quam sertorius & Metellus prælium commiserunt.

segusium, vulgò Sion, urbs segusianorum in Græcis Alpibus Ptol. l.3.c.1.

Seleucia, pen. lon. Σελεύκεια, syriæ urbs prima, eaq; munitissima ad ripam Orontis fluvij, qui in mare se ibi exonerat, non procul ab Antiochia A Seleuco Nicanore, primo rege Siriæ & condita & dicta. In hanc urbem Paulus ex Antiochia in Cyprum profecturus venit Actor. 13 Fit ejusdem mentio 1. Maccab. 11. c. Ante Pieria vocata fuit.

seleucus, Σέλευκος, unus ex principibus Alexandri, qui defuncto Alexandro primus in syria regnavit annos 40.

selinis, prim. bre. Σελινὶς, urbs est juxta Lilybœum palmis abundans.

selinus, pri. br. Σελινοῦς, Ciliciæ fluvius

fluvius in Celendrarum finibus, qui naves emittit & recipit. Lucan.lib.8.

Sellæ, Epiri oppidum, cujus incolæ Sellani dicuntur. Lucan.lib.3.

Selymbria, Σηλυμβρία, urbs in Propontide, Byzantio vicina, Herod.lib.6.

Semele, penult. brev. Σεμέλη filia Cadmi, & mater Bacchi, de qua Horat. in 1 carmin. Ode 19. Significat autem Semele simulacrum & haud dubiè ritus novos à Iove, id est, novos & speciosos ritus tunc temporis receptos esse. Vide suprà Bacchus.

POETICE.

Cadmæis.

Semele:

Formosa, Miserabilis, Thebana, Improba, Euchia. Mater Lyæi, Soror Autonoes. Cujus clamore Bacchus arsit.

Semiramis, is, vel idis, Σεμίραμις, Semiramim vel Semiramidem in accusat. pr. & pe.bre. Assyriorum regina, uxor Nini primi regis, fertur nutrita à columbis, unde Syriaca lingua nomen Semiramidis, hoc est, columbæ ei inditum est. Nam cùm esset à matre exposita in loco deserto (ut Diodorus scribit) columbæ infantem alis confoverunt. & coagulato lacte ex pastorum mapalibus surrepto nutrierunt. In cujus memoriam Babylonij colũba usi sunt. Hæc defuncto Nino imperium administravit, quoad parvulus adhuc Ninus filius regno idoneus esset. Quia vero intelligebat, grave esse populo fœminam pati principantem mutato habitu virum mentita est.

Quamvis verò ab aliquibus ob prudentiam, animi magnitudinem, & res præclarè gestas celebretur: tamen non desunt, qui libidinis, crudelitatis & iracundiæ eam arguant. Defuncto enim marito, plerosq; ex militibus suis, qui forma essent elegantiore, non tantùm admisit, verùm etiam ad Venerẽ provocavit, quos postea crudeliter interemit. Tradunt quidam: Nini filij etiam congressum illam expetijsse, à quo ob id interfecta sit. Eidem circa corporis cultum occupatæ cùm nunciatum esset, Babylonẽ defecisse, æstuans altera parte incomta ad expugnãdam eam cucurrit.

Τείχη Σεμιράμιδος, id est, *Muri Semiramidis.*

De inexpugnabilibus, & benè munitis muris dicitur. Vide plura de ea apud Diodor. lib 3. Iustin. lib. 1. & Valer. Maxim. Lege etiam Claud. in Eutrop. lib. 1. O-

vid. 4. Metam. & propert.

POETICE.

Semiramis:

Babylonia regina, Formosa, Pharetrata, Longæva, Dercetis filia. Quæ arsit concubitu nati. Astu mentita virum Assyrijs.

Sempronij, populi sunt Austriæ, qui res præclaras gesserunt. Volaterran.

Sena, Σήνη, Insula in mari Britannico inter Galliã & Angliam. Est etiam hoc nomine urbs à Brenno Gallorum duce pro senibus, valetudinarijs, & armentis condita.

POETICE. Urbs Sena:

Inclyta, Blanda, Surgens sublimi vertice. Domus Phœbi quondam, nunc acta sub triste jugum Hetrusci principis, turbine Martis.

Seneca L. Anneus Seneca, Σενεκᾶς, Senecæ Philosophi & Poetæ pater, patria Cordubensis, & equestris ordinis, ac eruditissimus fuit. Martial. lib. 7.

Duosq; Senecas unumq; Lucanum

Facunda loquitur Corduba.

POETICE.

Seneca omnibus brevibus, scil. syllabis. Acutus, Tetricus, Facundus, *Prædives.*

Senogallia, Σενογαλλία, Umbriæ urbs, & Gallis Senonibus extructa, à quibus & nomen sortita.

Senones, Σένονες, pri. & med. brev. Plin. lib. 4. Galliæ Lugdunensis populi, qui aliquando cum copijs Italiam ingressi Romam ceperunt, eamq; cum Capitolio incenderunt, sed à Camillo cæsi sunt.

Senta Fauna, Pici regis filia, & Fauni fratris sui conjunx, quæ adeò fuit pudica, ut nemo illam, dum in vivis egit, viderit, nec nomen eius audierit. Unde etiam factum, ut in operto mulieres illi sacrificârint, & Bonam Deam nominârint. Vide de ea Lactantium & Varronem.

Sentica, Ptol. lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs.

Sentinum, Σεντῖνον, oppidum Italiæ in finib. Umbriæ & Piceni, quod nunc Saxum ferratum appellatur. Hinc Sentinates populi. de quibus Plin. lib. 3. cap. 4.

Sepia, Herodoto teste, scopulus est diversis in locis, juxta Atheniensium littora.

Sepias, adis, prim. long. Σηπιὰς, promontorium vel urbs est Macedoniæ.

Seplasia, Σεπλασία, unguentariorum in Capua urbe forũ fuit, à quo Seplasiarij dicti sunt unguentarij, vel etiam effœminati. Vide Valerium Maxim. & Ciceron. contra Rullum.

Septen-

Septentriones, sunt septem stellæ, ex quibus q. juncti triones, id est, boves figurantur, Unde etiam à junctis ita bobus à Latinis hoc illis nominis datum, ab antiquis verò Græcorum hoc sidus, ἅμαξα, id est, plaustrũ dicitur, à figura, quod plaustro simile videatur. Ex septem enim stellis duæ pariles uno in loco conspiciuntur, quæ pro bobus accipiũtur, reliquæ quinq; plaustri figuram designant. Itaq; & proximum sidus Bubuleus, id est, Bootes appellatur, qui in ore Bubulci currum sequitur.

Sequana, Σηκόανα, prim. long. pen. bre. vulgò Seine Galliæ celeberrimus fluvius Celtas à Belgis dividens, Die Seine in Gallia. Oritur in ducatu Burgundiæ, & Parysios alluens circa Rhotomagum intrat, Oceanum. Lucan.

Optima gens flexis in gyrum
Sequana frenis, &c.

POETICE

Sequana:

Dives, Errans obliquis flexibus. Spumiferis fontibus exiens. volvens in freta tumidas aquas. Disterminans Belgas Celtarum oris. Cui Matrona jungit vitreas aquas. Rector honoratæ aquæ. Qui fluit vel labitur tumido amne. Qui lætus amœno amne alluit gramineos toros. Qui latissimus præcipiti unda Gallica culta alluit. Qui sub vitreis aquis fertur.

Hinc Sequani & Sequanici Galliæ populi in Burgundia Die Burgundier, Plin. l. 4. cap. 17.

Seranus, cognomen nobilissimi cujusdam Romani, à serendo desumtũ. Huic enim agrum suum aranti & serenti, Dictatura oblata est à populo Romano. Vide Cornut. Invenitur interdum per r geminatum. Claud. lib. 1. in Ruffin.

Sudabatq; gravi consul Serranus aratro.

Virg. lib. 6.

Vel te Sulco Serrane serentem.

Claudian in Eutro. lib. 1.

Tuq; ô si fortè inferna piorũ
Iugera & Elysias scindis Serrane novales.

Meminit ejus idem Claud. Paneg 4. in consul. Hon. & Silius Italic. lib. 5.

Serapion, Ælianus dictus, orator fuit Alexandrinus, qui aliquot post se scripta reliquit. Vide Suid. Serapion, pictor cognomine, Rhyparographus, autor Plin. lib. 35. c. 10. Serapion episcopus Antiocheng tempore Commodi Imperat, cujus scripta recen-

recenset Euseb. lib. 9. cap. 10. Meminit ejus etiam Hieron. Tribuerunt eidem Scholastici cognomen, ob ingenij elegantiam.

Serapis, is & pidis, Σέραπις, idolũ fuit Alexandriæ, quod Ægyptij instar numinis coluerũt. Dejectum autem, & exustũ est à Christianis sub Constantino. Vide historiam Ecclesiasticam Ruffini, Socratis, & Theodoreti. Vide etiam suprà Apis, Anubis, & Osiris. Scribitur à nonnullis & Seraphis per aspirationem, penultimam habet ancipitem, primam verò brevem.

Serbonis, Σερβώνις, palus est in Palæstina, juxta Cassium montem. Herodot. lib. 2.

Seres, cujus singulare Seris & Ser est, Σῆρες, prim. long. Scythiæ Asiaticæ populi, à quibus nobilis illa lana ex arboribus, ex qua fit Sericum, advehi dicitur. Sericum, Σηρικόν, substant. Seiden. Vide Plin. Strab, Solin. Virgil. & Marcellin. lib. 23. suæ histor. Aliàs etiam Sericum vulgò dicitur, quod bombyces mira quadam textura conficiunt. Sericum villosum, Sammet. Sericus, a, um, adject. ut, Serica vestis, Ein Seidenkleid. Serica pallia apud Stat. Holosericus, a, um, ὁλοσηρικός, Gantz seiden/ ὅλος, enim Græcis est totus, ut, vestis Holoserica. Sericatus, Serica indutus, apud Suet. in Calig. Sericarius, Sericorum textor, Ein Seidenweber. Sericarius textor, Ein Seidenstricker/Sammetmacher.

POETICE.

Seres:

Colorati, Longinqui, Extremi, Veliflui, Eoi, Vellere nobiles. Qui jactant mollia sua vellera, Nemora canentia molli lana nudantes. Qui tenuia vellera depectũt folijs. Mittentes vellera Oris, Orientis subjecti.

Sergestus, Æneæ nauta fuit, de quo Virg. lib. 5.

Seria, Hispaniæ urbs Ptolem. lib. 2. cap. 4. Plinio Fama Julia dicitur.

Seriphus, Σέριφος, prim. brev. penult. long. insula in mari Ægæo ex Sporadibus una, de cujus ranis scribitur, quòd illic non coaxent, vel quòd in Scyrum deportatæ non ediderint vocem. Unde & proverbium ortum:

Rana Seriphia.

βάτραχος ἐκ σερίφου, quod in mutos, & canendi dicendiq; imperitos planè dicebatur. In hanc insulam etiam sontes olim relegabantur, quemadmodum in Gyaram. Hinc Seriphius, a, um, adject. σερίφιος.

POETICE.

Seri-

Seriphus:

Parva, Plana, Humilis, Sementifera.

Serius prim. long. Cisalpinæ Galliæ fluvius, à quo Serianus,a,um,ut, Vallis Seriana.

POETICE.

Serius:

Flexuosus, Lucidus Muscoso amne. Electro purior, & simillimus torto angui. Qui cum Abdua solvitur in vada alta Eridani & amatæ Phaetusæ pedes humectat.

Sermyla, sive Sermylia, Σερμυλία, Steph. Hor. lib. 7. urbs in Sithonia Macedoniæ.

Seropta, Σερέπτη, Phœniciæ urbs. Hinc Seroptanus, a, um adject. ut Seroptanum vinum pro optimo, quale apud Seroptam nascebatur. Vide Sarepta.

Sertorius, Σερτώριος, è Nusia oriundus, partes Marianas cum Scylla moderatè sectatus est, & in Hispaniam tandem profugiens rem ibidē benè & fortiter gessit. Unde & brevi temporis spacio multorum sibi gratiam conciliavit. Delectus postea dux Lusitanorum, plurimas urbes parvis copijs subegit. Vide plura de eo apud Plutarch, in apophteg.

Servia, vide Dacia.

Serviliorum familia non fuit postrema Romæ, notissima ex Volaterran. lib. 19.

Sesamum Paphlagoniæ urbs, Mel. lib. 1. in descriptione Paphlagoniæ Σήσαμον, Stephano dicitur.

Sesostris, pri. bre. Ægyptiorum rex, qui teste Herodo. lib. 2. alveum navigabilem ex rubro mari in Nilum producere conatus est.

Sestos, Σηστὸς, urbs ad Hellespontum sita in Chersoneso Thraciæ, Leandri amore clara Pompon. Mel. lib. 2. Vide supra Herod. Hinc Sestius,a,um, Sestia virgo, id est, Hero.

Setabis, pri. long. penult. brev. Σήταβις, Hispaniæ oppidum, agrum habens nomine Spartarium, à Sparto lini genere Inde fit Setabus, a, um, ut Sudaria Setaba apud Catul. Est & fluvius hoc nomine ejusdem regionis.

Setia, prim. long. Σητία, urbs Campaniæ. Hinc Setinus,a, um, Σητινὸς, ut, Setinum vinum pro optimo, quale ex Setiæ agris provenit. Plin. lib. 3. naturalis historiæ.

Setubia, Σετουβία, aliâs sepulveda, Hisp. urbs. Ptol. l. 2. c. 6.

Severianum, Vide supra, Schwerin,

Severus, proprium est multorum virorum nomen, ut Severi Cæsaris, Severi Attilij, ad quem duo epistolarum volumina scripta sunt

à Lactantio? Est & Severus moncis in Italia proprium, Virgil.

Qui tetricæ horrentes rupes montemq; Severum.

Sextius Caballus, qui à Caballi calcitratu nomen sortitus est, scurra maximus fuit, Martial.

Qui Galbam salibus tuis, & ipsum
Posses vincere Saxtum Caballum.

Sextus, σέξτος, Philosophus Chæronensis, nepos Plutarchi & Marci Antonini Imperatoris præceptor fuit, Vide Julium Capitolinum.

Sibylla, prim. brev, Σίβυλλα, נְבִיאָה (à radice נָבָא vaticinatus est) dicitur vates, seu fatidica mulier, Eine Weissagerin/eine Prophetin. Græci σιός, (pro διός, Laconico more σ pro δ posito] & βουλὴ, hoc est, Jovis consilium vel sententia dictam putant. Sibyllarum enim responsa erant instar oraculorum, divinorum. Nihil verò Ethnici habent antiquias, quam de Sibyllis, quarum Græci & Romani pluros numerant:

1. Primam tradunt fuissæ Chaldæam, sau Persicam, quam nominant Sambetam, eamque ex posteritate Noæ esse dicunt, cui tribuunt historiam de ortu, & interitu r gnorum mundi, de quo e apud Lactantium. quem tradunt in Capitolio libr Sibyllarum reperisse, eo que diligenter evolvisse Hæc etiam de Christo pr nunciasse dicitur. Panib simul quinque & pisicib duobus hominum millia i eremo quinque satiabit, reliquias tolles duodecim cophinos implebit spe mu torum.
2. Libycam, cognomento Eli sam cujus Euripides mem nit.
3. Delphicam cujus memin Chrysippus de divination
4. Italicam sive Cumæam, c jus filium figunt Evandru fuisse.
5. Erythræam, cui vaticinia d bello Trojano tribuunt, qua Apollodorus Erithra us.
6. Samiam, cognomento P thon de quo plura in dicti nē Samos.
7. Cumanam, quam Virgi Delphon nominat, & Gla ci filiam fuisse dicit, Illa a Apolline petijsse fertur a nos pro numero pulveri quem manu continebat.

Unde etiam hoc modo lo quitur. apud Ovid. lib. 4.

Nam jam mihi secul septem
Acta vides, superest numer ut pulveris æquem.

De hoc Proverbium:

Folium Sibyllæ,

Pro re certissima & neutiquam in dubium revocanda, Hujus enim oracula cum primis celebrantur, & solita hæc est, M. Varrone teste, oracula Palmarum folijs inscribere.

Hellespontiacam, natam in Pago Marinesso, temporibus Solonis & Cyri.

Phrygiam, quæ sic vaticinata esse scribitur.

uba de cœlo vocem luctuosam emittit.

artarum Chaos ostendit dehiscens terra

enient ad tribunal Dei reges omnes.

)eus ipse judicabit simul pios & impios.

ūnc demum impios in ignem & tenebras mittet.

Qui autem pietatem tenent, iterum vivent.

>. Tiburtinam, nomine Albunæam.

Porrò Lactantius multos ex Sibyllinis versibus recitat & recitantur etiam ab alijs scriptoribus Græcis alibi, quos in 8. libros redactos eruditi ediderunt, sed forsan quædam sunt attexta. Ostendunt autem fragmenta, quòd aliquid prævideriпt & prædixerint, undecunque sanè illud exortum fuerit, sed pleraq; sunt legalia, id est, continent præcepta de moribus congruentia cum decalogo, præcipientia religiosam pietatem erga Deum, justitiam, castitatem, veritatem & alias id genus virtutes. Et plerique putant, ea carmina opera Phocylidis hinc inde collecta esse. Diligenter verò observandum est discrimen inter oracula Sibyllina seu præcepta moralia & promissionem Messiæ. Ethnici promissionem Messiæ prorsus amiserunt. Quamvis enim aliqua memoria de Messiæ promissione à patribus forsan retenta fuit, tamen Ethnici eam prorsus non intellexerunt. Tantæ istis temporibus (proh dolor) fuerunt tenebræ. Etsi itaq; certum est, fuisse tales fatidicas mulieres, quæ sive ex patefactione divina ea prædixerrunt, sie ex doctrina patrum vel Prophetarum, sive aliunde ea habuerunt, hoc tamen certum est, eas nunquam ita doctrinam de filio Dei illustrasse, ut nota fuerit Fthnicis,

Sunt, qui judicent, nomine Sibyllæ intellectam doctrinam de filio Dei, moti appellatioibus primi. *Prima* enim dicta est Sambete, quod nomen compo-

ſitum antumant ex Sem & Japhet, & indicare poſt diluvium duos filios Noæ, quibus pater benedixit, & propagatores doctrinæ ſuæ eſſe voluit. Secundam Eliſſam monſtrare aſſerunt objectū illius doctrinæ, ſcil. Deum verum, qui ſolus eſt: nec eſſe ſuum habet ex alio principio. Eliſam enim ſignificare dicunt Deum exiſtentem, ut יְהוָה (Jehovah. Indicant igitur, quod prima doctrina patrum, & a patribus ad poſteros propagata & conſervata dicta ſi fatidicis mulieribus. Vide plura de Sibyllis apud Euſebium, Lactant. Varronem in libris rerum divinarum Gell. lib. 1. cap. 19. Ælian. lib. 12 variæ hiſtoriæ, & Dictionarium Ebræum D. Johannis Forſteri D. Peucerum in li. de divinatione & alios Hinc Sibyllinus, a, um. ut Libri Sibyllini verſus Sibibyllini, Sibyllinus ſacerdos apud Ciceron. de Aruſp. reſponſ. Sibyllinæ notæ apud Strozium, ubi inquit:

Verba Sibyllinis nobiliora notis.

POETICE

Singular.

Cumæa virgo.
Cumæa anus.
Cortina Sibylla.
Amphriſia vates.
Delphica virgo.
Grinea vates.

Sibylla:

Vivax, Longæva, Dia, Ve Phœbæa, Cumæa, Aſtri qua, Fatiloqua, Divini qua, Caſta, Rabida, Vat Tremula. Quæ canit fa abdita ſenis pedibus. Sac numine afflata. Divino numine facta. D na aura concita. Afflata e ſuper æthera aura. Q præſaga carmina edidit.

Sicambri, Σικαμβροι, pop Germaniæ ad utramq; Rh ni ripam habitantes, qui h diè Geldrenſes ſunt & C vani, Die im Hertzo thumb Gellern vnd Al ſeyn.

POETICE.

Sicambri:

Sævi, Duri, Terribiles, Fo tes, Infrenes, Criniti, Into ſi, Proceloſi, Feroces, Pal doſi, Paludicolæ, Celeres Flaventes, Flavi, Detonſ Indomiti, Acres, Cæde ga dentes. Proni in arma. Du ro gaudentes Marte. Ga dentes intonſo crine. Crin bus in nodum tortis. Qu bus uda terra habitatur.

Sicania, Σικανία, prim. br cunda long. pars quædam eſt inſulæ Siciliæ in finibu Agrigentinorum à Sicani popu

populis primis ejus insulæ incolis, qui Servio teste Hispani fuerunt, dicta. Hinc Sicanus adject. Horat. lib. Epod. od. 17. Item Sicanius, a, um, ut Sicanis idus, ut Sicanis Hybla.

POETICE.

Pinguia arva frugifera Sicaniæ.

Sicaniæ { fertilis / opima / ferax frugum }

Sichæus: Σιχαῖος alias Sicharcas, Didonis maritus Herculis sacerdos, quem Pygmalion incautus ob auri cupiditatem juxta aras interfecit. Virg. lib. 1.

POETICE.

Sichæus:

Infelix, Cui aurum mortem creavit. Mactatus aros.

Sicilia vide suprà, Sicilien.

Sicinius Dentatus (Σικίνιος) fuit bellator egregius, quem in summam fortitudinem, Achillem Romanum vocarunt. Vide de eo plura apud Gell. lib. 2. c. 11. & Plin. lib. 7. cap. 38.

Sicoas, fluvius est Hispaniæ.

Siculum mare, à Sicilia, quam ambit, denominationem accepit, teste Bocatio. Vide Stra. lib. 1.

Sicynus insula est ex Cycladibus una, teste Plin. lib. 4. c. 12. A Strabone tamen & Steph. Sicenus, Γίκην appellatur.

Sicyon, brev. pen. Σικυών, nunc vulgò Clarentia, urbs est Achajæ non procul à Corintho, juxta Isthmum Peloponnesi Arati patria, picturis, & olearum proventu celebris, unde & oliferæ epitheton ei tribuit Ovid in Ibin. In ea etiam molles & muliebres calcei, confici solebant. Unde Sicyonius, a, um, adject. Item Sicyonij populi, & Sicyonia regio.

POETICE.

Sicyon:

Olivifera, Baccis, abundans.
Pariens innumeras baccas.

Est & Sicyon rex 20. Sicyonyorum, à quo ægialæi primum Sicyonij cognominati sunt. Achill. Pirmin. in Chronic.

Side, æ, vel Side es, Σίδη, est urbs Pamphiliæ, Pompon. Mel. lib. 1. in descriptione Pamphiliæ.

Sidicinum. aliâs Theanum, Campania oppidum. Virgil lib. 7. Sidicina æquora dixit.

Sidon, vide suprà, Sidon.

Sidrona, vel, ut alijs placet, Stridona vulgò Strigena, Dalmatiæ urbs est S. Hieronymi patria. vide Ptolem. lib. 2. cap. 17.

Siga, vide suprà, Zersen.

Sigæum, Σίγειον, pen. lon. vulgò Gennizzari, ubs in Troade, à qua Sigæum promontorium Trojæ dictum est autore

tore Suida Promontorium alterū Rhethæum fuit. Hinc Sigæus, & Sigeius adject. ut, Sigæa littora, Sigeia littora, apud Ovi. in Fast. & epist.

POETICE.

Sigeja tellus.
Sigæum littus.
Portus Sigæi, Iliaci.

Signia, æ, nomen montis in cujus radicibus Apamia est sita. Plin. lib. 5. cap. 29.

Silarus. pr. & med. br. σίλαρος, & Silaris, vulgò Seli in Basilicata. Lucaniæ amnis, in quo virgulta & folia immersa lapidescunt. Plin. lib. 2. c. 103.

Silenus, σειληνός, pri. & secund. long. Bacchi pædagogus & nutritius, qui, ut Poetæ fabulantur, asino semper vehi solitus est Horat in arte

Famulusque Dei Silenus alumni.

Mentio etiam fit Sileni Epicurei apud Virg. eclog. 6. Ubi Appollini & Orpheo artificib. in arte Musica summis hyperbolicῶς à Poeta præfertur. Plutarch. ex Aristotele hæc citat verba: Narrant à Mida captum Silenum in venatione, & interrogatum, quæ res sit optima homini & maximè omninò expetenda, initio nihil respondere voluisse, sed tanquam mutum tacuisse, deinde cum vis adhiberetur, in hæc verba erupisse: O semen non durabi[le] natum ex calamitoso pa[tre] & misera fortuna, quid [me] cogitis dicere quæ vos ne[sci]re melius est? Nam vita i[gnara] suæ miseriæ min[imum] habet dolorum. Hominib[us] non nasci optimum est, [se]cundum verò, natum quà[m] celerrimè mori.

POETICE.

Arcadicus senex.

Silenus:

Vetulus, Ebrius, Lascivu[s], Petulans, Senex, Lenis, [Pi]ger. Non fortiter hære[ns] asello. Semper juvenili[s] suis annis. Titubans ann[is] & mero. Spumans mul[to] Baccho. Residens pando [a]sello. Titubantes artus fe[]rula sustinens. Quadrup[e]dem ferula urgens.

Silerus, pri. bre. & Siler fluviu[s] est Italiæ in Lucania. Vid[e] Silarus.

Silia fluvius est in regione mo[n]tana, de quo Strabo libr. 14.

Silis, Venetiæ fluvius ex Tau[]risanis montibus exoriens Plin. l. 3. c. 18. Silys ver[ò] per y, nomen est, quo Tana[]im fluvium appellant. Scythæ, teste eodem Plinio.

Sillura, σίλλουρα, insula in Oceano Britannico, cujus incolæ mutationibus res dant & accipiunt, nummos accipere renuunt. Vide Solin.

Silphij, Herodot. lib. 4. histor. Libyci

Libyci sunt populi à Plateæ insula ad os Syrtium usque protensi.

Simethis, nympha, ex qua Faunus Acim suscepit. Ovid.

Acis erat Fauno, nymphaq; Simethide Cretus.

Simæthus verò Siliæ fluvius est.

Simichidas, σιμιχίδας, pastoris nomen apud Theocritum.

Simmias, σιμμίας, Philosophus fuit Thebanus.

Simoesius, vir Trojanus ab Ajace Telamonio interfectus. Homer, lib. Iliad. 4.

Simois, oentis, pen, bre. σιμόεις. Phrygiæ fluvius ex Ida monte ad Trojam defluens, qui Xanto tandem miscetur. Virgilius plurimam fluvij hujus mentionem facit. Meminit & Ovidius lib. 1. amor eleg. 15.

POETICE.

Unda, Amnis, Undantes aquæ } Simoentis.

Simois:

Rapidus, Phrygius, Lubricus, Idæus, Iliacus, Pinniger, Hectoreus amnis. Volvens in mare rapidas aquas: Cunabula Jovis.

Simon, onis, o longa, σίμων, Simones plures fuerunt Ebræi, Græci & Latini. *Anti*quissimus Atheniensis fuit. Soeratis auditor, qui dialog. 34. scripsit. Simon alius Magnesius fuit Musicus, qui Symodiam scripsit. Alius rursus Constatinopolitanus Ludimagister fuit, qui metaphrastas, id est, Sanctorum vitas scripsit. Et Simon Tridentinus puer quidam fuit, quem Judæi comprehensum, & omnis generis cruciatibus prius affectum cruci tandem affixerunt, sub Sixto Quarto Roman. Pontifice anno 1480. Volaterran. Simon Magus natione Samarita multis sparsis erroribus multorum mentes fascinavit, a quo & Simoniæ appellatio orta est quæ est venditio & emptio rei spiritualis. Cum enim videret à Petro & Johanne apostolis, per impositionem manuum dari spiritum sanctum, offert illis pecuniam, qua potestatem conferendi dona spiritus sancti se emturum confidebat, Actor. 8. Hic ubi in Samaria regnum Chaos Phanaticorum opinionum sparsisset, Romam inde discessit, ubi temporibus Claudij & Neronis per præstigias magicas adeò inclarui, ut jussu Claudij statua ipsi & ara collocata sit, cum hac inscriptione, Simoni Deo sancto. Tandem Petri & Pauli Apostorum precibus præstigiæ ipsius detectæ sunt, & cum in cœlum se evolaturum esse jactitasset, ex subilmi decidit, & extin-

extinctus est.

Legantur plura apud Eusebium l. 2. c. 13. Irenæum lib. 1. cap. 30. Epiph. li. 1. tom. 2. & in Actis Apostolicis. Est præterea Simon cognomen Delphinorum, quo mirè delectari illos ferunt.

Simonides pen. brev. Σιμωνίδης, Suidas enumerans multos Simonides, postremum his notis describit : Simonides Crini filius Amorginus carminum, Jambicorum scriptor scripsit elegiam duobus libris & Jambos. Floruit autem 406, annis post bellum Trojanum . primus Jambos scripsit secundum quosdam. Cic. lib. 2. de Oratore Gratiam habeo Simonidi illi Chio, quem primum ferunt, artem memoriæ protulisse. Meminit etiã Quintil. lib. 11. cap. 2. Scripsit autem Simonides ordinem esse maximè qui memorisi lumen afferret.

Simson, vide Samson.

Sinai, Σινὰ vel τὸ ὄρος τὸ σινὰ mons est Arabriæ Petrææ, in quo promulgatio legis facta est ipsius Dei clarissima voce, inter horrenda tonitrua fulgura & fulmina, Exod. 19. & 20. סִינַי mons ruborum plenus, Ein Dörnichter Berg.

POETICE.

Nimbosus }
Altus } vertex Sinæ.

Sinæus }
Sinaicus }
Sinai } vertex.
Sinæ }

Culmina { sacræ Sinæ.
Sinai montis.
rupis Sinaidos

Alta culmina Sinæ.
Culmine sancta jugi Sinæ.

Sina:

Palmifer, Astra Petens, Tollens cœlo alta cacumina. In cujus rupe tremente edita quondam lex fuit. Cujus juga saxea contremuêre ad vocem legiferi Dei. In qua saxorum pagina scripta decem verba verbis Moysi tradita est. In quo sonitu horrifico sapientia legis data est. In quo lex marmoretabellis inscripta data est. In quo lex est edita cum igne & fulmine. Cujus de vertice lex insonuit. In quo magna coorta tempestate Deus proposuit legem incisam tabulis factis adamante & marmore. In quo Deus clare voce sonans legem orbi edidit, In quo Deus legem inscriptam tabulis paratis ducto ex adamante populo evulgavit. In quo Deus horribili marmore legem sonuit

Sinas, ados, vel Sinada, æ, sive quod rectius Sinnada, pen. duplex, Phrygiæ oppidum est, ubi marmor effodiebatur, quod Sindicum appel-

appellabant. Strab. lib.12. Claudian.

Preciosaq; picto
Marmore purpureis cædit
quod Sinada venis.

Sinonum regio, σίνων χώρα, est regio in extremis Indiæ finibus, Vide Ptolem. lib.7 cap.3-

Sinon, pri. pr. σίνων, Autolyci filius in furtis & latrociniis petrizans. Alius hoc nomine Sisyphi filius prioris nepos, veterator fuit & proditor in exercitu Græcorum, de quo Virgil.2. æneid. Hinc sinonius derivari posse videtur, ut Artes, technæ Sinoniæ, Verrätherische Griffe.

POETICE.

Sinon:

Perjurus, Fallax, Dirus, Cautus, Fidens animi, Pellax proditor. Cujus technis Troja reserata Qui venientibus hostibus ultrò obtulit Qui Pinea Claustra furtim laxavit. Cujus arte & dolo Troja recepit fatalẽ equum Doctus quocunq; animos impellere dolis. Qui fefellit arte Phrygios.

Sinonia, Corsicæ insula ultra Tyberina ostia in Antiano Plin. l.3.c.6.

Sinope, Asopi dicitur filia, quam Apollo raptam in pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum, unde postea Syri sunt appellati. Alij, tamen aliter de hac.

Sinope, es, σινώπη, vel Sinopis, is, pen. prod. urbs est in ponto Mithridatis regia Diogenis Cynici patria, quæ quæ celebre quondam habuit gymnasium. Sinopeus, tribus syllab. σινωπεύς, Ovid. lib. 1. de Ponto-

Non doluit patria Cynicus
procul esse Synopeus.

Id est, Diogenes. Sinopis idis, σίνωπις, rubrica dicitur quæ prima apud Sinopen inventa est. Plin. lib.36. cap. 6. Hinc & Sinopicus, a, um.

Sinuessa, vel Sinaessa. σινόεσσα, vulgò Sessa, mediterranea urbs Campaniæ, prope quã sunt thermæ morbis quibusdam medentes, Unde & sinuessam tepentem Silius dixit. Vide Livium lib. 10. ab urbe, Meminit etiam Horatius 1. Sermon. satyr. 5. & Ovid. lib. 15. Metam. Hinc Sinuessanus, a, um, ut, Sinuessanum vinum ob cujus copiam sinuesso celebratur.

POETICE.

Sinuessa:

Calida, Tepens, Niveis colubris.

Sinus magnus κόλπος μέγας, Ptolem. in India est qui hodiè mare de sur dicitur.. Ptolem.

Sion, σιὼν, mons in meridionali Hierosolymitanæ urbis parte, supra quem Davidis arx extructa fuit, cujus passim in sacris fit mentio. A Prophetis interdum vox Sion pro tota urbe Hierosolymitana usurpatur. Mons Sion enim omnium altissimus & firmissimus Hierosolymis fuit. Ebraicæ צִיּוֹן Specula, ein Warte.

POETICE.

Sionæa rupes.
Sionæus vertex.
Sionæus mons.
Sionæum jugum.
Sionium cacumen
Rupes peramœna Sionis.
Sionis apex.
Sionis collis.
Juga celsa summi Sionis.
Vertex Sionius.
Sanctus vertex Sionæi montis.
Spes Sionis sancta.
Sacra rupes altæ Sionis.
Veneranda rupes altæ Sionis.
Sacrosanctus mons Sionis.
Juga montis Sionij.

POETICE.

Sion:

Sanctus, Sacer, Sacratus, Celsus, Altus, Surgens ad astra. Spectans ad gelidam arcton. In quo Deus olim sibi legit (pro elegit simpl. pro composit.) sedem. Qua nulla gratior Deo sedes fuit. Quæ regia celsa magnanimi.

Siphnus, σίφνος insula ex Sporadibus una in mari Ægeo non procul à Creta, in qua auri & argenti fodinæ erant Eropia quondam & Acis dicta est. Hinc Siphnij, σίφνιοι incolæ, & σιφνιάζειν, Siphniassare, quod proverbialiter sumitur pro eo, quod est, Manum postico admovere, sumtum à majoribus Siphinorum quos libidinis id causa factitasse tradunt. Et Pocula Siphnia, pro egregiè fabrefactis.

Sipontum, sive Sipus, untis, σιποῦς, pr. lo. vulgò Manfrederia, Apuliæ urbs, juxta Garganum montem à Diomede extructa. Hinc Sipontiuus, a, um. Dicta eadem & Sipons, sive Sipus, Sipuntis, ut antea ostendimus sive etjam Sepius, untis, unde Sepuntinus, a, um.

Siraces, populi meridiem versus, ad Caucasi ante montes descendunt. Strab. lib. 11.

Sirbon, onis, vel Sirbonis, idis, σίρβων, καὶ σιρβωνίς, Steph. palus in Palæstina, à quo Sirbonius possess. Vide suprâ Serbonis.

Siren, enis, pen. prod. fœmin. in plurali Sirenes σειρήν. Sunt autem loci maris periculosi, cujusmodi circa Syrtes sunt, in quibus undæ cõpressæ & conflictantes argutum

tum quendam edunt sonum quo præcepto præternavigantes & fluctibus se credentes, unâ cum navibus intereunt. Poetæ fingunt, monstra marina esse infrà aves, superius homines, navigantes longè dulcissimo cantu mulcentia, & devorantia, sive in naufragia pertrahentia. Nomina eorum ut dicunt, sunt: Parthenope. Lygia & Leucosia. De Ulysse scribitur, quod Sirenas præter navigaturus, sociorum suorum aures cera clauserit, ne illarum cantus audirent seipsum verò malo navis alligari fecerit, atq; ita tut9 cum suis evaserit. Quo monemur ut extremè aversemur, & fugiamus illicitas voluptates ne illarum dulcedine capti & irretiti in præsentissimum nosmet ipsos exitium præcipitemus & demergamus. Vide Homer. li. 12, Odyss. Ovid. lib. 5. Metamorph. & Claudian. in Sirenas. Significant autem Sirenes illecebras voluptatum, quæ blandis quibusdam præstigijs omnes hominis irretiunt, quicunq; præsentem hanc vitam, tanquam mare quoddam navigant. Alciat. l. 2. embl. 4.

Absque alis volucres, ac auribus bus absq; puellus.
Rostro absq; & Pisces, qui tamen ore canant.
Quis putet esse ullos? jungi hæc, natura negavit
Sirenes, fieri sed potuisse docent.
Illicitum est mulier, quæ in piscem desinit atrum
Plurima quod secum monstra libido trahit, &c.

Memorabile porrò est illud, quod de Socarate refertur â Stobæo.

Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν, τὸν σπεύδοντας τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὥσπερ πατρίδα.

Id est:

Oportet volatates præterire veluti Sirenas eum, qui virtutem tanquam patriam intueri desiderat.

Ubi allusit ad Ulyssem, qui (ut antea ostensum) cera obturatis auribus præter navigavit Sirenas, ut Ithacæ fumum subsilientem cerneret. Hinc Sirenus, a, um. Spectans ad Sirenas.

POETICE.

Acheloides.
Acheloia proles.
Volucres puellæ.
Acheloidum Sirenum scopuli.

Sire-

Sirenes:

Dulces, Blandæ, Molles, Acheloiades, Navifragæ, Leves, Tyrrhenæ, Siculæ, Volucres, Theſſalæ, Improbæ. Natantes, Subdolæ, Fraudes cantu parantes, Effundentes dulce carmen. Quas Ithacus ſurda aure præterijt. Mulcentes canoris vocibus nautarũ aures. Inſidias ſtruentes nautis. Quæ dulce malum ſunt pelago Detinentes canora voce rates. Inſidias ſtruentes ratibus. Solitæ ciere ore miſeros ſonos. Quæ nautas dulci vocis modulamine illectos avidè mergebant Jonijs fluctibus. Quæ Deæ monſtra factæ pœnas ſolverunt. Queis Achelous genitor, Calliope mater erat. Quæ Siculas plagas incoluêre. Quæ carminibus vociſq; dulcedine matrem æquabant. Quæ omnia pubetenus aſſimiles verrunt curvatas caudas. Sicana per æquora. Quorum ſcopulos nauta cavet. Quas blandè ceciniſſe patrijs ſub undis ſuavis Muſa Ulyſſæo carmine refert. Quæ Ithaci ducis ſocios arte luſerant Quæ dulce cecinerunt Siculo in mari.

Siris. σίρις, ab Æthiopibus dicitur Nilus, antequam totus confluat. Vide Stephan. Plin. & Euſtach.

Sirius, σείριος, eſt ſtella in ore Canis majoris æſtum pariens magnum & noxium. Quæ Canicula & προκύων, dicitur. Vide Servium, & plura in 1. parte: Hundsſtern.

Sirmion, vide ſuprà, Simach.

Siſamus, σήσαμος, Paphlagoniæ urbs Homer. lib. Iliad. 2.

Siſapo, penult. brev. σισαπὼ, Hiſpaniæ oppidum, unde & Siſaponenſis regio in Bœtica, ubi vinum naſcitur optimum, vide Plin.

Siſcia, σισκία, hodiè Lablathum ſuperioris *Pannoniæ* urbs Ptolem.

Siſigambis, Darij uxor fuit forma admodum inſigni, quam tamen Alexander ſuperato Dario non tantùm non violavit, verùm etiam maximè cavit, ne captivo quis corpori illuderet. Vide Curtium.

Siſyphus, pri. long. penult. bre. σίσυφος, Æoli filius, & latro in Iſthmo, à Theſeo ob latrocinia ſua interemtus, qui etiam latrociniorum ſuorum pœnas dans apud inferos ingens ſaxum in altiſſimum advolvere montem à poetis fingitur, quod tamen magno vix labore ſemel advolutum ſtatim relabitur. Unde & proverbio locus datus: Siſyphi ſaxum volvere, quod eſt inexhauſto & inutili labore defatigari. Habetur

Si

betur & aliud proverbium: Σισύφου μηχαναί, id est, Sisyphi artes, de vafris versutisq; consilijs dici solitum. Vide Ovid. l.13. Metam. Sil. Ital. l.13. de Sisypho, & Lucretium, qui Sisyphi pœnā exponit. Respexit etiam eo Virg. lib. 6. ubi inquit:

Saxum ingens volvūt alij, &c.

Referri autem allegorice Sisyphi saxum ad laboriosam & miseram ambitionem potest. Hinc Sisyphius, a, um, ut Sisyphius labor pro indefesso & catenato & nihilo tamen minus infrugifero labore, & Sisyphides patronymic.

POETICE

Æolides.
Senex Æolius.

Sisyphus:

Inquietus, Lassus, infelix, Defessus. Quem immensus lapis urget. Damnatus longi laboris. Subigens saxum per ardua mōtis. Quē æterna Megæra domat vipereo flagello. Grave saxum volvens & revolvens. Trudens adversum in montem ingens saxum, quod tamen summo jam vertice volvitur sursum, & raptum petit æquora plani campi. Saxum ingens volvens. Qui manibus pedibusque urgens saxum revolubile sursum agit & sudans impellit altos in montes quod subitò in aeria rupe mox relapsum in campos volvitur, & valles gramine opertas. Qui saxum sursum actum, & mox relapsum cogitur miser idem referre montana ad culmina, nec duro labori datur ulla requies. Urgens saxum ruiturum Saxum volvens & petens. Quem infelix premit onus. Quem defessum immensus lapis urget. Optans collocare saxum supremo in monte, quod tamen Iovis leges vetant, Versans saxum immenso pondere.

Fuit etiam hoc nomine rex Corinthiorum, cui Merope Atlantis filia nupsit, cujus Ovid. meminit.

Sithon, onis, pen. brev. mons nivosus Sithoniæ, quæ regio est littoralis Macedōiæ. Hinc Sithonius, a, um, ut Virg. eclog. 10.

Sithoniasq; nives hyemis subeamus aquosæ.

Et Sithonis patronym. pro possessivo. Ovid. in epist.

Nec vehit Actæas Sidonis unda rates.

Smerdis, frater fuit Cambysæ regis Persarum, quem ubi Cambyses per somnium regio insidentem throno vidisset, metuens ne regnū occuparet, interimi curavit. Fuit & alius hoc nomine, de quo

quo superius in dictione Patizites.

Smilax, pri. lon. σμίλαξ, nomen puellæ, quæ Croci juvenis amore cum frui non posset, tabescēs in sui nominis herbam hederæ similem mutata est, id quod etiam Croco accidit: Fabula autem hæc est nominum similitudine est conficta.

Smintheus, σμινθεὺς, dictus est Apollo à Sminthia urbe Hellesponti Cretensium colonia. Ovid. lib. 6. fast. Consulitur Smintheus.

Smyrna, σμύρνα vulgò LeSmirne, quæ γῆς ἄγαλμα, θέατρον τῆς ἑλλάδος, νυμφῶν καὶ χαρίτων ὕφασμα. Aristid. ad Adrian dicitur, postrema eademq; insignis urbs Ioniæ, quā Meles fluvius ambit, celebris olim templo & statua Homeri, cujus etiam patria fuisse dicitur, de quo tamen nihil certi asseverari potest. Vide Strabon. l. 14. Geographiæ. Hinc Smyrnæus, a, um, Lucan. lib. 9.

Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores.

Mentio etiā fit hujus urbis Apocalyp. 1. & 2. Episcopus in ea fuit Iohānis Evangelistæ niscipuius S. Polycarpus qui à suis ibi civibus, quos 86. annos docuerat, ob confessionem Christi damnatus tandem & combustus est.

Soana, Σοάνα, fluvij ostia in Taprobana insula, Ptol. l. 7. cap. 4.

Soanes, populi sunt Phthirophagis proximi, de quibus Strab. lib. 11.

Socion, genere Hispanus, philosophus peripateticus fuit qui librum conscripsit muliugæ doctrinæ, cui titulus Cornu copiæ. κέρας ἀμαλθεῖας

Socrates, pen. brev. Σωκράτης ἀνδρῶν ἁπάντων Σοφώτατος juxta Apollinis, quæ apud Laertium legitur, vocem Atheniensis Philosophus fuit filius Sophronissi Marmarij, & Phanatretæ obstetricis, discipulus Archelai Physici. A Quintiliano philosophorum fons, à Cicerone eorundem parens sive princeps vocatur. Castus fuisse scribitur, & patiens. Dū enim Xantippes conjugis clamosas rixas & probroses injurias diu tollerasset postea aqua, vel ut alij volunt, lotio ab ea esset parfusus, cum risu dixit. Sciebam Xantippem tonantem mox pluituram. Corpus etiā illius ad omnem laborem occaluit, ambulavit nudis pedibus, dormivit humi. Scriptorum nihil unquam edidisse ipsum constat, sed ejus dissertationes à Platone cōmemorantur. Senex jam ab

Anito & Melito ut hæretic9 accuſatus, & in carcerem conjectus cicutā bibere coactus eſt, quod de Dijs malè ſentiret. Cujusmodi tamen obitum populus ſtatim doluit, & in honorem & memoriam ejus ſtatuam æream erexit.

Vide plura de eo apud Stobæum. Gellium l. 2. cap. 1. Ciceron. lib. 3. de oratore. Et in Tuſculan. quæſt. & Ælian. varia historia. l. 11. & 13. perſ. item. Satyr. 4. De morte ejus vide apologiam Platonis, & Laertium in vita Socratis. Hinc Socraticus, a, um, ut Socraticæ chartæ apud Horat. in arte poet.

POETICE.

Socrates:

Magnus, Sapiens, loquax, Anytireus, Actæus, Contumax, Violentus, Doctiſſimus, Sapiens ſenex ab Apolline dictus. Cicuta ſublatus.

Fuit & alius hoc nomine pictor, de quo Plinius lib. 35. cap. 11. Alius item Socrates Conſtantinopolitanus fuit, qui hiſtorias Eccleſiæ Græcè ſcripſit libris ſeptem à tempore Apoſtolorum uſque ad Chryſoſtomum.

Socus, σῶκος, vir Troianus filius Hippaſi, generoſus animo & corporis dignitate, in

teremtus ab Ulyſſe quem magno ipſe animo antea vulneraverat. Homer.

Sodoma, æ, סְדֹמָה vel Sodoma, orum, σόδομα, vel Sodomū, oppidum Iudææ cujus hiſtoria ex Geneſi nota eſt, dicta eſt Sodoma à regione Cempeſtri, ſimilis Paradiſo Dei. Solin. cap. 27. ſcribit apud Sodomam & Gomorrham poma gigni pulcra quidem, & ſpeciem maturitatis habentia, ſed quæ mandi tamen non poſſint, cum fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantū extimæ cutis cohibeat: quæ vel levi tactu preſſa fumum exhalet, quaſi adhuc ardeat & fatiſcat in vagum pulverem. Meminit horum pomorum & Tertulianus in apologetico, & Auguſtinus l. 21. de civitate Dei capite 5. Egeſippus item libro 4. Hinc Sodomitæ & Sodomæ populi, & Sodomiticus, a, um, ut, Peccatum Sodomiticum. Mœnia Sodomitica, crimina Sodomitica, item Sodomæus, a, um, ut Viri Sodomæi.

POETICE

Sodoma, vel Sodome:

Impia, Laſciva, Turpis, Dives. Quæ flagravit igne cœlitus. Quæ ſubitò cremata fuit ſulphureis ignibus vel imbribus. Quæ negavit duras in aures dimittere verba Lo-

ba Lothi, & ſcelerato igni deleta eſt. In quam Deus miſcens incendia & ſaxa dejecit flammarum globos, & ſulphureas pluvias ſparſit. Abſumta ſulphuris igne. Deleta pluvio igni. Subito telluris hiatu hauſta. Cujus mœnia obruta ſunt ſulphureis flammis.

Sogdiana, σογδιανά, provincia Aſiæ Bactrianæ & Saccaro regioni contermina, ubi aræ Alexandri ſunt. Vide Ptol. lib. 6. cap. 12.

Solis fons, vide ſuprà, fons Solis.

Solis inſula, ἡλίȣ νῆσος, eſt in Indico mari ſemper rubens nullumq; non animal illarum necans, unde & omni animantium generi in acceſſa, Solino teſte.

Solis menſa, ἡλίȣ τράπεζα, Æthiopiæ locus eſt apparatis ſemper epulis refertus, & quia ut libet (inquit Pomponius) veſci volentibus licet, & quæ paſſim appoſita ſunt, naſci ſubinde divinitus affirmavit. Unde factū eſt, ut ſolis menſam adagio divitum ædes rerum omnium copia affluentes dixerint, teſte Cælio lib. 6. antiquarum lectionum.

Solis oſtia, ſunt loca inde dicta, quòd æſtus ibi ſit intolerabilis, & aquarum, longo tractu penuria, teſte Pomponio in Indiæ deſcriptione, ideò exercitum etiam Alexandri, illis locis periclitatum Diodorus ſcribit lib. 17.

Solæ, vel Soli, orum, σόλοι, plurale, Ciliciæ urbs, Heliopolis Currio dicta, Arati Chryſippi Philoſophi, & Philemonis poetæ Comici patria. Hinc Solenſes incolæ. Hinc etiam appellatus Solœciſmus, σολοικισμὸς qui eſt inconveniens partium orationis compoſitio. Cùm enim temporis progreſſu Attici in Solis patriam linguam depravaſſent, σολοικίζειν (Solœciſſare,) dicti ſunt.

Solon, σόλων, prim. brev. philoſophus Salaminius fuit genere, unus è ſeptem ſapientibus Græciæ, qui vixit tempore Crœſi & Cyri, circa id tempus, quo Iudæi ex captivitate Babylonica liberari ſunt, poſt Homerum annis circiter trecentis. Leges dedit Athenienſibus, abrogatis illis, quas prius tulerat Draco, quod ſeveræ nimis eſſent, & ſanguinariæ, de quibus ſupra in dictione Draco, Annum ordinavit & menſes. Piſiſtrati æmuli tyrannidem fugiēs in terras diverſas multas profectiones ſuſcepit, ut in Ægyptum in Lydiā ad Crœſum in Ciliciam, ubi urbem à ſuo nomine Solos cōdidiſſe ſcribitur,

bitur, in Cyprum, ubi annorum LXXX. è vivis excessit. Inter præcepta ejus hæc sunt: μηδὲν ἄγαν, id est, *Ne quid nimis.*

Et: ἡδονὴν φεῦγε· αὐτὴ γὰρ λύπην τίκτει.

Voluptatem fuge, parit enim tristitiam.

Historium de Solone & Crœso, vide suprà in dictione Crœsus. Refert eandem Ausonius in ludo septem sapientum. Vide etiam plura de Solone apud Plutarch. & Laertium in Solone, Herod. etiam in Crœsi historia.

POETICE.

Solon:

Atticus, Actæus, Justus, Sapiens, Cecropius, Legifer. Ne quid nimis approbans: Qui senex studuit semper plurima scire.

Solophytus, σολόφυτος, juvenis fuit regius, qui cum Ilino regio similiter per optimarum factionem, domo regia pulsus, ingentem juventutem secum contraxit, & in Cappadociæ ora consedit.

Solymi, orum, σόλυμοι, populi fuerunt Lyciæ vicini, quorum Homerus meminit, & à quibus Hierosolymæ tetropolis tribus Beniamin, & totius Judææ, de qua vide suprà, Hierusalem.

Sophene, es, σοφήνη, prim. brev. ארם צובה regio prope Armeniam juxta Masium & Antitaurum montes à parte Septentrionali. Meminit Lucan. libr. 1. Hinc Sopheni, σοφηνοὶ, incolæ.

Sophilus Sicyonius vel Thebanus Comicus, mediæ Comœdiæ scriptor ex cujus fabulis quasdam Athenæus refert.

Sophocles, σοφοκλῆς, Atheniensis patria, princeps tragicorum omnium fuit, qui fabulas dedit 123. vicitque ter & vicies, cujus tanta fuit gravitas, tanta sublimitas, ut Sophocleum in hoc genere pro summo usurparetur, unde & Cicero 16. famil. An pangis aliquid Sophocleum? id est, grande & grave. & Virgil. 8. ecloga.

Et erit, ut liceat mihi totum
ferre per orbem
Sola Sophoclæo tua carmina
digna Cothurno.

Id est, alto stylo, vel Heroico carmina. Vocatus etiam propter suavitatem est μέλιττα, id est, apes, deliciæ item Bacchi, nonaq; Siren, & Cicero divinum eum vocavit in libro de senectute. Obijt post Euripidem, quo styli gravitate superior fuit, annis sex ex insperato & repentino gaudio, ob victoriam ex tragœdia quadam, annum jam agens 95. quemadmodum ex Plinio & Va-

lerio videre est. Sunt tamen, qui grano uvæ suffocatum eum scribant. Hinc Sophocleus, a, um, penult. long. σοφόκλειος. Vide de Sophocle plura apud Plin. Valer. Philostratum, Lucianum, Pausan. Suid. Solin. Cicer. in Catone Majore & Quintilian. qui poetam ipsum vocat non ignobilem. Sophocles superioris nepos poeta item tragicus fuit, de quo vide Suidam. Sophocles etjam Grammaticus fuit minor appellatus. Sophocles alius dux Athenienfium, Sostratidæ filius apud Thucydidem.

Sophron, onis, σώφρων, Comicus fuit, cujus meminit Athenæus. Fuit alius hoc nomine Syracusanus, tempore Xerxis & Euripidis, qui Mimos scripsit viriles & fœmineos adeò frigidè, ut Platonem in eas indicentem ob dormire solitum dicant.

Sophronia, σωφρονία, matrona Romana, castitatis nomine celebris, ita ut altera LucretiaChristiana non immeritò dici possit. Cum enim Decij principis vim passuram se esse videret, marito suffragante seipsam arrepto gladio cōfodit ac inter mulieres sanctas est relata, autor Euseb. in histor.

Sora, σώρα, Volscorum in Campania oppidum, de quo Plinius libr. 3. cap. 5. & Juvenal. Satyra. 3.

Optima Soræ
Aut Phrabateriæ domus, &c.

Soracte neutr. & Soractes, is, prim. long. vulgò Monte di S. Silvestro, Italiæ mons in Phaliscis, Apollini quondam sacer. Unde Phœbeum etiam Mantuanus eum vocat. Apollinem vero custodem eius dicit. Virgil. libr. 11.

Sorani, dicti sunt populi Hirpini. Lupi enim Sabinis Hirpi vocantur. Sorani vero à Dite, cujus pater Soranus appellatur, quasi Lupi Ditis patris. Vide Servium.

Soranus, Ephesius medicus Alexandriæ egit, unde Romam profectus artem ibi exercuit Trojani & Adriani temporibus. Suid.

Sosibius, Σωσίβιος, Grammaticus fuit Laconicus, de quo Suid.

Sosipatra, Σωσίπατρα, Ædesij Sophistæ conjunx, vates ac doctissima fœmina è Lybia, unde etiam à numinibus quibusdam educatam eam dixerunt Vide Eunapium.

Sositheus, Σωσίθεος, Siracusanus. Homeri tragici æmulus, apud Ptolemæum inter illos refertur, qui Plejades appellantur. Vide Suid.

ſtratus, σώστρατος, Guidius Dexiphanis filius Architectus fuit, qui Ptolemæi Philadelphi juſſu turrim in inſula Pharo excitavit, ad oſtentandos nocturnos ignes nautarum curſibus. Vide Strab.lib.13. Soſtratus ſculptor, qui ex ære ſigna faciebat. Plin. lib. 36 capite 12. Soſtratus Cereris Sacerdos apud Tacitum. Soſtratus vates, qui per furorem multa Græcis prædixit. Herod. Soſtratus item Sicyonius cognomento Arrocherſites, ut Suidas ſcribit.

tades, Σωτάδης poeta fuit Cretenſis, qui laſciviſſima & impudentiſſima ſcripſit carmina, unde & amoveri ea vult Quint. libr.1. Fragmenta quædam illius apud Stobæum habentur, Hinc Sotadeum σωτάδειον, genus carminis Jambici à Sotade conſcriptum. Fuit & alius hoc nomine Athenienſis Comicus mediæ Comœdiæ Et alius item Athenienſis Philoſophus, qui de myſterijs librum edidit Suid.

terichus, Σωτήριχος, Aſites poeta ſub Diocletiano, cujus etiam encomium, ſcripſit & alia, de quibus Suid.

teridas, Σωτηρίδας, Epidaurius. Muſicæ libros tres, Dionyſio autore, ſcripſit.

paco, Σπακώ, Cyri regis nutrix fuit, de qua ſuprà in dictione Cyrus.

Spargapiſes, Σπαργαπίσης, Maſſagetarum reginæ Tomyridis filius fuit, qui à Cyro captus ipſe ſibi conſcivit mortem. Herodot.lib.1.

Sparta, æ & Sparte, es, σπάρτη, hodie Mizitra urbs inſignis Laconiæ, metropolis in Peloponeſo, Lacedæmon antea dicta, poſtea verò à Sparto rege egregijs ædificijs adaucta Sparte nomen accepit, quæ Licurgi eximij Philoſophi legibus optimè quondam inſtituta fuit, quibus quamdiu uſa eſt, bellis & alijs rebus præclarè geſtis floruit, ſed cùm paulatim transgredi eas cœpiſſet, in ſervitutem redacta eſt. Vide ſuprà Lacedæmon, Fecit hæc locum Proverbio:

ἣν ἔλαχες σπάρταν, κόσμει.

Id eſt.

Spartam nactus es, hanc orna, ſive adminiſtra.

Quod monet, ut quamcunq; provinciam erimus fortè nacti, ei nos accommodemus, proq; hujus dignitate nos geramus. Mentio fit hujus urbis 1.Maccab.11. & 14. item 2.Maccab.5.

POETICE.

Sparta:

Animoſa, Libidinoſa, Vetus, Herculea, Immunita, Menelaæa, Potens, Clara,

Quam libido perdidit.
Hinc Spartiatæ & Spartani, **Die Lacedæmonier** / de quibus supra in dictione Lacedæmon.

Sparracus, pen. br. σπάρτακ☉, Thrax fuit genere, gladiator robustus, & celebris, qui exulum & fugitivorum, collecto exercitu bellum intulit Romanis, unde Crassus missus, qui molitiones & impetus ejus reprimeret. Meminit ejus, Lucan. lib. 1.

Sperchius, σπερχειὸς, pen. long. Thessaliæ fluvius in Peli montis jugis natus, & in Meliacum sinum cursu velocissimo delabens. Strab. libr. 8. Meminit & Virgil. 2. Georgic.

POETICE.

Sperchiades undæ.
Ripæ Sperchiades.

Sperchius:

Minax, Tenuis, Velox, Populifer, Abundans populis Arboribus refertus.

Hinc Sperchionides, σπερχειονίδης. & Sperchias, σπερχειάς.

Ovid. 2 Metam.

Ripæ Sperchiades ardent.

Speusippus, Σπεύσιππ☉, Philosophus Atheniensis, nepos Platonis, cujus etiam Scholæ per octennium præfuit. Scribunt hunc senio confectum mortem sibi cōscivisse mœrore impulsum. Plutarchus verò *Phthiriasi*

perijsse refert. Vide de
Cicer. lib. 1. Academica
quæstion. & de libris
Gell. libr. 3. cap. 17.
buit ei Theophrastus il
σπάνιον τί τὸ τίμιον.

Quod rarum, carum est.

Sphinx, gis, vel gos, gen.
minini σφίγξ, γὸς, ἡ, m
strum fuit apud Theb
virginea, ut *Poetæ* dicu
facie, pennis auviũ, pedi
leoninis, quod prætereun
consistere cogens ænig
ipsis proposuit tale. Qu
esset primum τετράπες, p
ea δίπες, postremo τρίπ
hoc est. Quod nam esset
nimal, manè quadrup
meridie bipes, vesperi tri
Quod qui solvere non p
tuerunt, sublatos in rupe
præcipites dedit. Ubi ve
Oedipus tandem iter isth
faceret, & ænigma propo
tum dilueret, hominem e
dicens, qui infans adh
manibus & pedibus nite
quadrupes; juvenis ped
bus tantum & bipes, sene
verò paculo utens trip
est. Ibi Sphinx seipsam,
saxo præcipitavit. Unde or
go Adagij:

Davus sum, non Oedipu
de quo supra in diction
Oedipus. Revera auten
Sphinx, Plinio teste, an

mal est Æthiopiæ monstrosum è simiarum genere, fusco pilo mammis in pectore geminis ad hominis speciem accedens, solo pilo & solitudine feram assimulante. Vide Plinium libr. 8. cap. 2. Auson. Diodorum Sicul. libr. 4. Stat. libr. 1. Thebaid. & Alciati emblem. de Sphinge.

POETICE.

Sphinx:

Callida, Infanda, Iniqua, Aspera, Oedipodionia, Ambagibus obscuri oris. Dans neci victos. Quæ paradoxa proposuit. Exitialiter ambagiosa. Monstrum triforme. Volucris pennis, Obscæno corpore. Virgo triformis.

Spintharus Σπίνθαρος, insignis fuit architectus Corinthius, qui templum Delphicum extruxit. Pausan.

Spio Σπειώ, Bocatio, libr. 7. cap. 14. Nympha filia Nerei, & Doridis à speluncis maris, in quibus habitare dicunt Nymphas, sic dicta, σπέος enim spelunca dicitur. Meminit Virg. lib. 4.

Spira, vide suprà, Speyer.

Sporades, pen. brev. σποράδες, insulæ sunt aliquot in mari Carpathio, circa Cretam, sic dictæ, quasi in mare sparsæ, quarũ una Jos est, in qua Homerum sepultũ scribunt.

Spurina, æ, bre. pen. σπουρίνας, Parthorum dux à quo Crassus est interemtus. Item Mathematicus ille, qui Cæsarẽ monuerat, ut Idus Martias caveret. Meminit Suetonius in Cæsare, Fuit præterea & alius hujus nominis adolescens forma admodum præstanti, qui cum fœminas & viros decoro aspectu ad libidinem invitaret, pulcritudinem oris sponte vulneribus dehonestavit. Vide Valer. de verecundia.

Staphylus στάφυλος, Sicheni filius fuit, qui vinum aqua misceri primus docuit. Vide de eo Plin. lib 7. cap. 56.

Starcaterus, Danorum rex, qui ubi Lemnum quendam per nefas interfecisset, pœnitentia ductus Hathero filio ejus occidendum se præbuit. Meminit Saxo lib. 8.

Staseas, στασέας, Neapolitanus philosophus fuit Platonicus Cicerone de finibus bonorum & malorum teste.

Statius, στάτιος, poeta Comicus fuit, qui Cæltus dictus est. Alter statius, qui & Publius Papinius Statius, item poeta, qui Sylvarum libros quinq; Achilleidos duos & Thebaidos, hoc est, historiæ belli Thebani duodecim scripsit.

Statyelli, Liguriæ populi clarissimi, unde & aquæ Stacyellæ. Vide Strabo, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Stelenus, Argivorum rex fuit quem Danaus, regno pepulit, & ipsum regnum ad se pertraxit.

Steles, nomen pueri, qui, ubi Cererem filiam Proserpinam requirentem, & æstu jam defatigatam, avidiusq; aliquantò bibentem irrideret, avidam eam vocans, indignata illa potionis, quam adhuc in malis habebat, partem, in eum effudit, fecitq; ut in stellionem mutaretur. Fingitur autem invidi & maledici pueri metamorphosis ejusmodi, propter naturam animalis, quo nullum invidet homini fraudulentius. Cum enim hybernam exuit membranam, statim eam devorat præsentissimum nobis contra morbum comitialem remedium invidens, ut Plinius scribit. Vide Ovid. libro 5. Metamorph.

Stella, Aruntius stella, poeta Patavianus, familia natus consulari, Violantillam puellam Neapolitanam amavit, quam tandem in uxorem duxit. Scripsit elegias, & poema de interitu columbæ avis Veneri dicatæ, quæ viva in delicijs conjugi fuerat.

POETICE.

Stella.

Pierius, facundus, canorus, dulcis, vates, Ducens suspiria ob columbam extinct[am],
Habitās laurigeros Pena[tes]
Gemens columbæ fata.

Stennio, vel quod recti[us] Sthenio, una est Gorgon[um] Phorci filia, ex marino s[us]cepta monstro, ita dicta quod mentem debilitet. B[oc]cat. lib. 10. cap. 36.

Stenobea, prim. & secun. br[e]vibus, quæ ab aliquibus St[e]noboe seu Stenobe appell[a]tur. Vide suprà de Bellerophonte. Ab ea fit Stenob[e]jus, a, um, ut Stenobe[jus] heros, id est, Perseus, ap[ud] Sidon.

Stentor στέντωρ, clamosus i[n] in Græcorum exercitu, q[ui] Homero Iliad 5. teste, cl[a]mores aliorum quinquagi[n]ta superabat ærea voce. in proverb. etiam abier[it] Stentore clamosior, in eu[m] qui admodum est vocali[s]. Juvenal. Satyr. 13.

Tu miser exclamas, ut Stento[ra] vincere possis.

Interfectum autem Stento[ra] dicunt à Mercurio, qu[i]cum de vocis magnitudin[e] certârit.

Sterenontium, vide suprà Kassel.

Sterope, es, pen. brev. στερόπη alias Asterope, Atlantis fili[a] & Pleiones fuit. Vide supr[a] de Pleiadibus.

Steropes, is, στερόπης, fuit unu[s] ex ministris Vulcani, qui Cy[-]

clope

clopes dicuntur, à fulgetra dictus, στερόπη, enim Græcis est fulgor. Mantuan.

Antiquus niger ora Steropes.

Stesibrogus, Epaminondæ Thebanorum ducis filius, interfectus à patre, quod contra mandatum ejus cum hostibus Lacædemonijs pugnasset, quamvis parta victoria. Plutarch. Scribitur & Stesimbrotus.

Stesichorus στησίχορος, poeta Lyricus excellentissimus fuit ex Sicilia oriundus, qui emicuit olympiade 37. sub annum mundi 3336. obijt sexta & quinquagesima. Fuit autem insignis in carmine ipsius gravitas. Unde & Stesichorium carmen pro gravi & eximio sumitur. Meminit ejus Quintil. libr. 10. Horat. lib. 4. carm. od. 9. & Stat. libr. 1 sylvar. Literis proditum est de Phalaride tyranno, quod Stesichoro huic, cum quo simulates ei fuerant, mortuo jam templum curaverit ædificandū in quo cultus ei, honosque haberetur. Habetur & proverbium: οὔτε τὰ τρία στησιχόρου γινώσκεις id est.

Ne tria quidem Stesichori nosti.

de indocto admodum, & imperito.

Stesilea, mulier fuit forma egregia, ita ut causam etiam præbuerit litium inter Aristidem & Themistoclem, quorum uterq; eam deperibat. Vide Plutarch. in Themistocle.

Stesimbrotus, pen. brev. στησίμβροτος, historicus fuit Tarsensis, qui Cimonis Atheniensium ducis res gestas scripsit, autore Plutarcho in vita ejus.

Sthenelus, Σθένελος, Capanei & Euadnes filius in bello Trojano, de quo Homer. & Virgil lib. 2. Alter Sthenelus Persei ex Andromeda conjuge filius fuit Homero teste, Hinc Stheneleius, a, um.

Sthenobæa Σθενόβοια, Suid. uxor Præti. Vide supra Bellerophon.

Stilbon, ontis στίλβων. Mercurij stella de qua Cicero 2 de natura Deorum. Dicta autem est à στίλβω, id est, reluceo.

Stilico. στιλίκων, Honorij Imperatoris socer, & occidentis administrator, quem multis laudibus Claudianus celebrat. Hinc Stiliconius, ut, Virgo Stiliconia apud Claudian.

Stilpo, Megarensis Philosophus, tempore primi Ptolemæi, præfuit scholæ Megarensi. Vide plura apud Suid. de eo, & apud Ciceron. in libro de Fato.

Stiphelus, Ixionis & Nubis filius, ex Centauris unus. Bocat.

Stœchades, στοιχάδες, penult. bre. insulæ tres Massiliensium littori vicinæ, quarum nomina sunt: Prote, Mese, Hype, hoc est prima, Media, Infima. Nominatæ enim ita sunt ab ordine situs. Quia στίχον, Græci dicunt ordinem & versum. Vide Plin. libro 3. cap. 5. Meminit & Lucan. lib. 3.

Stoici, στωϊκοὶ, antea Zenonij dicti, à Zenone doctore & principe. Stoici verò appellati, à στοὰ, quod significat porticum, in quo conveni-re ac disserere solebant. Fuit autem Stoicorum secta plena abdurdissimis erroribus, de quibus in Dialect. D. Philipp. lib. 4. & alibi. Contendit, omnia fieri necessariò etiam mala, ut Neronis scelera. Alligavit Deum ad causas secundas. Affectus sensit opiniones. Animas hominum ignes, qui postquam aliquot seculis durassent, tandem extinguerētur, &c. Hinc Stoicus, a, um, ut, Deus Stoicus, Fatū Stoicū, Libelli Stoici apud Horat. in epod. Stoicè adverb. Stracks/ernstlich. Stoicida, æ, penult. corrept. apud Juvenal. Satyr. 2.

Strabo, στράβων, Gretensis Philosophus Geopraphus insignis Romæ emicuit temporibus Augusti & Tiberij. Scripsit autem inter cætera Geographica quæ extant, seu de situ orbis, vita, moribus, consuetudinibus a legibus variarum gentium lib. 17.

Stragona, vide suprà, Possenaw.

Stratones, octo fuerunt primus Isocratis discipulus, secundus, Lampsacenus, Theophrasti auditor. Tertius medicus Erasistrati discipulus. Quartus historicus. Quintus epigrammatum poeta. 6. Medicus antiquus, de quo Aristoteles. 7. Peripatheticus, qui Alexandriæ egit. Hæc Diog. Laert. Plutarchus Stratonem ponit Rhetorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui unà cum eo in Philippensi fuit bello. Ælianus præterea de var. hist. Stratonem Sidonum quondam scribit valdè delicatum in convjvijs.

Strongylos, vel Strongyle, es στρογγύλη, pen. brev. vulgò, Stromboli, insula in mari Ægæo, à rotunditate sic dicta, Naxos nunc dicitur, & aliâs etiam, Calliopolis. Vide suprà.

Strophades, pen. br. στροφάδες, vulgò Strivali, insulæ duæ in mari Jonio, antea Plotæ dictæ, in quib. Harpyias es-

se

se scribunt. Virg. lib. 3.

Excipiunt Strophades, &c.

Vide Balais.

Strophius, στρόφιος, rex Phocidis, & pater Pyladis. Vide suprà de Oreste & Pylade.

Strymon, onis, στρύμων, Thraciæ fluvius ex Æmo monte profluens, & Thraciam à Macedonia disterminans. Unde forsan est, quod Macedoniæ hunc fluvium esse quidam asseruerunt.

POETICE.

Strymonis unda.

Strymon:

Thracius, Geticus, Gelidus, Rapidus, Nivosus.

Hinc Strymonius, a, um, id est, Thracius, ut Strymonia terra, & Strymoniæ grues. id est, quæ nascuntur ad Strymonem fluvium, apud Virg. 1. Georg.

Sturæ, Insulæ in Gallico Oceano, inter Helium ac Flevum. Plin. lib. 4. cap. 15.

Stymphalus, pen. prod. seu ancipiti potius, στύμφαλος, lacus Arcadiæ, à quo Stymphalides, στυμφαλίδες, aves Arabicæ, primum grassantes in homines, quas Hercules abegisse fertur. Virgil. de Herculis laboribus,

Stymphalides pepulit volucres discrimine quinto.

Fabulosæ autem sunt aves Stymphalides, ut & Harpyiæ. Erant enim Stymphalides aves, prædones, qui circa Stymphalum oppidum latrocinabantur. Plin. libr. 11. c. 16. Hinc & Stymphalius, a, um, στυμφάλιος, & Stymphalis, idis.

St

Styx, gis, gen. fœmin. στύξ, fingitur esse palus infernalis, per quam Dij jurent, ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, id est, à tristitia sic dicta. Sed revera est fluvius Arcadiæ, cujus aquæ gravissimi odoris & saporis sunt, quæ hausta nimia frigiditate hominem suffocāt, & enecant. Vide Plin. lib. 10. c 16. Vide etiam plura in priori parte: Hellisch wasser. Hinc Stygius, a, um, ut, Stygia palus. Seneca.

Nunquam Stygias fertur ad undas inclyta virtus.

Sic Jupiter Stygius pro Plutone apud Virg. lib. 4.

Subur, Plin. lib. 3. cap. 3. oppidum est Hispaniæ ad flumen Rubricatum, vulgò Cubelles, vel Sieges.

Suburra, vicus fuit Romæ in quo ut quidam volunt, meretrices habitabant, quę propterea suburranæ vocantur. Juvenal. Satyr. 11.

Æsquilias à ferventi migrare Suburra.

Suessa, vulgò Sessa. Plin. libr. 5. c. 3. Campaniæ oppidum.

Suessiones hodiè Soissons, populi Galliæ Belgicæ. Plin. lib. 4. cap. 17.

Suevi & Suevia, vide suprà. Schwaben vnd Schwabenland.

Suevus, fluvius veteris Marchiæ in fluvium Codanum defluens, die Spree.

Sulmo, onis, Italiæ oppidum in regione Pelignorum Ovidij patria, quemadmodum ipse testatur 4. trist. eleg. 9.

Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab urbe decem.

Vide etiam Plin. lib. 3. cap. 5. Conditum autem fuit oppidum ab Æneæ comite Solimo, à quo & nomen accepit. Ovid.

Hujus erat Solimus phrygia comes unus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Hinc est Sulmonensis, ut Sulmonensis vates, id est, Ovidius.

POETICE.

Sulmo:

Gelidus, Aquosus. Solum natale Nasonis. Multum habens aquarum. Parva ora, sed salubris irriguis aquis.

Summanus dicitur Pluto quasi summus manium. Ovid. 6. Fastor.

Summano templa feruntur.

Sunium, Σούνιον, vulgò Cabo de columbas, promontorium & emporium Atticorum supra Athenas. Terent. in Eunucho. Mercator hoc add[e]bat, è prædonibus se audis[se] arreptam è Sunio.

Hinc Sunicus, & fœminin[um] Sunias.

Surrentum, Συρρέντον, Campaniæ oppidum, quod amœn[um] Horatius appellat, Sirenum quondam sedes, unde & Petræ Sirenum alias dicitur Virg. 5. Æneid.

Iamq; adeò scopulos Sirenum advecta subibat.

Scribitur & Surrhentum. Hinc Surrhentinus, a, um, Συρρέντινος. ut, Surrhentinus palmes, Ovid. Surrhentini colles, Surrhentina vina.

Susa, & Susæ, orum, prim. long, Σοῦσα τὰ, clarissima urb. Persiæ, & ejusdem metropolis, à Susia vel Susiana vel Susione, quæ pars est Persidis, aut à lilijs, quæ Susa Persæ dicunt, ut Stephanus scribit. Fuit in Susa Cyri regia de qua in fine libri inter miracula mundi. Vide & Strab lib. 15. Geograph. Abraham Ortel. & Munster. Hinc Susinus, a, um, Σούσινον, ut, Susinum unguentum, & Susiani incolæ.

Sybaris, penul. corre Σύβαρις, oppidum vicinum Crotoni Herodoro teste, Thurion postea dictum. Hinc Sybaritæ, penu. long. populi, qui molles

molles, delicati, lascivi improbi & petulantes fuisse scribuntur. Unde & proverbijs locum fecere.

Sybaritica mensa,

Συβαριτικὴ τράπεζα. pro mēsa opipare, & prælauta, Συβαρῖται διὰ πλατείας. id est,

Sybaritæ per plateas,

de incredentibus superbè,

Sybarissare,

pro eo, quod est, genialem agere vitam

Sybaritici sermones,

pro impudicis,

Sybariticæ fabulæ,

itidem pro parum pudicis.

Sybariticæ saltationes,

pro fastuosis & lascivis,

Συβαριτικὴ συμφορά, id est,

Sybaritica mala.

Quod adagium in eos quadrat, qui Deorum neglectu, aut ob luxum intemperantem evertuntur. Quomodò verò Sybaritæ perierint, deque calamitate, & luxu eorum Athenæus literis prodidit. A Sybaris etiam fit Sybaritanus, a, um, apud Plin. lib. 8.

Sycoris, Hispaniæ fluvius, juxta Ilerdenses, Plin. libr. 3. cap. 3. Lucan.

Hesperios inter Sycoris non ultimus amnes.

Syderis, fluvius à quo mare Hyrcanum vocari incipit. Plin. lib. 6. c. 16.

Syene, penu. long. συήνη, vulgò Gaguera, urbs Ægypti in Æthiopiæ confinibus, quæ tropico cancri subjacet. unde etiam in meridie cum in initio Cancri Sol est, arrecta corpora nullam in eam faciunt umbram. Unde Lucani illud lib. 2.

Atque umbras nunquam flectente Syene.

POETICE.

Syene:

Calida, Niliaca, Eoa, Fusca, Exusta, æstiva, Pharia, Usta Æstifera, Afra, Sitibunda. Ardore cōbusta, Nihil umbræ spargens cancro torrente.

Syla, mons & Sylva Lucaniæ, teste Servio. Meminit Virgil. lib. 12.

Sylla, Σύλλας, nobilis Romanus eruditus & facundus fuit, gloriæ cupidus, qui rebus multis præclarè gestis civiles cum Mario discordias exercuit, quo fugato & apud Præneste postea occiso, felicem se ab eventu vocavit, & in ejusdem fautores crudelissime sævijt Primus proscriptorum tabulas produxit. Primus etiam Dictaturam invasit, quam tamē postea sponte deposuit. Extinctus tandem dicitur Puteolis Phtiriasi. Unde & non felicem, sed miserrimum ipsum dici debuisse Plinius scribit lib. 7. cap. 40. ubi

ita

ita inquit:

O prava interpretatio, & futuro tempore infelix.

Etsi enim felix fuerit ad tempus, tamen tandē computruit, & morbo pediculari consumtus est. Vide Epitomen vitarum Plutarch. Hinc Syllanus. Cic. de lege Agrar. Qui nos Syllanos in invidiam rapit.

POETICE

Sylla:

Cruentus, Vehemens, Atrox, Rabidus: Ferox, Trux, Potens, Sævus. Qui fecit tristi se manu lacerare, Romanos Quirites.

Sylosōn Συλόσων, vir egregius in exilium aliquandò pulsus est, sed quia opibus & corporis præstantia afflueret, sumtuosam semper chlamydem gestabat. Quam ubi Dario (quia Persarū postea rex effectus est) dono dedisset, is postea regnum adeptꝰ beneficij memor Sylosontem solo natalitio restituit. Unde proverbio locus factꝰ ἡ Συλοσῶντος χλαμύς, *Sylosontis Chlamis.*

Quod de illis dicitur, qui se cultu & vestitu jactitant. Neque etiam absurdè dicetur in eos, quibus exiguum munus in tempore magno cum fœnore redijt.

Sylvanus, Deus Sylvarum, ein Waldgott. Cyparissum puerum adamavit, cui cerva fuit mansuetissima, quam ubi Sylvanus nescius occidisset, puer animi dolore extinctus, & ab amatore Deo in sui nominis arborem Cupressum mutatus est, quam pro solatio gestare scribitur, Virg. 1 Georg.

Et tenerum ab radice ferens Sylvane Cupressum.

Sumitur interdum Sylvanus etiam adjectivè, ut, Sylvanus Deus.

POETICE.

Sylvanus:

Horridus, Senex, Monticola. Nemorum potens Sylvas lustrans, Sylvæ gaudens recessibus Amorum pecorisque Deus.

Sylvia, nomen, quo Ilia Romuli mater vocata est. Meminit Virgil. 7. Æneid. & Ovid 2. Fastor.

Sylvius, Æneæ filius ex Lavinia latini filia post patris obitū natus, unde & Posthumus dictus fuit. Sylvij verò nomen inde habuit, quòd à matre in sylva editus, & â pastoribus educatus fuerit, cujus rei meminit Ovid. lib. 4. Fastor. Atq; ab hujus nomine omnes postea Albani reges Sylvij sunt dicti.

Syma, æ, sive Syme, es, Σύμη, Asiæ urbs, quin & pro monte juxta Pontum posuit Orpheus in Argonauticis.

Simæthus, Σίμαιθος, Siciliæ fluvius

fluvius non procul ab Ætna Cataneum influens agrum teste Strab.lib. 6.

Syme, σύμη, insula inter Rhodum & Guidam, Ægele & Metapontus antè dicta.

Syme autem à Syma Lalysi filia vocata est, Vide Plin. libr. 5 cap.38. & Hermolaum.

Symmachus, pe.br. Σύμμαχος, orator fuit Romanus & prefectus Theodosij tempore, natus illustri loco Romæ, & eruditus admodum, acerrimus getilismi progugnator, sed cujus scripta Prudentius & Ambrosius confutârunt.

Alius etiam hoc nomine Bibliorum interpres fuit, de quo Euseb. lib. 6.

Symplegades, Συμπληγάδες, penult. brev. duæ sunt Insulæ contra Bosphorum Thracium, quæ & Cyaneæ dicuntur, autore *Pompon.* Mel. libr. 2. Meminit & Ovid. lib. 15. Metam & libro. 1. trist. Vide etiam supra Cyaneæ. Dictæ sunt eædem & Planetæ, id est, errantes Plin.

Synesius, συνέσιος, è Pentapoli Africæ philosophus Christianus, præsul factus Ptolemaidis aliquot libros scripsit, de quibus Suid.

Syphax, acis, σύφαξ, pe. genit. ancipiti, ut plurimum tamē prod. Numidarum rex fuit, qui, ubi datam Scipioni fidem fefellisset, tertio bello Punico victus ab ipso in triumphum ductus est, atq; in carcere interijt. Vide de eo Polybium. Multam etiam ejus mentionem facit Livius. Claud.

Haurire venena
Compulimus durum Syphacem, &c.

Syracusæ, arum, Συρακοῦσαι, hodiè Saracosa, Siciliæ urbs Græcarum urbium maxima & pulcerrima, terra mariq; clausa loci natura, Archimedis & Theocriti patria. Est in ea etiam Arethusa fons, de quo suprà. Vide Strabon. libr. 6. & Cicer. in Verrina 6 Hinc Syracusus, a, um, συρακούσιος, Virgi. Eclog. 6.

Prima Syracusio dignata est ludere versu.

Syracusanus item, & Syracosius apud Ovid. sæpè, ut:

Syracusana mensa,

συρακουσία τράπεζα, de prælauta & opipara dicebatur. Syracusani enim, ut erant olim opibus florentissimi: ita voluptatibus ac delitijs addictissimi.

POETICE.

Syracusæ:

Opulentæ.
Arethusides.

Syria, vide suprà, **Syrien.**

Syrianus, Συριανός, Alexandrinus

drinus Philosophus Platonicus, Athenis professus est, in Homerum etiam commētatus est, & in Platonis rem publ. scripsit lib. 7. & alia præterea. suid.

Syrictæ, Συρικταὶ, gentes sunt inter Nomades Indos, anguium modo loripedes, habentes narium loco modicum saltem foramen, per quod avenarum calamis cibos hauriunt, unde & nomen sortitæ. Σύριγξ, enim Græcis fistula est.

Syrinx, Σύριγξ, Arcadiæ nympha, quam Pan adamavit, ut suprà ostensum est. Ovid. li 1. Metam.

Inter Hamadryades celeberrima Nonacrinas.

Naias una fuit, nymphæ Syringa vocabant.

Vide etiam Jul. Cæs. Scal. lib. de subtilit. exercit 300. num. 7. Pertinet autem fabula de Syringe & Pane ad historiam, estq; ex nominis allusione conficta. Quia Σύριγξ. significat fistulam. & Pan primus fistulæ est inventor.

Syritha. Danorum regis Sylvaldi filia fuit, forma egregia, & admodum pudica, ita ut à multis petita procis nullum eorum probarit. Saxo. lib. 7.

Syrophœnix, vide suprà, Syrien.

Sytsigabis, mater Darij, quæ morte Alexandri audita in perpetuam se noctem abdidit.

Syrtes, Σύρτεις, dicuntur vortices seu circumgyrationes aquarum. Fuerunt autem duo periculosissima loca in mari circa Africæ fines, ἀπὸ τοῦ σύρειν, id est, à trahendo sic dictæ, vel quòd naves attrahant, vel propter tractū & concursum arenæ, quæ vento in montem attrahitur cogiturq;, unde fit, ut idem locus modò sit vadosus, modò arenis rursum depulsis in profundum præceps. Vide Salust. in bello Jugurthino. Mentio etiam fit syrtium in historia navigationis Pauli Actor 27. Servius loca quæcunq; in mari arenosa syrtes appellari docet. Cicero metaphoricῶs Syrtim patrimonij dixit libr. 3. de orat. pro voragine.

POETICE.

Syrtis:

Æstuosa, Ambigua, Dubia, Invia, Invida, Arenosa, Horrenda, Procellosa, Fera, Afra, sæva, Incerta, Getula, Libyca, Barbara, Paretonia, Inhospita, Vaga, Vasta, Leptícana. Semper naufraga. Ferens ratibus metuenda pericula, Terror nautis. Fluctibus sævis minax Noto exercitata. syrtes totantes fluctus alterno

vertice

vertice. syrtes, quæ incerto flamine mutantur.

[S]ytus, prim. lon. Σύρος, Jonica insula Asiæ opposita. Vide Strab. lib. 10.

[S]ython, vide suprà Sithon.

T.

[T]abæ, arum, Canæ urbs, Plin. lib. 5 cap. 27.

[T]abereni, populi sunt juxta Chalibes justitia celebres. Pomp. libr. 1. quos Strab. Tabarnos vocat, Hermolaus verò Tiberinos vel Tibaranos rectius dici putat. Ridiculè ab ipsis igitur in partu. Illo enim ubi mulier liberata, vir in lectulum tanquam pueri autor decumbit, quem ut puerperam uxor curat. Vide Cælium, & Valer. Flacc. lib. 5.

[T]abraca, τάβρακα, sive Tabrata, sive ut Sil. sabrata, Africæ minoris oppidum. Juvenal. Satyra 10.

Umbriferos ubi pandit Tabraca saltus.

[T]aburnus, pri. bre. Campaniæ mons olivetis abundans Virg. 2. Georg.

[T]acapa, Ptol. urbs Syrtis parvæ Plin. Tacape, es, τακάπη.

[T]achempso, ταχεμψὼ, Insula quædam Nili. Herodot. libro 2.

Tacitus, Cornel. Tacit. orator. fuit Clarissimus sub Adriano principe æqualis, ac familiaris Plinij Junioris ad Vespasianos usq; pervenit, quibus historiam principum conscripsit, stylo sublimiori, ab Augusto usque ad Hadrianum, quæ integra hodiè non habetur, Scripsit etjam de moribus, ac situ Germaniæ.

Tacola, τακώλα, emporium Indiæ maximum extra Gāgem à Portugalensibus captum. Vide Ptol. lib. 7. cap. 2. hodiè Malacha dicitur.

Tænarus, τάιναρος, penul. brev. in singul. mascul. in plural. neutr. vulgo Cabo Metapan, promontorium Laconiæ juxta spartam urbem, in cujus summitate hiatus est ingens flante vento sonitū faciens maximum, propter quod existimatum est, descendum ibi essé ad inferos, & sedem horridā invisi Tænari Horatius vocat, Hinc Tænarius, a, um, ut Tænariæ fauces apud Virgil. 4. Georg. Tænarius lapis, h. e. Laconicum marmor apud Plin. Tænaris ora apud Ovid. in epist. Tænarides dicitur Hyacynthus apud Ovid.

Tollere Tænarides orbem properabat, &c.

Est & Tænarum oppidum promōtorio huic adjacens, ad quod pervenit Arion fidicen Delphine vectus.

Tæmon, urbs in Luconia, Herinæ Poetriæ patria, Hermol. lib. 9, Fuit & in Achaia urbs,

τήνειον, id est, Veneum, itemque, vicus, τένεα, inter Mycenas & Corinthum.

Tagasta, sive Tegesta, τεγέση, urbs Africæ. Plin. lib. 5. c. 4. Hinc Tagastensis.

Tages, pri. brev. τάγης, primus omnium, Hetruscis auspicij disciplinam tradidit, teste Cicer. lib. 2. de divinatione & Ovid. lib. 15. Metam. ubi inquit Poetæ.

Fatalem glebam motis conspexit in araas.

Ex gleba autem natus Tages creditur, quod homo fuerit obscurus, qui subitò inclaruerit, cum divinandi artem professus esset. Terra enim nati olim dicebantur ignoti & obscuri.

POETICE.

Tages:

Aruspex, Thuscus, Conditor artis, Genitus tellure. Tyrrhenæ gentis aruspex. Qui docuit primus gentem Hetruscam futuros aperire cassus.

Tagus, i, pri. bre, τάγος, Hispaniæ in Lusitania fluvius, quẽ aurea quandoque ramenta, seu arenas aureas evolvisse scribit. Plin. lib. 3. cap. 3. Meminit & Catull. carm. 27.

Iberam, quam scit amnis aurifer Tagus.

POETICE.

Aurea unda divitis Tagi.

Ripa beata aurifera Tagi.

Tagus:

Aurifer, Auricolor, Aurifluus, Aureus, Metallifer, Purpureus, Opacus, Locuples, Hesperius, Impiger, Dives, Micans, Turbidus, Clarus, Piscopus, Flavus, Invidiosus fulvis aquis. Qui vectatur aurifluo gurgite & undis. Auricoloribus undis volvens aurea grana. Qui parturit aureas arenas, Sordidus turbato auro. Sonans Hesperio orbe, Qui in mare proripitur auricolorib. undis. Auriferis arenis refertus. Aurifluo amne clarus. Auriferis vadis celebris. Vehens amne suo aurum. Qui aurifero in amne fulva gigni metallia. Qui egerit multum auri.

Talæmenæus, viri proprium qui auxilia misit Trojanis.

Tala, ταλάων, Iasij filius, qui regnavit apud Argos. Bocat lib. 2. c. 38.

Talasio, Deus Virginitatis quem Romanos invocasse Servius scribit.

Talga, insulã Caspio mari absque omni cultu fertilis fruge omni ac fructibus abundans, sed vicini populi nihil horum, quæ giguntur attingunt, sed Dijs omnia parata, & servanda etiam ijsdem existimant, attingere nefas esse opinantur.

pomp.

pompon. libr. 3. Ptolemæo hæc Insula Talca, Plinio verò τάλατα dicitur.

Talthybius, ταλθύβιος, Agamemnonis in Græcorum exercitu præco fuit, Hom. Iliad 1.

Tamara, vide suprà, Tamer-stock.

Tamarus, fluvius Hispaniæ à quo Tamari populi dicti. Pomp. libr. 3. apud Ptolem. Tamara legitur.

Tamarus, τάμαρος, Britanniæ fluvius, Ptol. libr. 2. cap. 3. vulgò Tone.

Tanager, media bre. sive Tanagrus, τάναγρος, Lucaniæ fluvius inter Campaniam & Calabriam defluens, Virgil. 3. Georg.

Et sicci ripa Tanagri.

Tanagra, orum, τάναγρα, insigne oppidum Bœotiæ mediterraneæ. Plin. libro 10. capit. 21. Hinc Tanagræus ut, Tanagræus cœtus, pro obæsa ac prægrandi corporis mole sumitur. Ad Tanagram enim prodigiosæ magnitudinis Cœtus aliquandò delatus est, qui proverbio huic locum fecit. Tanagris & Tanagricus.

Tanais, vide suprà, Die Don.

Tanaquil, ilis, τανακυίλ, Tarquinij *Prisci* uxor, de qua Plin. lib. 36. cap. ult.

Tanis, τάνις, Ægypti urbs, à qua Tanicum sive Tanicium, Nili ostium appellatum est. Vide Herodot. libr. 2. Ptol. item & Strab.

Tantalis, τάνταλις, id est, Niobe, filia Tantali, de quo vide suo loco. Fuit & hoc nomine Magnesiæ oppidum, terræ hiatu absorptum, Plin.

Tantalus, τάνταλος, pen. brev. dictus q. ταλάντατος, hoc est, infelicissimus. Platone autore in Cratilio, Rex Corinthiorum fuit, secundum Eusebium autem Phrygiæ Rex, Jovis (ut poetæ fingunt) filius, amicus numinibus: qui, ubi frequenter eos susciperet, & aliquandò defuissent epulæ, filium suum Pelopen occidit, & Dijs epulandum apposuit. Ibi ab horrentibus & abstinentibus cunctis, sola Ceres humerũ ejus exedit. Et cùm Dij collectis in unum membris in formam illam pristinam reduxissent, & revocata per Mercurium anima, eam illi restituissent, loco humeri consumti eburneũ refecere. Tantalum autem ad inferos detrusum perpetua fame & siti torqueri constituêre, aquis & pomis ori imminentibus, quæ non possit contingere. Sunt qui dicant, hoc tormenti genus illi inditum esse, ob linguæ incontinentiam, quòd Deorum secreta mortalibus revelarit. Unde & proditorem eum vocat, Ovid, lib. 3. eleg. ubi inquit:

Proditor in medio Tantalus amne sitit.

Idem de pœna illius:

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Notatur autem per hanc illius pœnam avaritia, de quo Alciat. 2. libr. emblem. 65.

Heu miser in mediis sitiens stat Tantalus undis,
Et poma esuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur avare,
Qui quasi non habeas, non frueris quod habes.

Hinc ταντάλειοι τιμωρίαι, id est:

Tantali pœnæ vel supplicia proverbialiter de ijs dicitur, quibus adsunt quidem bona, verùm his frui negatum est. Ita etiam ταντάλου κῆποι, id est:

Tantali horti,

proverbialiter dicuntur de bonis, quibus tamen frui non liceat, aut de ijs, qui cùm videantur aliquid esse, nihil tamen sint. Et ταντάλου κήπου τρύγας, id est:

Tantali horto fructus colligis,

id est, Ea consectaris, quæ nusquam sunt, aut quibus frui non licet. Poetæ etiam alio supplicij genere Tantalum exerceri finxerunt, ut ingens capiti ipsius saxum impendeat, ut jam jam casurum videatur, cujus Cicero meminit in 4. Tusculan. Unde & proverbium ταντάλειον λίθον, id est.

Tantali lapis,

pro imminenti capiti periculo. Præterea etiam luculentæ ipsius divitiæ proverbio locum fecere, ut τάλαντα ταντάλου, id est:

Tantali talenta

dicantur de immensis opibus. Vide plura de Tantalo apud Platon. in Cratylo. Cicer. 1. Tusculan. Servi. in Virgil. illud lib. 6.

Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, &c.

Horat. libr. 1. Serm. Satyr. 1. Claud. libr. 2. de rapt. Proserp. Tibull. libr. 1. eleg. 3. Ovid. & alios.

POETICE.

Garrulus senex.
Phrygius senex.
Taciti vulgator.

Tantalus:

Fallax, Proditor, Infidus, Sitibundus, Siccus, Phrygius, Garrulus, Pelopis pater. Infidus pater. In medio amne sitiens. Egens benignæ semper dapis. Cui poma captan-

captantur ſtygia in unda, & humor quæritur in medijs aquis. Qui prendit fugientia poma & ſpem reflui fluminis ore ſuo ſequitur. Quem, quæ imminet arbor effugit. Quærens poma præſentia & egens. Abundans ſemper liquidis aquis. Cujus ſitim acrem deſerit unda jam jam poturi. Siccis faucibus in medio amne ſedens. Qui undas ſectatur. Cujus mentum abluit latex. Cujus famem deſtituunt poma. Qui ſtat luſus vacuo gutture. Inter undas exuſtus fervida ſiti. Qui ſitiens captat à labris fugientia flumina. Cujus labris aqua ſubducitur. Quem furiæ ſollicitant circum magna pœna, vel ſiti. Qui ſitiens in medijs ſtat undis, & contingens ſumma flumina admoto mento nequicquam reſtinguere ſudat ardentes fauces. Cui nullæ deprehenduntur aquæ. Quærens in aquis aquas, & captans fugacia poma. Arens medijs in undis, & poma habens, quæ nullo tempore tangat. Arens in media aqua. Quærens poma præſentia, & idem ſemper egens, ſemper abundans liquidis aquis. Fruſtrà captans ramos & undas. Stans ſitibundus in medijs aquis. Qui poma nulla petiſſe poteſt manu. Captans fugientia flumina. Qui torquetur ſtygijs in undis. Qui in medijs fluctibus quærit ſibi aquas. Qui poſitus medio in fonte perennis aquæ tabeſcit arente æſtu ſitis. Qui ſitiens captat vicinas undas, & ora abſtinet vicinis cibis.

Hinc Tantaleus, ut:

Manu Tantalea poma tradere,

apud Propert.

Tantalea vita.

ταντάλι(ος) ζωὴ, pro ſolicita & periculis expoſita apud Nazianzenum, ſic:

Tantalea ſitis,

Stroz. Tantalicus, ut:

Tantalicæ curæ.

apud Claudian. Tantalis, idis, Niobe Tantali filia, Tantalides, ut Tantalidæ fratres apud Ovid. 2. Faſt.

Taphus, caput inſularum Taphiarum prope Echinadas. Vide enarratorem Apollonij poetæ.

Taphiuſa, juxta Leucadem locus eſt, in quo Taphiuſius lapis naſcitur. Plin. libr. 36. cap. 21.

Taphnis, vide Tanis.

Taphoſiris, Ταφόσιρις, urbs eſt in Ægypto. Strabo lib. 17. duas facit Taphoſires, unam mari propiorem, alteram remotiorem.

Taphræ, vel Taphre, τάφραι, αἱ vel τάφρη, oppidum est in Taurica Chersoneso, Traiani principis auspicijs aliquandò captum. Autor Florus.

Taposiris, vide Taphosiris.

Taprobane, ταπροβάνη, antepen. & penult. bre. insula in mari Indico amplissima & opulentissima, partim sub circulo æquinoctiali sita, in qua (ut Geometræ scribunt) duæ sunt æstates. Nascuntur etiam in ea berylli & hyacinthi, teste Ptolem. libr. 7. Paret quatuor potentissimis regibus, die Insel Sumatra: Vide de ea Pompon. Mel. libr. I. cap. 3. & Plin. lib. 6. cap. 22.

POETICE.

Taprobane:

Maxima, Ampla, Dives, Gemmifera, Gemmis clara, Geminans æstivas horas. Cui nunquam lucida arctos cernitur.

Tapsagum, oppidum regionis Cyrenaicæ. Plin.

Tapsus, τάψος, insula juxta Siciliam, non procul à Syracusis, cujus in 3. Æneid. Virgil. meminit. Sunt qui primam aspirent.

Tapyri, Plin. τάπυρροι, Steph. populi in Parthia, qui proprias uxores, cùm duos jam vel tres ex eis susceperint filios, alijs viris nuptui concedere solent. Vide Strab. lib. II.

Taracina, vide Tarracina.

Taraco, vide Tarraco.

Taranis, dicitur Jupiter à Gallis, cui humano sanguine litabant. Vide Tentates. Lucan. lib. I.

Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

Taras, τάρας, filius fuit Neptuni, qui (ut quidam autumant) Tarentum condidit.

Tarbeli, τάρβελοι, Galliæ urbs Vulgò Tarbe. Ptol. libr, 2. cap. 7.

Tarchetius, ταρχήτιος, impius Albanorū rex, quem scelestissimum & crudelissimū dicit Plutarchus: in vita Romuli, ubi multa de eo mentio.

Tarchon, τάρχων, & Tarcho, Hetruscorum fuit dux, qui Æneæ adversùs Turnum & Rutilos suppetias tulit. Virgil. lib. 8.

Tarentasij, sunt populi Sedunis finitimi, juxta Alpes Pœninas, die Tarentasten oder Centrones.

Tarentum, pri. bre. vulgò Tarento, urbs Calabriæ clarissima, usu purpuræ celebris, à Tara filio Neptuni condita. Hinc Tarentinus, a, um, ut, Tarentina columba, & Tarentini absolut. incolæ istius urbis, de quibus historiographi scribunt, quòd in delicijs viventes capillos unguento perfuderint.

Urbs Tarentina.

Tarentum:

Madens, Molle, Lacedæmonium, Phalantæum, Oebalium, Unctum, Imbelle, Madidum, id est, unguentatum. Jactans se pectinibus patulis. Dans vellera clara.

Tarna, τάρνη, urbs fertilissima ponitur. Homer. lib. Iliad. 5. quæ Sardis postea dicta est, ut enarratores eiusdem Homer. tradidére.

Tarodum, vide suprà, Riedlinge.

Tarpeia, ταρπήϊα, puella Romana, filia Tarpeij custodis Capitolij tempore Romuli, quæ Tatio regi Sabinorum, & tunc Romanorum hosti arcẽ in Capitolio prodidit, hoc tamen pacto, ut quæ in sinistro humero ferrent Sabini, mercedis loco darent, putans scil. armillas aureas: at illi scuta in eam conijcientes necârunt, atque juxta Capitolium sepeliêrunt. Unde Capitolium dicitur Tarpeius mons, ταρπήϊον ὄρος vel ταρπαῖον ὄρος, secundum Steph. vel Tarpeia rupes, item saxum Tarpeium. Virg. libr. 8. Tarpeiam sedẽ vocat. Plutarch. in Parall. ex Aristide Milesio refert, quod vivens obruta sit Tarpepeia, Propert. li. 4. Tarpejum nemus, & Tarpeiæ turpe sepulcrum. Faber, &c.

Tarpeia:

Jovis custos.

Capta armillis Sabinis.

Tarquinij, orum, ταρκυνία, Steph. oppidum vetus Campaniæ fuit. Tarquinense absolutum, pro agro Tarquiniensi apud Plinium.

Tarquinius, ταρκύνιος, Tarquinius Priscus, quintus Romanorum Rex, qui ex patria sua Corintho profugus Romam venit, ubi cum donis, tùm singulari versutia in Anci quarti Romanorum regis familiaritatem se insinuavit, à quo deinde etiam adhuc benè valente constitutus est tutor liberorum ejus post mortem relictorum. Verùm is filiorum regis oblitus Romanorũ regno præter æquum & fas potitus est.

Tarquinius Superbus, quod ei cognomen mores sui pepererunt, septimus & ultimus Romanorum regum, qui genero suo Servio Tullio dolosê interfecto, ejus in regno successor fuit, & cùm multis annis imperasset, ob Lucretiæ à filio Tarquinio Sexto Collatino illatum vi stuprum ac alias tyrannides regno expulsus est, ad Porsenam Hetruscorum regem confugit, perdiu Romam obsedit, sed Romanorum fortitudine deterritus obsi-

obsidionem reliquit. Tarquinius verò Cumas concessit, ubi non sine summa ignominia reliquum vitæ tempus transegit. Cicero pro Rabirio superbissimum & crudelissimum hunc dicit. Ovid. libr. 2. Fastor. inquit:

Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna vir injustus, &c.

POETICE.

Tarquinius poster.

Superbus, insolens, injustus, Dirus, Callidus. Fortis ad arma. Trium minimus. Proles manifesta Superbi. Qui habebat ultima regna Romanæ gentis. Quem cæca libido dominandi rapuit. Regno pulsus. Cui stuprum præbuit materiam exilij sui. Qui fugitivus coactus est procul recedere Ausoniis regnis, & tristis abire patrio solo.

Tarracinæ, arum, urbs Volscorum longe à Cajeta, & ab Amyclis tacitis. Dicta aliquandò hæc fuit Anxur, & altiss. collem occupat. Vide suprà Anxur & Livium lib. 4. ab urb.

Tarraco, vide suprà **Tarragon.**

Tarrus, Italiæ fluvius est.

POETICE.

Tarrus:

Sonans, Rapidus, Saxosus, Maculosus. Oriens ex angustis Ligurum convallibus. Ferens amnes multos. Qui in anguem sinuatur. Rigans montana vestigia longo cursu. Rapiens se in virides campos. Asper multis gurgitibus.

Tarsus, Ταρσὸς, vulgò Tarso, Ciliciæ metropolis ad Cydnum flumen sita, patria Pauli Apostoli, à Tarso nepote Japhet sic appellata, teste Josepho libr. 1. Celeberrima in ea fuit academia, quæ teste Strab. lib. 14. Athenis etiã & Alexandria superior fuit. Unde omnino consentaneum est, S. Paulum in primis statim annis in nullo non liberalium studiorũ genere versatum esse, antequam Hierosolymam auditum Gamalielem se reciperet. Hodie hæc urbs Turcis paret, & Terassa dicitur. Hinc Tarsensis.

Tartari, populi sunt Scythici, Nomades, **die Tartern/ oder Tattern.** Vide Nomades.

Tartaria, Ταρταρία, Sarmatia Asiatica est, **die Tartarey/ oder Mongal/** à Tartare fluvio sic dicta.

Tartarus, ben. brev. τάρταρος, in singul. mascul. in plural. neutr. Tartara, inferi, à ταράσσειν, turbare, vel à ταρταρίζειν, id est, frigore tremere. Vide Virgil. 6. Æneid.

Vide etiam plura in priori parte : Helle. Hinc Tartareus, a, um, ut : Tartarea vox, id est, terribilis apud Virg. lib. 7.

Tartessus, ταρτησσὸς, alio nomine Cæteia, vulgò Tarissa Hispaniæ civitas juxta Herculis columnas. Tartessus alia in littore prope Gades est, à Tartaro dicta urbs, ob subterraneas, quæ ibi sunt cavernas. Hinc Tartessiacus, & Tartessius adject. ut:

Feles Tartessia.

γαλῆ ταρτησσία, de magnis & ridiculis dicebatur. Feles enim maximos apud Tartessios nasci aiunt.

Taruanna, vide suprà, Terwanne.

Tarvedum, quod & Orcas promontorium dicitur, Ptolem lib. 2. cap. 3. finis Scotiæ est.

Taruntius, vir fuit tum Philosophiæ, tum mathematicorum inprimis studiosus, qui ad Astrologiæ etiam disciplinam se contulit. Vide de eo Plutarch. in Romulo.

Taruscum, Saliorum urbs in Gallia. Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò Tarascon.

Tatius, pri. brev. Sabinorum rex fuit, qui bella gessit adversus Romanos, sed reconciliatum tandem in urbem Romulus recepit. Livius libr. 1. ab urb. Virgil. lib. 8.

POETICE.

Tatius:

Ferus, Vetus, Sabinus, Bella movens Romanis.

Tauchira, ταύχειρα, ἡ vel τὰ, urbs Barcæorum. Herodot. lib. 4.

Taulantij, Plin. ταυλάντιοι, in Liburnia populi, quorum aliqui juxta Dyrrhachium habitatum se receperunt. Lucan. lib. 6.

Quemq; vocat collem Taulantius incola Petram, &c.

Hic Taulantius, & Taulantis fœminin.

Taurea, Iubellius Campanus, singulari clarus fortitudine de quo Liv. de bello Punico 2.

Tauri, orum, Ταῦροι, populi Tauricæ septentrionalis regionis in Europa incolæ immanes sunt moribus, quos advenas pro victimis Dianæ, quæ ibi colebatur religiosissimè, cædere fama est. Vide Pompon. Mel. libr. 2. Herod. lib. 4.

Taurica Chersonesus, vide suprà Chersonesus.

Taurini aliter Taurisci, ταυρίσκοι, ijdem qui & Norici vel Carni, populi sunt juxta Alpes, Eratosthenes Terisces vocat, τερίσκους.

Taurominium, ταυρομίνιον. Stephan. ταυρομένιον. Ptol.

vulgò Taormino, oppidum Siciliæ in colle ſitum, cui Tauro nomen fuit. Plin. Naxon appellatam quandoque ſcripſit lib. 3. cap. 8. Hinc Taurominitanos dixit Cic. in 4. Verr.

Tauroſcythæ, ταυροσκύθαι, Sarmatiæ populi Taurum montem habitantes juxta Achilleum curſum. Ptolem. lib. 3. cap. 5.

Tautunum, vide ſuprà, **Griechiſch Weiſſenburg.**

Taurus Berytius, Philoſophus Platonicus, ſub Antonino principe, Gellij familiaris Romæ. De ſcriptis ejus vide Suid. plurimam etiam ejus mentionem Gellius facit.

Taurus, Ταῦρος, ingens & longus mons Aſiæ eſt, qui per Armeniam ſe extendit ad Ciliciam uſque, de quo Q. Curt. lib. 7. ita: Taurus ſecundæ magnitudinis mons committitur Caucaſo, à Cappadocia ſe attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur. Hactenus Curtius. Dictus autem hic mons alijs, atque alijs nominibus, pro gentium & linguarum varietate, apud Indos Hiamos, apud Parthos Præniphates, inde Taurus, ubi verò in maximam conſurgit ſublimitatem, Caucaſus.

POETICE.

Taurus: Inhoſpitalis, Nivoſus, Scythes, Frigidus, Cilix, Rigens arctoo frigore. Intonſos Cilicas arans.

Eſt etiam Taurus ſignum in Zodiaco. Eſt item Sidus ſive ſignum cœleſte hoc nomine, de quo Cicero lib. 2. de nat. Deorum.

Taxila, τάξιλα, ampliſſima urbs Indiæ, in qua teſte Philoſtrato, Apollonius Elephantem invenit, qui ab indigenis vittis & Myrteis coronis exornatus eſt. Eum autem regionis illius homines eſſe dicebant, qui contra Alexandrum pro Poto rege pugnârat, quem quia in pugna promtiſſimè pugnaſſe ferebatur, Alexander Soli dicavit, torques aureos circa cornua adaptans.

Taygeta, vel Taygete, Ταϋγέτη filia Agenoris, ex qua Jupiter Lacedæmonē genuit, etſi ſint, qui Semeles filiam faciant. Eſt & Taygete alia ex 7. Pleiadibus una. Virg. 4. Georg.

Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum,

Pleias, &c.

Vide ſupra de *Pleiadibus*.

Taygetus, pen. brev. maſculin. & Taygeta, orum neutr. ταΰγετον, mons eſt Laconiæ, Libero patri ſacer, ſub quo Sparta & Amyclæ, in mediterranea, Claudian.

Equi-

quitataq; summi culmina Taygeti.

POETICE.

Taygetus:

Gelidus, Algens, Virens, Arduus, Summus. Dryadum choris refertus. Quo Bacchus gaudet.

Tearco, τεάρκων, potentissimus Aethiopiæ rex, qui externis gentibus & Europæ populis in potestatem suam redactis ad Herculis usque pervenit columnas, Stra.l.5.

Tearus, τέαρος, fluvius Thraciæ limpidissimus, ad cujus ripas Darius ad Scythas proficiscens castra metatus est ibique triduum se continens delectatus est ut Græcis literis inscriptam columnam eo in loco erexerit.

Teatra Marucinorum in Italia urbs, Ptol.lib.3.cap.1. Theate hodie, vulgò Tieti.

Tectosages, pen.bre. τεκτόσαγες τεκτοσάγαι & Tectosagi, qui & Tholosates fortissimi aliquandò Gallorum populi fuerunt. Dicti ita, quod sagis tegerentur; aut vestirentur. Floro & Plinio Tolistobogi etiam dicuntur. Ausonius Teutosagos dixit.

Usq; in Teutosagos primævo nomine Belgas.

Tegea, pen.brev. τεγέα, seu Tegeum, urbs Arcadiæ, teste Strab. & Servio, quam Argivi novem populis habitandam dederunt. Hinc Tegeæus, ut, Pan Tegeæus. Virgil.4.Æneid.

Adsis ô Tegeæe favens.

Et 8. Æneid.

Tunc lateri atq; humeris Tegeæum subligat ensem.

Idem usus est Syncopa 5. Æneid. ubi inquit:

Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis.

Tegeates populi, Tegeaticus, quo nomine Mercurium dixit Statius.

Teium, τήιον, trisyll. seu τέως, τέως, Paphlagoniæ urbs Anacreontis patria. Unde Tejus, a, um, Ovid. 2.trist.

Præcepit Lyrici Teia Musa senis.

Tejus Anacreon apud Horat. in Epod. Teius Apollo quia ibi habuit templum. Sed Teij populi fuerunt, de quibus proverbium celebre fuit ἄβδηρα καλὴ τηίων ἀποικία, id est.

Abdera pulcra Teiorum colonia.

Quo ænigmate significamus, non deesse, quo confugiamus, si quis præter modum molestus esse pergat. Idem cum Germanico: **Anderswo ist auch gut wonē/An andern örtern isset man auch Brodt.** Teij enim cum Persarum con-

contumelias ferre non possent, urbe relicta Abderam Thracum urbem demigrârunt. Atq; eo nomine ab Herodoto laudantur, quod patriam potius relinquere, quàm suam sibi libertatem eripi voluerint.

Telamon, penul. corr. τελαμών, Pelei frater Aiacis pater, & filius Æaci, qui cum Argonautis Colchos ad rapiendū aureum vellus profectus est. Idem Herculis socius Ilij murū primus ascendit, cum Hercules illud expugnaret, ob quod factum Hercules præmij loco ipsi dedit Hesionam Laomedontis filiam, ex qua postea Teucrum suscepit, cum jam ex alia Aiacē suscepisset. Ovid. l. 13. Fini erat Telamone satus. Idem hic ubi immoderatius filij Aiacis apud Trojam interi tum lugeret, proverbio locum fecit: ᾄδειν τὰ τελαμῶνος, id est:

Canere Telamonis cantionē, de tristi, & querulo sermone. Hinc Telamoniades patronymic. i. e. Ajax, & Telamonius heros, idem Aiax, sic Telamonia virtus. Virgil. Telamones pen. prod. Vitruvio sunt signa virili forma, quæ in ædificijs mutulos seu proceres aut coronas, aut aliud quid sustinent Græci ἀτλάντας vocant, Die Riesen/auß wëdig an dē Heusern/oder Trägsäul zugericht wie Mansbilder. Est & Telamon Plin. lib. 3. cap. 5. Umbriæ portu[s].

Telchin, dicta est Rhodos insula, ejusdem populi Telchines (τελχῖνες) quos, ubi omnia aspectu suo in pei[us] mutarent, à Jove submersos esse testatur, Ovid. libr. [7.] cùm inquit:

Phœbeamq; Rhodon, & Ialysios Telchinas, &c.

Dicti sunt ijdem & Curetes à Cura quod nimirum Jovis alendi curam gesserint. Vide suprà.

Telchius & Amphitus, Castoris & Pollucis aurigæ, à quibus feram Hemocherum gentem ortam testatur Plin. lib. 6 cap. 5. Vide & Strab. libr. 11. circa initium, qui tamen aliter de his.

Teleboæ, τηλεβόαι, Aetoliæ fuerunt populi, qui latrociniorum suorum causa malè apud alios audierunt.

Fuêre etiam hoc nomine Campaniæ populi. Virgil. 7. Æneid.

Teleboum Capreas cum regna teneret, &c.

Teleboas, τηλεβόας, Bocat. ex Centauris unus. Teleboas etiam gigantis nomen.

Est item fluvius hoc nomine prope Tigridis fontes, Stephan.

Telegonus, pen. bre. τηλέγονος, Ulys-

Ulyssis ex Circo filius, qui ubi adultus patrem videre quæreret, eum incognitum in Ithaca interfecit, cum & ipsemet ignotus hospitio à patre prohiberetur. In Italiam rediens Thuscum condidisse scribitur. Ovid.

Jam Thelegoni, jam mœnia Tyburis udi (humidi)
Stabant, agricolæ quæ posuêre manus.

Et Horat. lib. 2. Carmin.

Telegoni juga Patricidæ.

Telemachus, τηλέμαχος, antepen. & pen. brevib. filius fuit Ulyssis ex Penelope, quem ad Trojam pergens cum uxore parvulum reliquit. Meminit Ovid. in Epist. & Horat. lib. 1. epist.

Telemus, τήλεμος, pen. brev. filius Eurymi, Cyclopum vates insignis, qui Polyphemo prædixit omnia, quæcunque ab Ulysse passus est. Vide de eo Homer. in odyss. & Ovid. lib. 13. Metam.

POETICE.

Telemus:

Clarus, Solers, Peritus. Quem nulla ales fefellerat. Eurymedes.

Telephanes, τηλεφάνης, ad Lydorum regnum Cumis ex oraculo accersitus fuit, cum antea currus factitaret. Fuit & hoc nomine Tibicen, de quo Demosthenes in oratione contra Midiam.

Telephus, τήλεφος, Herculis filius à cerva nutritus in sylvis, imperavit in Lydia. Hinc Telephius, a, um, ut, Telephium ulcus, vulnus quod ab Achille acceperat. Mysorum enim rex factus Telephus ubi Græcos ad expeditionem Trojanam proficiscentes prohibere vellet, ne per Mysiam transirent, ab Achille vulneratus est, quæ plaga sanari prius non potuit, quàm suadentibus oraculis eadem hasta ab Achille repercuteretur. Id quod ita accipiendum, quia rubigine emplastrum Achilles rogatus fecit, quo vulnus sanavit. Ovid. 5. trist. eleg. 2.

Telephus æterna consumtus tabe perisset,
Si non quæ nocuit, dextra tulisset opem.

Plinius scribit, Achillem à Chirone doctum Telephi vulnus per ferri decussionē sanasse. Ferri enim naturam stipticam esse, ideoque ejus limaturam emplastris plagarum adhiberi.

POETICE.

Lyrnessius heros. Dux Mysus, Mysus juvenis.

Telephus:

Præcipitatus in æquoreas aquas. Qui tulit armati vulnus, inermis opem. Qui vulnus senserat Æmonia cuspide.

Fuit & hoc nomine Grammaticus Pergamensis, de cujus scriptis Suid. Alius præterea hujus nominis mendicus fuit peram gestans, de quo Aristophon.

Telesilla, fuit mulier poetria nobilis, cui etiam Pausania teste, apud Argos ante Veneris templum statua est erecta.

Telesto, τελεςώ, nomen Nymphæ, Tethyos & Oceani filia, de qua Hesiod. in Theogonia.

Telestor, Euripidis poetæ pater fuit.

Tellen, τέλλεν, fuit tibicen & poeta ineptissimus, unde proverbialiter, Ἄειδε τὰ τέλληνος, id est:

Cane Tellenis cantilenam,

Quod, ut quidam existimant, de dicacibus seu mordacibus, sive, ut alij volunt de inepte loquaculis dicitur.

Tellias, τελλίας, vates fuit Heleus, de quo Herod. lib. 8.

Tellus, τέλλος, vir Atheniensis pauper sane, attamen optimus, unde & ipso Crœso feliciorem eum Solon dicebat. Vide Plutarchum & Herodotum libro 1. Tellus etiam Terræ Dea dicitur Cicer. ad Q. fratrem. Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locavi, id est, in Telluris ædem.

POETICE.

Poster.

Tellus:

Domina, Alma, Gravi Fæta, Beata, Magna pare Antiqua parens. Opti matrum. Mater frugi Locum præbens frugibu

Telmessus, τελμισσὸς, Ptol.

Telmissus, τελμισσὸς, Str urbs in Caria, in qua A spicum doctrinam excel re testis est Cicero lib. 1. divinatione.

Telphussa, τελφȣ́σσα, Ly phroni urbs est in Arcad sic dicta à Telphusa Lac nis filia.

Telys, tyrannus fuit Sybari rum. Herodot lib. 5.

Tembrius, juxta pontum fl vius.

Temesa, vel Temese, τεμέσ Steph. ante pen. br. duoru oppidorum nomen est, qu rum alterum in Cypro, a terum in Brutijs est, de qu posteriore Ovid lib. 15. M tam.

Terinosq; sinus, Temesem Iapygis arva.

Tempe, τέμπη, plural. neut amœnus Thessaliæ locus, i radicibus Æmi montis, vo lucrum concentibus argu tus, riguus fontibus. Pene fluvio propinquus, qui pro lixe describitur ab Ælian libr. 3. cap. 1. var. histor Meminit & Ovid. libro 1 Metam. Abusive quæcunq amœnitates nemorum præ sertim & fluminum tempe dicun-

dicuntur, Ita Olympi florida tempe, pro cœlo poetæ usurpant. Hinc Tempæus adject. i.e. Amœnus, Mant.

cœlestem ducit Tempæa catervam.

POETICE.

Tempe:

Florida, Dulcia, Rosida, Grata, Frigida, Umbrosa, Opaca, Odora, Cyrneia, Nemorosa, Rustica, Thessala, Thessalica, Teumessia, Helyconia, Pthiotica, Schinineia, Caurana, Zephyris agitata. Floribus decora. Ubi multæ opes purpurei veris. Gramine amœna. Arboribus referta. Avium concentu canora. Per quæ Peneus effusus ab imo Pindo volvitur spumosis undis.

Tmpsis. Tmoli montis fastigium, cujus incolæ μακρόβιοι sunt teste Plin. libro 6. capite 48.

Tenedos, τένεδος, penult. brev. vulgo Tenedo insula in Ægæo inter Mytilenen & Hellespontum contra Trojam prope Sigæum montem, in qua Græci latitârunt, ubi Trojæ insidias struerent. Dicta antea Leucophris fuit. Virg. lib. 1.

Est in conspectu Tenedos notissima fama
Insula, &c.

Hinc Tenedius, τενέδιος, ut,

Tenedius homo.

τενέδιος ἄνθρωπος, proverbialiter de homine tetrico & formidabili aspectu sumitur. Scribit enim Suidas, Tenedi regem aliquando fuisse, cui Tenes nomen, qui leges tulerit, ut à tergo judicis astaret quispiam securim tenens, videl. in hoc paratus, ut qui perperã quid in judicio dixisset, opinor mendacium aut falsum testimonium, aut qui aliâs deliquisset, eum protinus securi feriret. Ita,

Tenedius patronus, sive advocatus,

τενέδιος συνήγορος, eadem ratione dicitur de eo, qui compendio causam expedit, litisque nodum ocyus dissecat. Ductum à Tenedia securi. Et, τενέδιος πέλεκυς, id est.

Tenedia bipennis,

proverbialiter in eos convenit, qui nimium severè, nulla prorsus adhibita ἐπιεικείᾳ judicant ac puniunt aut qui celeriter expediunt controversias, & litium ambiguitates, τενέδιος αὐλητής, id est,

Tenedius tibicen,

dicebatur falsus testis & calumniator. Inde natum, quod Philonome suum subornarit tibicinem, qui testaretur apud Cygneum, ipsum

à Terme de stupro fuisse interpellatam, ac vi eam tentatam. Tenedi dicuntur incolæ hujus insulæ. Est & Tenedos urbs juxta Lyriam, vel Pamphyliam.

Tenos, τῆνος, insula in mari Ægæo, Cycladum una, dicta aliàs Ophiusa, ὀφιοῦσα, vel etiam Hydrusa, ὕδρουσα, ob aquarum copiam. Plin. libr.2 cap.4. Est & in hac insula oppidum eiusdem nominis.

Tentyra, orum, pen. bre. sive Tentyris, idis, τεντύρα Ptol. τεντυρίς, Steph. urbs est Ægypti, & insula in fluvio Nilo.

Hinc Tentyritæ. Ægyptiorum populi, de quibus Plin. lib.8. cap 25.

Teos, τέως, Ioniæ urbs, vide supra Tejum. Est & alia Teos in Scythia, de qua Stephan.

Terapnæ, arum, vel Terapne, es. Laconiæ urbs, non procul à Sparta, Helenæ patria, Pompon. Mel. libr. 2. Hinc Terapnæus, a, um. Ovid. in epistol. Paridis ad Helenam:

Nec dignare maritum
Rure Terapnæo nata puella Phrygem.

Teratius, vide Tarchetius.

Terebris. Hispaniæ Tarraconensis fluvius, Ptolem. lib.2. cap.6. Plinio Tuder dicitur.

Terentia, Ciceronis uxor,
qua M. Ciceronem & fili
Tulliolam suscepit. Plin
7. centum & septende
annos vixisse eam scribit
Terentius, τερέντιος, co
cus Carthaginensis, Cice
ne antiquior annis 60. &
liquot. Virgilio verò an
centum amplius, cujus
bulis elegantiam sermo
Cicero tribuit. Hinc Ter
tianus, ut, Terentianum v
bum, quo se libenter uti
tetur Cicero in Lælio.

POETICE.

Terentius:

Tersus, Purus, Jucund
Venustus, Gravis, Gener
sus poeta. Cui Musa com
ca palmam meritò ded
Cujus parvula charta tot
mundi mores refert. A
tiqua gloria Pænorum.

Alius fuit Terentius Sca
rus Grammaticus, tempor
bus Adriani Imperatori
cujus meminit Gellius. A
lius præterea Terentius Cu
leo senator Romanus fui
de quo Livius lib.10. deca
2. bel. punic.

Terentum, locus fuit Rom
in campo Martio, Diti &
Proserpinæ sacer, in quo o
mnium, qui nascerentur &
morerentur, nomina inscri
bi solebant, quoties urb
lustrabatur. Hinc Teren
tinus, ut, Ludi Terentini
quos centesimo quoq; ann
cele-

celebrabant. Dicti sunt ijdem & Seculares.

reus, dissylla, τηρεὺς, quidam primam aspirant, Thereus, rex fuit Thracum, Martis ex Bisthonide nympha filius, cui Progne nupsit. Vide suprà Progne.

POETICE.

Bisthonius rex.
Thracius tyrannus.
Ismarius tyrannus.
Geticus tyrannus.

Tereus:

Iniquus, Incestus, Dirus,
Immitis, Infidus, Sævus,
Ferus, Threicius, Odrysius.
Qui ingenti clamore mensas repulit. Cujus nefas Philomela flet. Cujus nefas conjunx Progne ulta. Cujus scelus deflet Philomela. Qui exarsit conspecta Philomela, non secus, ac si quis ignem supponat canis aristis. Qui per facinus meruit fieri avis.

ergeste, τέργεστον, Ptol. Venetorum colonia, Plin. libro 3 cap. 18 hodiè Triestum.

ergestum, vide suprà, **Triest.**

ermilæ, τέρμιλαι, populi, quos Sarpedon Minois Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominavit, cum Minyæ antea vocarentur. Dicti etiam prius Solymi, postea Lycij, à Lycone Pandionis filio appellati sunt. Vide Strab. lib. 12. & Herodot.

Terminus, vide suprà, **Gott der Vndermarcken.**

Terpander, sive Terpandrus, τέρπανδρος, Lesbius poeta Lyricus, qui Lyrici carminis canonem primus scripsit autore Suida.

POETICE.

Terpander:

Lesbius, Clarus, Doctus,
Melica arte potens.

Terpnus, τέρπνος, Citharædus fuit Neronis insignis, de quo Sueton. & Tranquill. qui cantu illius maximè delectatum Neronem testatur.

Terpsichore, antepen. & pen. brev. τερψιχόρη, una ex Musis. Vide in prima parte: **Göttin der freyen Künstē** statim in initio.

Tethiopobatæ, populi in Lybia Herodot.

Tethys, ys, & yos, yi, τῆθυς, pri. long. filia Cœli seu Titanis & Vestæ, uxor Neptuni, & mater nympharum. Interdum pro mari ponitur ut, Tentare Tethym ratibus Virgil. dixit ecloga 4. pro, tentare mare ratibus, hoc est, navigare.

POETICE.

Oceani conjunx.
Nereis pulcra.
Genetrix Nereia.
Oceaneia conjunx.
Mater aquosa.

Tethys:

Saturnia, Titanis, Vaga,
Fugax.

Fugax, Cana, Viridis. Salsa, Uda, Fœcunda. Longæva, Undivaga, Undosa, Rigens, Gelida, Refuga. Vento obnoxia, Aequorea, Nuda, Numen aquarum. Præscia ventorum, Achillis mater. Materno dolore facta. Cui regna Neptunia arva.

Tetis, idis, aliud est. Vide infra.

Tetricus, & Tetrica, mons in Sabinis arduus & asper. Virg. 7. Æneid.

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Severum.

Hinc Tetrici homines tristes & Severi dicuntur, Leute/so ernst vnd sawer außsehen. Tetricitas apud Ovid. ad Pison.

Teuca, Illyricorum regina, castitatis nomine celebris, de qua Plin. libr. 34. cap. 6. Scribitur & Teutha τεύθη.

Teucer, & Teucrus, ri, τεῦκρος, Scamandri Cretensis filius, Dardani socer cum quo & socium in Troade regnum habuit. Ab eo Teucri, Trojani Virgilio sæpè dicuntur, & Teucria Troja. Legitur & tellus Teucria adject. apud Virgil. Alius fuit Teucer Telamonis filius ex Hesione Laomedontis regis filia, & Priami sorore, qui Salamina Cypri condidit. Vide suprà Salamin.

Teudamedus, Pelasgi pate[r] Homer. Iliad. 2.

Teuderium, vide suprà, Pad[er]born.

Teumessus, τευμησσὸς, Bœoti[æ] mons, in quo fiebant sacr[i]ficia, τευμησσὸς. ut eo Teu[]mesius, ab hoc monte d[i]ctus. magnitudinis inaud[i]tæ, qui omnibus terrori e[]rat, quem Hercules adhu[c] penè puer occidit, eiq; de[]tracta pelle loco pallij po[]stea semper usus est.

Teutates, pen. long. lingu[a] Gallica olim dictus est Mercurius qui à Gallis ipsis colebatur, & humano sanguine placabatur. Meminit Lucan. lib. 1.

Teuthis vir princeps fuit, qui ad expeditionem Trojanam cum Græcis navigare volens, ubi in Aulidis rupes impegisset, indignatus Palladem hasta vulneravit.

Teuthras, antis, τευθρὰς, rex Mysiæ, à quo Teuthrania, τευθρανία, regio supra Æolida, quam Mysi veteres quondam tenuêre, dicta fuit, Stephan. autore. Hinc Teuthranus & Teuthrantius.

Teuttanius, Axili pater. Homer. Iliad. 6.

Teutoni, τεύτονοι, vel Teutones. τεύτονες, vel Teuthones pen. brev. vel etiam Teutonici, populi sunt Germaniæ, quos Alemanos vo-

cant,

cant, ſic dicti à Teutone eorum Deo, quem terra ortum putabant, die in der alten Marck in Sachſſen bey den Suevis, von welchen die Deudtſchen genandt. Inde Teutonicus, a, um, ut idioma Teutonicum, & Teutonus, a, um, ut Teutona terra, apud poetas.

POETICE.

Teutones:

Terribiles, Fortes, Immanes, Duri, Bellicoſi, Nimium immanes, Terribiles vultu.

Thabis, mons Scythiæ in Aſia, Pomp. Mel. lib. 3.

Thabor, θαβὼρ, mons rotundus & excelſus in finibus tribuum Zabulon & Iſaſchar, in qua μεταμόρφωσις Chriſti, & colloquium cum Moyſe & Elia habitum fuiſſe ſcribitur. Mentio fit hujus montis paſſim in ſacris, & apud Egeſippum libr. 4. תָּבוֹר puritas. Klarberg.

Atque hoc nomen cum re habet. Aer enim in hoc monte purus eſt, jucundus & ſalubris. Ad radices hujus Saraceni habitant, & Turcæ, à quibus ſanctus habetur, & reverentiæ cauſa mons Dei appellatur, neque quiſquam ab illis dignus judicatur, qui in eo habitet.

POETICE.

Thabor:

Editus, Sublimis, Quem Ciſon alluit liquidis undis Balſama gigneus fœcundo colle. Proximus Phœnicibus oris, & longê divulſus ab urbe Solyma verſus axes hyperboreos, & cadentem Solem.

Thais, idis, brev. pen. Θάϊς, mulier fuit infamia nobilis, pernicies & peſtis juventutis Atticæ, Propertius libr. 2, eleg. 6. Thaidē Menandream dixit, ideò quod à Menandro Græco poeta feſtivo ſcil. in eo laudis genere antore, celebrata fuerit.

POETICE.

Thais:

Impudica, Infamis, Turpis, Abuſa multis procis. Vendens pudicitiam ſuam. Fuit, & Thais altera à Divo Paunutio admonita, quæ meretricio quæſtu relicto, ſancta mulier evaſit. Vide Volaterran. lib. 20.

Thales, θαλῆς κὴ Θάλης, pri. bre. Mileſius fuit, unus è ſeptem ſapientibus Græciæ, qui Phyſicen primus, & aſtrologiæ ſecreta deprehendit. Hujus tripus ſeu menſa aurea à piſcatoribus Mileſijs reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis judicantis eam ſapientiſſimo dari oportere, delata eſt. Deinde per manus ſapientibus omnibus tradita, ad Solonē pervenit, qui illam Delphos

remisit ad Apollinem, ut qui Deorũ hominumq; sapientissimus esset. Excessit è vivis Thales æstu ac siti lapsus jam senex Olympiade 58. anno nimirum mundi 3416. Diogen. Laert. Ἀνθρωπος Θαλῆς, id est,

Homo Thales

proverbiali nomine dicitur in stolidum, qui sapiens haberi studeat.

POETICE.

Thales:

Perspicax, Sapiens, Acutus Cui mens fuit excelsa. Fuit & alius hoc nomine poeta Lyricus Cretensis, è Creta Spartam à Solone missus, de quo Plutarchus in Solone.

Thalestria, vel Thalestris, Θαλήστρις. Amazonum regina, Minithea ab alijs dicta, de qua plura vide apud Strab. lib. 12.

Thalia, pen. prod. θάλεια, una è novem Musis. Vide in prima parte: **Göttin der freyen Künste** / statim in initio.

Thalus, eximiæ velocitatis vir fuit, quem æreis finxisse pedibus Jupiter dicitur, de quo in annotationibus Baptistæ Pij.

Thamanæi Θαμαναῖοι, Herodot. libr. 3. populi tributarij Persis.

Thamyras sive Thamyris, pri. & secun. brev. θαμύρας ἢ θάμυρις, filius fuit Philamonis & Arsiæ, sive ut alij, Erathus Musæ, primus infandà in mares libidine incensus fuisse dicitur. Fuit autem forma insigni, arte Citharædus optimus, adeò ut cum ipsis Musis (quas præter consuetudinem amavit) certamen susceperit, ea conditione, ut si vicisset, cum Musis singulis concumberet: sin victus fuisset, ab illis privaretur, quodcunque illis visum fuisset. Itaq; instituto certamine cum Musæ superiores evasissent, & oculis, & arte Musica, & quod extremum erat, etiam mente privârunt, unde & proverbio locus datus:

Thamyras insanit.

Θαμύρας μαίνεται, in eos, qui præter ingenium proprium aliud agunt. Meminit etjam Thamyræ Ovid. libr. 3. de arte.

POETICE.

Thamyras:

Cœcus, Miser, Cantor, Thrax, Luminis orbus. Oculis captus. Quem puellæ Thespiades olim cœcum fecêre, dum nimis se & carmina sua jactat. Quem picta tabella nil juvare potest.

Thapsus, Θάψος, vide suprà Tapsus, sed rectius tamen aspiratur.

Tharsus, vide suprà Tarsus.

Thasus, pri. brev. vel Thassus, Θάσος,

Θάσος, insula in mari Ægæo, non procul à Samothracia, ex Cycladibus una, optimo vino celebris. Habuit eadem macusolum etiam marmor, quod Thasiū dicitur, & auri venas. Unde Θάσος ἀγαθῶν, id est.

Thassus bonorum.

Proverb. dicitur, de bonorū copia. Hinc Thasius, a, um, ut, Thasia nux, id est. amygdalum, Thasiæ vites, & Thasium vinum, de quo & proverbium.

Thasium infundis,

Θάσιον ἐνέχεις, de ijs dici solitum, ubi quis vinum non aqua: sed alio quopiam efficaciore vino dilueret.

Thasij incolæ.

POETICE.

Thasus:

Ventosa, Nemorosa, Fertilis, Ferax. Optima gleba celebris. Ferens optima vina.

Est & Thasus, oppidi nomen. Herodot. lib. 2.

Thaumantias, jadis, θαυμαντιὰς, Iris, Thaumantis filia nuncia Deorum, in rebus ...alis. Thaumantis, idis, item & Thaumantæa virgo apud Ovid.

Thea, θεία, nympha, Oceani & Tethyos filia, Hesiod. in Theogonia.

Theagenes, tres Athenis diversis temporibus fuisse Suidas refert, unum, qui de Homero scripsit. Alium, qui Caprus appellatus est, quod multa promittens nihil præstaret. Dives enim videri volebat, cum tamen esset pauper. Tertius vir potens ac dives Athenis, cujus liberalitas & beneficentia publicè & privatim innotuit. Quartum addit Pausanias athletam insignem patria Thasium.

Theano, Θεανὼ, Mesopotamia seu Cressa genere mulier Pythagoræ, uxor. Alia fuit Theano Leophronis filia, uxor Brotini Crotoniatæ, de qua Plotin. Fuit & altera ejus nominis apud Locros in Lyricis præcellens.

Theanum, cognomine Sidicinum, Apuliæ oppidum, de quo Strabo lib. 6. & Cicer. in orat. pro Cluentio.

Thebæ, arum, Θῆβαι, & Thebe, es, Θήβη, insignis urbs Ægypti, à Busiride Ægypti rege condita, quæ & Heliopolis, ἡλιόπολις, id est, solis urbs, & Diospolis à Strabone dicta est. Centum habuit portas, unde ἑκατόμπυλον eam Homer. vocat cujus Juvenalis etiam meminit, Sat. 15. Plin. libr. 36. scribit totam fuisse pensilem, id est, vias subterraneas habentem, ita ut numerosi sæpè exercitus educerentur à regibus, urce nihil sentiente. Collapsa tan-

tandem Strabonis temporibus hæc est(ut & alia) vetustate, & vicatim inhabitata fuit.Propert. lib.2.

Magni sæpè duces, magni cecidêre tyranni,
Et Thebæ steterant, altaq́; Troja fuit.

Hinc Thebæi populi.

POETICE.

Urbs Thebæa inclyta quondam centum portis.

Thebæ:

Veteres, Aoniæ, Centumgeminæ, Oedipodianæ, Nobiles, Ægyptiæ, Centifores, Inclytæ, Claræ, Domitæ bello.

Thebe, singular.

Quæ steterat circumdata centum validis portis. Concava tota undiq; pensilibus jugis.

Alia hujus nominis est in Bœotia, à Cadmo Agenoride, sive ut alij volunt, ab Ogyge condita, muris autem cincta ab Amphione, & eversa ab Alexandro, patria Bacchi & Herculis. Septem habuit portas, unde etiam ἑπτάπυλος Θήβη vocata fuit. Ad quod respexit Juvenalis Satyr.9.

Rari quippe boni, vix sunt numero totidem quot Thebarum portæ, &c.

In hujus (quod observandum) urbis direptione Alexander M. exercitui suo riò mandavit, ut Pin poetæ domui, & toti fa liæ ejus parceret, De quo cto memorabili & prin digno in honorem stu rum sequentes hi ve scripti sunt.

Magnus Alexander Theb victor in urbe,
Omnia cum miles perde ense ferus,
Parcite Pindaricis, rex quit, parcite tectis;
Non hæc vel violet flamm vel ulla manus.
Sola domus maneat div salva poetæ,
Cætera quantumvis splend tecta cadant.

Hujus incolæ Thebani cuntur. Inde etiam est ject. Thebanus,a,um.

POETICE.

Mœnia Bœotia, Arx, dom Cadmeis. Arces, Amphio Echioniæ. Urbs Theba Urbs draconigena.

Thebæ:

Dirceæ, Claræ, Celebr Domitæ bello. Septem po tarum. Quibus mœnia fu runt latè splendentia sept nis portis, & altæ turres.

Thebe:

Diruta, Quæ ruens eve est misera seu tristi clad

Por

Porrò hujus nominis urbs in Africa etiam fuit, à Baccho condita. Alia rursus in Thessalia, & in Cilicia, patria Andromaches Hectoris uxoris, ab Achille deleta, & in Lucania & Corsica.

Thebais, idis, vel idos, Θηβαΐς, & hæc Thebaida, æ, regio est Ægypti. Et Thebais dicitur mulier Thebana: item Thebais, opus est Statij de Thebis, sive de bello Thebano, quod Trojano aliquantò est antiquius. Item Senecæ tragœdia de eodem. Thebaides etiam sive Thebaicæ dicuntur palmæ generosiores Plin. lib. 15.

Thelbencane, Babyloniæ urbs juxta Euphratis fluvij partem. Ptolem. lib. 15. cap. 20. hodiè Maraga.

Thelesis, mulier fuit Argiva, quæ Argos Græciæ oppidū à Spartanorum rege Cleomene obsessum, unà cum reliquis mulieribus, cùm deessent viri, tutata est.

Themese, Θεμέση, Cypri oppidum, in quo primùm repertum fuit æs. Inde Themesæus, a, um, Themesæa æra apud Ovid.

Themilla, æ, viri proprium apud Virg. lib. 9.

Themis, vide supra : Göttin der Billigkeit.

Themyscyra, Θεμίσκυρα, vel Themiscyron, Plin. libr. 6. cap. 3. Cappadociæ urbs.

Themison, Θεμίσων, medicus apud Herodot. & Cornel. Celsum.

Themistius, Θεμίστιος, Philosophus fuit Juliani temporibus cujus præfectus prætorij fuit Constantinopoli. Commentatus est in Aristotelem. Valentem Imperatorem, quotidiè sævientem in Orthodoxos, autoritate sua, & epistolis mitiorem reddidit. Suid.

Themistocles, Θεμιστοκλῆς, Neoclis filius dux Atheniensis clarissimus, licet prima pueritia prodigus fuerit & lascivus. Hujus pædagogus nihil mediocre in illo futurum pronunciavit, sed aut insigne reipublic. commodum aut detrimentum. Pugna navali Xerxem Persarum regem vicit, apud Salamina. Tandem civium invidia pulsus ad Xerxem hostem fugit, à quo benignè exceptus fuit. Sed cum à Xerxe cogeretur ad inferendum patriæ bellum, seipsum interfecit hausto sanguine recente tauri, quem sanguinem ideo pestiferum esse scribit Cœlius, quod celerrimè coeat, & obdurescat. Vide Suid. & Ciceron. in Lælio, & in secundo de oratore, libr. item 2. de finibus bonor. & mal.

POETICE.

Themiſtocles:

Celebris, Clarus, Inſignis,
Cui fortis dextera bello,
Qui arma Perſica contudit
armis. Neoclides.

Themiſtogenes, θεμιστογένης, Syracuſanus hiſtoricus, à quo expeditio Cyri, & bella in Xenophontis hiſtoria comprehenſa ſunt ſcripta. Suid.

Theoclymenus, θεοκλύμενος, vates fuit, qui Ulyſſis in Græciam reditum Penenopæ prædixit. Homer. lib. odyſſ. 17.

Theocrines, pen. lon. θεοκρίνης, autor Tragœdiarum primũ fuit, ſed deinde Calumniator & Syrophanta evaſit. Unde in proverbium abijt: *Theocrines tragicus.* τραγικὸς θεοκρίνης, pro eo, qui Sycophanticè conviciatur. Uſurpat hoc adagium Demoſthenes adverſus Æſchinem.

Theocritus, θεόκριτος, poeta Syracuſanus, ſcripſit Idyllia tringinta ſex, Bucolico, Jonico, & novo Dorico ſermone compoſita, quæ adhuc extant. Quod ſcripti genus in Bucolicis Virgilius imitatus eſt. Scripſit præterea multa alia quæ temporum injuria perierunt. Vixit ſub Ptolemæo Lagi filio. Suid. Hinc Theocriteus, a, um.

POETICE.

Theocritus:

Siculus, Syracuſanus, Poeta Syracuſius. Qui modulatus eſt carmina optima, dulci vena.

Theodectes, θεοδέκτης, Cilix genere fuit, orator & poeta, quem Ariſtoteles & Cicero politũ dixerunt ſcriptorem & artificem. Scripſit tragœdias 50. Scripſit & Rhetoricam verſibus. Tum Mauſolum etiam Artemiſiæ reginæ maritum laudavit. Deceſſit Athenis annos natus 41. Reliquit filium oratorem, qui Alexandri Epirotarum regis laudes ſcripſit. Vide Suid. & Cicer. de orat.

Theodorus, θεόδωρος, Sophiſta Byzantius fuit, quem λογοδαίδαλον, Plato vocare ſolitus eſt. Vide Suid. Alius hoc nomine orator fuit nobilis Strabonis tempore, cujus diſcipulus fuit Hermagoras, qui de Rhetorica ſcripſit. Alius item hujus nominis ſculptor fuit & architectus inſignis, qui ferrum fundere primus docuit ſtatuamq; ferream fecit. Suid. Diog. Pauſan. Alius deniq; hoc nomine Tragœdiarum actor fuit, de quo Plutarch. lib. de ſua ipſius laude.

Theodoſia, θεοδοσία, urbs Thauricæ Cherſoneſi, hodiè Capha dicta, vide Ptol. lib. 3. cap. 6.

Theodoſius, vir magni nominis fuit in Bithynia, de quo Strab.

Strab.libr.12.

Theodotus, θεόδοτος, Chius præceptor ultimi Ptolemæi, de quo Plu. in vita Pompeij. Alius hoc nomine Atheniensium scholæ præfuit, Herodis Attici tempore, de quo Philistrat. in sophist.

Theognis, idis, Θέογνις, poeta Græcus gnomographus Megarensis, cujus sententiæ ab optimis quibusque autoribus citantur. Fuit & alius hoc nomine Tragœdiarum scriptor frigidissimus, de quo Ovid.

Theomnestus, Θεόμνηστος, Cous, vir fuit Reipub. administratione clarus, & Niciæ æmulus, Strab. lib. 14.

Theon, Θέων, Theones plurimi fuere Philosophi diversis temporibus, sed præ reliquis maxime celebris fuit Philosophus Alexandrinus, eisdem, patria, tempore, & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio seniore.

Theon item Alexandrinus stoicus tempore superior fuit. Alius item eius nominis stoicus Antiochenus omnibus antiquior fuit.

Quartus Smyrnæus. Quintus etiam Alexandrinus sophista, Ælius cognominatus fuit. Theon Sidonius sophista, in patria professus est Constantini II. tempore, fuit & Theon poeta quidam rabiosæ loquacitatis & petulantissimæ maledicentiæ, unde.

Dente Theonino rodere.

proverbialiter dicitur, qui acerbissimis lacerat convitijs. Utitur Horat. lib. 1. epistol. epist. 19. Additur his Theon sculptor à Plin. libr. 35. cap. 11. qui unus fuit ex 5. istis, qui Mausolæum cælaverunt.

Theophanes, Θεοφάνης, Mitylenæus historicus, à quo res gestæ Pompeij Magni scriptæ sunt, cujus meminit Cicero in oratione pro Archia poeta.

Theophilus, θεόφιλος, Cæsareæ Palestinæ præsul Severo Imperatore, de quo Hieron. Theophilus Antiochenæ Ecclesiæ episcopus, sextus ab Apostolis scripsit libros, quorum titulos recenset. Eusebius libr. 4. cap. 24. Alius item ejusdem nominis episcopus Alexandrinus ante Cyrillum. Alius quoq; præsul Antiochenus, cui dedicat S. Lucas historiã vitę Christi, & Acta Apostolorũ à se scripta. Præter hos Theophilus comicus antiquæ comœdiæ fuit, cujus fabulæ nõ nullæ a Suida cõmemorãtur.

Theophrastus, θεόφραστος, Tyrtanus antea dictus, ab oris verò & eloquentiæ suavitate, sive, ut Cicero de Orat. inquit, à divinitate loquendi, Theophrasti nomen accepit.

cepit. Dulcis enim fuit in dicendo. Fuit autem Platonis, itemq; Aristotelis & discipulus & scholæ successor. Opera ejus Diogenes commemorat. Extant hodiè soli de plantis libri à Theodoro Gaza conversi.

Theopompus, Θεόπομπος, Gnidius fuit orator insignis & historicus post Thucydidem & Herodotum, vide de eo Suid. & Quintil. li. 10. cap. 1. Stob. item serm. 34. Theopompus alius Spartanorum rex fuit, qui primus Ephoros instituit creari Lacedæmone, de quo Valer. Max. lib. 4. cap. 1. & Quintil. lib. 2. Alius deniq; episcopus Nicomediensis, martyr sub Diocletiano.

Theoxena, θεόξενα, à Philippi Macedonis militibus cincta ubi effugij locum videret nullum, in mare se præcipitavit. Liv. lib. 40.

Thera, Θήρα, insula in mari Ægæo, Cycladum una, Calisto primùm dicta. In ea est urbs Eleusis. Ptol. autore. Sunt qui Gorsicam esse putent. De hac Callimachus.

Nomine Calisto primùm, sed postmodò Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meæ.

Vide Strab. libro 17. Hinc Theræi incolæ à quibus Cyrene urbs insignis in Africa est condita.

Theramenes, pen. corr. Θηραμένης, Philosophus fuit Atheniensis, cujus Cicero meminit in 1. Tuscul.

Therapnæ, arum, pri. br. Θέραπναι, Laconiæ urbs, Helenæ patria, à qua est Therapnæus, a, um, ut, Therapnæi fratres, id est, Castor & Pollux. Et Therapnæi incolæ. Despauterius sine aspiratione scribendam hanc dictionem putat. Vide igitur & Terapnæ sup.

POETICE.

Rus Therapneum.

Therapnæ:

Virides, Umbrosæ, Blandæ Apollineæ, Tyndareæ.

Therasia, pri. & secund. long. Θηρασία, juxta Eubœam insula Ptol. lib. 3. cap. 4.

Thericles, Θηρικλῆς, Corinthius figulus fuit, de quo Plin. l. 16. ca. 40. Ab hujus nomine vasa quædam fictilia Thericlea dicta sunt.

Therimachus, Θηρίμαχος, insignis pictor Plin. libr. 35. cap. 10.

Thermæ, arum, Siciliæ oppidum Pompon. Mel. libr. 2. Hinc Therminati. Cicer. in Verrem.

Thermodoon, vel Thermodon ontis, Θερμώδων, Suidæ fluvius Cappadociæ, ad quem Amazones à Tanai digressi se transtuleruut. Meminit ejus Virgil. lib. 11. & Ovid. lib.

lib.4. de ponto, & libr.2. Metamorph.

POETICE.

Thermodoontis flumina.
Thermodoontis undæ.

Thermodoon:

Celer, Amazonius, Citus, Martius amnis. Cognitus fœmineæ turmæ.

Est & hoc nomine oppidum Cappadociæ. Hinc Thermodontius, θερμοδόντιος, Thermodonteus, & Thermodoonteus, Thermodontiacus, & Thermodoontiacus, adject.

Thermopyle, arum, θερμοπύλαι, pen. brev. mons sunt longissimus mediam Græciam dirimens. Nomen accepit à thermis Herculi consecratis, quæ juxta fauces ejus, quas angustissimas habet, scaturiunt, quas πύλας, Græci vocant. Vide Plin. lib.6. decad.4.

Thero, prim. long. viri proprium, de quo Claud. in laud. Stilic. Panægyr.3.

Telisq; domat quæ Mœnala Thero.

Et post:

Speluncas, canibus Thero rimatur Iberas.

Informesq; cavis ursos detrusit ab antris.

Meminit ejus & Virgilius lib.10.

Therodamas, antis, θηροδάμας sive Therodamon, pen. brev. Scythiæ rex fuit, qui ne per insidias occideretur, sanguine humano alebat leones, quo feviores eos, & ad crudelitatem paratiores, urgente forsan necessitate haberet. De hoc Ovid. libr.1. de ponto. Hinc Therodamantæus, ut, Therodamantæi Leones, apud eundem in Ibin.

Thersander, θέρσανδρος, aliàs Tisandrus vel Tersandrus, Polynicis filius ex Græciæ principibus unus, qui ad expeditionem Trojanam profecti sunt. Meminit ejus Virg. lib.2.

Thersilochus, θηρσίλοχος, viri proprium, de quo Virg. li.7.

Thersites penul. long. θερσίτης, Græcorum, teste Homero, qui ad Trojam venerant, omnium fœdissimus fuit, homo corporis & animi vitijs laborans maximis. In eodem etiam Homerus nihil accuratius describit, quàm immodicam, citraq; delectum, inconditam, clamosam pariter ac rabiosam loquacitatem. Sic enim habet carmen. Ilid. β. fol.16.

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμέτροεπὴς ἐκολώα.
Ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη
Μάψ.

Achilli & Ulyssi inimicissimus fuit pugno interfectus ab

ab Achille. Hinc eſt Therſiticus,a,um,ut:

Therſiticum caput.

pro acuminato & monſtroſo. Et:

Therſitica vel Therſitæ facies.

θερσίτειον βλέμμα item:

Therſite deformior.

de homine valdè deformi & monſtroſo proverbialiter dicitur.

POETICE.

Therſites:

Deformis,Monſtroſus, Furioſus. Qui triſtia funera Phyllacidæ vidit.

Theſeus, duab. ſyllab. θησεὺς, Ægei & Æthræ filius. Herculem materno genere attigit, cujus æmulatione etjam magna geſſit & ardua. Inter cætera verò latrocinia in tota ferè Græcia exercentes omnes perſecutus eſt, & morte mulctavit: eaq; virtute, ac ſingulari in rempublic. beneficio immortalem gloriam conſecutus eſt. Fingitur idem hic per Herculem ab inferis liberatus. Cujus figmenti ratio hæc eſt. Apud Moloſſos, teſte Plutarcho. Herculis temporibus rex erat, cui uxor erat nomine Ceres filia Proſerpinæ & canis Cerberus. Ad hunc cum Pirithous & Theſeus filiam ejus Proſerpinam raptum acceſſiſſent. Pirithous cani Cerbero objectus, & ab eo devoratus eſt: Theſeus verò in vinculis detentus eſt, donec ab Hercule liberaretur. Hinc fabula de Theſeo per Herculem ab inferis liberato, & de inferarum cane ſimul abducto, conficta eſt. Vide ſuprà in dictione Pirithous. Mortuus eſt Theſeus ſenex jã & exul in Scyro inſula, Vide de rebus ejus geſtis & obitu *Plutarchum.* Vide & Juſtin. libr. 2. Idem hic proverbio fecit locum: οὐκ ἄνευ θησέως.

Non abſq; Theſeo.

Quo oſtendimus, alieno rem auxilio confici, aut ubi rerum omnium communitatem ac ſocietatem ſignificamus. Zenodotus enim ſcribit, Theſeum permultis viris fortiſſimis in certaminibus ſuppetias tuliſſe. Hinc adject. Theſeius, ut, Theſeius heros apud Ovid. lib. 15. Met. & Theſeius,a, um, trib. ſyllab. penul. prod. ut, Theſea fides apud Ovid. lib. 1. triſt. Theſides item patronym. penul. long θησείδης, Hippolitus Theſei filius. Theſidæ Athenienſes dicti ſunt. Virg. lib. 2. Georg.

POETICE.

Ægides, Cecropides.
Neptunius heros.
Troezenius heros.

Theſeus:

Pius, Fidus, Conſtans, Fortis, Incly-

Inclytus, Superbus, Armiger, Ferox, Flavus, Maximus, Ingratus, Perfidus, Horridus, Perjurius, Profugus, Atticus, Hippolyti pater. Ducentia filia secutus. Qui Gnossida destituit. Pius in Pirithoum. Magnificus titulis suis. Juratus amico audaci. Celebratus claris factis. Qui comes amico ivit ad manet. Qui comitatus est Pirithoum stygias ad undas. Qui Minoida abstulit. Qui comes isse dicitur Pirithoo. Qui monstrante cupidine didicit, qua arte compos voti perderet semivirum bovem. Qui præsens supplicibus verbis flexit Minoida, ut solveret arte implicitam viam.

Thesmophoria, θεσμοφορία, sacra sunt Cereris, quæ θεσμοφόρῳ Græcis dicti sunt, à legum inventione. A Latinis Cerealia eiusmodi sacra vocantur.

POETICE.

Thesmophoria:

Sacra arcana. Festa annua Cereris. Illa tempora, quibus veste nivea velatæ dant spicea serta primitias frugum suarum.

Thespiæ, θεσπιαὶ, Bœotiæ oppidum, juxta Parnasum montem, in quo maximè colebantur Musæ, quæ Thespiades etiam inde sunt dictæ. Hinc Thespius etiam, & Thespiacus adject.

Thespis, Θέσπις, primus fuit poeta tragicus, de quo Horat. in arte poet. Ignotum Tragicæ genus invenisse Camœnæ:

Dicitur & plaustris venisse poemata Thespis.

POETICE.

Thespis: celebris. Tragici poematis autor. repertor tragicæ Musæ.

Thespis alter, Atheniensis, Erichthei regis filius fuit, de quo Diodor. lib. 5.

Thesproti, θεσπρωτοὶ, in Epiro sunt populi Chaonibus proximi, Plin. & Luc. lib. 3.

Thessalia, θεσσαλία, Græciæ regio inter Macedoniam Atticam, Bœotiam & Thraciam, veneficijs olim & incantationibus famosissima. Unde & θεσσαλικὴ γυνὴ, i. e.

Thessala mulier,

de Veneficis, malarumq; artium peritis proverbialiter dicitur. Dicta est Thessalia à Thessalo Æmonis filio, à quo & Æmoniæ aliquandò nomen habuit. Dicta fuit item eadem Pelasgis, Hellas, Pharsalia, Pyrrhea, à Pyrrha, Deucalionis uxore. Homerus Argopelasgicon vocat. Vide Vadian. in Solinum & Pomponium Mel. Vide & Herodotum

in

in Polymnia libr. 7. Hinc Thessalus, a, um, med. brev. ut, Thessala terra. Ovid. & Thessalicus, a, um, θεσσαλικὸς; & Thessalis, idis, patronym. mulier Thessala.

POETICE.

Thessala terra. Ora Thessalis. Juga Thessalica.

Thessali:

Pelasgi, Æmonij.

Gens Æmonia.

Thessalonica, pen. long. θεσσαλονίκη, olim Halia dicta, vulgò Saloniqui, urbs Macedoniæ ad sinum Thermaicum Theodori Gazæ patria, condita à Philippo Macedone. Venetis aliquandò paruit, nunc verò Turcis, & Salonica dicitur. Sebastian. Munsterus scribit, tria hominum genera in ea habitare. Christianos nimirum, Judæos & Turcas. Vide de ea & Paulum Jovium. Hinc Thessalonicensis, e, & Thessalonicenses absolutè incolæ, ad quos S. Paulus ex Athenis duas scripsit epistol.

Thessander, vide suprà Thersander.

Thestius, θέστιος, Parthaonis ex Calydone Nympha filius pater Althææ, quæ ab eo Thestias, ados, appellatur & Thestiades Meleager Athææ filius, cujus meminit Ovid. lib. 5. Fastor.

Thestoriades, pen. cor. Calchas vates dictus fuit, filius Thestoris. Ovid. lib. 12. Fastor.

At veri providus augur
Thestorides, vincemus ait, gaudete Pelasgi.

Thestylis, θέστυλις, mulieris nomen apud Theocritum & Virgil. apud hunc rusticæ, apud illum Veneficæ.

Thetis, idis vel idos, θέτις, Pelei regis Thessaliæ uxor Nerei filia, & Achillis mater. Fingitur autem hæc Dea marina, quod certum sit, Achillis matrem, fœminam fuisse præstantem, & maritimarum urbium, vel insularum Dominā. Variæ porrò, in quas eadem mutata fingitur formas, animi varietatem quandam significant, qua Pelei Thessaliæ regis nuptias recusavit. Observandum præterea hic, accipi generaliter Thetin pro toto mari, idque poetis familiare esse, ut apud Virgil. Eclog. 4.

Tentare Thetin ratibus.

id est, mare, hoc est, navigare, & alibi. Vide Ovid. libr. 11. Metam. & Homer. Ili. 1.

ἀργυρόπεζα θέτις, θυγάτηρ ἁλίοιο Γέροντος.

Thinissa, θίνισσα, urbs Zeugitanæ provinciæ. Ptol. libr. 4. cap. 2. hodiè Tunez.

Thiodamas, antis, θειοδάμας, Hylę pater, Herculi Colchos naviganti comes.

Thisſ-

Thisbe, es, Θίσβη, puella fuit Babylonia, quæ perditè amavit Pyramum, nec minus ab eo redamata. Vide supra Pyramus.

POETICE.

Thisbe:

Callida, Miseranda, Infelix, Babylonia. Quæ mucrone aptato sub imum pectus incubuit ferro, quod à cæde adhuc tepebat. Quæ occidit propria manu. Quæ morte tentavit dura pondera fati. Quæ non formidavit sequi ad umbras Pyrami fata. Cujus flammas petijt Byramus. Prælata puellis, quas oriens habuit. Quam mors violenta rapuit simili modo cum Pyramo. Cujus cruoris monumenta habet Morus.

Est & Thisbe urbs Bœotiæ, unde Thisbæus, Θισβαῖος.

Thoas, antis, Θόας, rex in Taurica regione, & alter rex Lemni, liberi patris filius, vide suprà Hypsiphile.

Hinc Thoanteus, pen. long. ut, Diana Thoantea, id est, Taurica, cui hostijs humanis sacrificabatur. Vide Valer. Et Thoantias, id est, Hypsiphile, apud Ovid.

POETICE. pri.

Thoas:

Clarus, Minous, Claro Andremone natus. Clarus Mœotide in ora. Ora super sævi quem cecidêre sues.

Thoe, Θόη, nympha, Oceani & Tethyos filia. Homer.

Thomiris, vide infr. Tomyris.

Thō, thonos, Θὼν, Canopi rex, teste Hellanico, fuit, apud quem Menelaus Troja cum Helena discedens, divertit. Fuit & alius hoc nomine, qui primus apud Ægyptios medicinam in artem redegit. Vide Homer. lib. 4. Odyss.

Thonis, is, Θῶνις, urbs prope Zephyrū, Strab. libr. 17. Est & eiusdem nominis Rex, à quo Menelaus & Helena Troja in patriam renavigantes hospitio suscepti sunt, teste eodem Strabone.

Thonius, filius fuit Ixionis & Nubis ex centauris unus.

Thoon, Θόων, vir Trojanus, quem Ulysses interfecit. Homer. lib. Iliad.

Thoosa, Θόωσα, filia Phorci Polyphemi mater. Quo etjam nomine Phorci mater à quibusdam dicta est. Vide Homer. lib. 1. Odyss.

Thootes, Homer. lib. Iliad 12. ex præconibus Græcorum unus fuit.

Thorax, Θώραξ, Strab. lib. 14. montis proprium est juxta urbem Magnesiam, in quo fama est Daphiram Grammaticum cruci affixum esse, eò quod reges maledico carmine incessivisset. Ex quo ænigma hoc proverbiale factum est φυλάττε τὸν θώρακα, id est:

Cave Thoracem,

quo

quo festiviter admonemus frenandam esse linguam, ne voces petulanter emissæ per jugulum aliquando redeant.

Thous, Θόος, ex principibus Trojanorum unus. Homer.

Thracia, æ, & Thraca, æ, & Thrace, es, Θρᾴκη, prim. long. Europæ regio, Macedoniæ, Mysiæ, mari Ægæo, & Euxino contermina, in qua urbs Byzantium aliàs Constantinopolis, nunc vulgò dicta Romania est. Est autem ea in regione terra aspera, horrida, frigida, & minus fœcunda, unde & nomen accepit, τραχὺς, enim asperum Græcis sonat. Vide descriptionem Thraciæ, apud Plin. lib. 4. c. 11. Vide & Pompon. Mel. lib. 2. Meminit & Virg. lib. 3.

Terra procul Vastis colitur
Mavortia campis,
Thraces arant, acri quondam
regnata Licurgo.

POETICE.

Bistonis ora. Regna Rhodopeia Ciconum oræ. Sithonij agri.

Thracia:

Armifera, Horrida, Mavortia, Barbara, Sæva, Lapidosa, Gelida, Nivosa, Tellus, habitata Bystonijs viris. Terra, quæ manavit sanguine Polydoreo. Furiosa bello. Candida nive. Hinc Thracius, Θρᾴκιος, & Threicius adject. masc. Threissa & Thressa fœminina, item, Thrax, acis, Θρᾷξ, Thraciæ incola. Sunt autem Thraces populi feri, & bellicosi, frigoris & laborum patientissimi. Unde & Martis domicilium Euripides Thraciam appellat. Inde etiam Polybio teste, Thraces filios suos ad annum 30. usq; erudire in Musica consueverunt, ut animi eorum sub rigido & frigido cœlo per eam lenirentur, & mores cultiores induerent. Malè etiam audierunt hi populi præter sævitiam & perfidiam libidinis causa. Unde & proverbijs locus factus:

Thraces fœdera nesciunt,

Item:

Thracium commentum,

de fœdifragis. Thraces, id est, tumultuatores, à θαράσσω, Vide de Thracum moribus Herodot. lib. 4.

POETICE.

Gens Thracum. Populi Thracum.

Thraces:

Armigeri, Indomiti, Sævi, Feri, Parmularij. Hyppomolgi, Acrocomæ, Bosphorei. Bosphoridæ. Gens effera. Quibus nihil usquam truculentius.

Thraseas, Θρασέας, Philosophus stoicus, qui à Nerone damnatus infracto mortem

animo tulit, de quo Suid. & Martial. lib. 1.

hrasibulus, pen. prod. Θρασίβουλος, vel Thrasybulus per y, Atheniensium dux fuit, qui dominationem 30. tyrannorum Athenis sustulit, & ἀμνηστίαν, id est, oblivionem discordiarum & injuriarum instituit. Tandem in castris noctu est interemtus. Fuit & alius hoc nomine dux Milesiorum, de quo Frontin. lib. 2.

hraso, Θράσων, militis nomen apud Terent. Est & pictoris nomen apud Strabon. lib. 14.

hrasumenus, Θρασύμενος, penult. long. Italiæ lacus, non procul à Perusia urbe, juxta quem Annibal cæsis 1500. Romanorum Flaminium consulem devicit. Plin. libr. 2. Ovid. lib. 6. Fastor.

hrasymachus, Θρασύμαχος, Carthaginensis sophista Isocratis discipulus fuit.

hrasymedes, Θρασυμήδης, filius Nestoris. Hom. Iliad. 9.

hreicius, vide Thracia.

hryius, untis, urbis & fluvij nomen in Elide Homer. Iliad. 2.

hucydides, pen. brev. Θουκυδίδης, Atheniensis historiographus clarissimus, scripsit in exilio suo decennali in Ægina historiam belli Peloponnesium & Atheniensium, qui libri hodiè extant.

Th

Hic ubi Herodotus primum historias suas, tanquam novum aliquod miraculum, non sine magna gloria & admiratione hominum recitaret, adolescens adhuc motus insigni diligentiæ exemplo flevit. Quod Herodotus sentiens probavit; & statim Thucydidis patrem tum temporis præsentem his allocutus est verbis:

Mi Olore, beatum te prædico, qui talem genuisti filiū, qui præclaro ingenio præditus, magno liberales artes prosequitur amore. Quare consulo tibi, imò adhortor te, ut quamprimum honestis artium disciplinis imbui ipsum cures.

Quod consilium sequens Thucydides tantùm didicit, ut præclaris suis scriptis præclarum apud posteros nomen consecutus sit. Dionysius Halicarnasseus scribit, Demosthenem hujus stylo adeò delectatum, ut librum ejus octies descripserit totumq; penè edidicerit. Inter sententias ejus, quas utiles habet & graves, & hæc est: Φεύγων πόνους, φεύγει καὶ τιμάς, id est:

Fugiens labores & honores recusat.

Meminit ejus Quintil. libr. 10. cap. 1. & Cicer. in Oratore

tore suo, ac de claris oratoribus. Hinc Thucydidius adject. quo idem Cicero usus est in oratore. Thucydidos alios & Marcellinus refert, de quibus ille consulatur.

Thule, es, pri. lon. Θούλη, (leges alicubi & Thyle) Oceani insula ultra Orchadas remotissima ab orbe nostro, quã Plinius scribit ultimam esse insularum earum, quas Romani cognoverunt. Unde & Virg. lib. 1. Georg.

Tibi serviat ultima Thule.

Vide Plin. Solin. & Vadian. Meminit ejus etiam Juven. Satyr. 15. & Claud de bello Getico, & 4. consulat. Honorij, & Servius.

POETICE.

Thule:

Inhospita, Hesperia, Ultima, nigra, Gelida, Ratibus impervia. Opposito gelu torpescens. Tecta margine extremi poli. Ultima terrarum.

Dicitur & alia huius nominis insula esse in Africa contra sinum Carthaginis.

Thuria, æ, Θουρία, & Thurion, & Thurij, Calabriæ urbs Sybaris antè vocata, Strab. lib. 8.

Thurini, Italiæ populi prope Sibarim urbem, Plin. lib. 14. cap. 6.

Thurium, Θούριον, Italiæ urbs, in sinu Tarentino, in qua Herodotus historias sua scripsisse, & mortuus etiam scribitur. Inde Thurinus pen. long. at Thurini situ apud Ovid. lib. 15.

Thuscia, vide inferius Tuscia sine aspiratione.

Thyamon, Θύαμον, mons in Thraciæ regione.

Thyamis, Θύαμις, amnis Thesprotidem disterminans à Cestina. Plin. lib. 4, cap. 1.

Thyas, adis, pen. br. Θυάς, Bacchi sacrificula apud Virgil. lib. 4. Ein Pfaffin.

POETICE.

Thyas:

Improba, Vaga, Bœotia, Amens, Trumesia, Rapta insano Deo, Sordida vino. Per campos, & per summa juga furens, Thyrso concita.

Thyasus, Θίασος, pen. brev. saltatio dicebatur & chorea in Bacchi sacrificijs, ein Dantz dem Baccho zu ehren angerichtet/ ἀπὸ θύειν, quod Grecis est sacrificare. Utitur hac voce idem Virg. Ecloga 5.

POETICE. plur.

Thyasi:

Rauci, Leves, Volantes, terribiles, Ogygij.

Tybris, Θύβρις, Æneæ comes. Virg. lib. 10.

Thyestes, æ, Θυέστης, Pelopis filius, Atrei frater, ac Tantali nepos. Hinc Thyesteus adject. Θυέστειος, pen. prod. ut Thyestea execratio apud Cicer.

Cic. in Pisone. Mense apud Ovid. lib. 15. Metamorph. Quæ qualis sit, ex fabula videre est. Inter Atreum enim & Thyestem ubi exorta esset discordia, nec dissensione sibi nocere possent, in simulatam redierunt gratiam, qua occasione Thyestes cum fratris uxore rem habuit. Atreus verò filium ipsi comedendum apposuit, cujus tanti facinoris horrore sol expalluit, solitoq; cursu immutato ad auroram redijt. Sed hæc fabulosa sunt. Veritas hæc est: Atreum apud Mycenas primum solis eclipsin invenisse, cui invidens frater ex urbe discessit, tempore, quo ejus probata sunt dicta. Vide Servium & suprà Atreus. Meminit item Claud. in 6. consulatu Honorij, & Paneg. in Probin. & Oleti, ubi inquit:

ite Thyesteis iterum contenrita mensis
Itercisa dies refugos vertetur in oras.

POETICE.

Thyestes:

Dirus, Rigidus, Sævus, Crudus, Caligans, Qui pulsus est, ex regno proprio fratre quod læsit sacra vincula fraterni thori,

Thyia, θυία, filia Cephisi, prima Liberi Orgijs initiata, à qua & urbs ejusdem nominis, in qua colitur. Herod. lib. 7.

Thymbra, Thymbræus, Vide Tymbræus.

Tymbrius, aliàs Thymbræus, θυμβραῖος, vel Thymber fluvius per Tymbram Trojæ vicinum campum fluens, & in Seamandrum se exonerans. Stephan.

Thymele, es, θυμέλη, Suida autore, ara est in theatris. Sunt qui mulierem fuisse Thymelen scribant, quæ prima saltationem in scena docuerit. Martial. lib. 1.

Qua Thymelen spectas, derisoremq; Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra legas.

Græci θυμέλην, scenam vocant. Thymelici, ludi histrionum dicuntur, & ipsi histriones. θυμελικὸς.

Thymœtes. θυμοίτης, pri. brev. Priami & Arisbes filius, vel, ut alij volunt, Arisbes maritus, qui ubi patriæ proditionem sentiret, primus, Servio teste, suasit, ut equus iste ligneus armatis militibus plenus intra muros duceretur. Meminit Virgilius lib. 2.

Primusq; Thymœtes, &c.

Thynia, Insula in fronte Bithyniæ. Strab. lib. 12.

Thynos. θῦνος, Ciliciæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 27.

Thynus, viri proprium, cujus memi-

meminit Orpheus.

Thyodomas, Hylæ pater, Herculi Colchas naviganti comes. Propert. Thyodomantæo proximus ardor Hylæ.

Thyoneus, trisyllab. θυονεὺς Bacchi nomen & ejusdem filij, qui bovem fortè furatus, & à rusticis eam ob caulam oppressus patris imploravit auxilium. Ubi factum est, ut beneficio Bacchi Thyoneus in Venatorem, & bos in cervum transformaretur. Vide fabulam apud Ovid. Deductam autem hanc vocem putant à θύειν quod est sacrificare, eò quod Baccho inter humanos adhuc versanti sacrificârint.

Thyrea, & Thyre plural. sed neutr. ut Cœte, θυρέα καὶ θυρή Lacedæmoniorum oppidum, Stat.

Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

Herodot. etiam lib. 4. Thyream Peloponnesi insulam esse scribit.

Thyros, in Nestoris regno urbs Homer.

Thyrsigerus appellatus est Bacchus, à Thyrso hasta aculeata hederis obtecta, quam in Orgijs Bacchicis quatiebant. Πολλοὶ τοὶ ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι, id est:

Multi Thyrsigeri, pauci Bacchi.

Proverbiale est, quo innuitur, permultis sanè non deesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui vera tamen virtute destituantur. Simile planè Germanicolli: **Es sind nicht alle Köche/die lange messer tragen** Sumtum est à Bacchanalium ceremonijs, in quibus Thyrsos, id est, hastas viteas quatiebant furore afflati.

Thyrsis, θύρσις, pastoris nomen apud Virg. eclog. 7.

Thysbe, vide suprà Thisbe & Pyramus.

Thyssagetæ, θυσσαγέται, aliâs Thussagetæ, Scythici sunt populi ultra Sauromatas, ex venatione viventes, Herod. lib. 4. Mel. lib. 1.

Tibareni, τιβαρηνοί, aliàs Tabereni licet per o rectiꝰ scribi velint, populi Scythici, Vide suprà Tabereni.

Tiberias, adis, τιβεριάς, Galilææ urbs, sita in littore lacus, per quem Iordanis fluvius labitur, condita ab Herode rege in honorem Tiberij Cæsaris, ideò lacus vicinus Maris Tiberiadis vocabatur. Iohann. 21. Ptolem. lib. 5. cap. 16. Iosephus antiq. iud. lib. 18. cap. 8. Egesipp. lib. 2. cap.

Tiberius, τιβέριος, Imperator Romanus non usque adeò laudabilis. Indulsit enim omnis generis voluptatibus.

polluit

polluit ſe confuſionibus libidinum, & multos injuſtè interfecit. Strenuus etiam fuit heluo. Unde etiam pro Tiberio Tiberius dictus eſt. Sed licet hujusmodi vitijs fuerit contaminatus, vox tamen ejus honeſtiſſima fuit. Boni paſtoris eſt, tondere pecus non deglubere. Et: In libera civitate linguam mentemq́ue liberas eſſe debere. Sub hoc Chriſtus miniſterium ſuum invocavit, & etiam Crucifixus eſt. Hinc Tibereius, ut, Tibereia aula apud Stat. Fuit & hoc nomine Grammaaticus, de quo Suid. Sunt qui per y ſcribant Tyberius, & dictũ putant inde, quòd juxta Tyberim fluvium natus ſit.

POETICE.

Tiberius:

Auſonius, Dux placidus. Proles nata de ſancta virgine.

Tibiſcus, vide ſuprà, Die Teis.

Tibiſis, τίβισις, Herodot. lib. 4. Schythiæ fluvius.

Tiberis, vide infrà Tyberis.

Tibullus, Albinus Tibullus, poeta elegiographus, quem ut elegantem & terſum Quintilianus commendat. Fuit etiam forma eleganti. Familiaris fuit Horatio & Ovidio qui cultum eum vocat, Amavit aliquod puellas, inter quas Nemeſis fuit. Unde Martial. lib 4.

Uſſit amatorem Nemeſis laſciva Tibullum.
In tota juvit quem nihil eſſe domo.

Meminit ejus & Ovid. 2. & 4. triſt. eleg. 9. lib. 3. eleg. 1. Amor. Mantuan. item & alij. Hinc Tibulleus, a, um, ut, Tibulleus nitor, Stroz. Tibullea Muſa, idem.

POETICE.

Tibullus:

Inſignis, Facilis, Argutus, Terſus, Sacer, Cultus, Amator, Tener, Elegans, Pierius Albius. Amator. Nemeſis. Cui non erat corpus ſine pectore. Cui dij formam & divitias dederunt. Cui Delia cum Nemeſi cantatur Cujus ſacra carmina floreſcunt. A quo celebrata Nemeſis vivit. Qui fatetur docuiſſe fallere cuſtodem. Qui ſæpè digitis nutuq; locutus eſt. Qui menſæ in orbe duxit ſæpè tacitam notam. Quo Roma celebratur. Cujus carmina nemo tutò legiſſe potuit. Nitens candore. Cui erepto juſta ſolvit Pelignus Naſo.

Tibur, vide infrà Tybur.

Ticinum, τίκινον, Ptol. τίκινος, Stephano, oppidum inſubrium, Papiam hodiè vocant.

Ticinus, vide ſuprà Der Teſſin.

Tifernus, τίφερνος, Italiæ fluvius & Tifernum, oppidum

quod intercidit. Inde Tifernates, populi juxta Theanum & Lucrinum in sexta, Italiæ regione. Plin. libr. 3. cap. 14.

Tigillinus, vir fuit Romanus corruptissimæ planè vitæ, qui à Nerone, quem ad omnia corruperat, multa per impudicitiam consecutꝰ est autor Cornel. Tacitus.

Tigrana, τιγράνη, Mediæ in mediterraneis oppidum, Ptolem. lib. 6. cap. 2.

Tigranes, pen. long. τιγράνης rex majoris Armeniæ, cujus frequens fit mentio apud Cic. in orat. pro lege Manil. Est & fluvij nomen.

Tigris, is, vel idis, τίγρις, ex eorum fluviorum, sacra scriptura teste, numero est, qui ex Paradiso exierunt. Est autem fluvius ingens, rapidissimus & fœcundissimus, qui in Armenia majore oritur & Assyriam à Mesopotamia Susianam à Babylonia disterminans in sinum Persicum delabitur. In sacris nominatur חדקל (Hidekel Genes. 2. Daniel 10.) h. e. acuta levitas, à cursus velocitate. Aliàs etiam pro locorum diversitate variè nomē mutat. Vide Plin. lib. 6. cap. 27. Strab. lib. 6.

POETICE.

Tigris:

Pernix, Rapax, Tepidus, Vagus, Rapidus, Celer, Achæmenius. Caput tollens. Violentus unda. Cui coma dependet cærula.

Tigris etiam Alcæonis canis est apud Ovid. Ein schneller Hund / ein Wind. Tigris item animal est Indiæ & Hyrcaniæ sævum & perniciosissimum. Unde etiam à celeritate ei nomen datū. Medi enim sagittam vocant Tigrin. Hinc etiam Tigride natus dicitur homo sævus & truculentus. Poetæ scribunt, tygres & lynces trahere currum Bacchi habentes pellem versiculorem, quo indicârunt, bibendo vinum animos hominum mirabiliter mutari. Vide Plin. libr. 8. cap. 16. & Scaliger. lib. de subtilit. exercit. 208. Meminit etiam Luc. libr. 5. & lib. 1. bell. Pharf.

POETICE.

Tigres, plural.

Rapidæ, Validæ, Atræ, Armeniæ, Immanes, Hircaniæ, Feræ, Asperæ, Avidæ. Sævæ, Rapidæ, Concitæ, Martiæ, Maculosæ, Indæ, Gangeticæ, Capistratæ, Caucaseæ, Caspiæ, Carchesiæ, Parthicæ, Truces, Rigidæ, Acerbæ, Furibundæ, Rabiosæ, Efferæ, Tirgatæ, Spumantes. Dentatæ, Pede strenuæ, Quas decolor India horret. Sitientes cruorem. Violentæ duris dentibus. Quas Orphe-

Orpheus docuit mansuescere. Properantes in arma pro natis suis.

Tigullia, Liguriæ urbs Ptolem. lib. 3. capit. 1. alijs Segesta dicitur vulgò Sigestro. Tigullij, τιγέλλιοι, populi.

Tigurini, vide suprà, Zürcher.

Tigurum & Turigium, vide Zürch.

Tilium, τίλιον, urbs Sardiniæ Insulæ, Ptol. lib.3. cap.3.

Tilos, τῆλος, est cum oppido ejusdem nominis insula in mari rubro, celeberrima margaritis. Ipsa palmis oleis & vineis abundans, omnes alias hoc miraculo terras sola vincit, ut quæcunq; in ea nascatur arbor, foliorum tegmine nunquam spolietur. Vide Plin. libr.6. cap.26.

Tilphossa, æ, τίλφοσσα, fons est Bæotiæ subter montem Tilphosium labens, juxta quem Tiresiæ vatis est sepulcrum, ubi & templum est Tilphosij Apollinis. Aristophan. Strab. Pindar.

Timæus, τιμαῖος, Siculus historicus, qui res Græcas cō scripsit, de quo Plutarch. in Nicia, & Cicer. 2. de Oratore, & in epistola illa 13. ad Luceium. Diodorus item Siculus. Timæus alter Philosophus Pythagoricus patria Locrensis, cujus nomine Plato librum inscripsit de natura. Suid.

Timagoras, τιμαγόρας, Atheniensis capitali supplicio affectus, quòd ad Darium Persarum regem missus legatus eum adorasset Persarum more. Suid. & Valer.

Timantes, τιμάντης, pictor egregius Zeuxis tempore. Hujus est Iphigenia Oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cū mœstos pinxisset omnes, & tristitiæ imaginem omnē expressisset, patris vultum velavit, quem dignè nō poterat ostendere. Plin. lib.35. cap. 9.

Timarchides, æ, vel dis, τιμαρχίδης, sculptor nobilissimus, de quo Plin. libr. 36. c.5. Fuit & hoc nomine pictor celeberrimus, de quo idem, Plin. lib.34. cap.8.

Timarchus, τίμαρχος, statuarius insignis. Plin. libr. 34. c.8. Fuit & alius hoc nomine Demosthenis amicus, in quem Æschinis accusatio extat.

Timavus, τίμαυος, prim. brev. pen. lon. vulgò Brenta, fluvius est Venetiæ, non procul ab Aquileia è montibus cadens. Claud. 6. consulat. Honorij.

Inq; novem consurgens ora Timavus.

Meminit & Virgil. libr.1. & Lucan. lib.7.

POETICE.

Fons }
Stagna } Timavi.
Unda }

Timavus:
Phrygius, Antenorius, Euganeus, Amyclæus, Multifidus, Gelidus, Oebalius, Iapix, Consurgens in novem ora. Premens arva pelago sonanti.

Timocles, τιμοκλῆς, Comicus fuit Atheniẽsis.

Timoclea, τιμόκλεια, mulier Thebana, cui ubi barbarus quidam Thracum princeps per vim stuprum intulisset injuriã ulta est hac ratione. Dissimulato enim odio dixit, se locum, ubi multum esset auri, scire, perductusq; est ab ea ad puteum profundum, qui in abstruso quodã ædium fuit recessu. Quò ubi Thrax venisset, & jam pronus immineret puteò, Timoclea à tergo astans incautum, & tale quid non sperantem, in puteum præcipitavit, saxisq; obruit. Meminit Sabellicus in exemplis.

Timolaus, τιμόλαος, Latissæus Anaximanis Lampsaceni discipulus, Suid.

Timoleon, ontis, τιμωλέων, dux Corinthius inclytus, qui Syracusas Dionysij tyrannide oppressas liberavit ac Dionysium in exilium Corinthum misit, Plutarch.

Timomachus, τιμόμαχος, Bizantius pictor egregius, temporibus Cæsaris dictatoris Medeam pinxit & Ajacem, Plin. lib. 35. cap. II.

Timon, onis, τίμων, Atheniensis fuit, μισάνθρωπος ille abhorrens ab omnium hominum consuetudine, seu osor potius omniũ & hostis. Unde Timonis μισανθρωπον vitam agere, **Ein Kleusenerisch leben führen.** Vixit autem iste Timon belli Peloponnesiaci temporibus Meminit ejus Plutarchus in vita Antonij. Timon alter Appolloniates sive Nicenus vir Philosophiæ & eloquentiæ studijs præditus Ptolemæo Philadelpho familiaris. Suid.

Timotheus, τιμόθεος, Atheniensium dux ille felix, potens ac dives fuit, qui in re militari adeò exleliuit, ut artifices eum pingerent tenentem retibus urbes inclusas, quas erat oppugnaturus. A Platone frugali Musicaque cœna exceptus cum ex ea meliùs quàm post oppiparas epulas haberet, dicere consuevit: Qui cum platone cœnant, etiam postero die benè habent. Suid. Ælian. Alios hoc nomine Musicus fuit Milesins sub Philippo Macedonum rege. Et alius sculptor insignis, unus ex ijs, qui Mausolæum cœlaverunt. Plin. lic.24. *Alius* item Lycaonius, patrem Ethnicum matrem Judæam, habuit,

habuit, quem D. Paulus Lystram secundò veniens peregrinationis comitem, & συνεργὸν in Evangelij propagagione delegit, eumq; Judæorum causa circumcidit. Actor. 16. Scriptæ sunt ad eundem duæ epistolæ Pauli-oæ. Alius deniq; Timotheus episcopus fuit Ecclesiæ Ephesinæ, & martyr tandem sub Nerone.

Tina, fluvius Britanniæ, Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tingi, τίγγι, Mauritaniæ oppipidum pervetus, ab Antæo extructum, & à Claudio Cæsare postea, ubi Coloniam facerert, appellatum traducta Julian. Plin. lib. 5. cap. Pompon. Mel. lib. 1

Tipasa, τίπασα, Mauritaniæ Cæsariensis urbs Ptol, lib. 4. cap. 2.

Tiphys, yos, τῖφυς, insignis faber lignarius, & gubernator navis Argonautarum Ovid. lib. 1. de arte amandi statim in initio. Tiphys in Æmonia puppe Magister erat. Meminit etiam hujus Virg. Eclog. 4. Ub Tiphyn. pro quovis nauclerb ponit.

Tiresias, τειρεσίας, vates Thebanus à Junone excœcatus. Cum enim in Citherone aliquandò videret Tiresias duos Dracones coeuntes, ob servata fœmina ex ijs occidit illam, quo facto in fœminam & ipse conversus est. Deinde ubi rursus elapso septennio eadem ratione & marem draconem interemisset, in primam formam redijt. Contigit igitur aliquandô certantibus inter se Jove & Junone, virine an fœminæ ad Venerem essent magis proclives, ut ille judex sit adhibitus, ut qui verum expertus fuerit. Tiresias autem fœminas multò plus libidinis habere affirmans. Ob quod à Junone visu privatus est: alij verò excœcatum scribunt eò, quod Palladem sive Minervam nudam in fonte conspexisset. Jupiter verò in solatium amissi visus vaticinandi domum illi dedit. Hinc Tiresia cœcior proverbialiter dicitur de eo, qui valdè cæcutit. Vide integram fabulam abud Ovid. lib 3. Metam. Hæc verò de Tiresia vel allegoricῶς explicari possunt, & ita significatum est, ipsum alioqui virum præstantem perterritum fanaticos recepisse ritus. Vel potest ita accipi, ut ἀνδρόγυνος, natus intelligatur Tyresias, cujus rei exempla habentur. Vel alias etiam fieri potuit, ut monstrosum aliquid Tiresiæ acciderit, cum in idolorum cultibus multa terra & auditu horrenda acciderint,

POETICE.

Dircæus vates.

Tiresias:

Callidus, Vates, Longævus, Tardus, Providus augur. Lucis inops. Qui Pallada quondam vidit nudam. Cujus raptam lucem Jupiter munere divinationis pensavit. Suetus tendere baculo duce inoffensos gressus. Qui ora instincta sacro furore movens parat solatia sui damni. Tremulo gradu incedens. Quem luce viduarum comes Manto traxit. Clarus Apollinea in arte. Senex, cui venus utraq; nota. Judex in lite jocosa sumtus. Qui aspexit magnam Pallada.

Tiryns, fluvius est & oppidum, Achaiæ prope Argos, Herculis patria, qui Tyrinthius inde dicitur. Virg. lib. 8.

Tiriscum, τίριστκον, Daciæ urbs Ptol. lib. 3. cap. I.

Tisaranthus, Scythiæ fluvius, Herodot. lib. 4.

Tisiphone, pen. bre. τισιφόνη, ex furiis una à cædibus plectendis dicta, τίσις enim Græcis ultio est, φονὴ, cædes. Claud. libr. 1 de raptu Proserp.

Crinitaq́; sontibus hydris
Tisiphone quoties infestor lumine primùm
Armatos ad castra vocat pallentia manes.

Meminit ejus & Virgil. Æneid. 6. & 10. & Tibul. libr. 1. eleg. 3. vide etiam in I. parte: Hellische Göttin. Hinc Tisiphoneus, a, um, ut, Tempora Tisiphonea, id est, noxia.

Tisobis, τίσοβις Britanniæ fluvius. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tissa, τίσσα, Siciliæ urbs. Ptol. lib. 3. cap. 5. hodiè Tisse.

Titan, anis, τιτάν, & Tatanus penul. prod. Titanes ab irata Dijs terra creati, ad ejus ultionem. Unde & Titanes dicti ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab ultione. Fabulantur autem, Titanes contra Saturnum; Gigantes postea contra Jovem genitos. Sed utrinq; à Dijs victi fulminati sunt.

POETICE.

Titania pubes.

Titanes, prim. prod.

Incesti, Validi, Impij. Furentes. In arma ruentes. Validi in arma. Genus antiquum terræ. Impia turba. Qui fulmine dejecto in imo fundo voluuntur. Sublati fulmine caduco. Hinc est Titanius, a, um, adject. ut, Titania pubes apud Virgil. & Titaniacus, apud Ovid. Et Titanicus, a, um, torvum ac tetricum, ut τιτανῶδες βλέπειν, id est:

Titanicus intueri,

hoc est, vultu Titanico obtueri. Proverbiale est, quod Germani ita: Sehen / wie alle die Teuffel.

Et:

Et: τιτάνας καλεῖς, id est,
Titanas impleras.
item est proverbiale de eo, qui viribus suis diffisus alienum implorat auxilium. Sumtum à Gigantum fabula, in qua Jupiter timens suo Olympo Titanas in auxilium accersivit. Poetis Titan Sol est, & Titanis luna à Titano, Solis & astrorum parente.

Titanus, Aeolidis fluvius est & urbs ab eo appellata. Plin. libr. 5. cap. 30.

Titaresius, τιταρήσιος, alias Orchos, fluvius est Styge exoriens in Peneum quidem illabitur, at illius tamen aquis non confunditur, sed instar olei innatans in mare excurrit. Plin. Homer. l. iliad. 2. & Lucan. l. 6.

Tithonus, pri. & pen. τιθωνὸς Laomedontis filius, qui ut fabulæ tradunt, ob elegantiam formæ ab aurora adamatus, & in cœlum sublatus fuit. Id quod hanc forsan ob causam fingitur, quod ante ortum solis surgere, & matutina tempora non somno, sed agendis rebus tribuere consueverat. Idem ejusdem auroræ succo perfusus ad tantam pervenisse senectutem dicitur, ut tandem audita Memnonis ex aurora suscepti filij morte optârit, ut in cicadam verteretur, quod & factum. Hoc verò ideò fingitur, quod ad tuendam valetudinem prosit, perfundi auroræ succo, i. e. cum sole simul expergefieri. Hinc τιθῶνε γῆρας, id est,
Tithoni senecta,
proverbialiter pro extrema decrepitaque senectute ponitur. Suidas hunc in modum refert: Senescas Tithono profundius. Hinc Tithonius, ut Tithonia conjunx pro aurora apud Ovid.

POETICE.

Tithonus:

Phryx, Senex, Canus, Mygdonius. *Auroræ conjunx.* Vir senex *Auroræ*. Quē abstulit Dea, quæ finit iter extremum noctis. Cui culta puella (aurora) mollia oscula dedit. Quo cum non puduit talem puellam (auroram) dormire. Cujus senectam aurora non sprevit. Quem passa est aurora jacere Eoa domo. Quem aurora decedens sæpè suis fovit in ulnis, quam prius sedula lavit adjunctos equos, venerabilis cano ævo. Amans Deam præviam venturæ lucis. Quem longa senectus minuit.

Titianus, pe. long. τιτιανὸς, filius Titani, orator Græcus fuit, Maximi principis præceptor, scripsit libros de provincijs, Capitolin.

Titij, τίτιοι, pri. bre. Apollinis

erant sacerdotes, ab avibus, quas in augurijs observabant sic dicti. Meminit Varro & Lucan. lib. I. Titys verò, Gesnero ex Celio teste, quælibet avicula parva dicitur.

Titornus, τίτορνος, bubulcus robustus admodum, alter illi Hercules, ut de eo testatus est Milo, quo cum de robore certavit & vicit. Ingens enim saxum, quod Milo ne commovere quidem potuit, ipse sustulit, & per longissimum spacium portavit. Vide Ælian. lib. 12. de Var. hist.

Titus, τίτος, princeps Romanorum clarissimus, Vespasiani filius, deliciæ generis humani, Hierosolymam expugnavit. Vide Sueton. & Tranquill. & infra in dictione Vespasianus. Alius hoc nomine comes profectionis & συνεργὸς, ministerij Pauli, cujus in epistolis suis sæpè meminit. Docuit in Creta & Dalmatia. Scripta est ad eundem epistola Paulina.

Tityrus, pastoris nomen apud Theocritum & Virg. bucol. Nomen habet à caseis. Græcis enim τύρος caseus est. Introducitur autem apud Virgil. sub Tityri persona autor ipse, qui solus ex Mantuanis in tanta rerum confusione agros suos retinuit.

Tityus, τιτυός Jovis filius magnitudinis monstrosæ giga fuisse dicitur, ita ut jacen novem jugera occupârit. Hic propter tentatam stupr Latonam ab Apolline sagittis confossus est, & prætere hoc jam supplicio apud inferos torqueri fingitur, ut renascentes ejus fibras jecurq vultur semper exedat & dilanie-. Post autem jecur ejus à vulture exesum, & semper renascens allegoric ad animorum perturbationes, sive tormenta malæ cōscientiæ referri. Idē hic terræ filius dicitur, ideò, quod Jupiter ex Elara Orchomeni filia eum susceperit, camq; prægnantem Junonis ipse iram timens in terrram occultârit, unde factum est, ut nascens puer ex terra natus videretur. Meminit ejus Virg. 6. Æneid. 4. metam. & Ticull. lib. I. eleg. 3.

POETICE.

Tityus:

Incontinens, Fœdus, Terrigena, Inconsumtus, Terræ alumnus. Cujus sub vulture sævo nascuntur viscera gravibus pœnis certantia. Cui corpus per tota novem jugera porrectum fuit. Qui novem jugeribus distractus erat. Cujus jecur inconsumtum usq; renascitur. Qui summus distat ab imo novem jugeribus, & viscera debita assiduè præbet avi.

Stygi

Stygijs arenis extensus. Qui porrectus per novem jugera terræ pascit atro viscere assiduas aves. Qui æternus præbet volucri dapes. Cui æternum est jecur, & volucri æterna rostra, & semper redeuntia ad æternas pœnas Cui vultur immanis obunco rostro immortale jecur tundit & rodit. Cujus fibris renatis non datur ulla requies stratus septem in jugera. Extensus corpoream molem per bis tria jugera. Cui sævi volucres hinc inde rimantur viscera, perpetuo morsu jecurq; pertundunt, rostrisq; angunt immanibus præbens viscera lanianda avi. Porrectus per ingens spacium. Pascens aves viscre in consumto. Cujus nata viscera tundit avis. Cujus jecur ales non relinquit. Cujus jecur nunquam perit & renascens semper dilaniatur ab assidua ave. Tityus item Sex. Orator loquax quidem & acutus, sed solutus tamen & mollis in gestu, de quo Cic. in Bruto.

Tlepolemus, τληπόλεμος, Herculis filius, teste Homero iliad. 2. Hic cùm Rhodiorum rex esset, à Sarpedone in bello Troiano est interemtus.

POETICE.

Tlepolemus:

Pulcerimus ductor Rhodiæ classis, qui tepefecit hastam Lyciam sanguine.

Tmolius seu Tmolus τμῶλος seu Tymolus, τύμολος, (quamvis de posteriore hoc maxima sit Grammaticorum disceptatio) Lydiæ mons est vini & croci feracissimus, ex quo Pactolus fluvius oritur.

POETICE.

Juga }
Vineta } Tmoli.
Culmina }

Tmolus:

Arduus, Dives, Assurgens, Altus, Sacer, Arduus in ascensu, Freta prospiciens. Rigens altu in ascensu. Vineris abundans, Croceos odores mittens, vel spirans. Uvis abũdans. Pariens multos racemos. Hinc Tmolius adject. ut Tmolia terra apud Ovid. lib. 4. de *Ponto*.

Tobius, Britanniæ insulæ fluvius, ad cujus ostia est oppidum, quod Tove vulgò vocatur. Vide Ptol. l. 2. c. 3.

Tolentum, oppidum Italiæ in Piceno, â quo Tolentinates populi dicti. Plin. libro 3. cap. 12.

Toletum, τώλητον, Hispaniæ urbs Serezola aliâs dicta. Vulgò Toledo. Vide Ptol. l. 2. c. 6.

Tolosa, æ. penu. long. τολῶσα, Gall. Tolouse, nobilissima urbs est Galliæ Narbonensis, quæ & Tectosagum dici-

tur, à quo Tolosani, Tectosagi sunt Plinio.

Aurum habet Tolosanum. Proverbium est in eum, qui magnis ac fatalibus afficitur malis, novoq; ac miserando exitio petit. Cum enim oppidum Tolosanum in Gallia Q. Cepio consul diripuisset, multumque auri in ejus oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu perijt. Gel. lib. 3. Sed & hodiè experientia testatur certis eos sese immergere malis & periculis, qui à bonis Ecclesiasticis manus suas non abstinent **Kirchengut hat Adlers Federn.**

Tomarus, penul. bre. τόμαρος alias Tmarus, Ætoliæ mons nobilis, circa radices centum fontibus, ut Theopompo placet, Vide Plin. libr 4 cap. 2.

Tomus seu Tomos, τόμος vel τόμη, vel τόμις, vel τομεὺς, urbs est in Ponto, ita dicta, quod illic Medea fratrem suum Absyrtum frustulatim confudisset, τόμη enim Græcis incisio est. Ibi exulavit Ovidius poeta, vide eundem libr. trist. 1. & 3. trist. eleg. 9. Hinc Tomitanus, a, um, adject. ut, terra Tomitana apud Ovid libr. 1. de Ponto, & Tomitæ populi.

Poetice penult.

Tomitæ pri. bre.

Rigidi, Duri, Sagittiferi, Inhumani. Apud quos Naso poeta exilium questus fuit.

Tomyris, pen. bre. τόμυρις, Scythiæ regina, quæ Cyrum vicit & interfecit. Cujus interfecti caput in utrem humano cruore refertum demisit hisce insultans verbis: Filij mei sanguinem hausisti, & meum sitisti Cyre, at ego cruore te saturabo. Unde apparet, factum id esse ad ulciscendam filij mortem, quem ille prius à matre obviam missum, cum suis per insidias interfecerat. Tibull. lib. 2.

Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe.

Vide Justin. libr 1. Herodot, & Quintil.

POETICE.

Tomyris:

Magnanima, Fortis, Sæva, Cyro insultans.

Tongri, Ptol. lib. 2. cap. 9. Galliæ populi, vulgò Brabantini.

Topazos vel Topazios, τόπαζος, insula in mari rubro, in qua reperitur Topazins gemma mirè pellucida, splēdoreq; aureo ita refulgeus, ut interdiu videri non possit. Plin. lib. 6. cap. 29.

Torantus, mango quidam versutus fuit, de quo Plin. libr. 7. cap. 12.

Toro-

Torone,es,τορώνη,oppidum Macedoniæ Pli.lib.7.ca. 10.

Torquatus, τορκȣάτος, Titus Manlius Torquatus, à torque quem Gallo detraxerat, sic appellatus, nobilissimus Romanus fuit, qui filium, cùm ab hoste provocatus ejus injussu pugnasset, occidi jussit, licet victor evasisset Unde & sævum securi eum vocat Virg. lib.6. & securiferum. Quint. Vide etjam suprà Manlius.

POETICE.

Torquatus:

Severus, Immitis, Durus, Rigidus, Inhūanus. Qui titulos habet torquis ademti.

Trachalus, orator sobrius, & satis apertus, Domitiani temporibus emicuit, de quo Quintil.lib.10.cap.1.

Trachina,æ,pen. long. τρᾶχινς τραχὶν, Campaniæ urbs, quæ nunc Tarachina, vel in multitudinis numero tantùm, Tarachinæ,arum, quæ Anxur etiam antè dicta fuit. Est & Trachina Thessaliæ urbs non procul ac Oeta monte; in qua Ceyx regnavit, qui ab ea, Trachinius vocatur ab Ovid.11.

Hunc contra placido Trachinius ore.

Dicta eadem fuit etiam Heraclea ab Hercule. Est item nomen tragœdiæ Sophoclis, ab hac urbe nuncupatæ

Cicer.2. Tuscul.

Trachonitis,τραχωνῖτις, (unà regione di Gludei,) regio Syriæ Palestinæ inter Jordanē & montes Galaad, quam tenuit pars tribus Manasse & Gad. Nomen Græcum est ab asperitate, τραχὺς enim asper est. Plin.l.5.cap. 28.

Tragæa, sive Tragia, τραγαία, Plin. li. 4. cap. 12. insula una ex Sporadibus, ex qua fuit Thegioton Peripateticus Aristoteli familiaris.

Tragurium, τραγȣ́ριον, Illyrici insula, & oppidum, cujus marmor celebratur. Plin. lib.4.cap.21.

Trajana, Ptol.lib.3.cap. 1. urbs Picenorum. Hodie potentia.

Trajanus. τραιανὸς, Imperator Romanus optimus fuit, id quod testatur acclamationis in creandis imperatoribus formula:

Sis felicior Augusto, melior Trajano.

Imperavit circa annū Christi C. Hic aliquando præfectum prætorij eligens gladium ei tradidit his verbis: Hoc ense cōtra meos hostes utaris, ubi justa tibi mandavero. Quod si verò me videris agere iniustè, eodem contra me utaris. Tertiam tamen in Christianos movit persecutionem, de qua epistola ejus ad Plinium apud

Eusebium extat. Idem hic fiscum spleni assimilem esse dicere cõsuevit. Vt enim, ubi fiscus atq; ærarium principũ augescit atq; locupletatur, atteritur populus: ita excrescente splene contabescit corpus, ac macie conficitur. Reprehensus aliquando quod nimia benevolentia erga subditos imperatoriam suam dignitatem parvi faceret, dixit. Talem me præstabo Imperatorem privatis, qualem optarem ipse privatus. Fuit & alius hoc nomine Patricius Iustiniani principis temporibus, qui temporum epitomen scripsit. Suid. Est item Trajanus Thuscorum portus Ptolem. libro 3. cap. 1. hodie Volaterranorum portus.

Tralleis, Trallium, plur. tant. τράλλεις, urbs Lidiæ & alia Phrygiæ, in Cariæ finibus Seleucia & Antiochia aliàs dicta. Hinc Trallianus adject.

Trapezus, untis, τραπεζοῦς, vulgò Trapezunda, urbs Cappadociæ, patria Georgij Trapezuntij magni in omnibus illustribus doctrinis hominis, quem omnium cùm Græcarum, tùm Latinarum litterarum in extrema senectute oblitum fuisse scribunt.

Thrasymenus, pen. prod. τρασυμένης, in Perusino agro lacus ad quem Hannibal cum Flamineo consule confligens cum 23. militibus eum interfecit. Plin. lib. 2. cap. 48. Ovid. 6. Fastor. adjectivè usus est

Sunt tibi Flaminius, Trasimenaq; littora testes.

Trebatius, Iurisconsultus Ciceroni perfamiliaris, quemadmodum epistolæ ejus ostendunt.

Trebia, τρεβίας, Strab. lib. 5. Italiæ fluvius, non procul à placentia Romanorum ab Annibale accepta clade celebratus Lucan. lib. 2. Est & Trebia Hispaniæ urbs, unde Trebellicum vinum dicimus. Est & hinc Trebianus, a, um, ut, vinum Trebianum.

Trebonius, fuit unus ex conjuratoribus contra Cæsarem, tertius nimirum post Cassium & Brutum. Is crudelissime postea in Asia interemptus est à Dolobella quemadmodum & omnes alij Cæsaris percussores pœnas dedêre. Meminit Cic. in Philip.

Trebula, τρεβούλη, oppidum Italiæ non procul ab Urbe Plin. Hinc Casei Trebulani Mart.

Trebulanos genuit, &c.

Trebulāis porrò vicini sunt & alij populi Trebani sive Trebiani dicti, Plin. l. 3. c. 12. Sueton. in Tyberio.

Trecæ, arum, urbs in Campania Gallicana potens & insignis.

Trechus, vir Ætolus, strenuus bellator, interfectus in bello à Marte, Homer. Iliad 5.

Treviri, Θρεύιροι, populi Galliæ Belgicæ prope Leucos & Lingones, Die im Cölnischen vnd Trierer Bistumb wonen/ quorum urbem Augustam Trevirorum & Treverim vocant, Die Stadt Trier. Lucanus in singulari usus est. lib. 1.

Tu quoq; lætatus converti prælia Trevir.

Triballi, τριβαλλοί, Plin. lic. 4. cap. 1. populi Epiri, Dardanis & Mœsiæ gentibus oppositi.

Trica, Stephano urbs Thessaliæ, â Penei filia Trica sic dicta. Plin. verò l. 3. cap. 10, Tricam & Apinam, Apuliæ quondam oppida fuisse scribit. Vide supra Apina.

Trieterica, erant sacra Bacchi, inde dicta, quod tertio quoque anno sumtuosiora quotidianis Orgijs agitata sint. Ovid. lib. 9. Trieteris, pen. long. idis τριετήρις, trium annorum spacium τρία ὄτεα ab ἔτος, annus τριετηρικὸς triennales.

Trigarius, locus juxta campum Martium. Plin. lib. ult. cap. 13. Trigarium certamen curale apud eundem.

Trigarius agitator trigarum, idem Plinius libro 28. Triga verò, vel Trigæ, currus dicitur, qui tribus equis trahitur.

Trinacria, τρινακρία, seu Trinacris, Sicilia cognominata est à tribus Promontorijs, Pacchinno nimirum, Peloro & Lilybæo, Græcis ἄκρα, summitas est, Latinè etiam Triquetra, id est triangula dicitur. Clau. lib. 1. de raptu Proserpinæ.

Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit, sed pontus & æstus
Mutavere situm, rupit confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit æquore montes
Parvaq; cognatas prohibent discrimina terras.

Item de bello Getico, & lib. 2. de raptu Proserpinæ, Hinc Trinacrius. Virgil. lib. 3, & Trinacreis hybla, apud Ovid. lib. 5. trist.

Trinoantes, aliàs Trinobates orientales Britanniæ insulæ populi penes Tamæsin æstuarium. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Triocala sive Triocla, τρίοκλα hodie Triochala, Siciliæ urbs. Ptol. lib. 3. cap. 4.

Trioxenus, Homer. lib. Iliad. 2. Thrax fuit unus ex his, qui

Trojanis ſuppetias tulerunt.

Tripolis, τρίπολις, Phœniciæ locus, dictus ex numero trium urbium, Tyro videl. Sidoni atq; Arado. Vide Strabon. Plin. & Pomp. Mel. libro 1. in deſcriptione Phœniciæ.

Triptolemus, τριπτόλεμος, fuit Celei regis Eleuſini filius, aratri & agriculturæ inventor à Cerere Saturni & Opis filia inſtructus. Ceres enim ubi filiam Proſerpinam ex Jove progenitam, & à Plutone raptam accenſis facibus maximo cum ululatu per univerſum terrarum orbem quærens ad Eleuſin Atticæ provinciæ urbē pervenißet, in qua Celeus regnabat, ab eoq; liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepta fuiſſet illa remunerationis loco omne ipſi agriculturæ genus oſtendit: filium etiam Triptolemum recens natum noctu igne fovit, interdiu divino lacte nutrivit, eamq; ſerpentibus ſuperpoſitum alatis, per totum orbem, frumentorum u ſum hominibꝰ indicatum miſit. Qui ubi ad Lyncum veniſſet, vitæ illius inſidiæ ſunt ſtructæ, de quo vide ſuprà in dictione, Lyncus. Virg. in Culice.

Triſmegiſtus, qui etiam ἑρμῆς τρισμέγιστος, Mercurius Triſmegiſtus, id eſt, ter maximus, vel valdè maximus dicitur: tribus enim exce- lentibus donis præditus fuit. Nam & Philoſophus fu maximus, & rex Ægyp maximus, primuſque ade, qui de Deo & dæmonibꝰ diſputavit. Vide plura de o apud Diod. Sicul.

Tritanus, gladiator fuit mon ſtroſæ fortitudinis, de qu Varro. Filium habuit Cn Pompeij militem pari forti- tudine natum, de quo Plin lib. 7. cap. 20.

Tritees, Herodot. libr. 1. Arch vorum populi.

Tritium metallum, hodiè T falla, urbs Hiſpaniæ, Ptol. l 2. cap. 6.

Triton, onis, pen. long. τρίτων Deus marinus, Neptuni f lius & tubicen, qui conch uti & tanquã dato ſigno flu ctus ſedare fingitur: quia & concha canit, & quãdo audi tur, vel apparet, maris tran quilitatem portendit. Vid Ovid. 1. Metam. Vide & Jul Cæſar Scalig. lib. de ſubtil exercit. 227. num. 12. Virgil lib. 1. & 10. Æneid. & Alciat emblem. 41. lib. 1. Ubi ita:

Neptuni tubicen, cujus par ultima Cetum,
Aequoreum facies indica eſſe Deum.
Serpentis medio Triton comprenditur orbe.

Qui caudam inserto mordicus
ore tenet.
Forma viros animo insignes,
præclaraq; gesta
Prosequitur, toto mandat in
orbe legi.

POETICE

Triton:

Canorus, Cœruleus, Rapidus, Squameus, Vagus, Madidus, Semifer, Saxicola, Pistriger, Immanis, Intonans concha. Qui strata æqualiter unda per mare currit cœruleis equis. Æquora excitans. Qui pisce sedens nat per freta cœrula, Tollens se in æquora. Conchæ sonanti inspirans. Revocans fluctus & flumina dato signo, Cui buccina tortilis, quæ in latum crescit ab imo turbine. Cui cœrula concha exterrens fretum, Cujus frons hominem præfert. Cujus alvus in pristin desinit, Cujus sub pectore semifero spumea unda murmurat.

Est & Triton fluvius & lacus Africæ, Plin. li 5. cap. 4. Ab eo lacu Minerva Tritoniæ nomen sottita est, quod habitu puellari primum ibi sit conspecta. Tritonis, idis, patronymic. apud Virgil. libr. 2. & Sil. Tritoniacus adject. ut, Tritoniaca palus apud Ovid. 15. Metam.

Tritonice, aliâs Tomos, urbs Ponti, de qua suprà.

Trivia, pri. brev. τριοδῖτις, Diana dicta est, quod trivijs præesset, unde & tres facies habere fingebatur. Virg. lib. 6. almam eam appellat.

Troas, adis, τρῳὰς, regio minoris Asiæ Hellesponto & Misiæ adjacens, in qua Ilium seu Troja urbs fuit. Mentio fit Troadis Actor. 16. 20. 2. Corinth. 2. 2. Timoth. 4. Troas patronymic. etiam est, interdum pro gentili, ut,

At procul in sola secretæ Troades actæ,
Amissum Anchisen flebant.

Id est, Trojanæ uxores. Virgil. lib. 5.

Troctes, τρώκτης, viri nomen ex Phœnicia insidiosi, de quo Homer. odyss. 14.

Trœzen duab. syllab. nisi fortè per diæresin pronunciatio varietur, τροιζὴν, vel Trœzene, es, pen. long. Peloponnesi oppidum, in quo Theseus fuit educatus. Et Troezenia, minoris Asię regio est, à qua Troezenij (τροιζήνιοι,) populi sunt appellati. Troezenius heros, id est, Theseus apud Ovid.

Troglodytæ, τρωγλοδύται, penult. bre. סֻכִּיִּים Æthiopiæ sunt populi, de quibus Plin. li. 5. cap. 8. Troglodytæ, inquit, Specus excavant, hæ illis domus, victus serpen-

tum carnes, ſtridorq; non vox, adeò ſermonis commertio carent, vide etiam Pomp. lib. 1. & Solin. ca. 44. τρώγλη, Græcis foramen eſt, ſive caverna, Inde τρωγλοδύται, a ſubeundis cavernis nomen acceperunt.

Troja, τροία, ας, ἡ, prim. prod primum ipſam regionem deinde & urbem ſignificat Trojanam, quæ Teucria à Teucro olim, & Dardania à Dardano rege, & Ilium dicebatur. Ovid.

Iam ſeges eſt, ubi Troja fuit.

Muros ejus Apollo & Neptunus fecisse dicuntur, unde Neptunia appellatur Troja à Virgilio libro 2 Finxerunt autem ideò Poetæ, ad extruendam Trojanorum urbem Deos ut Architectos acceſiſſe, ut indicarent, magnam rem publicam non tàm hominum odera & induſtria, quàm Numine divino conſtitui. Et quia perfidioſi & perjuri pœnas nunquam effugiunt, ſcripſerunt eosdem Deos ob neglectam fidem, & jurisjurandi religionem maximam Trojanis cladem attuliſſe. Vide etiam ſuprà in dictione Paris.

Tentantes ſive ſciſcitantes ad Trojam pervenerunt Græci. &c.

Proverbialis figura eſt, qua indicatur, tentando atque experiendo etiam ardua effici.

Græci ſic:

Ἐς τροίην πειρώμενοι (πυνθανόμενοι) ἦλθον ἀχαιοὶ,

Germani ita:

Es muß verſucht/gewaget ſeyn.

Item,

Mit fragen kömmt man auch durch die Lande.

Ita:

Fuimus Troes.

Proverbialiter uſurpatur, ubi actum planè cum aliquo eſſe oſtendimus.

POETICE.

Dardani muri.
Phrygij muri.
Troum humus.

Regna

Regna Trojana.
Altæ curia Trojæ.
Sigeja tellus.
Terra barbara.
Opes Phrygiæ.
Tellus Iliæ.
Mœnia Phœbi.
Solum Iliacum.
Sceptra potentia Trojæ.
Arces Aſiacæ.
Arces Iliacæ.
Neptunia / Bis perituræ / Priameja / Laomedõtea } mœnia Trojæ.
Iliaci muri. Ilium ſuperbum Inclyta Pergama. Pergama Trojæ. Alta Pergama, quæ Argolico bello ceciderunt.

Troja:

Antiqua, Perjura, Laomedontæa, Laomedontia, Neptunia, Alta, Proterva, Avara, Perfida, Phœbæa, Phrygia Miſera, Diruta, Dardana, Idæa

Hectorea, Apollinea, Spacioſa, Fatalis, ingens, Magna, Ardua Iliaca, Dura, Vetus, Formoſa. Ex imò everſa. Quæ multa tulit decennali bello. Cujus mœnia Neptuni manu fabricata. Quæ in ignes conſedit. Quam à culmine ſtravit inclementia Divûm. Malè perdita propter Paridis amorem. Docens, quàm latè vitioſa voluptas imperitet. Eruta â Danais. Quæ alto à culmine ruit. Quam Venus improba perdidit horrendo bello. Cui turpis fœmina cinerum cauſa fuit. Verſa in cineres. Quæ cinis jam, & flebile tantùm ſolum. Odioſa Graijs puellis. Quæ læta recipit equum gravidum militibus. Quæ conceſſit equum Danais completum intra muros, & arcem locari. Quam libido diruit. Quæ arſit Argolico rogo. Quæ diruta Danaûm flammas flagravit.

A Troja fit Tros, τρῶς, gentile. Virg. 1. Æneid & Trojanus, a, um, ut, Bellum Trojanum, quod paulò ante Davidis tempora fuit. Diruta enim eſt Troja ante conditam Romam annis CCC.

XXX. ut Orosius scripsit. Troicus item aliud adject. τρωικὸς, ut Troica fata. Ovid. Troica conjunx idem, & Troicus,a,um, rursus, aliud adject. trisyllab. ut, Trojus heros, Troja gaza, apud Virgil. lib.2. & Troja pubes apud eundem libr.7. Et Trojugena, ut Trojugena interpres Divûm, apud Virgil.lib.5.

Trojugenas bello claros,

id est, Trojanos apud Ennium. Troja præterea locus est in agro Laurente in quo Æneas primùm constitit. Postremò etiam Troja ludum equestrem significat puerilem, qui à Virgilio describitur libr. 6. Ein Turnier.

Trojaq; nunc pueri Trojanum dicitur agmen.

Meminit & Sueton. in Jul. Cæsar. & Mantuan.

Troilus, filius fuit Priami, impari cum Achille congressu interemtus. Meminit Virgil. libr. 1. & Horat. 2. carm. ode. 9.

Trossulum Thusciæ oppidum à quo Trossuli ejus incolæ, de quibus Plin. libr. 33. cap. 2.

Truentus, urbs & fluvius Picenorum, qui flu. scil. vulgò nunc Fronde vocatur. Hinc Truentinus, ut Truentinæ turres apud Sil. lib. 8.

Tryphiodorus, pen. long. τρυφιόδωρος, Ægyptius fuit Grammaticus & poeta, de quo Suid.

Tryphon, onis, τρύφων, Grammaticus fuit Alexandrinus Augusti in p. tempore Origenis auditor, de quo idem Suid. & Hieronymus etiam.

Tuæsis, fœmin. τύαισις, Ptolemæo maris Britannici æstuarium est. Alius fluvius est Scotiam à Britannie disterminans, vulgò Thuede, ad quem situm est oppidum munitissimum regis Anglorum, Bervicia, Berwitz.

Tubero, pen. corrept. Romanus notissimus ex oratione Ciceroniana pro Ligario. Est etiam hoc nomine apud Indos fluvius. Pompon. Mel. libr.5. Plin. Tuberum vocat. lib.6.cap.23.

Tucca, Romanus vir doctissimus, qui cum Phocio jussu Augusti carmina Æneidos Virgilianæ emennavit, sed tamen hac lege, ut nihil adderet.

Tucris, vulgò Tudela, Hispaniæ urbs. Ptol. lib.2.cap.6.

Tudæ, τοῦδαι, Hispaniæ urbs hodiè Tyde in Gallicia, de qua Ptolem lib.2.cap.6.

Tudertum, Italiæ urbs, non longè à Spoleto.

Tuderobis, Ptol. libr.2.cap.2. Britanniæ fluvius.

Tugini, Galliæ in Helvetijs sunt populi. Strab. lib.4.

Tulgis, amnis exiguus Hispaniæ ad Terraconem Pomp. lib. 2.

Tuliphurdum, vide suprà, Göttingen.

Tulisurgium, vide suprà, Braunschweig.

Tullia, Servii Sexti Romanorum regis filia fuit, quam Tarquinius Superbus in uxorem duxit, qui, ut solus regno potiretur, socerum suum morti dedit. Scribunt sceleratam hanc mulierem eadem cum marito regnandi cupiditate æstuasse adeò, ut cum animadvertisset, patrem interemtum, confestim se vehiculo interfectori gratulatum ferri præceperit. Cum autem in itinere invento cadavere, equi cum auriga constitissent, erubescerentq; extinctum conculcare, nefaria mulier currum super faciem mortui patris duci mandavit. Unde Ovid. in Ibin.

Infamemq́, locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit, & inductis membra paterna rotis.

POETICE.
Tullia:

Impia, Violenta, Ferox, Scelesta. Quæ per membra cæsi parentis egit sævos currus. Quæ infandi sceleris pœnas dedit cum Tarquinio.

Tullius. M. Tullius Cicero, Vide supra Cicero. Est autem à Tullius Tullianus, a, um, ut Facundia Tulliana, pro summa.

Tullum, vide supra Doll.

Tullus Hostilius, tertius rex Romanorum bellicosus, Romulo etiam fortior. Unde pugnacem eum vocat Virgil. libr. 6. Ab hoc Tullianum, locus in carcere Romano appellatum fuit. Varrone autore.

POETICE.
Tullus:

Fortis, Animosus, Qui Rex sextus fuit Romana in urbe.

Tunetum, penult. corre. quod rectius tamen Tunes, etis, τύνης, vulgò Tunez, regis Libyci metropolis est, Das Königreich Thunis/ abest à Carthagine duodecim millia passuū. Hinc Tunisę9, ut rex Tunisæus, & Tunisæi vel Tunetæi τυναῖοι, incolæ.

Turarius, vicus Romæ, in quo signum Vertumni est.

Turcæ, populi in Sarmatia Asiatica, Ecclesiæ Dei & Christi hostes crudelissimi, qui latissimè hodiè imperant, cum obscura quondam & contemta gens fuerit. Significat autem Turca vastatorem, einen verherer/verwüster. Hinc Turcicus, a, um, ut Turcicus Imperator, Turcicum regnum, quod cœpit anno Christi 623.

Turcita regio Türckey. Vide plura in 3. parte : Türcken.

Turde Ptolem. lib. 3. cap. 1. urbs Vilumbrorum in Italia. Silio Tudea, hodiè Tuderium.

Turduli, pen.long, τȣδȣ̃λοι, Galliæ Bœticæ sunt populi, quos & Turdetanos Ptolemæus vocat & Stephanus, cui Turdetania Gallia Boetica est.

Turia, vide Duria.

Turiasso Hispaniæ, urbs Ptol. lib. 2. cap. 6. vulgò Tyriassona.

Turnus, τȣ́ρνος, Dauni & Veniliæ filius, Italiæ dux ab Ænea interfectus, cujus meminit Livius lib 1 decad. 1. in initio his verbis: Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum sibi advenam ægrè patiens, simul Æneæ Latinoq; bello intulerat. &c. Meminit & Virg. lib. 7. 8. 9. 10. & 12. & Tibul lib. 2.

POETICE.

Daunius heros.

Turnus:

Rutulus, Audax, Sævus, Alacer Bellator, Acer, Implacabilis, Ausonius Barbarus, Ferox. Præstanti corpore. Supereminens omnes. Tumidus secundo Marte. Pulcerrimus ante alios omnes Avis atavisq; potens. Bigis albis vectus. Cujus vita mœsta fugit infernas sub umbras. Quem æneas vita spoliavit & armis. Qui Occidit divinis armis. Qui pro Laviana cum Phrygibus prælia inijt, Qui pacta pro conjuge sævijt. Cujus horrenda cæde. cruentus fuit Æneas.

Turones, um Galliæ Lugdunensis populi ad Ligerim amnem Plin. lib. 4. cap 5. Turones vulgò Tours Munster. Hinc Turonensis.

Turpio Ambivius Comœdiarum actor. Terentij temporibus.

Turris Bissonis, quæ turris Lybysonis Plinio dicitur, Sardiniæ urbs est, Ptol. lib. 3 cap. 3, hodie Sardos.

Turulis, Ptol. lib. 2. cap. 6. Tarraconensis Hispaniæ fluvius Claudian. & Hermolao apud Plin. Turia vulgò est. Pomponio Duria corrupte dicitur. Vide Duria.

Turruptiana, urbs Tarraconensis Hispaniæ Ptol lib. 2 cap. 1 Tuitana hodiè, vulgò Tuy.

Tuscia, æ. vulgò Toscana, Italiæ regio ex qua Tyberis oritur, à Tusculo Herculis filio sic dicta, aliàs etiam Hetruria & Tyrrhenia, τυῤῥηνίας à Tyrrheno rege appellata, urbes celeberrimas habet Florentiam, Pisas: Lucam & Senas. Hinc Tu-

scu

scus,a,um,Hetruscus, a,um. quod ex Thuscia est, ut Tyberis Tuscus, amnis Thuscus apud Virgil. & Ovid. Tuscus vicus Romæ fuit, in quo habitârunt Tusci â Porsenna ex obsidione relicta, apud Horat.lib.2. Serm. Satyr 3. Sic Tusca lilia, & Tusci, τύῤῥηνοι, incolæ.

Tusculum τύσκλανον, vel τῦσκλον, oppidum in Latio vel Italie,non procul à Roma, Ciceronis olim villa celebratum, conditum â Telegono Ulyssis & Circes filio. Sunt hinc Tusculani incolæ & Tusculanus, a,um,ut Tusculanus ager Tusculanum prædium, quod & Tusculanum absolutè dixit Cicero, **Ein Vorwerg oder Meyerhoff des Ciceronis.** Tusculanensis & Tusculus, alia adjectiva.

POETICE.

Telegoni mœnia. Mœnia celsa facta Teligoni manu.

Tuscus,vide paulò antè in Tuscia.

Tyana.pen.br. τύανα, Cappadociæ urbs, unde Tyanæus, a,um,ut Appollonius Tyanæus, Philosophus insignis ex Tyana oriundus, & Tyanensis,ut,Tyanensis prætura. Tyanejus item apud Ovid.lib.8.

Ostendit adhuc Tyaneus illic Incola,de gemino vicinos corpore truncos.

Tyberis.Italiæ fluvius, qui ex Apennino monte oriens per Romam fluit.Initio quidem exiguus est, sed postea 52. amnibus augetur, sic dictus à Tyberino Albanorum rege in eo submerso, de quo Ovid. lib.2. fastor & lib.12. Metam.Meminit & Virgilius hujus fluvij lib.8. Livius item.lib. 1. decad. 1. his verbis: Pax ita convenerat, ut Hetruscis, Latinisq; fluvius Albula, quem nunc Tyberim vocant,finis esset. Vide plura in prima parte: **Tyber.** Hinc Tyberinus,ut, insula Tyberina, de qua Livius lib.2. ab urb. Tybrinus, per Syncopen apud Claud. Tyberinis, Tyberis fluminis Deus apud Virgil.lib. 8.

Huic Deus ipse loci,&c.

Tyberinis,idis pen.bre. patronymic. ut Tyberinides Nymphæa apud Ovid.lia. 2, Fastor & Transtyberinus ambulator apud Marti. li.1.

Tyberius,vide suprà Tiberius.

Tybur. pri.long. sive Tyburtum vel potius Tybur, uris, gen.neutr. ἁ τύβυρις, vel ἄβυρρ, vel τίβυρρ, Italiæ urbs non procul à Roma, à Tyburtio conditore sic dicta, vulgus Italorum hodiè vocat Tyboli. Horat.lib. 1. carm.od. 18.

Mite solum Tyburis dicit.

POETICE.

Mœnia, quæ Argolicæ manus posuére.

Tybur:

Amœnum, Gelidum, Hybernum. Fertile, Pomosum, Supinum, Humidum, Pronum, Herculeum, Semper udum. Hinc Tyburs, urtis, generis omnis, vel Tyburtis, Tyburte, quod ex Tybure est, vel ad Tybur pertinet, ut regio Tyburs apud Sueton. & Villam in Tyburte habes apud Ciceron. Horat. lib. 2. Sermon.

Picenis cedunt pomis Tyburtia succo.

Tyburtinus, τιβυρτῆνος, & Tyburtius adject. alia, ut Tiburtia mœnia apud Virgil. lib. 7.

Tycha, τύχη, nympha Oceani & Tethyos filia Hesiod.

Tydeus, dyssyllab. Tydei in genit, τυδεὺς, filius fuit Oenei regis Calydoniæ & Eurybeæ vel ut alij volunt, Altheæ, qui ubi Menalippum fratrem imprudens in venatione occidisset, relicta patria confugit ad Adrastum regem Argivorum, cujus filiam Argiam in uxorem duxit. Missus demum à Polynice legatus ad Etheoclē regem Thebanum, cum arroganter satis locutus esset, Stomachum movit ipsi Etheocli, adeò, ut missi sint ad opportunum, quo Tydeus transitus erat, locum quinquaginta juvenes cum duobus ducibus, qui insidijs Tydeum opprimerent, quos tamen omnes Tydeus interfecit, excepto tantum uno Mœone scil. quem tanti facinoris tristem volebat relinqui nuncium. Profectus tandem cum reliquis Græciæ principibus ad bellum Thebanum, post res multas præclarè gestas ibi occubuit à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus. Vide de eo Servium in illud Virg. li. 6. Hic illi occurrit Tydeus, &c. & Homer. lib. 4. iliad. Ubi robori ejus nullius pares fuisse vires testatur.

POETICE.

Calidonius heros.

Acheloius heros.

Tydeus:

Egregius, Oenides, Oeneius Ætolius, Fulmineus, Turbidus, Cruentus, Magnanimus, Gentis patriæ agmina ciens. Multo robore præstans. Calidone fugatus.

Tydides, æ, pe. long. τυδείδης, hoc nomine dictus est Diomedes, ideò quòd Tidei filius fuerit. Est enim patronymicum. Fuit autem Tydides bellator insignis patre (ut Horatius testatur) melior, qui præter alias res præclarè gestas, Venerem in dextra, & Martē sub utero percussit,

cussit, de quo fusius Homer. lib. Iliad. 5. & Virgil. lib. 1 Danaûm gentis fortissimũ Tydidem vocat.

Tymbræus, hoc nomine Apollo dicitur, à loco Trojæ vicino pleno tymbra, in quo ejus & nemus & templum est, ubi à Paride Achilles ex insidijs interfectus est, unde & Apollinis manu vulnera tum ipsum fingunt. Est autem (ut & hoc addamus) Tymbra herba eadem, quæ Cunila & Satureia dicitur, Künel/Satarey.

Tymætes, æ, Τιμοίτης, pri. brev. seu potius Thymetes Θυμοίτης, Homero, Priami filius, quem Trojæ eversorem fore Helenus prædixerat, quemadmodum ex Euphorione Servius retulit. Meminit Virg. lib. 2.

Tymphæi, τυμφαῖοι, Ætoliæ populi, Plin. libr. 4. cap. 2. Strab. lib. 7.

Tyndarus, τύνδαρος, pen. brev. rex fuit Oebaliæ, pater Castoris, Pollucis & Helenæ quanquam ex Jove & Leda Helenam natam Servius contendit. Scribitur aliquandò & Tyndareus quatuor syllab. ut apud Ovid. in epistolis.

Nam tibi Tyndareus vita gravis autor & annis,
Tradidit, &c.

Hinc Tyndaridæ, τυνδαρίδαι, Helenæ fratres, Castor & Pollux dicuntur inter sidera relati, de quibus suo loco: & Tyndaris, idis, τυνδαρὶς Helena, & Tyndareus adject. ut puer Tyndareus, Castor & Pollux.

Typhis, vide Tiphys.

Typhœus, trib. syllab. penult. prod. τυφωεὺς, Tiphœi vel Typhœos, penul. bre. qui & Typhon, τύφων dicitur, gigas fuit Terræ, & Titani filius, quem Jupiter ad certamen de regno ab ipso provocatus fulmine percussit, & sub Insulam Inarimen detrusit, quemadmodum Virgil. libr. 9. & Lucan. libr 5. scribunt: Ovid. verò libr. 5. Metam. sub Siciliam sepultum refert. Intelliguntur autem per Typhoea ardentes halitus, qui in Ætna & alijs Siciliæ montibus incendij causam præbent. Dictus enim est Typhoeus, à τύφομαι, quod est fumo. Hinc Typhoeus, quatuor syllab. adject. Virg. lib. 1.

Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.

Typhoicus, idem, Typhon. Ventus etiam dicitur violentus fulgur, & figura nubium metuenda. Vorticem vertit Plinius τυφῶν, ῶνος Lucan. lib. 7.

Et trabibus mixtis avidos Typhonas aquarum
Detulit, &c.

POETICE.

Typhœos:

Terrigena, Tetricus, Sævus, Arduus, Gentimanus, Vastus, Rapidus, Discors, Anguipes, Terribilis, Immanis. Quem Jupiter dejecit igne. Cui durum cubile. Qui brachia centum armavit totidem montibus. Ferens alatos ungues. Quem irata tellus parens quondam dedit Jove neglecto. Qui enorme latus versat sub Inarime, & jaculatur altè flammas multo cum flumine. Emissus ima de sede terræ. Qui cœlitibus metum fecit. Ausus sperare æthereas sedes. Flammas vomens fero ore.

Typhon, τύφων, idem qui Typhoeus: de quo jam diximus. Fuit præterea & alius Typhon. Osiridis Ægypti regis frater, de quo vide supra in dictione Osiris,

Tyra, Plin. lib. 4. c. 12. fluvius Istro vicinus Mæsiæ partem perlabitur. Ptol. lib. 3. cap. 10. & Amiano Tyras urbs sic dicta.

Tyrambe, τυράμβη, Ptol. lib. 5. urbs Sarmatiæ in Asia Trapano hodiè.

Tyrannio, τυραννίων, Amisenus fuit Grammaticus dictus prius Theophrastus tribus millib. librorum dives. Emicuit Pompeij Magni & Ciceronis tempore. Tyrannio alius, ejus discipulus dictus antea Diocl[es] Romæ ludum aperuit. Cic[ero] ad Q. fratrem: Tyrann[io] docet, epud me. vide de utr[o]que Suid.

Tyrannus, τύραννος, Sophist[a] fuit, de quo Suid.

Tyras, τύρας. Herodoto lib. 4. Scythiæ fluvius, secundu[s] post Istrum.

Tyresias, vide supra, Tiresias.

Tyridates, τυριδάτης, vel pot[i]us Tiridates, rex fuit Arme[]niæ magus, Neronis tempo[]ribus, cujus aliquoties Plin[i]us meminit & Suetonius i[n] Nerone.

Tyrins, tis, τύρινς, vel Tiryns vel Tyrinthia, vel Tirynthia, (utraq; enim literatura scriptum repetitur) Argi urbs proxima fuit, patria Herculis, qui Tyrinthius dictus est. Ut Tyrinthius hero apud Syl.

Tyrius, teste Homero, urbs it[em] Peloponneso mœnibus insignis. Est & Tyrius adject. de quo vide in Tyrus.

Tyro, pri. lon. fuit virguncul[a] Thessalia, Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit. Propert. lib. 7.

Vobiscum est Iope, vobiscum
est candida Tyras.

POETICE.

Pegasæa puella.

Tyro:

Candida, Salmonis, Carmine

mine conspicua. Pulcerrima nympha. Quæ Creta fuit Salmoneio rege, Laudatissima forma.

Fuit & alius hoc nomine Ciceronis libertus, & adjutor in literis ac studijs, ad quem ejus extant epistolæ inter familiares, Tyronianus adject. apud Gell. lib. 1. Oratio Ciceronis Tyroniana cura atque disciplina facta. Scribitur & Tiro per jota.

Tyrrheni, τυῤῥηνοὶ, Italiæ populi, à Tytrheno Ætis filio, cum quo ex Lydia profecti sunt, dicti. Vide suprà Lydia. Aliâs Thusci dicuntur & Tyrrhenia, τυῤῥηνία, i. e. Thuscia. & Tyrrhenus, a, um, id est, Thuscus, ut, Tyrrhenæ aræ apud Virgil. lib. 7. & Tyrrhena regna apud eundem lib. 8.

Tyrus, prim. brev. τύρος, urbs vetus & nobilis in Phœnicia ad mare sita, olim insula, in qua amplissima fuit negotiatio, alto mari quondam septingentis passibus à continenti divisa fuit. Alexander vero primus Graciæ Monarcha aggere quodam continenti junxit eamque post oppugnationem sex mensium delevit. Quod excidium ab Ezechiele, Esaia, & alijs prophetis multò antè prædictum fuit. Prius vocabatur Sarra à Sear, quo nomine piscem Syri dicunt. Conchylijs enim, quæ ibi capiebantur, & quorum liquore vestes tingebantur, nobilis fuit. Unde & Syrium ostrum, purpura tyria, Item Sarranum ostrum dicitur. Fuit autem ostrum ille liquor: quo lanæ & vestes tinctæ sunt. Ebraicè צר afflixit, tribulavit. Græcè τύρος, id est, Caseus, ut à re pecuaria florente nomen Tyrus acceperit. Fxtructa autem hæc urbs est ante natum Christum 1786. teste Achille Prim. in Chronicis. Originem etiam conditæ Tyri recitat Justin. lib. 18. histor. Vide & Plin. lib. 5. cap. 19. Diodor. lib 17. & Quint. Curtium lib. 4. de rebus gestis Alex. A Sidone remota fuit ducentorum stadiorum intervallo. Frequens ejus fit mentio in sacris. Hinc Tyius, a, um, adject. ut, Tyrij colores, amictus Tyriæ vestes, id est, purpureæ apud Ovid. Tyrij coloni apud Virg. lib. 1. & Tyrij absolutè dicuntur populi, quibus navis inventionem tribuit Tibullus eleg. 7. ubi inquit.

Utque maris vastum prospectet turribus æquor.

Prima ratem ventis credere docta Tyros,

Atque (inquit Polydorus Virg.

Virgilij libr. 3. capit. 15.) ob hoc, ut puto, quod Tyrij teste Strabone libr. 16. diu navigandi arte excelluerunt. Dicuntur autem Tyrij etiam Carthaginenses, quoniam è Tyro venientes cum Dydone Carthaginem ædificârunt. Tyrij etiam Thebani dicuntur, eo quod Cadmus Thebarum conditor ex Phœnicia oriundus fuerit. Statius lib. 4. Thebaid.

Aonius vates, Tyriæ dux inclyte Thebes.

Hinc & Tyrianthinus, Τυριάνθινος, color ex Tyrio, id est, purpureo, & janthino, hoc est, violaceo mixtus, **Purpur vnd Stolfarbe**/ apud Plinium & Martial. lib. 1.

Vrbica Lingovicus tyrianthina bardocucullus.

POETICE.

Tyrus:

Preciosa, Luxuriosa, Pulcra, Instabilis, Phœnissa, Antiqua, Docta, Cadmæa, Opulenta, Herculea, Preciosa rubenti succo. Tingens vestes murice. Dans purpureas vestes. Mergens tepidis ahenis vestes. Fluctibus ambita. Utens arcto.

Tyrrhenia, æ, Τυῤῥηνία, Tuscia est Italiæ regio, à Tyrrheno Atys filio. Hinc Tyrrheni, Hetrusci, & Tusci, de quibus paulò antè, & Tyrrhenus adject. τυῤῥηνὸς, ἡ, Gens Tyrrhena, Æquor Tyrrhenum apud Virgil. τυῤῥηνὴ θάλασσα, quod aliis mare inferum, vel Tuscum, Tusciam enim alluit. Tyrrhenum autem dictum à Tyrrhenis nautis, qui se in eo præcipitârunt. Vide Servi. in 1. Æneid.

Tyrrhus, i, Τύῤῥος, pastor, apud quem Lavinia peperit. Inde Tyrrhidæ, Tyrrhi filij. Virgil. lib. 7.

Cervus erat forma præstanti, &c.

Tyrtæus, Τυρταῖος, poeta Græcus fuit, quem Plato in libro de legibus bonum & sapientem dicit. Meminerunt ejus & Stobæ. Plutar. libr. de ipsius laude & Pollux, lib. 4. cap. 15.

Tyrus, Plin. libr. 5. cap. 20 oppidum juxta Libanum montem.

Tyttygias, τυττυγίας, latronis & plagiarij in Arcadia nomen, qui res alienas, quas furatus erat, venditabat, eoque quæstu magnam pecuniæ vim collegit. Vide Zenodot. apud Erasmum in Chiliad.

V.

Vacca, Plin. lib. 4. cap. 21. Lusitaniæ in Hispania fluvius. Vaccæi, οὐακκαῖοι, Ptolem. Plin. lib. 4. cap. 20. pupuli citeriori

rioris Hispaniæ.

Vacorium, οὐακόριον, hodie Villacum, Norici urbs, *Ptolem.* lib. 3. c. 14. Germanicè **Villach**.

Vacuna, pen. long. Dea præses otiosus & vacantib. cui agricolæ collectis jam frugibus Vacantes sacrificare olim sunt soliti. Unde Ovid. lib. 6. Fastor.

Jam quoq; cum fiant antiquæ sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stantq; sedentq; focos.

Vageni, pri. brev. populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20.

Valasca, regina fuit Bohemorum, quæ facta cum cæteris mulieribus conjuratione de excutiendo virorum principatu, copiarum ductrix bellum movit, virisq; interemtis omnes in libertatem fœminas asseruit, ita ut instar Amazonum multos annos sine viris imperârint. Vide Volaterran. in Geographia.

Valentia, οὐαλεντία, urbs citerioris Hispaniæ, de qua Plin. lib. 3. cap. 3. vulgò Valentia. Est & Valentia urbs Allobrogum juxta Viennam ad Rhodanum, de qua Plin. li. 3. cap. 4.

Valeria, οὐαλερία, Hispaniæ oppidum, Plin. libr. 3. cap. 3. Hinc Valerienses populi.

Valerius, Οὐαλέριος, Valerij multi fuerunt, dicti prius Valerij ut Quintilianus monet. Valerius Publicola consul, qui legem tulit, ne cui magistratui liceret corpus Romani civis indicta causa condemnare, liceretque damnatis ad populum provocare. Vide Pomponij legem Valeriam. Vide & Plutar. M. Valerius Publicolæ frater, unà cum Posthumo Tuberto consulatum gessit. Valerius Corvinus Tribunus militum & sexies consul, de quo Cælius & Valerius, & Liv. libr. 7. Decad. 1. Valerius potitus cognomentò Maximus, res etiam præclaras gessit. Valerius Flaccus M. Catoni familiarissimus, de quo Plutarch. & Livius. Valerius Soranus poeta & philosophus eruditus, de quo Plutarch. & Cice. in libris de oratore. Valerius Flaccus poeta alius scripsit Argonautica, fuit Quintiliani tempore, quemadmodum ipse testatur. Valerius Maximus historicus, dicta & facta memorabilia ad Tiberium Augustum libris novem scripsit. Militavit sub sexto Pompeio, ut de se ipse testatur.

Vandalia, οὐανδαλία, regio Europæ septentrionalis, à Vandalo fluvio, qui regionem influit. A quo populi Vandali, immanes & ferocissimi. Quidam tamen à

Van-

Vandalo, ὀανδάλῳ, Tuiſconum regé dictos putant. Hinc Vandalicus, a, um, ut, Lingua Vandalica.

Vangiones, pen. brev. ὀαγγίονες, populi ſuperioris Germaniæ Rheni accolæ. Hodie VVormacienſes dicuntur. Die im Wurmbſter Biſtumb wonen. Sunt qui inter populos Galliæ Belgicæ Vangiones numerent. Luc. lib. 1. bell. Pharſal.

Et qui de laxis imitantur Sarmata bracchis,

Vangiones, &c.

Varduli, ὀάρδουλοι, ptol. *Pom.* Mel. lib. 2. populi Hiſpaniæ.

Varus, fluvius eſt Italiam à Narbonenſi provincia diſterminans Strab. lib. 4. Eſt & poetæ nomen Virgilio amiciſſimi, cujus mentio fit in Bucol. Eclog. 9.

Varro, βάῤῥων, poeta Romanus, qui inter peritiſſimos Satyræ ſcriptores refertur â Fabiano Quintiliano lib. 10. cap. 1. Fuit & alius hoc nomine, de quo in dictione Terentius.

Vaſcones, vide ſuprà, Gaſconier.

Vaſio, ὀασίων, *Ptole.* Galliæ Narbonenſis Vocontiorum oppidum, *Pomp.* Mel. lib. 2. in deſcript. Gall. Narbon.

Vaticanus, βατικανὸς, mons Romæ, non procul à Tyberi, à Vaticinijs ſic dictus,

quod ex vatum reſponſo p
titus eo aliquādo fuerit p-
pulus Romanus. Vide Ge
lib. 16. cap. 17. Der Berg u
Rom darauff S. Peter
Kirche ſtehet. Eſt & V-
ticanus ager, & camp
Vaticanus item Deus pe
quem initia fuerunt hum
nſi vocis, Auguſtinus Va
giſtanum dixit à Vagi
Prima hujus nominis ſyl
ba eſt longa, ſecunda co
munis, tertia rurſus long
Iuvenal. Satyr. 6. Horat.
Carm. od. 20.

Vatinius, hoſtis Ciceronis f
it impudentiſſimus, de q
Seneca: Vatinius, inqu
aſſiduo convitio depudere
didicerat. Tantum autem
apud populum Romanum
invectivis in eum Cicer
nis conciliatum fuit odiu
ut: *Odium Vatinianum*, p
capitali ac vehementer ace
bo, in proverb. abierit.

Vaunia, urbs Italiæ, vicina
Venetiæ, Ptol. lib. 3. cap.
vulgo Lavino.

Vbij, inter Galliæ Belgicæ p
pulos ad Rhenum Coloni
Agrippinenſi finitimi p
nuntur, Die im Cölner B
ſthumb. Plin.

Vcalegon, οὐκαλέγων, Troja
nus nobilis fuit & pruden
qui cum Antenore a bell
propter ſenectutem abſt
nuit, portas interim obſe
vans. Vide Homer. Iliad. γ

Ind

Inde ut scribit Servius. Virg. 2. Æn. Domini nomen figuratè pro ipsis ædibus posuit, dum ait:

am proximus ardet Vcalegon.

cia, οὐκία, Ptole. Vria Plin. Hispaniæ urbs est Auriensis aliàs dicta.

ectis, vide suprà, Wyht.

ectones, pen. prod. οὐέκτωνες. Hispaniæ populi Celtiberis vicini. Plin. & Luc. lib. 4.

Vectonesq́; leves, &c.

edra, vide suprà, Were.

egeti, populi Asiæ, Cappadocib. Comagenis & Armenijs vicini. Pomp. Mel. lib. 1

egetius, autor scripsit de re militari lib. 5. ad Valentinianum Imperatorem.

eij, orum, Veios, βεῖοι, Heturię quondam urbs potens fuit, quam, ubi multa maximaq; cum Romanis bella gessisset, Camillus tandem cepit, Luc. lib. 5. Hinc Veiens, entis, Veientes, Veiorū incolæ. Cicer. de divinatione & adjectivè apud eundem ibidem, ut, Veienti bello, & Ager Veiens pro Rosc. Veientanus adject. aliud, ut Veientana gemma Plin. Veientanum vinum. Horat. Dicuntur autem Veij etjam Italiæ populi,

Velauni inter Alpinas gentes referuntur, Plin. lib. 3. cap. 20.

Velia, æ, βελία, Stephano, oppidum Lucaniæ, ut ait Ptolemæus, hanc vocat Plin. Heliam. Strabo Hyelam. Nomen invenit, ἀπὸ τοῦ ἕλεος id est, palude, qua cingitur, ubi aspiratio in Latino voce vertitur in V, vocalem. Gell. lib. 10. c. 16. Hinc Velinus. Virg. lib. 6.

Injice, namq́; potes, portusq́; require Velinos.

Est & Velina lacus in Calabria.

Veliates, Liguriæ Cisalpini populi, Plin. lib. 3. cap. 5.

Velina, regio in urbe Romana Palatino conjuncta monti, in qua Valerij publicolæ, & victoriæ Deorumq; Penatium ædes erant. Inde dicta, quod pastores Palatini lanam ibi vellere consueverint. Unde Velinus lacus. Plin. lib. 33. capit. 2. Interdum Vellina geminato l. scribitur.

Velitræ, arum. pri. pr. βελίτραι, urbs Volscorum insignis, ovibus abundavit, unde oviferæ, à Mantuano dicitur. Hinc Veliterni incolæ, & ager Veliternus, Ex velitris gentem Octaviam originē habuisse testatur Suetonius in Augusto.

Vellocasses, populi Galliæ Lugdunensis, Plin. lib. 4. cap. 18.

Venafrum, pri. brev. οὐέναφρον, Campaniæ urbs oleis abundans, Plin. lib. 3. cap. 5.

POETICE

Venafrum:

Viride, Palladium, Campanum, vinctum.

Veneris portus, oppidum Galliæ est inter Pyrenæi promontoria quod Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Strabo Veneris templum Ptolem. appellat. vadian. in Melam.

Veneti, ἐνετοί, pen. brev. Vinitiani, Galliæ Lugdunensis populi, Trojana stirpe orti, quorum regio venetia dicitur.

Venetiæ, ἐνετίαι, civitas celebris in mari Adriatico condita 454. anno à Christo nato. Venetus, a, um, pen. brev. quod è Venetijs est, ut, Veneti cives, Lucan. libro 4.

Sic Veneti stagnante Pado.

Venetus lacus, Der Celler See. Sic Veneta urbs, Stroz.

Est & civitas maritima Galliæ hoc nomine, de qua Cæs. Gallicè Vannes en Bretaigne.

Venilia, nympha, uxor Fauni fuit, & soror Amatæ Litini regis conjugis, mater Turni. Virg. lib. 10.

Cui diva Venilia mater.

Venonius, historicus fuit, de quo Cicer. lib. 1. de legibus.

Venulus, apud Virg. lib. 8. legatus Turni ad Diomedem.

Venus, amorum, luxuriæ & libidinum fautrix atq; magistra, Eas enim prima & ad invenit & edocuit. Idcir in Deorum numerum rel ta, & mater geminorum C pidinum dicitur, de qua Mantuanus:

Mater adulterij Venus est fl
priq; repertrix:
Quin & luxuriæ nutrix,
mater amorum, &c.

Nata dicitur ex spuma m ris, id quare fingatur, sup ostensum est in dictione S turnus. Reddidit etiam r tionem Sambuccus in Em blem.

Sunt bilis atræ flamin
Quæ nos cient Venerem, se
in brevissimam.
Sic bulla gignit Cypridem
Brevis est enim cupidinis
vitas.
Vel Salsa, quod Salatia.
Vel quod venustum ac elegan
Salsum vocat.

Varia porrò Venus habe nomina, à locis videlicet in quibus præcipuè coleba tur, ut, Ericina, Acidalia Cytherea, &c. de quibus su loco. Observandum iten Veneri Rosam dicatam ess & myrtum. His enim her bis odoratis exornati debe conjugium, ac torus Geni alis, in quo, excluso tumul tu ac dissidio, omnia dece esse placida, quieta, sedata & si quid incideret, silenti

invo

involuendum. Ob id Cupido Veneris filius Rosam Harpocrati silentij Deo, qui digito labellum compescit, consecratam esse voluit. eoq; munere illum decoravit, quo exhiberetur hominibus loquacibus Rosa, velut silentij symbolū. Atq; hinc graphici isti versus.

Est Rosa flos Veneris, cuius quo furta laterent,
Harpocrati matris dona dicavit Amor,
Inde Rosam mensis hospes suspendit amicis,
Convivæ ut sub ea dicta tacenda sciant.

Hinc Germani etiam: **Diß sey vnter der Rose geredt.** Id est, nemo hæc effutiat. Sacrum porrò eidem Veneri est & malum, sive pomum quod amoris hoc sit symbolum, unde Virgil. Eclog. 3.

Mala me Galatea petit lasciva puella, Et fugit ad salices & se cupit antè videri.

Colligit enim Dametas, se à Galatea amari ab hoc signo, quòd malo se petierit. Sacræ præterea eidem sunt etiam palumbes, propter fœcunditatem menstruam. Denique & proverbium habetur ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν, id est: *Veneri suem immolavit*, dici solitum, ubi quis munus offert minimè gratum, Veneri enim sus invisus est, propter Adonidem illius amasium apri dente occisum. Aut contra cum quis alium in alterius gratiam lædit. Observetur & hoc, interdum Venerem pro libidine poni, ut Terentius in Eunucho:

Sine Cerere & Baccho friget Venus,

Wenn man nicht gessen vnd getruncken hat/so ist die lust geringe. Interdum pro gratia & Venustate etjam ponitur, **Gunst vnnd Lieblichkeit.** Quintil. lib. 6. Quod cum gratia quadam & Venere dicitur. Vide plura apud Polydor. Virgil. lib. 3. cap. 17. Vide etiam plura in 1. parte: **Göttin der Liebe/ der Bulerey.** Hinc Venereus, ut:

Venereum jusjurandum, id est, amatorium proverbialiter dicitur. Ita Venerea voluptas & venerius, ut veneria sacerdos, & venustus à Venere dictum est, **Höflich/lieblich.** Venustulus diminut. Venustè adverb. Venustas substant. **Liebligkeit/Höfligkeit.** Venusto, are, verb. **Zieren.** Invenustus, Illepidus, Invenustè, de invenusto & deformi.

Venusia, vel Venusium, oppidum Apuliæ, Horatij poetæ patria, qui Venusinus inde dicitur. Horat. 2. sermo. Satyr. 1.

Nam Venusinus arat finem
sub utrumq; colonus.

POETICE.

Venusia { celebris. / gaudens Horatio / suo.

Vercellæ, vide suprà, Wertzel.

Vergiliæ, plu. πλειάδες, כִּימָה, septem sunt stellæ, in signo tauri, quorum exortu æstas occasu verò hyems significatur, aliàs Pleiades dictæ. Vide suprà Atlantides, & Pleias, & in prima parte: **Siebenstetne.**

Vergilius, antep. br. Βεργίλιος vel, ut aliqui malunt, Virgil. præstantissimus poeta apud Latinos, quemadmodũ Homerus apud Græcos, natus est Mantuæ in vico, qui Andes dicitur, idibus Octobris Cn. Pompeio. & M. Crasso consulibus ante Christum 67. Cicerone agente ætatis suæ annum 37. A modestia & verecundis moribus vocatus est Partheneias. Adolescens diversis in locis literis incubuit, ut Mantuæ, Cremonæ, Neapoli, Romam venit occasione amissorum in bello civili agrorũ, quos solus ipse, cùm cæterorum inter milites fundi distributi essent, ab Augusto accepit, Mecœnatis & Pollionis, quibus carissimus fuit, adjutus patrocinio. Scripsit Bucolica Pollione ipsum invitante, atq; emendavit triennio, in quibus imitatus Theocritum. Georgica solvit annis septem in q bus imitatus est Hesiodu atq; id ipsi argumentum cœnas proposuit. Æne deniq; in qua Partheniu Pisandrum, Apolloni Rhodium, sed Homerũ p cipuè imitatus est, ab Au sto rogatus scripsit, quid annis undecim, sed inem datam reliquit, ac morie comburi jussit, sed volu tati ejus resistens August Tuccæ & Varo emendati nem ejus commisit, hac t men conditione, ne qu adderetur. Scripsit & a quædam, quæ in fine ope ejus habentur. Amicos fi habuit Asinium Pollionem Cor. Gallum, Quintilianu Varum, Horatium & M cœnatem. Eidem in theat recitanti universus popul assurrexit ac Augusto. Ip etiam Augusto Cæsari car fuit, usque adeo, ut poem ta ejus non minus voluer conservari, quàm ipsas l ges. Observetur etiam int cætera festivum illud gratum de Batyllo poeta. Cum enim Virgilius dist chon illud:

(*Nocte pluit tota redeunt spe-*
ctacula manè,
Divisum imperium cum Io-
ve Cæsar habet.

In Augusti laudem fecisset, idq; valvis Augusti sine autoris nomine affixisset, diu quæritans Augustus, cujusnam hi versus essent, eorum autorem non inveniebat. Batyllus vero quidam poeta mediocris, tacentibus aliis, sibi arrogavit: quamobrem donatus honoratusq; à Cæsare fuit: quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdem valvis affixit quater hoc principium: (Sic vos non vobis:) postulabat Augustus, ut hi versus complerentur: quod cùm frustrà aliqui conati essent. Virgilius præposito hoc disticho sic absolvit:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores,
Sic vos non vobis nidificatis aves;
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Quo cognito Batyllus aliquandiu Romæ fabula fuit, Maro autem clarior & illustrior. Mortuus est Brundusij X. Calendar. Septembr. morbo ex Solis æstu contracto in reditu ex Græcia cum Augusto, anno ætatis suæ 52. Vide vitam ejus scriptam à Petro Crinito lib. 3. de poetis Latinis. De versibus Virgilij judicium Phavorini. Vide apud Gellium lib. 17. c. 10. Vide eundem Gellium lib. 2. c. 3. lib. 9. cap. 9. Item judicium Senecæ de eodem lib. 12. c. 2. Quintil. item lib. 10. & Macrob. qui divinum ipsum vocat virum, ubi inquit: Hæc est divini illius viri gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur. Hinc Virgilianus, a, um, ut Quintil. Habendũ in animo semper Virgilianum illud:

A teneris assuescere multum est.

POETICE.

Andinus senex.
Andinus vates.
Andæus heros.
Latialis Homerus.
Romuleus vates.
Sapiens Æneidos autor.
Summus vates Æneidos.

Virgilius.

Æternus, Perpetuus. Qui æneia carmina sonat per Ausonias gentes, qui pulsat olympum nomine, & provocat ore Mæonium senem. Qui suscitat arma Æneæ Troiani. Quem regia stipendia magniloquum fecere vatem. Qui Ascræo carmine cecinit rurales cult9. Quem Thebana Mantua tulit felici

 partu,

partu. Cujus partu Mantua est felix. Gloria præponentis Mantuæ. Qui juvenis Jusit Amarillidis ignes bucolicis modis. Cujus versus legentur, dum Roma triumphati orbis caput erit. Egregius ille poetarum & vitæ magister. Vocem animumq; similis Deo. Qui unus longè superavit ingenio præstanti & arte divinos Achivæ gentis vates. Qui Tityron, segetes, arma, & virum cecinit. Quem Mantua genuit, Parthenope sepelijt. Qui versibus edit pascua, cultus ruris, & arma Phrygis viri. Qui canit pecudes, rura & prælia. Qui inextinctum nomen meruit canendo carminibus pecudes, rus & bella. Qui armat versibus sylvas, agros & prælia. Qui dulci carmine Pana, segetes, & fera bella sive pugnas canit. Quem vel solus Apollo æquat plectris suis. Habens vivida nomina perpetuæ laudis. Æquans carmine niveos cygnos. Quem Mincius genuit. Quem Augustus pro magno carmine affecit magno precio miratus genium & artem. Qui cantu omnes vates in certamina vocat, Quo canente Roma suspensa audivit. Latinos duces, ferocem Turnum & Æneam cruentum horrenda Turni cæde.

Maro pri. bre.
Immensus, Sacer, Facun
Altisonans, Altisonus, I
dus, Andinus, Fatidi
Doctus, Grandiloquus, I
nus. Grandisonus, Mag
Sonorus, Altiloquus, C
lius, Mincigena, Doctilo
Clarus Palladis arte. C
Musa ebria fuit Pegasei
quis. Acceptus Musis in
nio pariter & arte. Qu
ingenij doctrinã, & artẽ
minis meruit nomina cl
Ingenio pollens & arte.

Veromandui, orum, po
Galliæ Belgicæ, de qui
Plin. & Cæsar, Helvet
esse hodiè Althamerus c
set.

Verona, vide suprà, **Dietric Bern.**

Verres, is, Romanus, qui ap
Siculos prætura functus
bidinosè, & avarè, ab ijsd
repetundarum postulat
est, accusante ipsum Ci
rone. Cujus in eum orati
nes extant 7. Quæ Verri
dicuntur. Verrea, orum, pl
ral. festa à Verre institut
Cic. 4. Verr.

Vertobrige, Plin. libr. 3. cap.
Hispaniæ Bœticæ oppidu
est.

Vertumnus, Deus in alias atq
alias sese convertens forma
apud Poetas, quem Romæ o
lim coluerunt. Hinc.

Vertumno inconstantior.

proverbialiter dicitur d
homi

homine admodum inconstanti, qui modò in hanc modò in illam inclinat partem, **Von einem wanckelmütigen Menschen**. Dici autem Vertumnum volunt à vertendo, quod nimirum hic Deus in omnigenam sese vertat ac variet speciem, vel dicitur Vertumnus à versu mutatoque cursu fluminis Tyberini. Ovid. libr. 6. Fastor.

omen ab adverso cœperat amne Deus.

Metamorphosis Vertumni in aratorem, messorem, & alias hominum formas significat conversiones anni, quibus nunc aratores, nunc messores, nunc vindemiatores, nunc frondatores, munus suum exequuntur. Nam annus, ut apud Græcos ἐνιαυτὸς, ita apud Latinos vertumnus dicitur, à vertendo, quòd semper convertatur peracto cursu. Possunt & eædem metamorphoses transferri ad amoris inconstātiā. Animi n. amantium varijs subinde modis mutantur.

POETICE.

Vertumnus:

Varius, Alium atque alium sumens vultum. Deus aptus formas in omnes.

Velulani, Plin. libr. 3. cap. 5. Italiæ sunt populi Tusculanis & Veliterranis proximi.

Vescis, Ptol. οὐεσκὶς, urbs Hispaniæ, aliàs Vesca & Faventia. Plin. lib. 3. c. 1.

Vesevus, ὄρος τὸ οὐεσούϊον, penul. long. vel Vesuvius, & per syncopen Vesuius, vulgò Monte di somma, mons est Campaniæ vicinus Neapoli, vinetis & olivetis amœnissimus, excepto cacumine, quod est sterile, ignibusq; perpetuis & fumis æstuat. Meminit Virg. 4. Georg. & Martial. libr. 4. Vesula rura apud Columell. li. 10. Vesuvinus, a, um, ut, Incendia Vesuvina.

POETICE.

Vesevus:

Flammivomus, Ferox, Præruptus, Mugitor, Anhelans. Ardens ignibus latè æstuantibus: Optima vina ferens. Viridis pampineis umbris.

Vespasianus, Imperat. Romanus, pater & filius. Patris vox fuit. Imperatorem stantem mori oportere. Filij Titi Vespasiani, qui amor & deliciæ generis humani appellatus est, illud fuit: Non oportere quenquam à principis colloquio tristem recedere. Idem etiam, Xiphilino teste, semper in ore habuit: Nemo me injuria aut contumelia insequi potest, propterea, quod nihil agam, quod reprehendi mereatur, Ea verò, quæ falsò de me dicun-

dicuntur, negligo. Muminit ejus & Suidas, qui inter cætera ἀγλωττότατον, πολεμικώτατον, καὶ μετριώτατον, fuisse ipsum scribit.

Vesper, vide in prima parte: **Abendstern**. Et Plin. lib. 2. cap. 8.

Vesperies, Plin. libr. 4. capite 20. oppidum citerioris Hispaniæ.

Vesta, æ, mater Saturni, Terra dicta, vel à vestitu, quòd varijs floribus atque herbis vestita sit terra, sicuti Sipontinus scripsit, vel quòd vi sua stet, ut Ovidij est sententia 6. Fast. Vesta altera hujus filia, Dea habita est perpetuæ castitatis, quæ à Trojanis culta fuit asservato in templis perpetuo igni. Ejus autē ceremonias, Troja jam diruta, Æneas Romam transtulit. Ejus ministerio addicebantur quædam sacerdotulæ vestales dictæ, obnoxiæ perpetuæ virginitati, quam si forte violassent, vivæ defodiebantur, tristissimo & horrendo spectaculo, id scilicet hac religionis insania diabolo quærente. Qua de re *Plutarch.* Vide in Problem. Vide etiam de Vesta plura in prima parte: **Göttin des Fewers.**

Vestia Oppia, mulier Attellana Capuæ habitans auctore **Livio** libr. 6. Secundi belli Punici, corpore quodam quæstum faciebat.

Vestini, Plin. libr. 3. c. 5. ἔθνη Italiæ populi Sabinis & Picentinis vicini, celebres quondam artificio faciendi laudatissimos caseos. Martial. lib. 13.

Si sine carne voles jentacula sumere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Vesulus pri. & penult. longa, βήσυλος, mons est Liguriæ juxta Alpes pinis abundans, unde & pinifer dicitur Virgil. lib. 10. Ex hujus radicibus Padus erumpit. Est & viri proprium.

Vesuvius, vide Vesuvus.

Vetulonium, Οὐετουλώνιον, sive Vetulonia, æ, urbs Tuscorum Ptol. lib. 3. c. 1. Viterbo hodiè prim. lon.

Vfens, entis, vulgò Fanto, Italiæ fluvius, qui per Pontinas paludes labitur in agro Volscorum, qui & Ansentum dicitur. Meminit *Plin* libr. 3. cap. 5. & Virg. lib. 7 sub finem.

Via, Ptol. lib. 2. cap. 6. Hispaniæ fluvius.

Viadrus, vide suprà, **Oder.**

Vibius, Virius, ut est apud Livium lic 6. Decad. 3. Capuæ deditionem oratione dissuasit elegantissima. Cāpuanæ enim defectionis à Romanis ad Annibalem auto-

tor fuerat. Is violentas sibi intulit manus ante deditionem, & multis civibus senatoribus, ut idem facerent, persuasit. Vide plura apud Livium loco citato.

Vibon, seu vibo, prius Hippo dicta, urbs in Brutiorum agro, Mel. lib. 2.

Vincentia, vide suprà, **Vicentz**

Vienna, æ, Gallicè Vienne, urbs illustris Allobrogū in Narbonensi Gallia. Est & Vienna Austriæ metropolis insignis, de qua in 1. parte: **Wien.** Hinc Viennensis, e.

Vincentia, Italiæ urbs à Gallis condita, inter Thessinam & Babylonem, Rhenij Palemonis Grammatici patria. Mantuan. Et Verona ferax frugum, Vincentia bello Strenua.

Vindelicia, vide suprà, **Beyerland.**

Vindius Edulius, Egdubela, Ortospeda, montes sunt insignes Tarraconensis Hispaniæ. Ptol. lib. 2. c. 6.

Vindium, Ptol. 3. cap. 1. urbs Nerusiorum in littoreis Alpibus. Vulgò monte Visol. Vesulo monte vide Vesulus.

Vion Valentia, hodiè Vibonia urbs Apulorum. Ptol. libr. 3. cap. 1.

Virbius dictus est Hippolytus, quod ab Æsculapio ab inferis revocatus, ac pristinæ sanitati restitutus vir bis fuerit. Vide suprà Hippolytus.

Virgi, Pomp. lib. 2. oppidum Hispaniæ in sinu, quem Virgitanum dicunt.

Virgilius, Βιργίλιος, ἐιργίλιος, poeta Mantuanus clarissimus, Vide suprà Vergilius.

Virgo, nomen sideris est, de quo in libello de stellis & alibi.

Viriatus, Lusitanus, Βηελαῖος, in Hispania primum è pastore Venator, è Venatore latro, mox justi exercitus Dux factus universam Lusitaniam occupavit, de quo plura vide apud Livium & Florum. Ab hoc Viriaticum bellum est dictum.

Viritium, vide suprà, **Griesnager.**

Virvesta, Hispaniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 20. antiquus codex Virdubesca habet. Vulgò Briviesca.

Visontium, ἐισόντιον, Hispaniæ urbs. Ptol. Vulgo Visco.

Visurgis, vide suprà, **Weser.**

Visula, vel Fistula, vide suprà, **Die Wixel.**

Vitunus, Deus erat olim, qui vitam largiri credebatur: quemadmodum Sentinus sensum.

Vlpianus, patria Tyrius, Jurisconsultus fuit sub Adriano Imperatore. In Pandectarum libris Pomponij autoritate utitur. Perijt in Gallia in populari tumultu, ut Volaterranus testatur.

Vlubræ, *Porphyrio teste*, lo-

cus est in Italia, in quo Cæsar Augustus est nutritus, ob quam causam ab Horatio nominatur, cum desertissimus fit vicus. Vide Horat. lib.1.epist.1.

Ulysses, pri. br. ὀδυσσεὺς, à dolore partus (ὀδύνη, enim est dolor parturientium) filius Laertis, vel ut alij volunt, Sisyphi, & Anticleæ fuit ex patria Ithaca Thuscorum rex circa annũ mundi 3096. astutus, imò Græcorum ferè omnium callidissimus, facundissimus, & ingeniosissimus, miræq; experientiæ, egregius bello, & consilio, ac laborum patientissimus, qui multis reb. præclarè & sapienter gestis interemtus est à Telegeno filio patrem non agnoscente. Vide vitam, & res omnes in vita gestas prolixè apud Homer. in Odyssea. Meminit etiam ejus Achilles Pirminius in Chron. Cicer. in Offi. & in 5. Tuscul. Virg. lib. 2. & 3. Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium, Ovid. 13. Metam. & alibi passim, Vide etiam de eo supra in dictione Polyphemus. Hinc Ulysseus, penul. long. ut:

Ulysseum commentum, ὀδύσσειος μηχανὴ, pro vafro & astuto invento, **Ein behende list.** Ulyssem enim ubique versutum facit Homerus.

Dux Dulichius.
Heros Dulichius.
Rex Noricus.
Proles Laertia.
Ithacus.
Æolides.
Sisyphides.
Laertius heros.
Laertiades.

Ulysses:

Callidus, Durus, Pellex, Sævus, Dirus, Magnus, Providus, Disertus, Expertus, Laboriosus, Fallax, Solers, Fortis, Facundus, Pervagus, Tardus, Immitis, Subdolus, Errans, Ærumnosus, Prudens, Ithacensis, Vagus, Infidus, Pelasgus, Profugus, Inclytus, Illustris, Sapiens, Astutus, Comis, Cordatus, Phœax, Acer, Errans, Miser, Vigil, Varius, Lentus, Pollytropus, Penelopæus, Cautus, Durus, Audax, Improbus, Timidissimus. Non formosus. Satus Laerte. Sanguine cretus Sisyphio. Penelopes conjunx. Icarij gener. Æmulus Ajacis. Neptuno suspectus. Exemplum animi patientis, Errans mari. Jactatus mari. Qui tot errando, quot bellando perdidit annos. Quem tenentem fracta membra lac eræ ratis Semeles soror est miserata. Scelerum inventor. Tardè remeans. Dura passus.

Aptus furtis. Fandi autor, Hortator ſcelerum. Jove natus, Qui ſociorum aures cera illevit. Cujus ſanguinis autor Jupiter eſt.
Domitor Trojæ. Qui providus urbes & mores multorum hominum inſpexit. Qui multa aſpera pertulit latum per æquor. Qui cantus Sirenum, & pocula Circes novit. Generatus Siſyphio ſanguine. Qui blandas notas vocis & carmina Sirenum vicit. Qui æquoreis Deabus ſæpè ardor erat. Integer, & mentis generoſæ compos. Qui ornavit omne opus rectis animi moribus. Cujus eloquium Græcia quondam mirata eſt. Celer animo, ac ſenſu peracutus. Qui ad pacem ſtrenuus fuit, ad arma fortis. Quem Mœonides in varios fortunę fluctus mergit. Qui Cyclopi audaci manu dulcia vina ſorbenda porrexit. Cui argutæ mentis acumen erat. Qui coactus eſt infernas ad umbras migrare. Qui Choros Sirenum ſub dolo modulantes funera dulci cantu præterijt docta arte. Qui eluſit monſtra marina cauta fuga. Qui incolumis evaſit fauces Scyllæ, & ventrem Charybdis. Cui reduci aula ſua majores præbuit labores, quàm omnia freta mota turbatis Notis. Qui omnibus in malis Pallade vindice tutus erat. Qui detruſus in antra ſævi Cyclopis ratione invenit viam, qua immanes vires & dira robora Gigantis frangere poſſet. Prudens rerum ſcrutator. Præſtans ingenio & rebus. Qui loquendo valuit. Qui eloquio vel Neſtora etiam vicit. Cujus facundis dictis non abfuit gratia. Per quem jacuit inclytus Hector. Quem ferox ſæpè Neptunus petijt. Cui durum & laborum patiens erat corpus. Qui non formoſus ſed facundus erat. Cui nomen & famam perennem tribuit nobile opus Smyrnæi vatis. Qui errabat ab ædibus patrijs per loca vaſta decem annorum ſpacio. Qui plurima oppida concuſſit victrici dextra. Qui primus rexit populos Ithacæ in urbe. Cujus ſocij migrârunt in ora ferarum. Qui multorum hominum mores & urbes vidit naufragus poſt ſæva incendia everſæ Trojæ.

Vlyſſibona, vide ſuprà, Lyſſbon.

Umbria, æ, ὀμβρία, regio Italiæ quæ Ducatus Spoletanus hodiè à Spoletano urbe dicitur das Hertzogthumb Spolet. Ital. Ducato de ſpoleto. In hac ſita eſt Ameria.

POETICE.

Vmbria:

Antiqua, Vetus, Sterilis, Montana.
Cujus decus Sabinum.
Fertilis uberibus terris.

Hinc Umber, bri, qui ex Umbria est, Catull. Aut parcus umber, aut obæsus Hetruscus. Dicti autem sunt Umbri vel ab Umbra, quod ea regio ob altitudinem montium & Apennini vicinitatem umbrosa sit, vel quòd inundatione terrarum imbribus superfuerint. Sirozius acres eos appellat.

Vocontij, populi Galliæ Narbonensis, pars eorum hodiè qui Sabaudij dicuntur. Pomp. Mel. Hinc vocontius adject. ut Vocontia rura apud Silium.

Vogesus, vel Vogasus, penult. brev. mons in Lingonum finibus, à quo Mosa amnis profluit. Meminit Lucan. lib. 1.

Volaterræ, arum, seu Volaterrana vada, Plin. lib. 3. cap. 5. Hetruriæ oppidum ad Cecinnam fluvium.

Volcæ, arum, Galliæ Narbonensis populi, Die in der Graffschafft Langendocken. Munsterus.

Volsci, populus in Latio antiquus, qui in auxilium venit Turno adversus Æneam. Hinc Volscus, a, um, ut, Gens Volsca apud Virg. lib. 7.

Volsinium, ὀυολσίνιον, urbs Tuscorum, Ptol. libr. 3. cap. 1. Balsena hodiè dicta.

Volusius, Βολȣ́σιος, Poeta Batavinus fuit, qui imitatione Ennij rerum gestarum populi Romani annales carmine scripsit. Meminit ejus Catullus.

Voranus libertus fuit Q. Luctarij furacissimus, de quo Cælius lib. 10. cap. 19.

Vrania, æ: pen. brev. sive Uranie, & es, ὀυρανία ἢ ὀυρανίη, una ex Musis. Vide in prima parte: Göttin der freyen Künste, statim in initio.

Vranus, ὀυρανὸς, aliàs Cœlus, vel Cœlius, Saturni pater, cui virilia amputata sunt membra à Saturno filio, Boccat. lib. 3. cap. 23.

Vrce, Ptol. libr. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis urbs Aquile hodiè dicta.

Vrium, ὄυριον, aliàs Auriensis Hispaniæ urbs Ptol. libr. 2. cap. 4.

Vrolanium, ὀυρολάνιον, vel ut alijs placet, Verulanum, urbs Britanniæ insulæ Ptol. libro 2. cap. 3. vulgò S. Albon.

Vrsa, sidus cœleste, plaustri similem figuram habens, alià Septentriones, & ἅμαξα dicitur, Der Heerwagen. Sunt autẽ duæ ursæ, major & minor,

minor, quas ἄρκτους, Græci vocant. Vide suprà arctos & septentriones.

Ursa Balvia, Ptol. lib. 3. cap. 1. urbs Picenorum.

Utica, æ, prim. & penult. brev. Οὔτικα, Ptol. Ἰτύκη, Stephan. Africæ minoris urbs, non procul à Carthagine, qua etiam deleta, ut metropolis erat, & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. In hac Cato Romanus ipse sibi conscivit mortem. Vide Strab. lib. ult. Meminit & Lucan. li. 6. Hinc Uticensis, e.

Utinum, oppidum Italiæ juxta Aquileiam, de quo Vadian.

Vulcanus, ἥφαιστος, qui & Mulciber, Jovis & Iunonis filius à parentibus ob deformitatem (quamvis ab alijs aliæ rationes adducantur) è cœlo deturbatus in Lemnum insulam, ubi officinam unà cum Cyclopibus ministris habere scribitur. Claudus autem factus est, ea, qua è cœlo decidit, ruina. Infans nutritus est ab Eurynome, Oceani filia & Thetide, vel ut alij volunt, à simijs in Lemno. Conjunx ipsi Venus fuit, cujus precibus (quemadmodum Virgil. scribit) arma & clypeum Æneæ fecit, ut Tethydis precibus arma Achillis. Validissima enim & artificiosissima quæque ferrariæ artis opera Vulcano asscribere consuevere Poetæ, qui fabrorum & ignis Deum ipsum fingunt. Relatus est in Deorum (quorum etiam faber fingitur) numerum, quod Jovi fulmina, & superis cum Gigantibus congressuris arma fabricarit, nec tamen ad mensam Deorum admissus est, quin etiam cum Minervæ ambijsset nuptias, repulsam passus est. Unde Virgil. eclog. 4.

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Vide Cicer. lib. 2. de natura Deorum, ubi plures Vulcanos commemorat. Locum fecit proverbio.

Vulcanus tibi vaticinatus est,

ἀφθὰς τοι λελάληκεν. Quo uti possumus in eum, qui rem se habere certam, velut ex oraculo auditam credit. Ponitur interdum Vulcanus metonymicῶς pro igni, ut Vulcano dicare, id est, comburere, verbrennen. Ita Vulcanum in cornu conclusum gerere, id est, ignem sive candelam in laterna portare, ein Liecht in der Leuchten tragen, apud Plaut. in Amph. Et apud Virg. lib. 2.

Dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus
wie es das Fewer vberweltiget. Idem lib. 4.
Furit immissis Vulcanus
habenis.

POETICE.

Ferrugineus Deus.
Lypareius heros.
Mulciber, à mulcendo ferrū.

Vulcanus:

Lemnius, Ignipotens, *Ardens*, Avidus, Jovialis, Junonigena, Flammeus, igneus, Siculus, Solers, Faber, Fervens, Claudicans, Claudus, Tardipes, Loripes, Niger, Ignificus, Fulminosus, Ætnæus, Igneus, Junonius, Pulverulentus, Deformis. Rex corusci ignis. Qui laxavit ora Siculæ Ætnæ.
Qui descendit cœlo ab alto. Delapsus cœlo Solers maritus fabrilium operum.
Quem fumida Lemnos exercet. Siculus faber dans Jovi arma. Surgens ad opera fabrilia.
Hinc Vulcanius, a, um, adject. ut, Arma Vulcania, Insulæ Vulcaniæ propè Siciliam.

Vulcanium vinculum. ἡφαίστειος δεσμός. Et: *Vulcaniis vinculis teneri,* Proverbialiter dicitur de eo qui nodis inextricabilibus ligat9 est, sumta denominatione ab adamantinis illis vinculis, quib9 apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem in adulterio deprehensos irretivit, ut quo magis se extricare conarentur hoc magis involuerentur: cujus rei suprà in dictione Mars meminimus. Vulcanalia plural. neutr. festa erant Romæ Vulcano sacra, quæ in Augusto celebrabantur. Meminit Col. lib. 11.

Vulturnus, ventus est spirans ab hyberno occidente, medius inter Eurum & Nothum. Unde & Euronotos εὐρονότος dicitur, Ein Wind vom Morgen. Sunt enim hi tres venti orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus Gell. lib. 2. capit. 22. Sed Columell. Interdum Eurus quem quidam Vulturnum vocant. Est & vulturnus fluvij nomen per Campaniam labentis juxta quem est Vulturnum oppidum. Livi. libr. 4. ab urb. Vulturnum Hetruscorum oppidum, quæ nunc Capua est, à Samnitibus captum, Die Stad Capua. Lucan. lib. 2. Sil. libr. 8. & Ovid. libr. 15. Metam. fluvij mentionem faciunt.

POETICE, fluvi.

Vulturni amnis.
Vulturni fluvius.

Vulturnus:

Celer, Rapidus, Altitonans, Fluctu sonorus. Trahens sub gurgite multam arenam.

Vxama,

Vxama, Plin. libr. 3. cap. 3. citerioris Hispaniæ oppidum. Ptolemæo Vaxama βαξάμα appellatur.

Vxella Ptolem. libr. 2. cap. 3. urbs Britanniæ insulæ.

X.

Xanthi, ξάνθοι, Asiatici populi apud Herodot. libro 1. sub Cyro rege, quorum urbs ab Harpago Cyri præfecto capta est.

Xantippe, ξανθίππη, Socratis Philosophi uxor, molesta, jurgiosa & sæva, de qua Gell. lib. 1. cap. 17. Vide etjam de ea supra in dictione Socrates.

Xanthippus, ξάνθιππος, dux fuit Lacedæmoniorum, qui à Carthaginensibus accersitus contra Luctatium consulem pugnavit.

Xantho, ξανθὼ, nympha Oceani & Tethyos filia de qua in Theogonia Hesiodi, & Virg. lib. 4. Georg.

Xanthus, ξανθὸς, scriptor Lydus è Sardibus civitate, qui Lydorum historias scripsit. Suid. Est & Xanthus Philosophus Samius in Æsopi vita apud Planudem. Est etjam Xanthus fluvius Trojanus, qui & Scamander, σκάμανδρος Hesiodo est & Horatio, cujus aqua potata oves rufas reddit, unde & nomen habet. Xanthos enim Græcis flavum est. Meminit hujus fluvij aliquoties Virgil. Est item flumen & oppidum Lyciæ Xanthus apud Homer. iliad. 6. & Pomp. Mel. libr. 1. Xanthum Lyciæ fluvium Syrbim etiam nominat Strabo. Idem & Xanthum urbem inter maximas Lyciæ civitates refert.

POETICE.

Xanthus fluvi.

Gelidus, Tumidus, Resonans. Xanthi aqua, undæ.

Xenarchus, ξέναρχος, Philosophus Peripateticus Cilix, Alexandriæ & Romæ sub Augusto docuit, de quo plura apud Strabon lib. 14.

Fuit & alius hujus nominis Poeta comicus, cujus fabulæ ab Athenæo referuntur.

Xenocrates, penult. brev. ξενοκράτης, Philosophus Chalcedonius, Platonis auditor & Pseusippi in academia successor tardioris ingenij adeò, ut cum Plato eum Aristoteli compararet, alteri freno, alteri calcaribus opus esse diceret. Idem Platone teste, Venere dicendi caruit. Vixit annos 82. Suid. Fuit & alius hoc nomine modestia superiore inferior, qui οἰκοσκόπιον, id est, domesticum auspicium scripsit, de quo etiam Suid.

Xenodorus, pen. prod. Ζενόδωρος, statuarius scientiæ fingendi, cælandiq; clarus, de quo Plin. lib. 34. cap. 7.

Xenophanes, penul. corr. ξενοφάνης, Philosophus Colophonius Anhelai auditor contra Hesiodum & Homerum scripsit, refutans illa, quæ de Dijs illi tradidissent. Dicebat Xenophanes, τοῖς τυράννοις ὁμιλεῖν ἢ ἥδιστα ἢ ἥκιστα

Cum tyrannis conversandum aut iucundissimè, aut minimè.

Vide Laert. & Strab. lib. 14. Fuit & alius hoc nomine Poeta Lesbius, de quo Suid.

Xenophilus, prim. brev. ξενόφιλος, Musicus Chalcidensis Pythagoricus, felicitate insignis. Vixit annos centum & quinq; sine ullo corporis incommodo, quemadmodum Plinius scribit lib. 7. cap. 50. Meminit ejus & Valer.

Xenophon penul. brev. ξενοφῶν, Socratis discipulus, Philosophus, Orator, & Historicus, cujus tanta suavitas orationis est, ut μέλιττα ἀττικὴ id est,

Apis Attica.

à Suida, & μοῦσα ἀττικὴ, id est,

Musa Attica.

à Laertio dicatur. Dux etjam fortissimus fuit. Militavit enim sub Cyro minore, in cujus amicitiam etiam venit, cujusque παιδείαν scripsit suavissima & luculentissima oratione libris 8. quæ Scipioni Africano adeò placuit, ut è manibus nunquam eam deposuerit, Idem hic artes πηγὰς καλῶν, id est, fontes bonorum nuncupavit. Vide plura de eo apud Laertium in Xenophonte Suid. Gell. Ælian. & Ciceron. de senectute & de oratore, ubi sermonem Xenophontis melle dulciorem esse, & Musas quasi locutas Xenophontis voce dixit Quintil. item cujus ἐγκώμιον de Xenophonte hoc est: ipse Gratiæ videntur finxisse sermonem Xenophontis, & in labris ejus sedisse quandam persuadendi Deam. Hinc Xenophontius, adject. ut Hercules Xenophontius, apud Cicer. libr. 5. familiar ad Luceium.

POETICE.

Xenophon:

Jucundus, Suavis, Blandus Mellitus. Cui fuit Atticæ gratia facundæ linguæ. Cui puero facundæ linguæ nuncia apis vigilans dulci melle os replevit. Cui lingua facunda maduit hyblæo liquore. Qui mellifluo ab ore fudit doctos sonos. Cui dulce nectar fluxit suavi ab ore. Cui blanda verba fluxerunt mellito lepore.

Fuerunt præter hunc & tres

Xenophontes alij; quorum unus Antiochenus Babylonica scripsit: alter Ephesius historicus: Tertius Cyprius, qui Ephesiaca scripsit. Vide Suid.

Xerxes, Ξέρξης, Darij filius maximus omnium regum Persarum fuit, qui Bibliothecam, quam Pisistratus primus Athenis publicavit, urbe potitus ad Persas transtulit. Idem hic bellũ, quod pater Darius in Athenienses molitus atque exorsus fuerat, apparatu quinq; annorum prosequens, decies centena millia hominum secundum Justinum, vel amplius etiam. Horodot. lib. 7. teste, in Græciam traduxit. Quem numerum, ut Valerius, itemque Hieronymus testatur, ex alta prospectans specula sive monte, illacrymasse fertur. Interrogatus ejusmodi fletus causam respondit, se perpensa fragilitate & fugacitate vitæ humanæ cogitare, quod elapsis annis centum, nemo ex immenso eo numero futurus esset superstes. His igitur tantis copijs accinctus, ut omnes referunt autores & maria pontibus conjunxit, Athon mōtem continenti abscidit, vel Plinio teste lib. 4. capit. 10. Victus tamen est apud angustias Thermopylarum à Leonida Spartano quatuor tantùm millibus hominum stipato, Navale deinde certamen cum Themistocle tētavit, à quo item superatus, turpissimè cum paucis in cymba piscatoria effugit. Vide Justin. Aliquot demũ post annis, cum ad eluendum vetus opprobrium pugnam instaurasset, fortuna usus est nihilo meliore. Quamobrem & militiæ pertæsus, ea relicta socordiæ, & ocio se dedidit, ijsq; qui voluptatis seu luxuriæ novum aliquod reperissent genus, præmium proposuit. Ob quod spretus est à suis, & paucis post annis ab Artabano tantùm mollitiem peroso interfectus est in sua regia, cum imperium gessisset annis octo, de quo Juvenalis Satyr. 10.

POETICE.

Xerxes:

Tumidus, Superbus, Pavidus, Refugus, Perses, Persicus, Mœdus, Numerositate inflatus. Qui milite multo stipatus á paucis est fugatus. Qui trajecturus Argolicas in oras duxit agmen per mare Phryxææ aquæ, Cæsus ad Thermopylas haud magno milite. Qui bella tulit non benè favente Bellona. Qui vincla minatus est Neptuno, cum iter solitum classibus patefecit. Qui numerosa agmina

gmina fugavit ab Argivis oris, cùm cinctus erat multo milite. Qui centena peditū & multa millia Cataphractorum virûm duxit per Graias urbes.

Fuit & alius hoc nomine, pictor Heracleota, qui Venerem pinxit arte adeò exquisita, ut à cupientibus eam visere pretio accepto, magnum ex ea quæstum faceret, unde & amica ejus Venus dicta est à Græcis, lepido sanè cavillo, quod ejus quasi lenocinio quæstum faceret. Meminit Ælianus de varia historia.

Xylina, ξυλίνη, urbs Ponti Cappadocij, Ptol. libr. 5. cap. 6. Sentina vulgò.

Xystiani, populi sunt Iberi in Apamia, quorum urbs Xystis, ξύστις, est dicta. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Z.

Zachantæi, populi sunt juxta Iberum fluvium habitantes coloni Zazynthiorum, in medio Pyrenæi montis siti, Zacanthæi, ζακάνθαιοι, aliàs dicti, Polyb.

Zacynthus fœmin. prim. brev. ζάκυνθος, insula Græciæ est in mari Jonico unicam habens urbem eiusdem nominis. Dicta etiam fuit Hyrie.

POETICE.

Zacynthus:

Fertilis, Parva, Alta, Nemorosa, Dulichia. In medio apparens fluctu. Florens me[...] in humo.

Zagrus, mons, non procu[l] Media. Strab. lib. 11.

Zaleucus, ζάλευκος, Locren[si]um legislator fuit, qui [...] aliquando edixisset, ut a[...] ultero deprehenso uterq[ue] effoderetur oculus, acci[dit] ei quiddam, quod minim[e] expectarat. Filius enim ip[si]us in adulterio deprehe[n]sus pœnam à paterna lege statutam luere debuit. [...] ne quod semel omnium se[n]tentijs confirmatum era[t] irritum fieret, ipse pro alt[e]ro filij oculo, sibi eximi ju[s]sit, ut ne prorsus cœcus fi[e]ret adolescens. Atq; hi[nc] notum proverbium: ζαλ[εύ]κȣ νόμος, id est.

Zaleuci lex.

de mandato sive edicto pl[us] satis rigido dici solitum. Idem Zaleucus vini etia[m] usum ægris prohibuit inju[s]su medici, pœna capitis i[n]dicta. Ælian libr. 13. & V[a]ler. libr. 6. cap. 5. apud que[m] Seleucus, sed perperam scr[i]bitur.

Zamolsis vel Zamolxis, ζάμολ[ξ]ις, vir inter Getas natu[s] Pythagoræ discipulus a[c] servus ad Ægyptios una cum eo penetravit, deind[e] eorum ritus in patriam de[] duxit, à suisq; post obitur[m] instar numinis cultus fui[t] Herod. lib. 4.

Zancl[e]

Zancle, ζάγκλη, urbs in Peloponneso. Est & alia hoc nomine urbs in Sicilia. Vide de utraq; Plin. Hinc Zancleus,a,um, ut Zanclea Charybdis & Zanclei populi.

Zarmizegerusa, vide suprà Eron.

Zeno, onis, penultim. prod. Ζήνων, Philosophus fuit ex Citto Cypri oppido oriundus stoicorum inventor & princeps, in magna apud Athenienses autoritate & honore, de quo plura apud Cicer. in orat. pro Murena, & in acad. & Laert.

POETICE.

Zeno:

Rigidus, Spinosus, Horridus, Magnus quondam Athenis.

Fuit & alius Zeno Eleates, dialectices inventor, quemadmodum Empedocles Rhetorices, de quo Aristotel. Alius item hoc nomine Philosophus fuit Epicureus, Ciceroni coætaneus, quem Epicuri dogmata explicantem cum Attico frequenter se audivisse testatur Cic. lib 2. de finibus.

Zenobia, æ, Ζηνοβία, Palmyreorum regina fuit Odenati conjunx, quo defuncto Romanum in Syria rexit imperium, triginta tyrannorum exemplo, inter quos numeratur. Victa tandem ab Aureliano, atq; in triumpho ducta est. Ubi verò honestè agitaret, principis ipsi clementia Tybure possessio concessa est. Moribus enim castissimis fuisse scribitur. Vide Volater.

Zenodotus, pen. bre. Ζηνόδοτος, Grammaticus fuit, temporibus Ptolemæi I. cujus filios docuit. Bibliothecæ etiam Alexandrinæ præfuit, primusq; Homericos libros in ordinem redegit & correxit Suid. Zenodotus alter Sophista fuit sub Adriano Imperatore, scripsit epitomen proverbiorum Didymi, in qua inter cætera & hoc refertur: ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες,

Boni viri lacrymabiles, seu bonæ naturæ facilè extillant lacrymas,

de ijs, qui facilè ad misericordiam commoventur, ac precibus flectuntur. Idem etiam Salustij historiam in Græcum sermonem transtulit.

Zephyre, ζεφύρη, maris mediterranei insula est juxta Cretam. Plin. lib. 4. cap. 12.

Zephyrium, ζεφύριον, Locrorum in Italia promontorium juxta mare Jonium, à quo Locri ipsi Epizepephyrij dicti sunt. Plin. lib. 3. cap. 5. Strab. lib. 6.

Zephyrus, ζέφυρος, ventus est in vere flans ab æquinoctio occidentali adversus Eurum

quò spirante aer est humidior, & plerunq; nubes cogũtur ad pluviæ generationem accommodatæ. Virg.

Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.

Et apud Claudian. lib. 2. de rapt. Proserp. Ætna ad Zephyrum ait:

Pater ô gratissime veri
Qui mea lascivi regnas per prata volatu
Semper, & assiduis irroras flatibus annum.

Lege Gell. lib. 2. cap. 22. & Plin. lib. 18. cap. 34. Vide etjam plura suprà in diction. Favonius, & in prima parte **Westwind.**

Hinc Zephyrius adject. ut Ovum Zephyrium, quod & hypenemium, sive irritum ovum dicitur, **ein verloren Ey/ein Windey/** & Zephyritis, itidis, patronymic. fœmin. quo nomine dicta est Flora Dea, Zephiri filia a Catullo, de qua suprà.

Zerbis, ζέρβις, Plin. libr. 6. cap. 26. fluvius Mesopotamiæ in Tigrim influens.

Zethus, Ζῆθος, Jovis ex Antiopa filius frater Amphionis, cujus meminit Cicero 2. de Orat.

Zethus, & Calais, Boreæ Thraciæ regis filij & Orithyiæ juvenes alati, profecti cum Argonautis, à quibus ad abigendas Harpyias su missi. Vide Servium. Ala verò hos juvenes fingi a qui putant ideò, quod in gniter comati fuerint, ad ut humeri capillis quasi lis quibusdam tegerent, aliqui ideò, quod vestes p marias sive plumatiles manicatas, quibus Thess per luxum usi sunt, q *Thessalorum alæ* joco proverbiali diceba tur, habuerint.

POETICE.

Zethus & Calais:

Juvenes alati.

Juvenes aligeri.

Juvenes { Aquilone crea / multa perpess / sub claro Jason

Zeugma, vide suprà, **Clause burgk.**

Zeuxis, Ζεῦξις, Heracleotes p ctor sua ætate maximus, d quo Plin. lib. 35. cap. 9.

Zeuxo, Ζευξώ, Nympha Ocea & Tethyos filia Hesiodo i Theogonia teste.

Zoilus, Ζώϊλος, Amphipolitanus fuit poeta malignus qui in Platonem stylum strinxit, Homeri iter libros scriptis suis incesser non dubitavit, unde ὁμηρομάστιγος id est, Homeri flagelli sive flagellatoris cognomen meruit, Ovid. lib. de remed. Amor.

Ingenium magni livor detrectat Homeri.

Quis

uisquis es, ex illo Zoile nomen habes.

Hic aliquandò viro cuidam erudito roganti, quamobrẽ omnibus malè loqueretur? Quoniam respondit, malefacere cum velim, non possum. Hinc omnes præstantium autorum sugillatores & eprehensores, Zoilos vocamus **Lesterer/die keinem ein thun lassen gut seyn.** Vide de Zoilo Ælian. lib. 11. levaria historia, qui canem psum rethoricum nominat. Vide etiam supra in dictione Homerus.

POETICE.

Zoilus:

Perversus, Lividus, Iniquus
nvidus, Rabidus, Vesanus,
Improbus, Dirus, Sævus,
Qui magni Homeri ingenio
detraxit.

pyrus, pen. brev. ζώπυρος, hysionomista fuit, hoc est, qui profideretur, se hominum mores naturasque ex orporis habitu, oculis, vultu, fronte pernoscere posse, Qui cum turpia quædam & à virtute aliena de Socrate dixisset, eoq; à multis derideretur, non errat (respondit Socrates) Hujusmodi enim natura essem, nisi naturam Philosophia superassẽ. Alius hoc nomine nobilis Persa fuit, cujus beneficio Darius Babylonem cepit. Cum enim Darius eam urbẽ diu frustrà oppugnaret, Zopyrus, ipse sibi aures, nasum & labia amputavit atque turpi hac forma ad Babylonios ut transfuga, se recepit, de regis sui crudelitate conquerens. Receptus igitur à Babylonijs, & belli dux constitutus urbem Dario tradidit. Vide Herodot. lib. 4.

POETICE.

Zopyrus:

Fraudulentus, Versutus,
Fallax, Fraudis abundans,
Qui prodebat Babylona regi suo.

Zygantes, ζύγαντες, populi sunt Pœnis vicini. Herodot. lib. 4. quorum urbs in Libya ζυγαντὶς, dicitur.

DE MIRACULIS MUNDI.



Voniam sæpe apud Scriptores Ethn præsertim miraculorum sive Spe ulorum orbis sit mentio, ultima olophonis quasi loco, ea hic add Sunt autem numero 7. quemadmod Plinio recensentur.

I. Sunt muri Babilonij, qui alti ere pedes ducentos, lati quinquagenos, in ijsq; via tam tiosa, ut quadrigæ sibi mutuò occurrentes pertransire fa possent. Præterea etiam fortissimis atq; altissimis turribus ornati undiq; fuerunt.

II. Dianæ Ephesiæ templum, cujus summa fuit mag ficentia & magnitudo, in quo extruendo universæ Asiæ 2 abierunt anni. Situm fuit in medio orbis, in loco palud ne ullis terræ motibus labefactari posset. Longitudo 415. latitudo 200. pedum fuit. Columnas 126. habuit, q rum altitudo 60. pedum fuit. Asylum etiam hoc templum it præsentissimum. Ad extructionem porrò hujus muner regibus, populis & urbibus tot ac tanta collata sunt, ut versas totius orbis opes facilè superarent. Insigni autem templo ab Herostrato nebulone quodam Ephesio, qui nom suũ ea ratione ab interitu vindicare voluit, exusto, aliud p ea Ephesij extruxerunt, idq; priori longè magnificentius, quod erigendum mulieres, non tantum κειμήλια sua & a opes contulerunt, verùm etiam reges, populi & urbes innu ra miserunt dona. Atq; hic cultus idolatricus Dianæ in t plo adeò splendido præstitus tam diu duravit, quo ad D. P lus eò se conferret, anno 20. post ascensionem Christi, per b

n

um ibi prædicans tantum profecit, ut maxima urbis pars olatrico cultu relicto Christum amplexa sit, Actor. 19. Vide hoc templo Strab. lib. 14. Plin. lib. 39. cap. 14. Meminit etm Plutarch.

III. Iovis Olympici simulacrum Phidiæ artificis nunuam satis laudati opus maximè nobile, & per omnes gentes arissimum.

IV. Pyramides Ægyptiæ, quæ fuerunt Vastæ subructionum moles, aliquot soli jugera complexæ, partibus rò quatuor angulorum, lateribus ab imo in cacumen deenter, sic dictæ, quod in ignis speciem in conum extenuatur, quarum fastigiata excelsitas paulatim gracilescens mbras quoq; consumit, ut præter Solinum Ammianus scrit libr. 22. Fuisse eas regum Ægypti monumenta, & inter ptem orbis miracula habita tradit Geographus Strabo. ucan. libr. 9. Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amas. Vide plura apud Plinium lib. 26. cap. 12. Pompon. Mel. Solin. & Stephan.

V. Solis Colossos in Rhodo, quem post Alexandri Mani obitum Demetrius rex Asiæ erigi curavit, cujus altitu'o 700. cubitorum fuit. Interius columna ejus lapidibus onfecta & conglutinata, exterius verò ære precioso obduta, & exquisita arte celata fuit. Extructa est in monte d urbem Lyndum 12. annorum spacio 300. talentis, hoc est. 8. tonnis auri. Stetit autem, teste Plinio, hæc statua annos 6. postea terræ motu labefactata corruit, ubi omnes eò adentantes magnitudinem ejus stupendam demirati sunt. Digiti enim illius alijs columnis pares fuére. De Coloss. vide Plin. qui libr. 34. cap. 7. ita: Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas Colossos vocant, turribus pares: Erant autem Colossi grandes & corpulentæ statuæ dijs erectæ.

VI. Mausoli sepulchrum, quod egregiè etiam extructum

ctum est. Fuit autem Mausolus rex Cariæ, cujus conjux Artemisia luctu atq; desiderio defuncti flagrans, ossa cineremq; eius mista odoribus contusaq; in pulveris faciem inqua ebibit, multaq; alia violenti amoris impetu fecisse dicitur. Sepulcrum præterea ædificavit ipsi sumptuosissimum & toto orbe celeberrimum, quod Mausolæum (μαυσώλειον) appellavit, cuius meminit Propertius lib.3. his verbis: Nec Mausolæi dives fortuna sepulcri. Cinctum autem fuit Mausolæum 36. columnis. Figura eius quadrata fuit. Altitudo 25. cubitorum, ambitus 410. pedum fuit. Constructum est e marmore, & 36. columnis marmoreis, iisq; preciosissimis circumdatum. Artifices monumento tam præclaro adhibiti sunt 4. iiq; præstantissimi. Scopas nimirum, Bryaxes, Timotheus, & Leochares, ex quibus suo quisq; loco studiosissimus fuit, idq; non sine æmulatione. Alius enim alium (qemadmodum fieri consuevit) antecellere conatus est. Hoc monumento adeò precioso Artemisia sane dolores ex obitu mariti conceptos lenire conata est, sed frustrà. Mœrore enim paulatim extincta est. Artifices verò ab operis perfectione non destiterunt, ut posteritati sese hac ratione commendarent. Tandem quintus etiam artifex, Pyrrhis nomine accessit, qui in monumenti huius summitate turrim quadratam extruxit & super hanc currum triumphalem, cum quatuor marmoreis equis. Absoluti verò huius monumenti altitudo in totum 140. pedum fuit. Vide de eo Plin. lib.36. cap.5. Gell. lib.10. cap.18. Herodot. lib.7. Sebastian. Munsterum item qui hodiè adhuc rudera istius monumenti ostendi scribit. Atq; ab eo monumento omnia preciosa sepulcra Mausolea sive carica dicuntur. Nam & Cæsarum sepulcris id nominis Suetonius tribuit.

VII. Cyri regia, quæ lapide candido & vario, columnis aureis & lacunaribus gemmisq; distincta fuit, cœli continens simulacrum, stellis micantibus insignitum. Sca-

na huius regiæ aurea & argentea fuêre, pavimantum rò albo, viridi, gilvo & nigro marmore stratum fuit, & ulta insuper alia, ad stuporem usq; illustria. In hac etiam nvivium illud maximum Asveros exhibuit.

Atq; hæc sunt septem miraculi mundi, quæ omnia adodum splendida quidem fuerunt: Sed si penitius tamen s introspiciatur, nihil hæc ipsa miracula aliud fuere, quàm anis ostentatio opum, & moles inutiles, quarum etiam rudera hodie vix conspiciuntur. Et est, quod discamus omnia scilicet humana fragilia esse & caduca quæ vel vetustate vel quacunq; alia ratione intereant.

θεῷ δόξα.



CALENDARIUM CONTINENS DIES CUIUSLIBET MENSIS, ET RAtionem veterem notandi tempora per Kalendas, Nonas & Idus, Itemque CHRISTI & ſanctorum ejus feſta.



I. Jan

ARI-
S DIES
IS,ET RA
di tempora
Idus,Item
torum



I. Jan

JANUARIUS.

Dies habet 31.
Kalend. 19.
Nonas 4.
Idus 9.

1	Ci	Kalend. Circumciſ.
2	ſi	4 to
3	o	3 tio
4	Ja	Prid
5	nus	Non.
6	E	8 Epiphan.
7	pi	7 Domini
8	ſi	6
9	bi	5
10	ven	4
11	di	3
12	cat	Prid.
13	oc	Idus
14	Fœ	19 Fœlix
15	li	18
16	Mar	17
17	An	16
18	Pri	15
19	ſca	14
20	Fab	13 Fabian.
21	Ag	12 Agne
22	Vin	11 ta
23	cen	10
24	ti	9
25	Pau	8 Converſ.
26	lus	7 Pauli
27	no	6
28	bi	5
29	le	4
30	lu	3
31	men.	Prid.

II. FEBRUARIUS.

Dies habet 28.
Kalend. 19.
Nonas 4.
Idus 8.

1	Bri	Kalend. Brigitta.
2	Pur	4. Pur. Mar.
3	Bla	3. Baſilius.
4	ſi	Prid.
5	Ag	Non: Agatha
6	Dor	8 Dorothea
7	ſub	7
8	Fe	6
9	bru	5
10	Scho	4 Scholaſti
11	la	3
12	ſti	Pridie
13	ca	Idus
14	Va	16 Valen
15	lent	15 tinus
16	Ju	14 Julia
17	li	12 nus non
18	con	13 Apo
19	jun	11 ſtata
20	ge	10
21	tunc	9
22	Pe	8 Cath:
23	trum	7 Petri
24	Mat	6 Matth.
25	thiam	5 locus
26	am	4 biſſex
27	in	3 tilis
28	de	Prid.

III. MARTIUS.

Dies habet 31.
Kalend. 16.
Nonas 6.
Idus 8.

1	Mar	Kalend.
2	ti	6
3	us	5
4	A	4 Adria
5	dri	3 nus
6	a	Prid
7	per	Non.
8	de	8
9	co	7
10	ra	6
11	tur	5
12	Gre	4 Grego
13	go	3 rius
14	ri	Prid.
15	o	Idus
16	Cir	17 Ciria
17	Ger	16 cus
18	trud	15
19	Al	14
20	ba	13
21	be	12
22	ne	11
23	jun	10
24	cta	9
25	Ma	8 Annun
26	ri	7 ciatio
27	a	6 Mariæ
28	ge	5
29	ni	4
30	tri	3
31	ce	Prid.

IV. APRILIS.

Dies habet 30.
Kalend. 16.
Nonas 4.
Idus 7.

1	A	Kalend.
2	pril	4
3	in	3
4	Am	Prid. Am
5	bro	Non. bro.
6	fi	8
7	i	7
8	fe	6
9	stis	5
10	o	4
11	var	3
12	at	Pridie
13	que	Idus
14	Ti	18 Tibur
15	bur	17 tius
16	ti	16
17	&	15
18	Va	14 Vale
19	ler	13 rius
20	san	12
21	cti	11
22	que	10
23	Ge	9 Geor
24	or	8 gius
25	Mar	7 Mar-
26	ci	6 cus
27	que	5
28	Vi	4 Vita
29	ta	3 lis
30	lis	Prid.

V. MAJU

Dies habet
Kalend. 18.
Nonas 6.
Idus 8.

Phi	Kal
ip	6 Ph
Crux	5 pi
Flor	4 c
Goth	3
Jo	Pric
han	Non
la	8
cin	7
E	6
pi	5
ne	4
Ser	3
&	Pri.
Soph	Idus
Ma	17
jus	16
in	15
hac	14
se	13
vi	12
e	11
te	10
net	9
Vr	8
ban	7
in	6
pe	5
de	4
Chris-	3
pan	Prid

V. MAJUS.

Dies habet 31.
Kalend. 18.
Nonas 6.
Idus 8.

1	Phi	Kalend.
2	lip	6 Philip-
3	Crux	5 pi & Ja
4	Flor	4 cobi
5	Goth	3
6	Jo	Pridie
7	han	Nonę
8	la	8
9	cin	7
0	E	6
1	pi	5
2	ne	4
3	Ser	3
4	&	Pri. reth.
5	Soph	Idus
6	Ma	17
7	jus	16
8	in	15
9	hac	14
0	ſe	13
1	vi	12
2	e	11
3	te	10
4	net	9
5	Vr	8
6	ban	7
7	in	6
8	pe	5
9	de	4
0	Chriſ-	3
1	pan	Prid.

VI. JUNIUS, OVI & QUINTIL.

Dies habet 30.
Kalend. 17.
Nonas 4. Idus 8.

1	Nic	Kalend.
2	Mar	4
3	cel	3
4	le	Pridie
5	Bo	Nonæ
6	ni	8
7	fat	7
8	Jun	6
9	pri	5
10	mi	4
11	Ba	3
12	Cy	Pridie
13	ri	Idus
14	ni	18
15	vi	17
16	e	16
17	que	15
18	Mar	14
19	pro	13
20	thus	12
21	Al	11
22	ſan	10
23	cti	9
24	Jo	8 Johan
25	han	7 Bapt:
26	Jo	6
27	Dor	5
28	Le	4
29	Pe	3 Pet. Pauli
30	Pau	Pridie

VII. JULIUS.

QUI & SEXTILIS.

Dies habet 31.
Kalend. 28.
Nonas 6. Idus 8.

1	Jul	Kalend.
2	Vi	6 Visita.
3	sit	5 Mariæ
4	Hul	4
5	rich	2
6	Oe	Pridie
7	Bil	Nonæ
8	Chi	8
9	li	7
10	Fra	6
11	be	5
12	ne	4
13	Mar	3 Marga
14	gar	Pri.reth.
15	A	Idus
16	Co	17
17	stal	16
18	Ar	15
19	nol	14
20	phus	13
21	Prax	12
22	Mag	11 Maria
23	Ap	10 Mag
24	Chris-	9 dalena
25	Ja	8 Jacobus
26	co	7
27	bi	6
28	que	5
29	Sim	4
30	Ab	3
31	Don	Prid.

VIII. AUGUSTUS

Dies habet 31.
Kalend. 17.
Nonas 4.
Idus 8.

1	Pe	Kalend. Vin.Pet.
2	Steph.	4 Stephan
3	Steph.	3 ni
4	Pro	Pridie
5	tus	Nonæ
6	Six	8 Sixtus
7	Don	7
8	Cyr	6
9	Ro	5
10	Lau	4 Lauren
11	Ti	3 tius
12	bur	Pridie
13	Hip	Idus
14	Eus	19
15	Sump	18 Assum
16	ti	17 ption.
17	o	16 Ma
18	A	15 riæ
19	ga	14
20	pi	13
21	ti	12
22	Ti	11
23	mo	10
24	Bar	9 Bartho
25	tho	8 lomæus
26	lo	7
27	Ruff	6
28	Aug	5
29	Col	4
30	Au	3
31	cti	Pridie

IX. SEPTE

Dies habe
Kalend. 1
Nonas 4.
Idus 8.

1	E	Ka
2	gi	4
3	di	3
4	um	Pri
5	Sep	No
6	ha	8
7	bet	7
8	Nat	6 N
9	Gor	5 t
10	gon	4
11	Pro	3
12	ti	Pri
13	que	Id
14	Crux	18
15	Nic	17
16	Euph	16
17	Lam	15
18	per	1
19	ti	1
20	que	1
21	Mat	11
22	Mau	10
23	ri	9
24	ti	8
25	us	7
26	&	6
27	Da	5
28	Vuen.	4
29	Mich	3
30	Hier.	

IX. SEPTEMBER.

Dies habet 30.
Kalend. 19.
Nonas 4.
Idus S.

1	E	Kalend.
2	gi	4
3	di	3
4	um	Pridie
5	Sep	Nonæ
6	ha	8
7	bet	7
8	Nat	6 Nativi
9	Gor	5 tas Ma
10	gon	4 riæ
11	Pro	3
12	ti	Pridie
13	que	Idus
14	Crux	18
15	Nic	17
16	Euph	16
17	Lam	15
18	per	14
19	ti	13
20	que	12
21	Mat	11 Mat
22	Mau	10 thæus
23	ri	9
24	ti	8
25	us	7
26	&	6
27	Da	5
28	Vuen,	4
29	Mich	3 Michaelis
30	Hier.	Pridie

X. OCTOBER.

Dies habet 31.
Kalend. 19.
Nonas 4.
Idis 8.

1	Re	Kalend.
2	mi	6
3	que	5
4	Fran	4
5	ciſ	3
6	cus	Pridie
7	Mar	None.
8	cus	8
9	Di	7
10	ger	6
11	Ar	5
12	ti	4
13	que	3
14	Ca	Pridie
15	lix	Idus
16	Gal	17
17	li	16
18	Lu	15
19	cas	14
20	Vel	13
21	Vnd	12
22	ſe	11
23	ſe	10
24	ve	9
25	Criſ	8
26	pi	7
27	ni	6
28	Si	5 Simon
29	mo	& Is
30	nis	3
31	Quin	pri

NO-

XI. NOVEMBER.

Dies habet 30.
Kalend. 17.
Nonas 4.
Idis 8.

1	Om	Kalend. Omn. sanct.
2	ne	4
3	No	3
4	vem	Pridie
5	ber	Nonæ
6	ha	8
7	bet	7
8	Qua	6
9	the	5
10	o	4
11	Mar	3 Martinus
12	tin	Pridie
13	Bri	Idus
14	cti	18
15	i	17
16	que	16
17	post	15
18	hec	14
19	E	13
20	li	12
21	za	11
22	Ce	10
23	Cle	9
24	Cris	8
25	Ca	7
26	ri	6
27	na	5
28	Sat	4
29	Audr	3
30		Pridie

XII. DECEMBER

Dies habet 31.
Kalend. 18.
Nonas 4.
Idus 8.

1		
2	De	Kalend.
3	cem	4
4	ber	3
5	Bar	Pridie
6	ba	None.
7	Ni	8
8	co	7
9	la	6
10	us	5
11	&	4
12	al	3
13	ma	Pridie
14	Lu	Idus
15	ci	19
16	a	18
17	San	17
18	ctus	16
19	ac	15
20	in	14
21	de	13
22	Tho	12 Tho
23	mas	11 mas
24	mo	10
25	do	9
26	Nat	8 Natalis
27	Steph	7 Christi
28	lo	6
29	pu	5 to
30	Tho	4 to
	mæ	3 tio
	Syl	Pri.

DE DIEBUS MENSIUM.

April ter denos Ian Septemberq; November:
Vno plus reliqui, viginti Februus octo,
t si bissextus fuerit, superadditur unus,
lat. Mat. dicatur. sed festum non variatur.

De Calendis, Nonis & Idibus.

rima dies mensis cuiusq; est dicta Calendæ,
ex, Nonas: Majus, October, Iulius & Mars.
Quattuor at reliqui dabit Idus quilibet octo.
de dies alios omnes dic esse Calendas,
Quas retrò numerans dices à mense sequenti.

De diebus anni 365.

XV. tria CCC. sex, horas continet annus,
æ bissextilem dant quarto quolibet anno.

De anno bissextili.

issextum sextæ Martis tenuere Calendæ,
osteriore die celebrantur festa Matthiæ.

De Æquinoctijs & Solstitijs.

mbert. Gregorij nox est æquata diei,
Vitus Lucia, sunt duo solstitia,


De partibus anni.

at Clemens hyemem: dat Petrus Ver cathedratus.
stuat Vrbanus: autumnat Bartholomæus.

De festis immobilibus.

ex sunt ad Puri, bis sex sunt usq; Philippi,
d Iacobum totidem, novem sunt ad Michaelem,
ex ad Martini, sex ad natalia Christi,
dde dies octo: totus complebitur annus.

LIPSIAE.
ypis Grosianis, Imprimebat Justus Jansonius Danus.
Anno 1617.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0029880

